COMMENTARIVS
IN QVARTVM LIBRVM SENTENTIARVM

MAGISTRI GABRIELIS BIEL

THEOLOGI LICENTIATI PROFVNDISSIMI.

CVM SVO INDICE.

BRIXIAE APVD THOMAM BOZOLAM.

M. D. LXXIIII.

INDEX LIBRI QVARTI.

QVAESTIO PRIMA distinctionis primæ libri quarti.

Quæstio. ij.

Distinctio.ii. Quæstio.j.

Distinctio. iiij. Quæstio. j.

Quæstio.ij.

Questio. ij.

Quæstio. iij.

Distinctio. x. Quæstio unica.

Questio. ij.

Pęna

Quæstio .iii.

Distinctio .xv. Quęstio .j.

Quæstio. ij.

Quęstio. iij

Quæstio.ij.

¶ Quæstio. xj.

¶ Quæstio xii.

Census

Quęstio.iij.

Distinctio. xix. Quęstio. unica.

Distinctio. xxij. Quæstio unica.

Index Finis.

COLLECTORIVM QVARTI SENTENTIARVM EGREGII VIRI MAGISTRI GABRIELIS BIEL, SACRAE THEOLOGIAE LICENTIATI.

INCIPIT FOELICITER.

ROPOSVERAM quidem post abbreuiaturam scriptorũ secundi, & tertij librorũ sententiarũ, ori meo digitum apponere: ac sub silentio delitescens, quarti abbreuiationem praeterire propter ingenioli mei obtusitatẽ: sciẽtię pauperiẽ: materię latitudinẽ: & clarissimorũ scribentiũ pluralitatẽ, quorũ fundatissimis doctrinis addere nil pręsumo. Nimia tamẽ fratrũ meorum (quibus meipsum debeo) pręcum instãtia deuictus: opus supra uires (diuina confisus gratia) fratrũq; meorũ orationibus adiutus, aggredior similibus forma, & ordine, quibus in prioribus processurus. ❡ Igitur postquã magister in primis tribus libris egit de rebus fruẽdis, & utẽdis similiter & de his, qui utũtur, & fruũtur: in hoc quarto libro sententiarũ suarũ: agit de sacramentalibus signis. ❡ Vel cõformiter ad priores diuisiones. Postquã magister in libro primo egit de deo secũdũ rationẽ naturalis pfectionis. Et in secũdo de eodẽ, in quantũ relucet eius potentia in opere creationis. In tertio inquantũ relucet eius sapiẽtia in ope humanę reparationis. In hoc quarto determinat de eodem, inquãtũ relucet eius bonitas, & iustitia in opere uulnerati sanationis, & finalis retributionis. ❡ Et diuiditur liber ille in duas partes principales. In prima determinat de sacramentis salutiferis, homini per peccatum lapso medicinaliter efficaciter conferentibus. In secunda de finali retributione post unionẽ animę, & corporis in generali resurrectione correspõdente singulorũ operibus: quę pars incipit infra dist. xliij. ❡ Circa primum primò agit de sacramentis in genere: pręmisso breui proemio. Secũdò de sacramentis in specie institutis in nouo, & ueteri testamento. Secunda pars ibi. Fuit tamẽ inter illa sacramenta &c. ❡ Et quoniam distinctio illa habet duas distinctas materias, ut patet ex diuisione. Ex qualibet eius parte eliciuntur tres conclusiones sentẽtiã textus comprehendentes. ❡ Prima conclusio partis primae. Sacramenta nòn tantum significandi; sed sanctificãdi gratia sunt instituta. Ideo ue. le. cerimonię signa sunt in onus impositę: & non propriè sacramenta. ❡ Secunda conclusio. Sacramenta instituta sunt propter causam triplicem: sanandi. s. hominis humiliationem, eruditionem, & exercitationẽ. ❡ Tertia. Sacramenta nouę legis, quae duobus, rebus, uidelicet, & signis cõstãt salutẽ, quã sacramẽta uete. le. tantũ promittebãt: efficaciter pręstãt. Harũ conclusionũ deductionẽ cũ sacramenti descriptione uide in textu. ❡ Circa hanc partem distinctionis primę, quaeritur de duobus. Primò de sacramentorũ efficа

cis. Secundò de eorum institutione: necessitate, & congruentia. Est igitur quæstio prima.

Quæstio .j. Distinctio .j.

Arti. i. Not. i. Ethymologia nominis sacramentum.

Triplex acceptio sacramenti.

VTRVM sacramenta legis nostræ sint causæ effectiuæ gratiæ. ¶ Tribus articulis hec quæstio absoluetur. Primus erit notabilium. Secundus conclusionum. Tertius dubiorum. Notabilia terminos declarabunt. Conclusiones ad quæstionem respondebunt. Dubia replicarum difficultates uel materias cohęrentes terminabunt. Et ne idem sępius repetere oporteat, hunc ordinē per singulas quæstiones huius quarti, domino auctore tenebo: sicut & tenui in prioribus libris. ¶ Quantum ad primum articulum notandum circa hunc terminum sacramentum: q sacramentum secundum sanctum Tho. & secundum Durandum. q. j. quarti: dicitur a sacrando actiuè: sicut medicamentum a medicando: & ornamentum ab ornando. Et sicut medicamentum est illud, quo aliquis medicatur: & ornamentum est, quo aliquis ornatur: sic sacramentum est aliquid, quo aliquis sacratur. Verum sicut uirtus interior sanans non dicitur medicamentum: sed aliquid deforis adhibitum, uel intus susceptum naturalis uirtutis confortatiuum, aut morbi expulsiuum. Ita etiam interior contritio prępararis aut gratia formaliter sanans non est sacramentum: sed aliquod corporale, siue sensibile extrinsecus ad sanctificandum hominem apppositum. ¶ Accipitur autem nomen sacramentum tripliciter secundum magistrum. Primò pro sacro secreto mysterio signato: quo modo dicimus sacramentum diuinitatis: sacramentum incarnationis: sacramentum passionis. Et hęc acceptio non est ad propositum: quia sacramētū, de quo hic agitur, nō est signatū, sed signū. Secūdò accipit sacrum p sacro signo: & sic accipitē dupliciter. Vno mō generaliter: pro quolibet signo sacro rei: & sic accipitur a magistro: cum ait. Sacramentum est sacræ rei signum, quę eliciтur sententialiter ex uerbis beati Aug. x. de ciui. dei. c. v. sic dicētis. Sacrificium est uisibile inuisibilis sacrificij sacramentū. i. sacrū signū. Et hoc modo extendit se ad sacrificia, & cerimonias uete. te. Alio mō strictius accipitur, p signo gratiæ efficaci, & certo: quo modo sacramēta noue. te. dicūtur sacramēta. Et hoc mō ponuntur tres diffinitiones sacramēti aut recitat Alexā. par. iiij. q. viij. Vna est beati Aug. in libri de corpore christi. Sacramentum est, per quod subteguměto rerū uisibilium diuina uirtus secretius salutem operatur. Secūda est magistri partim elicita ex uerbis beati Aug. ubi sup. Sacramentū est inuisibilis gratiæ uisibilis forma: ut ipsius imaginē gerat, & c. Tertia est uenerabilis Hugo. de sancto uictore lib. de sacramentis prima parte. c. j. Sacramentum est corporale, uel materiale elementum foris sensibiliter propositum ex similitudine repręsentans: ex institutione significans: ex sanctificatione continens aliquam inuisibilem, & spiritualem gratiam. ¶ Hæ diuisiones, si bene intelliguntur, uariatis uerbis eandem præferunt sententiam: & quod una obscurius innuit: alia clarius exprimit. ¶ Nam ad hoc, q aliquid sit sacramentum tria requiruntur. Primum, q sit res sensibilis habens naturalem similitudinem ad gratiam, siue effectum dei gratuitum, quam uel quem repræsentat. Naturalem similitudinem dico nō per participationem eiusdem qualitatis. Sic enim corporalia, seu sensibilia non sunt similia spiritualibus: cum nulla eadem qualitas secundum speciem insit utriq;. Sed similitudinem per proportionabilitatem quę est similitudo proportionatorum: ut sicut se habet hoc ad illud, ita hoc ad istud: exempli causa: sicut se habet aqua ad diluendas maculas corporales: ita se habet gratia ad abluendas maculas spirituales. Et hęc similitudo bene est corporalium ad res spirituales. Hęc Tho. q. j. arti. ii. distin. j. in solutione ultimę rationis. ¶ Secundum, quod requiritur est, q sit actualiter a deo institutum. Nam solus ille

Tres diffinitiones sacramenti

B

Tria requiruntur ad esse sacramenti propriè.

potuit instituere sacramentum, qui potuit suo signo dare significationis certitudinem, & efficaciã. Hãc autẽ solus deus potest dare, qui solus potest gratiã infundere, & gratuitum effectum causare. ¶ Tertiũ, qđ requiritur est, q sit signũ efficax, & certũ: ita q semper habeat effectũ suũ, quẽ signat infallibiliter, nisi sit impedimentũ in suscipiente per positionẽ obiecis gratię repugnãtis. Et hæc tria intelligere oportet in singulis triũ diffinitionũ. Nã primum innuitur in diffinitione Aug. in hoc, q dicitur: rerũ uisibilium. Et in diffinitione Magistri: uisibilis forma, idest similitudo: ideo additur, ut imaginem gerat. Et accipitur uisibile ibi generaliter pro sensibili. In diffinitione Hugo. clarius hoc exprimitur. Sed q ibi dicitur corporale, uel materiale elementum, non intelligitur elementum proprie, ut distinguitur contra elementatum: sed quælibet res sensibilis, siue substantia, siue accidens. Sicut in eucharistia. Sacramentũ est species panis, & uini, quę sunt accidentia. Et in matrimonio. Sacramẽtum est uerba consensum contrahentiũ exprimentia. ¶ Secunda conditio, & tertia satis implicitẽ in diffinitione. August. innititur in hoc, q dicit: per quod uirtus diuina secretius operatur: ubi innuitur, q illa tegumenta uisibilia, per quæ salus acquiritur: a uirtute diuina assumuntur in cooperationem: & ita a deo instituta, & certa sunt signa. Et si hoc non satis intelligitur: suppleatur in diuisione magistri in eo, quod dicitur: & causa existat; non enim pōt causa existere: nisi ex diuina institutione. Et si est causa: erit signũ efficax, & certũ: & ita patet tertia cõditio in diffinitione Hugo. Secunda conditio tangitur cũ dicitur: ex institutione, .f. diuina significans: & tertia in eo, quod sequitur: continens aliquam inuisibilem, & spiritualem gratiam: continens non formaliter, sed causaliter: & ita signũ efficax, & certum. ¶ Et si quæritur cum idem sit repræsentare, & significare: quoniã quod repræsentat, facit aliud, quod repræsentat in cognitionem uenire: & ita significat per quid nominis signi, seu significare. August. de doctrina christiana: & ponitur in litera. Quomodo ergo ex similitudine repræsentat: & ex institutione significat. Dicendum, q ex similitudine repræsentat: & significat generaliter, & naturaliter omne simile ei, cui nota est similitudo: gratia exempli. Baptismus: quia est quędam lotio exterior in aqua, potest significare omnem lotionem in quacunq; materia: siue corporalem, siue spiritualem cuiuscunq; creaturę: potest enim mouere intellectum ad cogitandum quamlibet lotionem propter naturalem similitudinem mundationis. Verum sic non significat certe, & efficaciter: quia non ponit inesse mundationem, quam significat: mundationem uero animæ a peccato, quã certe significat, repræsentat ex institutione diuina: ex quo deus, qui baptismum instituit, suo signo assistit ad producendum effectum repræsentatum. Et si significare accipitur, ut includit hanc certitudinem: differentia est inter repræsentare, & significare: quia signa æquiuoca .i. dubia, & incerta repræsentant: sed non significant. Item sacramenta ex similitudine naturali non præcise repræsentant effectum sacramẽtalem: sed omne illud, in quo saluatur similitudo. Sed ex institutione præcisẽ determinatur ad significandum certẽ sacramentalem effectum. Et hanc differentiam puto Hugonem uoluisse ponere inter significare, & repręsentare. Significant autem sacramenta principaliter gratiam, seu effectum gratuitum, respectu cuius habent aliquam causalitatem: ut infra dicetur: significãt etiã causam meritoriã gratię principalẽ, christi passionẽ. Significãt tertiò finẽ effectus sacramẽtalis, qui est uita æterna, ad quã omnia sacramẽta ordinãtur. ¶ Exẽplum baptismus: primò, & principaliter significat gratiam baptizato collatam, qua mundatur a peccato: ad hoc enim significandum, & causandum est institutus. Significat etiam christi passionem, & mortem. unde ad Rom. vj. Quicunq; baptizati sumus in christo Iesu: in mor

Signũ.

te ipsius baptizati sumus: consepulti.n. summus cũ illo per baptismum in mortem &c. Significat etiam futuram gloriam, ad quam perueniemus per finalem resurrectionem. Vnde ubi supra apostolus, Quomodo surrexit christus a mortuis per gloriam patris: ita & nos in nouitate uitę ambulemus. Si enim complãtati facti sumus similitudini mortis eius s. per baptismum simul, & resurrectionis erimus. Est ergo baptismus nõ solum similitudo mortis christi; sed etiam resurrectionis christi: & etiam nostrę futurę ad gloriam. Quo ad primum, sunt signa demonstratiua habentia semper effectum concomitantem sublato impedimento. Quantũ ad secundum sunt signa rememoratiua. Et quãtũ ad tertiũ sunt signa pronostica. Nam signum demonstratiuũ est signũ præsentium. Rememoratiuum est signũ prę teritorum. Et signũ pronosticũ est signũ futurorũ. Hæc sentẽtialiter Tho. & concordat Pe. de palu. in. q. ij. in explanatione diffinitionis sacramenti: cum notificatur secundum magistrum sacræ rei signum: super uer. signum. ¶ Verum quia sacramenta ordine naturę pręcedunt effectum sacramentalem: respectu illius possent dici pronostica: ut uult Scotus. ¶ Has autem diffinitiones doc. subtilis reducit ad unam, quę talis est. Sacramentum proprijssimẽ acceptum est signum sensibile: gratiam, uel dei effectũ gratuitum ex institutione diuina efficaciter significans: ordinatum ad salutem hominis uiatoris. Dicitur primò signum sensibile: siue sit uisibile, siue audibile: ex causa supra tacta. Dicitur gratię inuisibilis: ubi gratia dicit gratiam gratũ facientem: & hoc in anima suscipientis sacramentũ. Additur, uel effectum dei gratuitum propter sacramentum eucharistię: quod non significat gratiam gratũ facientem, quę est quędã forma accidẽtalis: sed significat corpus christi uerum sub speciebus contentum, quod est effectus gratuitus: quia ex gratuita uolũtate procedẽs. Et dicit effectus: nõ quia tunc de nouo fiat, siue esse accipiat: sed quia fit de nouo p̃sens illis speciebus p trãssubstantiationẽ panis in ipsum. Dicitur ex institutione diuina: per quod excludunt signa purẽ naturalia, ut lotio balnei: & aqua benedicta, quæ non est sacramentum: quia non a deo: sed ab ecclesia instituta. Dicitur efficaciter significans: quod includit certitudinaliter propter signa æquiuoca, siue dubia: ut sacrificia ue. le. quæ quia gratiam non cõtulerãt, quã significabant (saltem ex opere operato) ut j. docebitur: non fuerunt sacramenta. Per idem excluduntur imago crucifixi: petra deserti: agnus pascalis: uirga Aaron: serpens ęneus; quia ex quo non contulerunt gratiam, uel effectum gratuitũ: non sunt sacramenta: licet sacratum rerum repręsentatiua. Qđ additur: ordinatũ ad salutẽ hominis uiatoris: nihil excludit, uel includit: sed finem institutionis sacramentorũ ostendit. ¶ Sed contra hoc, quod dicitur, signũ sensibile. Arguitur. Nam de ratione sacramenti non est, quod sit signum sensibile. Nã si deus institueret aliquod spirituale ad significandum efficaciter gratiam: puta meditationem dominicę passionis: uel aliam cogitationem, aut actũ interiorem: assistendo eidem ad producendum gratiam in anima mediante ista lis actus interior esset uerẽ sacramentũ: & tamen nõ esset signum sensibile. ¶ Prętere a. Corpus christi uerũ est sacramentũ sub hostia: quia sacramentum, & res secundum doc. & magistrum dist. viij. Sic in baptismate character impressus res ẽ, & sacramẽtum: & tamen nec corpus sub hostia: nec character est res sensibilis. ¶ Si dicitur, quod illæ diffinitiones dãtur de sacramentis secundum quod sunt instituta a christo: non secundum quod possunt institui. Contra: diffinitio debet esse cõuertibilis cum diffinito: ideo prædicabilis de eo, & subijcibilis uniuersaliter respectu cuiuscũq; copulæ: & in quocũq; casu possibili: nunc autem in casu argumenti diffinitum prędicaretur de signo spirituali: quia illi cõueniret tota ratio nominis sacramentũ. Nihil .n. aliud est de ratione eius: nisi quod est signũ efficaciter significans rem sacrã. i. effectum gratuitũ: ut patet ex nominis deriuatione, & interprætatione: ex quo colligit eius signifi

Diffinitio sacramenti. C

significatio,& tñ de tali spūali signo,nō pdicatur diffinitio,propter genus diffiniti.s. signū sensibile. ¶ Propter hāc rationem Gulielmus Ockā,in suo quarto q.j.ponit aliā breuiorē diffinitionē sacramenti,quā etiam cōmendat Pet. de Aliaco q.j.quarti ar.iii.quę est.Sacramentum est signum significans efficaciter effectum dei gratuitum. Et per effectum gratuitum,intelligitur gratia gratum faciens accidentalis, uel gratia substantialis,quę est corpus christi. Ista diffinitio,omni sacramento conuenit propriē dicto;& solū tali respectu cuiuscūq; copulę:saltem posita cōstantia subiecti. Et licet de facto solum prędicetur de signo sensibili:potest tamē prędicari de signo spirituali. Et ita est cōmunis signis sensibilibus,& non sensibilibus. ¶ Cui placet saluare diffinitionem Scot.& cōmunia dicta sanctorū(quę oēs loquūtur de sacramētis,ut de facto instituta sunt) potest dicere, ꝙ signum spirituale si institueretur a deo ad significandum effectum gratuitum nō esset sacramentū: & consequenter,ꝙ ratio sacramenti includit,ꝙ sit signū sensibile. Et licet hoc nō habeat ex deriuatione nominis, & prima eius impositione:habetur tñ ex usu loquentium:quę habet uicē impositionis:maximē quia nomina sunt ad placitum: & per hoc soluta est prima replica.

Neq; character, neq; corpus christi sub speciebus est sacramentū.

¶ Ad secundū dicitur,ꝙ nec corpus christi:nec character est sacramētū nō solū, quia est signum non sensibile: sed quia non est signum efficax sui signati: non enim comitatur signatum:corpus.s.christi mysticū,corpus christi uerū: neq; in suscipiente sacramētū, neq; in sacramēto.Tum etiam:quia signatū nō est effectus dei gratuitus:eo modo,quo accipitur in diffinitione:quia nec gratia gratū faciēs: nec gratia substātialis:tū quia ad hoc significandū non sunt instituta a deo.Sic de charactere, qui non est institutus ad significandū gratiā:sed ad distinguendū,& configurandum,ut infra dicetur. ¶ Ad magistrum dicitur cum corpus Christi dicitur sacramentum,& res: sacramentum capitur large pro signo sacrę rei:& non propriē.¶ Si quęrit. Quid de colūba sup christū uisa, & linguis igneis super capita apostolorū uisis: quæ significabant plenitudinē gratiæ in christo,& apostolis; & ita eis tota cōuenit diffinitio sacramēti:ut patet discurrendo singulas particulas. Respōdetur, ꝙ non fuerunt signa efficacia gratię:nō .n.habebant aliquam causalitatē respectu gratię.Precessit.n. plenitudo gratiæ signa:de christo manifestū est: de apostolis patet: qa nō propter signa fuit eis infusa gratia:sed quia fuerunt pleni gratia:apparuerunt signa. Fuerunt.n. illa signa a deo exhibita solum ad significādū plenitudinem gratię,nō ad causandum.

Tres cōditiones signi efficaces.

¶ Sunt autem tres conditiones signi efficacis,secūdū Sco.q.iij.dist.præsenti uidelicet, ꝙ sit signum practicū.i.habens aliquā causalitatem respectu signati.Secunda, ꝙ sit signum certū: certitudine ut in pluribus.i. semper dū non ponitur impedimentū ex parte suscipientis.Tertia,ꝙ sit naturaliter prius effectu signato.& omnia illa deficiunt in proposito. Et tantum de diffinitione sacramenti.

Not. 2. D opiniones de causalitate sacramentorum.

¶ Secūdo notandum, ꝙ de materia principali quæstionis, uidelicet an, & quomodo sacramēta sint causæ gratiæ:sunt opiniones duę cōtrarię apud doc. quas recitat beatus Tho.q.iiij.huius dist.Et similiter sanctus Bona. Vna est Alexā.de Ales.par.iiij.q.viij.quam imitatur beatus Tho.& durandus.Et hęc ponit quatuor per ordinem. Primum, & sacramēta sunt causę gratiæ nō tantum sine qua non. Nam causa sine qua nō: nihil causalitatis facit ad inducendum effectum supra causas per accidens:sicut albū est causa per accidens domus,si ædificator, sit albus. Causa uero per accidens non pertinet ad artem:nec ingreditur diffinitionem. In diffinitione autē sacramēti ponitur:ut cā existat.Secūdū,ꝙ licet sacramenta sint causa gratię,nō tñ attingūt effectiuē gratiā : nec principaliter: nec ēt instrumentaliter in uirtute principalis agentis: sed quādam dispositionem pręuiam.Pro quo notat, ꝙ ex sacramentis duo consequuntur in anima suscipientis sacim. Primū,quod est sacramentū,& res:sicut character,uel aliquis

ornatus animę in sacramentis non imprimentibus characterem. Secūdū, quod est res tantum sicut gratia. Respectu ergo primi effectus sunt sacramenta causę aliquo modo efficientes ad illū effectū instrumentaliter non principaliter attingentes. Sed respectu secundi; sunt causę disponentes tali dispositione, quę est necessitās, nisi sit impedimentum ex parte recipientis sacramentum. Dicitur ergo sacramentum esse causa dispositiua gratię: inquantum est causa instrumentaliter attingens primum effectum, qui est dispositio necessitās ad gratiam. Tertiū: in sacramentis oportet ponere aliquam uirtutē supernaturalem supra uirtutem propriā naturalē: quæ est quędam res absoluta spiritualis: quia ad effectū spūalē: Primum ostendit, quia cum sacramenta sint res corporales non habent uirtutē naturalem ad effectū spiritualē: maximē respectu effectus, cuius solus deus est causa principalis. Secundum ostendit: quia uirtus causalis semp nominat principiū actionis. Ad aliquid autē seu relatio nō potest esse principium agendi, neq; terminus actiōis. v. physico. Et ideo uirtus illa supernaturalis nō est ordo sacramentorū ad effectū sacramentalē: ordo dico institutionis. quia illa est relatio: oportet igitur, ꝙ sit aliquid absolutū. Quartum: ꝙ uirtus illa, quamuis sit quid absolutū: tamen non est ens completum in natura: sed est quoddā ens incompletū: sicut motus. Huius rationem assignat: quia sacramētum est causa instrumentalis. Est autem hæc differentia inter causam principalem, & instrumētalem: quia agens principale agit secūdū exigentiā suę formę: ideo uirtus actiua in ipso est aliqua forma: uel qualitas habens esse cōpletū in natura. Instrumētū autem licet ei cōpetat duplex actio. una, quā habet ex ppria natura: alia, quā habet ut motū a principali agēte, & semper inquātū instrumētū attingit ad aliquid ultra illud, quod cōpetit sibi secūdū suā naturā: siue illud, ad quod attingit sit ultima forma; siue dispositio ad eam: alias non ageret, ut instrumentum. Tamen uirtus eius, ut instrumentum proportionatur motui: quia agit, ut motum a primo agente. Est ergo uirtus illa ens incompletum, & diminutum non fixum in natura: & per se: non in aliquo decē generum: quia ens incompletum, quod est in anima, distinguitur contra ens distinctum per decem genera: reducitur tamen ad illud genus, in quo est uirtus completa principalis agentis: uel in quo esset: si esset in genere: quia uirtus increata non est in aliquo genere. Sic etiā non constituitur in aliquo genere boni tatis, nisi per reductionem, reducitur autem ad bona maxima, in quibus est gratia, quę quodāmodo est cōpletum ipsius uirtutis, quasi finis eius. ¶ Addit etiam, ꝙ non est inconueniens, ꝙ uirtus spiritualis sit in re corporali in esse incompleto. Ad quod adducit quatuor similitudines. Nam uirtus artis est in instrumentis motis ab artifice. Et sermo disciplinę audibilis continet intentionē animę quodammodo. In motu etiam cęli est uirtus substantię separatæ mouentis. Et semen agit in uirtute animę uegetatiuę. Consequenter dicit: ꝙ illa uirtus licet sit una in uno sacramento; est tamen in omnibus, quæ constituūt sacramentum: hoc est in elementis, & uerbis simul completē: & in singulis in esse incompleto. Et si quęritur; quando hęc uirtus datur sacramentis: respondet, ꝙ inchoatiuē datur quando sacramenta instituuntur in specie instrumenti. Sed completiuē datur, in usu sacramenti, quando actu mouetur a principali agente: licet statim cum usu sacramenti desinat: nec est inconueniens, ꝙ uirtus, quę motui proportionatur, datur rei statim, uel post modicum desituræ. Hæc omnia colliguntur ex quæstio. iiij. huius distinct. & uarijs eius articulis. ¶ Alia est opinio, cui consentit sanctus Bonauentu. Rich. de media uilla. Sco. Ockam Tho. de argen. & eorum sequaces, quæ tenet, ꝙ deus constituit sacramenta sensibilia tanquam signa certa gratiæ, quam ipse creando producit in anima suscipientis sacramentum. aut in ipso sacramento effectum gratuitum ad hominū salutem ordinatū; quod

additur propter sacramentum euchari-stiæ. Statuit enim, q adhibito tali signo secundum modum, & formam suæ insti-tutionis: infallibiliter uult assistere suo signo: producendo gratiam, si non po-natur obex in suscipiēte sacramentum: quā gratiam alias non produceret: si sacramentum illud non exhiberetur. Et de hoc fecit ecclesiam suam certam. Et ista ordinatio, siue institutio diuina uo-catur pactum dei initum cum ecclesia. Et non est ponēda aliqua dispositio mē dia inter sacramentum, & gratiā in ani-ma: ad hoc, ut gratia infundatur: neq; aliqua uirtus supernaturalis in sacramen tis, aut usu eorum, qua instrumentaliter agerent ad effectum gratuitum, uel ad dispositionem præuiam. Probatio unius opinionis est improbatio alterius: ideo reseruabitur ad probationem conclusio num in sequenti articulo ponendarum. Et ex illis etiam ostendit; quomodo sa-cramenta possunt dici causę effectus sa

or. 3. cramentalis. ¶ Tertiò notandum pro

E dicendorum intellectu: quia causa com

Causę muniter diffinitur. Causa est, ad cuius diffini- esse sequitur aliud. i. causa est res, qua po tio, & sita in esse, aliqua alia res ponitur in es quid sit se. Addendum est: & qua non posita, unā rem aliud non ponitur eo modo, quo poni-causare tur. quod ideo additur: quia alias quæ-aliam. cunq; duo simul tempore producerentur, unū esset causa alterius: & ita si duo infantes simul tempore generarentur ex diuersis matribus: unus esset causa al terius. Et si di. q illi ablatiui: qua posi-ta: ponuntur in designatione consequē tię: & per hoc important quandam ne-cessitatem: ut sic intelligatur: qua posi ta: aliud necesse sequitur. Et sic solue-retur instantia de duobus infantibus: quia uno posito in esse, non necessariò alius ponitur in esse &c. ¶ Contra tunc nulla causa secunda esset causa: quia ad nullius positionē sequitur necessariò ef fectus: non enim ad positionem ignis sequitur necessariò calor, uel combu-stio: ut patet de pueris in camino ignis. Vnde omnis effectus purè contingen-ter sequitur ex causa secunda: qua posi-ta causa secunda pōt nō sequi: nō cōcur rente deo. Additur eo modo, quo poni tur: quia si idem calor produceretur simul ab igne, & sole: licet altero remoto, adhuc produceretur calor: tñ non eo mō, quo producitur ad utroq; quia non est æque intensus: aut non in tanto tē-pore; citius. n. produceretur a duobus, quā ab uno solo. ¶ Si di: adhuc sequitur, q si calor produceretur ab igne cū pri-ma causa: & conseruaretur a sola prima causa. tunc ignis non esset causa calo-ris: quia remoto igne non remoueretur calor in cāsu. ¶ Dicendū, q ignis tunc est causa productionis caloris: quia sine igne non est productus: sed non est cau-sa cōseruationis caloris: uerū si igne ap-plicato calefactibili deus suspenderet actionē ignis: & se solo produceret ca-lorem in calefactibili: tūc ignis non esset causa huiusmodi caloris producti: quia si ignis applicatus non esset: adhuc calor adeo productus esset. ¶ Et si diceres. Tunc ignis presens calefactibili non su-spēsus: nō esset cā caloris in calefactibili geniti: quia calor ille potuit produci a solo deo remoto igne: ergo &c. Re-spondetur negando ultimam consequē tiam: quia non dicitur in diffinitione causę: qua non posita non potest poni effectus: sed non ponitur, ita q nega-tur actus, non potentia. Nunc autem Q̄uo cā in casu, remoto igne non producere- secunda tur calor: quia si determinauit se deus causet. non producere regulariter calorem si-ne causa secunda pręsente: & hoc non est suspendere ignem præsentem: agere in pręsentia ignis: sed ordinatam, & re-gularem suę uoluntatis determinatio-nem, quę est non agere remota se-cunda causa. Et sic intellecta diffi-nitio causæ uidetur esse conuertibilis. ¶ Ex quo patet, q unam rem causare aliam: nihil aliud est, nisi ad pręsen-tiam unius rei aliam rem produci, uel esse: ut ignem causare calorem in a-qua apposita: nihil aliud est, quàm ad præsentiam ignis calorem inesse a-quæ. Nec est imaginandum, q inter causam immediatam, & effectum sit aliquod medium, ratione cuius dice-retur causare: aut q ipsa causa aliquid

ex se trásfundat in effectū, aut huiusmo di. Sed causare est ad nudā præsentiam rei aliā rem incipere, uel esse. Hoc autē ut dicit doctor: & post eum Pe. de Alia co q. j. quarti art. j. contingit dupliciter. Vno modo, quando ex natura rei ad esse, & præsentiam unius sequitur na turaliter esse alterius. Alio modo, quan do ad esse unius sequitur aliud ex sola uoluntate alterius illud ad præsentiam eius producentis: ut si rex statueret, ꝙ habens denarium plumbeum signo regis signatum reciperet de camera regis 100. florenos. Denarius ille præsentatus ad camerā regis: causa est receptionis. 100. flore. non ex natura plumbi: sed sola uoluntate regis. Primum dicitur causa propriè: quia est causa ex uirtute propria, idest ex uirtute, quę est in ipsa: aut quæ est ipsamet res, siue eius natura. Secundum uerò dicitur causa sine qua non. unde Pet. de palu. distinct. j. q. j. notificando causam sine qua non dicit. Causa sine qua non, est qua posita aliud ponitur aliunde &c. quamuis secundum eum idem uideatur esse causa per accidens, & causa sine qua non. Hinc in naturalibus non contingit dare causam sine qua non: nec mediatam, nec immediatam: respectu alicuius effectus: sed tantum in uoluntarijs: quando scilicet causa uoluntaria determinat se ad præsentiam alicuius (quod non est naturaliter productiuum certi effectus) producere illum effectū: & non sine illius præsentia. ¶ Sed contra hoc posset argui. Virtus causandi effectum quemcūq; est plenè, & sufficienter in prima causa: & in nulla re creata sufficienter, & plenè: nisi quatenus ipsa causa prima, quę deus est: liberè, & contingenter uoluit: & se determinauit: ꝙ ad præsentiam talis rei uult producere talem effectum: gratia exempli. Quòd ignis siue calor est causa caloris: ex eo est quia determinauit se deus, ꝙ ad præsentiā caloris uult producere calorem in alio subiecto: nec sic calor habet esse causam caloris, per aliquam aliam uirtutem sibi inexistentē: sed solum ex eo, ꝙ deus ita se determinauit, ꝙ ad eius præsentiam: & non sine eius præsentia regulariter uult producere calorem. Et si non sic determinasset: calor idem, qui nunc sine omni sua mutatione esset, esset calor: & non esset causa caloris. Vnde deus nihil facit per causam secundam: quin illud faciat per seipsum æquè principaliter: & non minus, quam si solus faceret: immo ut dicit do. Pet. de Aliaco, ubi supra. Plus facit deus faciendo aliquem effectum mediante causa secunda: quàm si faceret eundem effectum se solo: quia quando facit aliquem effectum mediante causa secunda: ipse non solum facit illum: sed etiam facit causam secundam esse causam illius effectus. Vnde in factione qua aliquid facit mediante causa secunda, sunt plures termini diuinæ factionis; quā si faceret se solo: quia in prima unus terminus est effectus de nouo productus: & alius terminus ipsa causa secū da in esse causæ. Sed in secunda est solum unus terminus, scilicet effectus productus: & per hoc ita uerè est causa signum quodcunq; si deus determinat se ad eius præsentiam producere signatū: sicut calor est causa caloris. Et ideo illa distinctio causæ in causam propriè, & causam sine qua non: non uidetur subsistere. ¶ Illa ratio uidetur mihi fortis, & satis probabiliter concludere: ꝙ si deus determinaret se, ꝙ ab hac die ad prolationem alicuius uerbi a quocunq; prolati, uelit dare pluuiam: uerbum illud iam prolatum: ita propriè esset causa pluuię ad eius prolationem a deo causare: sicut calor est causa caloris: & hoc uidetur omnino uerum. Nihil .n. habet creatura nisi ex mera uoluntate dei illud liberè, & contingenter sibi dante: & sic posset faciliter dici: ꝙ sacramenta sunt uerè, & propriè causæ effectus sacramentalis, quem deus ex pactione sua, cum sua ecclesia ad eorum exhibitionem producit: & ita saluarentur omnes auctoritates sanctorum: & contra nullę militarent rationes. Nihil enim inconueniens, ꝙ ignobilius, aut corporale sit causa nobilioris, & spiritualis ex ordinatione, & pactione

Distinctio causæ in causam propriè dictam, & in causā sine quā non.

diuina. Nec hoc est aliud dicere: quàm ꝙ ad præsentiam rei minus digne, & corporalis deus ex sua uoluntate libera producit effectum nobiliorem, & spiritualem. Nec ex alia ratione causat, quęcunq; causa secũda naturalis causa. ¶ Ad saluandum tamen illud dictum, & differentiam causarum, potest dici, ꝙ deus in prima rerum conditione determinauit se ad producendum effectus regulariter ad aliquarum rerum, & quorumcumq; eiusdem speciei præsentiam: & non sine eis. Et illis conuenit esse causam ex sua natura id est ex ea natura, in qua constitutæ sunt in earum creatione. Et dicitur regulariter: quia deus potentiam suam non alligauit creaturis: quoniam omnia, quæ potest cum creatura in genere causę efficientis: potest se solo: tamen ut frequenter quædam non agit sine creatura. Quandoq; autem determinat se ad producendum effectum ad præsentiam aliquarum rerũ: non ex creatione siue sub earum constitutione: sed pro tempore post creationem earum. Et illæ non dicuntur causæ propriè, uel ex sua natura: quia nõ a conditione suæ naturæ erant causę: quinimmo naturam propriam habuerunt, priusquam instituerentur esse causæ. Sic sacramenta habebant eandem naturam: puta aqua baptismatis, cum cęteris, quem nunc habet: sed non fuit causa, uel signum, aut sacramentum effectus spiritualis ante institutionẽ christi factam post suã incarnationem. Sed dicuntur causę sine qua non: & ita uidetur, ꝙ illa difficultas consistit plus in terminis, quam in rebus: quantum ad differentiam causę propriè, & causę sine qua non. Et hoc uidetur intendisse dominus Pet. de Aliaco ubi sup. in propositione vij. qua dixit. Licet ad prę sentiam secundę causę propriè dictę sequatur effectus: non solum ex uolũtate dei: sed ex uirtute ipsius causę, & ex natura rei: tamen ꝙ ad pręsentiam alicuius causę secundę, sequatur aliquis effectus uirtute ipsius causę seu ex natura rei: solum est ex uoluntate dei. Nam hoc solum est: quia deus uult talem assumere causam ad cooperandum sibi talem effectum, quem sine ea posset producere. Et in octaua propositione. Licet omnis causa secunda propriè dicta causet effectum ex natura rei: tamen ꝙ ipsa sit causa propriè dicta non est ex natura rei: quia solũ ex uolũtate diuina. Quod nõ aliter intelligi potest, nisi ꝙ causa secũda est causa rei non habens ex aliqua naturali proprietate superaddita: sed ex uoluntate diuina se determinantis ad assistendum suæ naturę ad productionem effectus. ¶ Consequenter notandum, ꝙ secundum communiter loquentes causa diuiditur in instrumentalem, & principalem. Dicitur tamen causa instrumẽtalis per oppositum ad principalem: & ita tot modis dicitur, quod principalis. Causa principalis dicitur quatuor modis secundum Sco. q. j. & iiij. huius dist. Primo modo per exclusionem causę superioris agẽtis: & hoc modo agere principaliter est agere independenter: & illo modo sola causa prima, est principalis: & omnis causa secunda, instrumentalis. Secundo modo causa principalis dicitur totum suppositum agens per aliquam sui partem: & pars, per quam totum agit, dicitur instrumentalis: & sic totus homo dicitur causa principalis uisionis oculus uero instrumentalis. Tertio modo causa principalis dicit̃ causa, quę attingit effectum principalẽ secũdũ aliquam pręuiam dispositionem: sic calor dicitur causa instrumentalis respectu ignis supposito, ꝙ non attingat formã ignis generandi: sed tantũ calorem. Quarto mõ dicit̃ cã principalis, quę agit ꝑ formã propriã intrinsecam: siue in sic agẽdo sit subordinatũ agẽti superiori, siue nõ. Et cã instrumentalis est, quæ non agit per propriã formã: sed tãtũ per motionẽ alterius mouẽtis: ut in sciẽtia artis ut serra, uel securis. Et illo mõ oís dispositio necessitans ad formã, quę est ratio receptiua, potest dici causa instrumentalis actiua quodammodo. Sic merita sunt causa instrumentalis pręmii. Nam propriè dicitur: per meritum acquiritur pręmium: & tamen meritũ non causat pręmiũ: nec aliquam dispositio-

Not. 4 F Diuisio causæ in principalẽ, & instrumentalem.

nem mediā:sed solūmodo ipsummet est dispositio præuia ex ordinatione diuina ad præmium:non tamen sicut ratio receptiua. ¶ Quantū ad articulum secundū est conclusio prima. Sacramenta noue legis effectum sacramentalem causant,quem ex institutione diuina certitudinaliter significant. Hæc conclusio quantū ad primam partē probatur auctoritate,& ratione. Et ne ambiguitas incidat ex illo termino effectus sacramentalis:p effectū sacramentalē intelligo gratiam gratū facientē, quā consequitur suscipiēs sacramētū nō indignē: & hoc quātū ad oia sacramenta prǽter sacramentum eucharistię: & quo ad illud præsentiā corporis christi sub sacramentalibus signis speciebus scilicet uini, & panis. & sic intelligo quoties de effectu sacramentali fit mentio. Probatur igitur prima pars conclusionis auctoritate August. in de bap. In solis elementis sacramenta efficiunt, quod figurāt. Idem super Ioan. Quæ est uirtus ista aquæ,ut corpus tangat,& cor abluat. loquitur de aqua baptismi. Si abluit cor idest animam:ergo ablutionem causat. Non autem fit ablutio animę nisi per gratiam:causat igitur gratiam. Itē Beda super Lucā. Christus tactu mundissimæ carnis suæ uim regeneratiuam cōtulit aquis. Vis regeneratiua est uis causatiua gratiæ. quia per solam gratiæ infusionem fit regeneratio. Item orat ecclesia. Proficiant in nobis domine sacramenta,quæ continent: scilicet gratiam: non continent autem gratiam formaliter:ergo uirtualiter: & non nisi sicut causa suum effectum. Item magister diffiniens sacramentū addit:ut imaginem gerat,& causa existat. Ad idē sonat Hugo. j. lib. de sacra. parte. ix. cap. j. ubi inter cetera dicit. Debet oē sacramentum quandam similitudinem habere ad ipsam rem, cuius est sacramentū,secundūquā habile sit ad eandem rē repræsentandam. Institutionem quoq;, p quā ordinatum sit ad illam significan[illegible] postremo sāctificationem: per quā [illegible] contineat, & efficax sit ad ean[illegible] [illegible]ficandis conferendā. Ecce dicit sacramenta gratiam continere:non nisi causaliter: & efficacia esse ad conferendam gratiam sanctificandis. scillicet suscipientibus sacramenta. Consonat Tho de argen. dist. lj. q. j. ar. j. cū inquit. Sacramentum nouę legis est in genere causæ efficientis causa per se gratiæ diuinę. quod probat ex auctoritatibus nunc deductis. Quód autem sit causa per se,probat ex diffinitione causæ. Causa est,ad cuius esse sequitur aliud. v. Meta. & causa per se est, ad cuius positionem in actu semper sequitur effectus in actu. ij. Physic. sed sic est de usu sacramento tum:ergo. Hæc ille. Ratione probatur sumpta ex quid nominis causę: nā ad esse sacramenti sequitur effectus sacramentalis, qui non sequitur sacramē to non posito: ergo sacramentum est causa sacramentalis effectus. Consequētia tenet per locum ad diffinitionem. Antecedens patet: quia deus instituendo sacramenta determinauit se ad producendum effectum gratuitum ad præsentiam sacramenti, quem non produceret eo nō posito: ut infra patebit: ergo antecedens uerum. ¶ Secunda cōclusio. Nouę legis sacramenta non sunt causa gratiæ, ex natura propria eis in prima rerum conditione tradita. Probatur conclusio: quia ante institutionem sacramentorum a christo fuerunt, uel esse potuerunt res illę, quæ modo sunt sacramenta: & tamen nullam habebant efficaciam, seu causalitatem respectu effectus gratuiti, cum tamen tunc habebant eandem naturam, quā nunc: ergo causalitas eorū nō est ex natura propria: alioquin manente natura maneret & causalitas. Ad idem faciunt probationes sequētis conclusionis. In duabus cōclusionibus omnes concordāt. ¶ Tertia conclusio. Sacramenta nouę legis non causant effectiuē dispositionem prǽuiā ad sacramentalem effectum necessitātem. Hæc conclusio ponitur contra opinionem beati Tho. & Pet. de palu. cum inquit. q. j. dist. j. Secunda conclusio est, q sacramenta attingunt ad productionem dispositionis ad gratiam, quæ est character, uel ornatus: & pari ratione

Arti. 2. Cōcl. 1 G Sacramenta no. le. sūt causæ effectus sacramentalis.

Cōcl. 2

Cōcl. 3 Sacramenta no. le. nō causant effectiuē dispositionem præuiā

ad gratiam. ad gratiam sacramẽtalem, si differat ab alia gratia. Et secundum eius dictũ supra recitatũ:probatur cõclusio:quia illa dispositio secundum eũ, esset character in sacramentis initerabilibus,& in alijs ornatus quidam characteri similis.patet ex præmissis:sed character ille non est dispositio ad effectum sacramentalem: neque ornatus ille est ponendus. Et si ponendus esset respectu eius, similiter & respectu characteris sacramenta nullam haberent causalitatem,eam,ut terminum attingentem: ergo conclusio uera.Consequentia nota. Et antecedẽs tripertitum probatur quantum ad singulas partes. Quo ad primam scilicet ꝙ character non est dispositio præuia ad effectum sacramentalem: & idem esset de ornatu,si poneretur. Arguitur. Dispositio,quę potest stare sine gratia sacramẽtali.& sine quã potest infundi, & stare gratia sacramentalis:uel eiusdem speciei,nõ est dispositio necessitãs ad gratiam sacramentalem:sed talis est character:ergo.Cõsequentia nota cũ maiore Minor probatur:quo ad primam partẽ: quia character manet in recidiuãtibus: immo in damnatis, in quibus nõ est gratia. Similiter fictẽ accedentibus ad sacramentum imprimitur character:alioquin recedente fictione iterandum esset sacramentum:quod patet esse falsũ: & tñ non infunditur gratia.Patet ergo ꝙ character potest stare sine gratia.Secunda pars minoris, ꝙ sine charitate datur gratia: patet in circumcisione, quæ non imprimit characterem secundum eum:& tamẽ confert gratiã,immo secundũ Pet.depalu.ubi supra in prima propositione, liberũ arbitrium cõpetit se principaliter ad gratiã disponere, & facere illud,quod est immediata dispositio ad gratiã:immo secdm eũdẽ melior est dispositio ꝑ lib.arbi. quã sit alia per dispositionẽ sacramentalẽ, & licet sint eædem quantum ad efficaciã:nõ tamen quantũ ad essentiam.Similiter baptizato baptismate flaminis infunditur gratia sine charactere:non enim imprimitur character nisi uigore sacramenti. ¶ Item character est signum distinctiuũ, & configuratiuum:ut infra dicetur:talе autem signum sequitur gratiam ordine naturæ.Nam signum distinctiuũ præsupponit distinctionem eorum,quorum distinctionem ostẽdit.Similiter & signũ configuratiuũ præsupponit configurationem signatorũ.Hęc autẽ dispositio, & configuratio fit per gratiã sacramẽtalem:ideo characterpræsupponit gratiam sacramenti, & sequitur ipsam ordine naturę. ¶ Secunda pars principalis antecedentis, scilicet ꝙ talis ornatus non sit ponendus:probatur: qa si esset ponendus:ornatus ille erit character:tũ quia indelebilis:non enim habebit contrarium,tũ quia erit distinctiuus ab his, quæ non habent talem ornatũ: & configuratiuus his, quę habent: & hę sunt conditiones characteris: ut infra dicetur.¶ Præterea:tunc sacramenta imprimẽtia ornatum,ita essent initerabilia, sicut imprimentia characterem. Consequens falsum.Consequentia probatur: quia esset eadem ratio in his, sicut in illis. ¶ Præterea, ut arguit Scot. in quibus sacramentis imprimitur dispositio ad effectum principalẽ:si ꝑpter obicem in suscipiente non causatur effectus principalis,tunc cessante obice sufficit dispositio impressa ad effectum illum principalem causandum: sicut apparet in sacramentis imprimentibus characterem, quę propter hoc sunt initerabilia. Sed in fictẽ pęnitente nihil est, quod sufficiat ad effectum pœnitentiæ cessante fictione.alioquin non oporteret talem fictẽ confessum de eisdem peccatis iterum confiteri,quod non tenetur: ergo in sacramento pęnitentiæ non imprimitur talis dispositio. Pari ratione nec in alijs. Hoc illicitũ concedit sanctus Tho.sed eius falsitas ostendit infra dist. xvij.q.j.arti. iij.¶ Tertia pars minoris, scilicet ꝙ respectu characteris,& huiusmodi ornatus si ponetur: sacramenta non habent causalitatem: ipsos ut terminum attingentem secundum eundẽ Sco.creatura nõ põt agere instrumẽtaliter minus principaliter ad terminũ creationis secundum ipsum opinantes.quod secũdũ eũ maximẽ uerũ est de substãtia

Character nõ est dispositio præuia ad gratiam.

corporea, cuiusmodi est sacramentum. Dispositio autem præuia: quam ponit: scilicet character: aut ornatus est terminus creationis: ergo. Minor patet, quia talis dispositio, est forma supernaturalis, & qualibet talis est, æque non ducibilis de potentia naturali subiecti recipientis. Subiectum etiam æque est in potentia obiectiuali ad quamlibet talem formam. Sicut ergo sacramenta non sunt causæ instrumentales gratiæ ipsam attingentes: ita nec huiusmodi dispositionis: cum utraque creatur, & est forma supernaturalis. ¶ Præterea. Dispositio illa est forma indiuisibilis: quia in subiecto indiuisibili sicut gratia: ergo producitur in instanti: etiam quia terminus creationis. Sed sacramenta, quæ habent esse successiuum propter uerba uocalia, quæ de ratione sacramenti non possunt agere in instanti. ¶ Et si di. quod ultima syllaba agit in uirtute priorum. Contra non potest agere in uirtute priorum, nisi priores aliquid derelinquant in subiecto: sicut nec ultima gutta cauat lapidem: nisi & priores aliquid abstulissent de partibus lapidis: & ita tota actio sacramenti est successiua. & ideo non erit ad terminum instantaneum. ¶ Præterea, ipsa ultima syllaba habet esse successiuum, & diuisibilis est in semper diuisibilia: sicut omnis sonus temporalis. Late, & bene improbat hanc partem doct. subtilis: ideo transeo. ¶ Conclusio quarta. In sacramentis nouæ legis non est ponenda uirtus supernaturalis, per quam respectu sacramentalis effectus eis conueniat ratio causalis. Hæc conclusio ponitur contra tertium dictum sancti Tho. quo ponit uirtutem quandam spiritualem supernaturalem in sacramentis, per quam concurrunt actiue instrumentaliter ad dispositionem, & dispositiue ad gratiam. Probatur itaque conclusio. Primo, quod ista uirtus non est spiritualis: quia si sic: aut quia perficit spiritum: aut secundo, quia indiuisibilis: aut tertio, quia habet esse incompletum: aut quarto, quia habet tantum esse obiectiuum. Non primum: quia tunc non esset in corpore: & ita nec in sacramentis. Antecedens probatur: quia nulla perfectio spiritus informat corpus. Alioquin intellectio, & uolitio, scientia, gratia, charitas possunt subiectiue informare lapidem: quod non conceditur maxime de potentia ordinata. Nec secundum: quia tunc non posset esse in subiecto diuisibili: nisi totum esset in toto: & totum in qualibet parte: quod non conceditur nisi de sola anima intellectiua. Et si hoc concederetur: tunc accidens migraret de subiecto, in subiecto, quia cum partes sacramenti non sunt simul: sed sibi succedunt: sic totum in qualibet parte migraret a parte priore, in partem posteriorem succedentem. Nec tertium: quia tunc motus, & tempus dici deberent res, seu formæ spirituales. Si quartum: tunc non esset ens reale absolutum: nec esset subiectiue in sacramentis: quod ipse negat, quæ enim habent esse obiectum suo modo tantum sunt in anima: non in re extra. ¶ Præterea, quod uirtus illa simpliciter non sit ponenda: probatur: quia si uirtus illa est res aliqua: aut substantia, aut accidens. Hæc enim diuisio entis immediata fundatur in contradictione. Patet ex quid nominis utriusque: sed non est substantia manifestum est: nec accidens: quia non potest assignari ei subiectum: quod probatur: cum enim illa uirtus in uno sacramento sit una, ut puta aqua, sacramentum habet unitatem formalem secundum illum: aut erit subiectiue in elemento: aut in uerbis: aut in intentione. Ex his enim integratur sacramentum. & in quocunque horum ponitur cætera superfluunt, & non erunt de ratione sacramenti. Nec potest dici, quod sit in omnibus simul: quia idem accidens esset in diuersis subiectis, genere, loco, & situ distinctis. Sequeretur similiter, quod accidens esset in accidente: quæ sunt absurda, & philosophiæ Aristotelis extranea. ¶ Nec sufficit dicere, quod quia habet esse incompletum: ideo illa de eo concedi possunt: similiter etiam, quod cum sit spirituale: esse tamen non potest in re corporali. Quia quæro quid intelligatur per esse incompletum: aut esse successiuum: aut esse tale cui, aliquid debeat ad suum esse requisitum. Si pri-

Cõcl. 4
H
In sacramentis no. le. non est ponenda uirtus supnaturalis.

Si primum: sic motus, & tempus habent esse incompletum: & tamē utrumq; est in uno subiecto adæquato. s. in mobili secundum opinionem aliquorū. Vtrūq; est per se in genere. Si secundum: tunc simpliciter non est. Nihil. n. actualiter est, cui deficit aliquid ad sui esse requisitum: sicut homo non est, si deficit materia aut forma. Præterea queritur: quando illa uirtus datur sacramento: uel in principio: uel in medio: uel in fine: & quodcunq; datur reliquę partes sacramenti superfluunt: ita ꝙ sine eis esset sacramentum: quia in quocunq; instanti est uirtus sacramenti: in illo est plenum, & uerum sacramētum alijs omnibus eir cumscriptis: sicut in quocunq; instanti forma humana est in materia: in illa est uerus, & perfectus homo: & ita esset sacramentum nondum existēte forma. Si enim in principio prolationis formę est uirtus: & ita sacramentum: nondum est forma: sed pars eius. Si in fine: tūc similiter nō ē forma: q̄a pars eius trāsijt. ¶ Et si dicis (sicut ipse dicit) ꝙ uirt⁹ daē sacramentis inchoatiuè, dum instituuntur in specie sacramenti: sed completiuè in usu sacramenti. ¶ Contra primum, Illa institutio facta est a christo, dum adhuc ageret uitam mortalem in terris saltem ante ascensionem: ut infra dicetur: tunc autem sacramenta: quibus nunc utimur: non fuerunt: quod uero non fuit: nihil recipere potuit, nec inchoatiuè, nec completiuè tunc quando non fuit. ¶ Contra secundum: ꝙ non recipiunt hanc uirtutem completiuè, dum sunt in usu: probatur: quia ex quo sacramenta consistunt in certa uerborum forma: quæ sunt de sacramentorum essentia. Quęro: quando ipsam uirtutem recipiunt: an existente prima syllaba, media uel ultima: & non potest dici nisi existente ultima: quia illa deficiente, cęterę non constituunt sacramentum: nec sequitur effectus sacramētalis deficiente aliquo substātiali in forma. Vltima autem syllaba, quę est de necessitate sacramenti: quando est perfecta definit: definit autem per primum instans non esse: & sic recipiet uirtutem, quando non est: quod est impossibile. Et si dicis; ꝙ recipit uirtutem per partes: quælibet syllaba unam partem uirtutis. ¶ Contra. Virtus illa est indiuisibilis: quia spiritualis, & supernaturalis: & ita tota simul producitur in instanti a uirtute supernaturali, quę est infinita. Item si haberet partes aut eiusdem rationis: aut diuersarum. Non secundum: quia est forma simplex: nec potest assignari diuersitas partium ex quibus componeretur. Si primum: tunc producto uno gradu, seu parte sufficeret ad esse sacramēti: sicut unus gradus gratię uel charitatis sufficeret ad hois sanctificationem, & peccatorum remissionem. Item similia illa, quę adducit ad ostendendum, ꝙ res spiritualis possit esse in subiecto corporali: non inducunt propositum. Primum non: quia in instrumento artis non est aliqua uirtus impressa ab artifice pręter motum: si ponitur distinctus a mobili: & ideo supponit falsum. Similiter falsum est, ꝙ in sermone disciplinę audibili continetur intentio animæ. Intentio animæ est cognitio, quæ inhęret potentię cognitiuę, quam perficit: non alicui rei extra: & forte hoc etiam ipse sensit: ideo addit quodammodo. Et si intelligitur inesse causaliter: nihil ad propositum: hic enim non quęritur causa huius uirtutis: sed eius subiectum. Pariformiter in motu cęli nō est uirtus aliqua, quę sit principiū effectiuū alicuius effectus in inferioribus. sed per motū cęli fit applicatio partiū cæli: quæ causāt effectus in his inferioribus. ¶ De quarta uero similitudine dicitur, ꝙ semen agit uirtute caloris, quæ est forma, seu qualitas materialis, & non spiritualis: nihil enim spirituale est in semine: sed quæcunq; uirtus est in eo: est materialis, & extensa sicut suum subiectum: & ideo similitudines illæ deficiunt. ¶ Præterea & finaliter arguitur pro conclusione. Omnis opinio, quę ponit pluralitatem sine necessitate, est penitus irrationabilis, & reprobāda: sed talis est hæc opinio ponēs ornatū, & uirtutē in sacramētis, nō ergo ē irrationa

Distinctio. xxij. Quæstio unica.

Index Finis.

COLLECTORIVM QVARTI SENTENTIARVM EGREGII VIRI MAGISTRI GABRIELIS BIEL, SACRAE THEOLOGIAE LICENTIATI, INCIPIT FOELICITER.

ROPOSVERAM quidem post abbreuiaturam scriptorũ secundi, & tertij librorũ sententiarũ, ori meo digitum apponere: ac sub silentio delitescens, quarti abbreuiationem praeterire propter ingenioli mei obtusitatẽ: scientię pauperiẽ: materię latitudinẽ: & clarissimorũ scribentiũ pluralitatẽ, quorũ fundatissimis doctrinis addere nil presumo. Nimia tamẽ fratrũ meorum (quibus meipsum debeo) precum instãtia deuictus: opus supra uires (diuina confisus gratia) fratrũq; meorũ orationibus adiutus, aggredior similibus forma, & ordine, quibus in prioribus processutus. ¶ Igitur postquã magister in primis tribus libris egit de rebus fruẽdis, & utẽdis similiter & de his, qui utũtur, & fruũtur: in hoc quarto libro sententiarũ suarũ: agit de sacramentalibus signis. ¶ Vel cõformiter ad priores diuisiones. Postquã magister in libro primo egit de deo secũdũ rationẽ naturalis pfectionis. Et in secũdo de eodẽ, in quantũ relucet eius potentia in opere creationis. In tertio inquantũ relucet eius sapiẽtia in ope humanę reparationis. In hoc quarto determinat de eodem, inquãtũ relucet eius bonitas, & iustitia in opere uulnerati sanationis, & finalis retributionis. ¶ Et diuiditur liber ille in duas partes principales. In prima determinat de sacramentis salutiferis, homini per peccatum lapso medicinam efficaciter conferentibus. In secunda de finali retributione post unionẽ animę, & corporis in generali resurrectione correspõdente singulorũ operibus: quę pars incipit infra dist. xliij. ¶ Circa primum primo agit de sacramentis in genere: pręmisso breui proemio. Secũdo de sacramentis in specie institutis in nouo, & ueteri testamento. Secunda pars ibi. Fuit tamẽ inter illa sacramenta &c. ¶ Et quoniam distinctio illa habet duas distinctas materias, ut patet ex diuisione. Ex qualibet eius parte eliciuntur tres conclusiones sentẽtiã textus comprehendentes. ¶ Prima conclusio partis primae. Sacramenta non tantum significandi: sed sanctificãdi gratia sunt instituta. Ideo ue. le. cerimonię signa sunt in onus imposit ę: & non propriẽ sacramenta. ¶ Secunda conclusio. Sacramenta instituta sunt propter causam triplicem: sanandi .l. hominis humiliationem, eruditionem, & exercitationẽ. ¶ Tertia. Sacramenta nouę legis, quae duobus, rebus, uidelicet, & signis cõstãt salutẽ, quã sacramẽta uete. le. tantũ promittebãt: efficaciter prestãt. Harũ conclusionũ deductionẽ cũ sacramenti descriptione uide in textu. ¶ Circa hanc partem distinctionis primę, quaeritur de duobus. Primo de sacramentorũ effica

ela. Secundò de eorū institutione: necessitate, & congruentia. Est igitur quæstio prima.

Questio.j. Distinctio.j.

A VTRVM sacramenta legis no. sint causę effectiuę gratię. ¶ Tribus articulis hęc quęstio absoluetur. Primus erit notabilium. Secundus conclusionū. Tertius dubiorum. Notabilia terminos declarabunt. Conclusiones ad quæstionem respondebunt. Dubia replicarum difficultates uel materias cohęrētes terminabunt. Et ne idem sępius repetere oporteat, hunc ordinē per singulas quæstiones huius quarti, domino auctore tenebo: sicut & tenui in prioribus libris. ¶ Quantum ad primum articulum notandum circa hunc terminum sacramentum: q sacramentum secundum sanctum Tho. & secundum Durandum. q.j. quarti: dicitur a sacrando actiue: sicut medicamentum a medicando: & ornamentum ab ornando. Et sicut medicamentum est illud, quo aliquis medicatur: & ornamentum est, quo aliquis ornatur: sic sacramentum est aliquid, quo aliquis sacratur. Verum sicut uirtus interior sanans non dicitur medicamentum: sed aliquid deforis adhibitum, uel intus susceptum naturalis uirtutis confortatiuum, aut morbi expulsiuum. Ita etiam interior contritio preparans: aut gratia formaliter sanans non est sacramentum: sed aliquod corporale, siue sensibile extrinsecus ad sanctificandum hominem apppositum. ¶ Accipitur autem nomen sacramentum tripliciter secundum magistrum. Primò pro sacro secreto mysterio signato: quo modo dicimus sacramentum diuinitatis: sacramentum incarnationis: sacramentum passionis. Et hęc acceptio non est ad propositū: quia sacramētū, de quo hic agitur, nō est signatū, sed signū. Secūdò accipitur sacrm̄ p sacro signo: & sic accipitur dupliciter. Vno mō generaliter: pro quolibet signo sacro rei: & sic accipitur a magistro: cum ait. Sacramentum est sacræ rei signum, quod dicitur sententialiter ex uerbis beati Aug. x. de ciui. dei. c. v. sic dicētis. Sacrificium est uisibile inuisibilis sacrificij sacramentū. i. sacrū signū. Et hoc modo extendit se ad sacrificia, & cerimonias uete. te. Alio mō strictius accipitur p signo gratiæ efficaci, & certo: quo modo sacramēta no. te. dicūtur sacramēta. Et hoc mō ponuntur tres diffinitiones sacramēti ut recitat Alexā. par. iiij. q. viij. Vna est beati Aug. in libri de corpore christi. Sacramentum est, per quod sub tegumēto rerū uisibilium diuina uirtus secretius salutem operatur. Secūda est magistri partim elicita ex uerbis beati Aug. ubi sup. Sacramentū est inuisibilis gratiæ uisibilis forma: ut ipsius imaginē gerat, & cā existat. Tertia est uenerabilis Hugo. de sancto uictore lib. de sacramentis prima parte. c. j. Sacramentum est corporale, uel materiale elementum foris sensibiliter propositum ex similitudine repræsentans: ex institutione significans: ex sanctificatione continens aliquam inuisibilem, & spiritualem gratiam. ¶ Illæ diuisiones, si benè intelliguntur, uariatis uerbis eandem præferunt sententiam: & quod una obscurius innuit: alia clarius exprimit. ¶ Nam ad hoc, q aliquid sit sacramentum tria requiruntur. Primum, q sit res sensibilis habens naturalem similitudinem ad gratiam, siue effectum dei gratuitum, quam uel quem repræsentat. Naturalem similitudinem dico nō per participationem eiusdem qualitatis. Sic enim corporalia, seu sensibilia non sunt similia spiritualibus: cum nulla eadem qualitas secundum speciem insit utrisq;. Sed similitudinem per proportionabilitatem quę est similitudo proportionatorum: ut sicut se habet hoc ad illud, ita hoc ad istud: exempli causa: sicut se habet aqua ad diluendas maculas corporales: ita se habet gratia ad abluendas maculas spirituales. Et hęc similitudo benè est corporalium ad res spirituales. Hęc Tho. q. j. arti. ii. distin. j. in solutione ultime rationis. ¶ Secundum, quod requiritur est, q sit actualiter à deo institutum. Nam solus ille

Arti. 1. Not. 1.

Ethymologia nominis sacramentum.

Triplex acceptio sacramenti.

Tres diffinitiones sacramenti

B

Tria requiruntur ad esse sacramenti proprié.

potuit instituere sacramentum, qui potuit suo signo dare significationis certitudinem, & efficaciã. Hãc autẽ solus deus potest dare, qui solus potest gratiã infundere, & gratuitum effectum causare. ¶ Tertiũ, qđ requiritur est, ꝙ sit signũ efficax, & certũ: ita ꝙ semper habeat effectũ suũ, quẽ signat infallibiliter, nisi sit impedimentũ in suscipiente per positionẽ obicis gratię repugnãtis. Et hæc tria intelligere oportet in singulis triũ diffinitionũ. Nã primum innuitur in diffinitione Aug. in hoc, ꝙ dicitur: rerũ uisibilium. Et in diffinitione Magistri: uisibilis forma, idest similitudo: ideo additur, ut imaginem gerat. Et accipitur uisibile ibi generaliter pro sensibili. In diffinitione Hugo. clarius hoc exprimitur. Sed ꝙ ibi dicitur corporale, uel materiale elementum, non intelligitur elementum proprie, ut distinguitur contra elementatum: sed quælibet res sensibilis, siue substantia, siue accidens. Sicut in eucharistia. Sacramentũ est species panis, & uini, quę sunt accidentia. Et in matrimonio. Sacramẽtum est uerba consensum contrahentiũ exprimentia. ¶ Secunda conditio, & tertia satis implicitẽ in diffinitione. August. innititur in hoc, ꝙ dicit: per quod uirtus diuina secretius operatur: ubi innuitur, ꝙ illa tegumenta uisibilia, per quæ salus acquiritur: a uirtute diuina assumuntur in cooperationem: & ita a deo instituta, & certa sunt signa. Et si hoc non satis intelligitur: suppleatur in diuisione magistri in eo, quod dicitur: & causa existat; non enim põt causa existere: nisi ex diuina institutione. Et si est causa: erit signum efficax, & certũ: & ita patet tertia cõditio in diffinitione Hugo. Secunda conditio tangitur cũ dicitur: ex institutione, .s. diuina significans: & tertia in eo, quod sequitur: continens aliquam inuisibilem, & spiritualem gratiam: continens non formaliter, sed causaliter: & ita signũ efficax, & certum. ¶ Et si quæritur cum idem sit repræsentare, & significare: quoniã quod repręsentat, facit illud, quod repræsentat in cognitionem uenire: & ita significat per quid nominis signi, seu significare. August. de doctrina christiana: & ponitur in litera. Quomodo ergo ex similitudine repræsentat: & ex institutione significat. Dicendum, ꝙ ex similitudine repręsentat: & significat generaliter, & naturaliter omne simile ei, cui nota est similitudo: gratia exempli. Baptismus: quia est quędam lotio exterior in aqua, potest significare omnem lotionem in quacunq; materia: siue corporalem, siue spiritualem cuiuscunq; creaturę: potest enim mouere intellectum ad cogitandum quamlibet lotionem propter naturalem similitudinem mundationis. Verum sic non significat certẽ, & efficaciter: quia non ponit inesse mundationem, quam significat: mundationem uero animæ a peccato, quã certẽ significat, repræsentat ex institutione diuina: ex quo deus, qui baptismum instituit, suo signo assistit ad producendum effectum repræsentatum. Et si significare accipitur, ut includit hanc certitudinem: differentia est inter repræsentare, & significare: quia signa æquiuoca .i. dubia, & incerta repręsentant: sed non significant. Item sacramenta ex similitudine naturali non præcisẽ repræsentant effectum sacramẽtalem: sed omne illud, in quo saluatur similitudo. Sed ex institutione præcisẽ determinatur ad significandum certẽ sacramentalem effectum. Et hanc differentiam puto Hugonem uoluisse ponere inter significare, & repręsentare. Significant autem sacramenta principaliter gratiam, seu effectum gratuitum, respectu cuius habent aliquam causalitatem: ut infra dicetur: significãt etiã causam meritoriã gratię principalẽ, christi .s. passionẽ. Significãt tertiò finẽ effectus sacramẽtalis, qui est uita æterna, ad quã omnia sacramẽta ordinãtur. ¶ Exẽplum: baptismus primò, & principaliter significat gratiam baptizato collatam, qua mundatur a peccato: ad hoc enim significandum, & causandum est institutus. Significat etiam christi passionem, & mortem. unde ad Rom. vj. Quicũq; baptizati sumus in christo Iesu: in mor

te ipsius baptizati sumus: consepulti.n. sumus cū illo per baptismum in mortem &c. Significat etiam futuram gloriam, ad quam perueniemus per finalem resurrectionem. Vnde ubi supra apostolus, Quomodo surrexit christus a mortuis per gloriam patris: ita & nos in nouitate uitę ambulemus. Si enim complātati facti sumus similitudini mortis eius s. per baptismum simul, & resurrectionis erimus. Est ergo baptismus nō solum similitudo mortis christi; sed etiam resurrectionis christi: & etiam nostrę futurę ad gloriam. Quo ad primum, sunt signa demonstratiua habentia semper effectum concomitantem sublato impedimento. Quantū ad secundum sunt signa rememoratiua. Et quātū ad tertiū sunt signa pronostica. Nam signum demonstratiuū est praesentium. Rememoratiuum est signū preteritorum. Et signū pronosticū est signū futurorū. Haec sententialiter Tho. & concordat Pe. de palu. in. q. ii. in explanatione diffinitionis sacramenti: cum notificatur secundum magistrum sacrae rei signum: super uer. signum. ¶ Verum quia sacramenta ordine naturę precedunt effectum sacramentalem: respectu illius possent dici pronostica: ut uult Scotus. ¶ Has autem diffinitiones doc. subtilis reducit ad unam, quę talis est. Sacramentum proprijssime acceptum est signum sensibile: gratiam, uel dei effectū gratuitum ex institutione diuina efficaciter significans: ordinatum ad salutem hominis uiatoris. Dicitur primō signum sensibile: siue sit uisibile, siue audibile: ex causa supra tacta. Dicitur gratię inuisibilis: ubi gratia dicit gratiam gratū facientem: & hoc in anima suscipientis sacramentū. Additur, uel effectum dei gratuitum propter sacramentum eucharistię: quod non significat gratiam gratū facientem, quę est quędā forma accidētalis: sed significat corpus christi uerum sub speciebus contentum, quod est effectus gratuitus: quia ex gratuita uolūtate procedēs. Et dicit effectus: nō q tunc de nouo fiat, siue esse accipiat: sed quia fit de nouo p̄sens illis speciebus p trāssubstantiationē panis in ipsum. Dicitur ex

Diffinitio sacramenti. C

institutione diuina: per quod excludunt signa purē naturalia, ut lotio balnei: & aqua benedicta, quę non est sacramentum: quia non a deo: sed ab ecclesia instituta. Dicitur efficaciter significans: quod includit certitudinaliter propter signa ęquiuoca, siue dubia: ut sacrificia ue. le. quę quia gratiam non cōtulerāt, quā significabant (saltem ex opere operato) ut j. docebitur: non fuerunt sacramenta. Per idem excluduntur imago crucifixi: petra deserti: agnus pascalis: uirga Aaron: serpens eneus: quia ex quo non contulerunt gratiam, uel effectum gratuitū: non sunt sacramenta: licet sacratum rerum repręsentatiua. Q. additur: ordinatū ad salutē hominis uiatoris: nihil excludit, uel includit: sed finem institutionis sacramentorū ostendit. ¶ Sed contra hoc, q dicitur, signū sensibile. Arguitur. Nam de ratione sacramenti non est, q sit signum sensibile. Nā si deus institueret aliquod spirituale ad significandum efficaciter gratiam: puta meditationem dominicę passionis: uel aliam cogitationem, aut actū interiorem: assistendo eidem ad producendum gratiam in anima mediantis talis actus interior esset uerē sacramentū: & tamen nō esset signum sensibile. ¶ Praeterea. Corpus christi uerū est sacramentū sub hostia: quia sacramentum, & res secundum doc. & magistrum dist. viij. Sic in baptismate character impressus res ē, & sacramētum: & tamen nec corpus sub hostia: nec character est res sensibilis. ¶ Si dicitur, q illę diffinitiones dātur de sacramentis secundum q sunt instituta a christo: non secundum q possunt institui. Contra: diffinitio debet esse cōuertibilis cum diffinito: ideo praedicabilis de eo, & subijcibilis uniuersaliter respectu cuiuscūq; copulę: & in quocūq; casu possibili: nunc autem in casu arguméti diffinitum pręsdicaretur de signo spirituali: quia illi couenirec tota ratio nominis sacramentū. Nihil .n. aliud est de ratione eius: nisi q est signū efficaciter significans rem sacrā. i. effectum gratuitū: ut patet ex nominis deriuatione, & interpraetatione: ex quo colligit eius

signifi

ſignificatio,& tñ de tali ſpũali ſigno,nõ pdicatur diffinitio,propter genus diffiniti.ſ. ſignũ ſenſibile. ¶ Propter hãc rationem Gulielmus Ockã,in ſuo quarto q.j.ponit aliã breuiorẽ diffinitionẽ ſacramenti, quã etiam cõmendat Pet. de Aliaco q.j.quarti ar.iii.quę eſt.Sacramentum eſt ſignum ſignificans efficaciter effectum dei gratuitum. Et per effectum gratuitum,intelligitur gratia gratum faciens accidentalis, uel gratia ſubſtantialis,quę eſt corpus chriſti. Iſta diffinitio,omni ſacramento conuenit proprie dicto;& ſolũ tali reſpectu cuiuſcũq; copulę:ſaltem poſita cõſtantia ſubiecti. Et licet de facto ſolum prędicetur de ſigno ſenſibili:poteſt tamẽ prędicari de ſigno ſpirituali. Et ita eſt cõmunis ſignis ſenſibilibus,& non ſenſibilibus. ¶ Cui placet ſaluare diffinitionem Scot.& cõmunia dicta ſanctorũ(quę oẽs loquũtur de ſacramẽtis,ut de facto inſtituta ſunt) poteſt dicere, ꝙ ſignum ſpirituale ſi inſtitueretur a deo ad ſignificandum effectum gratuitum nõ eſſet ſacramentũ: & conſequenter,ꝙ ratio ſacramenti includit,ꝙ ſit ſignũ ſenſibile. Et licet hoc nõ habeat ex deriuatione nominis, & prima eius impoſitione:habetur tñ ex uſu loquentium:quę habet uicẽ impoſitionis:maximẽ quia nomina ſunt ad placitum: & per hoc ſoluta eſt prima replica.

Neq; character, neq; corpus chriſti ſub ſpeciebus eſt ſacramentũ.

¶ Ad ſecundũ dicitur,ꝙ nec corpus chriſti:nec character eſt ſacramẽtũ nõ ſolũ, quia eſt ſignum non ſenſibile : ſed quia non eſt ſignum efficax ſui ſignati : non enim comitatur ſignatum:corpus.ſ. chriſti myſticũ,corpus chriſti uerũ: neq; in ſuſcipiente ſacramẽtũ, neq; in ſacramẽto.Tũ etiam:quia ſignatũ nõ eſt effectus dei gratuitus:eo modo,quo accipitur in diffinitione:quia nec gratia gratũ faciẽs: nec gratia ſubſtãtialis:cũ quia ad hoc ſignificandũ non ſunt inſtituta a deo.Sic de charactere, qui non eſt inſtitutus ad ſignificandũ gratiã: ſed ad diſtinguendũ,& configurandum,ut infra dicetur . ¶ Ad magiſtrum dicitur cum corpus Chriſti dicitur ſacramentum,& res : ſacramentum capitur largẽ pro ſigno ſacrę rei:& non propriẽ. ¶ Si quęrit. Quid de colũba ſup chriſtũ uiſa , & linguis igneis ſuper capita apoſtolorũ uiſis: quæ ſignificabant plenitudinẽ gratiæ in chriſto,& apoſtolis; & ita eis tota cõuenit diffinitio ſacramẽti:ut patet diſcurrendo ſingulas particulas. Reſpõdetur, ꝙ non fuerunt ſigna efficacia gratię:nõ .n.habebant aliquam cauſalitatẽ reſpectu gratię.Pręceſsit.n. plenitudo gratiæ ſigna:de chriſto manifeſtũ eſt : de apoſtolis patet : qa nõ propter ſigna fuit eis infuſa gratia :ſed quia fuerunt pleni gratia:apparuerunt ſigna. Fuerunt.n. illa ſigna a deo exhibita ſolum ad ſignificãdũ plenitudinem gratię,nõ ad cauſandum. ¶ Sunt autem tres conditiones ſigni efficacis,ſecũdũ Sco.q.iij.diſt.præſenti uidelicet , ꝙ ſit ſignum practicũ.i.habens aliquã cauſalitatem reſpectu ſignati.Secunda , ꝙ ſit ſignum certũ: certitudine ut in pluribus.i.ſemper dũ non ponitur impedimentũ ex parte ſuſcipientis.Tertia,ꝙ ſit naturaliter prius effectu ſignato.& omnia illa deficiunt in propoſito. Et tantum de diffinitione ſacramenti.

Tres cõditiones ſigni efficaces.

¶ Secũdõ notandum, ꝙ de materia principali quæſtionis, uidelicet an , & quomodo ſacramẽta ſint cauſæ gratiæ:ſunt opiniones duę cõtrarię apud doc. quas recitat beatus Tho q.iiij.huius diſt.Et ſimiliter ſanctus Bona. Vna eſt Alexã.de Ales.par.iiij.q.viij.quam imitatur beatus Tho.& durandus.Et hęc ponit quatuor per ordinem. Primum, & ſacramẽta ſunt cauſę gratiæ nõ tantum ſine qua non.Nam cauſa ſine qua nõ ; nihil cauſalitatis facit ad inducendum effectum ſupra cauſas per accidens:ſicut albũ eſt cauſa per accidens domus,ſi ædificator, ſit albus. Cauſa uero per accidens non pertinet ad artem:nec ingreditur diffinitionem. In diffinitione autẽ ſacramẽti ponitur:ut cã exiſtat.Secũdũ,ꝙ licet ſacramenta ſint cauſa gratię,nõ tñ attingũt effectiuẽ gratiã : nec principaliter; nec ẽt inſtrumentaliter in uirtute principal s agentis: ſed quãdam diſpoſitionem pręuiam.Pro quo notat , ꝙ ex ſacramentis duo conſequuntur in anima ſuſcipientis ſacrm. Primũ,quod eſt ſacramentũ,& res:ſicut character,uel aliquis

Not.2. D opiniones de cauſalitate ſacramentorum.

ornatus animę in sacramentis non imprimentibus characterem. Secūdū, quod est res tantum sicut gratia. Respectu ergo primi effectus sunt sacramenta causę aliquo modo efficientes ad illū effectū instrumentaliter non principaliter attingentes. Sed respectu secundi; sunt causę disponentes tali dispositione, quę est necessitās, nisi sit impedimentum ex parte recipientis sacramentum. Dicitur ergo sacramentum esse causa dispositiua gratię: inquantum est causa instrumentaliter attingens primum effectum, qui est dispositio necessitās ad gratiam. Tertiū: in sacramentis oportet ponere aliquam uirtutē supernaturalem supra uirtutem propriā naturalē: quæ est quędam res absolutē spiritualis: quia ad effectū spūalē: Primum ostendit, quia cum sacramenta sint res corporales non habent uirtutē naturalem ad effectū spiritualē: maximē respectu effectus, cuius solus deus est causa principalis. Secundum ostendit: quia uirtus causalis semp nominat principiū actionis. Ad aliquid autē seu relatio nō potest esse principium agendi, neq; terminus actiōis. v. physico. Et ideo uirtus illa supernaturalis nō est ordo sacramentorū ad effectū sacramentalē: ordo dico institutionis. quia illa est relatio: oportet igitur, ꝙ sit aliquid absolutū. Quartum: ꝙ uirtus illa, quamuis sit quid absolutū: tamen non est ens completum in natura: sed est quoddā ens incompletū: sicut motus. Huius rationem assignat: quia sacramētum est causa instrumentalis. Est autem hæc differentia inter causam principalem, & instrumētalem: quia agens principale agit secūdū exigentiā suę formę: ideo uirtus actiua in ipso est aliqua forma: uel qualitas habens esse cōpletū in natura. Instrumētū autem licet ei cōpetat duplex actio. una, quā habet ex ppria natura: alia, quā habet ut motū a principali agēte, & semper inquātū instrumētū attingit ad aliquid ultra illud, quod cōpetit sibi secūdū suā naturā: siue illud, ad quod attingit sit ultima forma: siue dispositio ad eam: alias non ageret, ut instrumentum. Tamen uirtus eius, ut instrumentum proportionatur motui: quia agit, ut motum a primo agente. Est ergo uirtus illa ens incompletum, & diminutum non fixum in natura: & per se: non in aliquo decē generum: quia ens incompletum, quod est in anima, distinguitur contra ens distinctum per decem genera: reducitur tamen ad illud genus, in quo est uirtus completa principalis agentis: uel in quo esset: si esset in genere: quia uirtus increata non est in aliquo genere. Sic etiā non constituitur in aliquo genere bonitatis, nisi per reductionem, reducitur autem ad bona maxima, in quibus est gratia, quę quodāmodo est cōpletum ipsius uirtutis, quasi finis eius. ¶ Addit etiam, ꝙ non est inconueniens, ꝙ uirtus spiritualis sit in re corporali in esse incompleto. Ad quod adducit quatuor similitudines. Nam uirtus artis est in instrumentis motis ab artifice. Et sermo disciplinę audibilis continet intentionē animę quodammodo. In motu etiam cęli est uirtus substantię separatæ mouentis. Et semen agit in uirtute animę uegetatiuę. Consequenter dicit: ꝙ illa uirtus licet sit una in uno sacramento; est tamen in omnibus, quæ constituūt sacramentum: hoc est in elementis, & uerbis simul completē: & in singulis in esse incompleto. Et si queritur; quando hęc uirtus datur sacramentis: respondet, ꝙ inchoatiuē datur quando sacramenta instituuntur in specie instrumenti. Sed completiuē datur, in usu sacramenti, quando actu mouetur a principali agente: licet statim cum usu sacramenti desinat: nec est inconueniens, ꝙ uirtus, quę motui proportionatur, datur rei statim, uel post modicum desituræ. Hęc omnia colliguntur ex quæstio. iiij. huius distinct. & uarijs eius articulis. ¶ Alia est opinio, cui consentit sanctus Bonauentu. Rich. de media uilla. Sco. Ockam Tho. de argen. & eorum sequaces, quæ tenet, ꝙ deus constituit sacramenta sensibilia tanquam signa certa gratiæ, quam ipse creando producit in anima suscipientis sacramentum: aut in ipso sacramento effectum gratuitum ad hominū salutem ordinatū; quod

additur propter sacramentum eucharistiæ. Statuit enim, q adhibito tali signo secundum modum, & formam suæ institutionis: infallibiliter uult assistere suo signo: producendo gratiam, si non ponatur obex in suscipiēte sacramentum: quā gratiam alias non produceret: si sacramentum illud non exhiberetur. Et de hoc fecit ecclesiam suam certam. Et ista ordinatio, siue institutio diuina uocatur pactum dei initum cum ecclesia. Et non est ponēda aliqua dispositio media inter sacramentum, & gratiā in anima: ad hoc, ut gratia infundatur: neq; aliqua uirtus supernaturalis in sacramentis, aut usu eorum, qua instrumentaliter agerent ad effectum gratuitum, uel ad dispositionem pręuiam. Probatio unius opinionis est improbatio alterius: ideo reseruabitur ad probationem conclusionum in sequenti articulo ponendarum. Et ex illis etiam ostendit; quomodo sacramenta possunt dici causę effectus sacramentalis. ¶ Tertiò notandum pro dicendorum intellectu: quia causa communiter diffinitur. Causa est, ad cuius esse sequitur aliud .i. causa est res, qua posita in esse, aliqua alia res ponitur in esse. Addendum est: & qua non posita, aliud non ponitur eo modo, quo ponitur. quod ideo additur: quia alias quæcunq; duo simul tempore producerentur, unū esset causa alterius: & ita si duo infantes simul tempore generarentur ex diuersis matribus: unus esset causa alterius. Et si di. q illi ablatiui: qua posita: ponuntur in designatione consequētię: & per hoc important quandam necessitatem: ut sic intelligatur: qua posita: aliud necesse sequitur. Et sic solueretur instantia de duobus infantibus: quia uno posito in esse, non necessariò alius ponitur in esse &c. ¶ Contra tunc nulla causa secunda esset causa: quia ad nullius positionē sequitur necessariò effectus: non enim ad positionem ignis sequitur necessariò calor, uel combustio: ut patet de pueris in camino ignis. Vnde omnis effectus purè contingenter sequitur ex causa secunda: quia posita causa secunda pōt nō sequi: nō cōcurrente deo. Additur eo modo, quo ponitur: quia si idem calor producitur simul ab igne, & sole: licet altero remoto, adhuc produceretur calor: tñ non eo mō, quo producitur ad utroq; quia non est æque intensus: aut non in tanto tēpore; citius .n. produceretur a duobus, quā ab uno solo. ¶ Si di: adhuc sequitur, q si calor produceretur ab igne cū prima causa: & conseruaretur a sola prima causa. tunc ignis non esset causa caloris: quia remoto igne non remoueretur calor in casu. ¶ Dicendū, q ignis tunc est causa productionis caloris: quia sine igne non est productus: sed non est causa cōseruationis caloris: uerū si igne applicato calefactibili deus suspenderet actionē ignis: & se solo produceret calorem in calefactibili: tūc ignis non esset causa huiusmodi caloris producti: quia si ignis applicatus non esset: adhuc calor adeo productus esset. ¶ Et si diceres. Tunc ignis pręsens calefactibili non suspēsus: nō esset cā caloris in calefactibili geniti: quia calor ille potuit produci a solo deo remoto igne: ergo &c. Respondetur negando ultimam consequētiam: quia non dicitur in diffinitione causę: qua non posita non potest poni effectus: sed non ponitur, ita q negatur actus, non potentia. Nunc autem in casu, remoto igne non produceretur calor: quia si determinauit se deus non producere regulariter calorem sine causa secunda pręsente: & hoc non est suspendere ignem præsentem: agere in pręsentia ignis: sed ordinatam, & regularem suę uoluntatis determinationem, quę est non agere remota secunda causa. Et sic intellecta diffinitio causæ uidetur esse conuertibilis. ¶ Ex quo patet, q unam rem causare aliam: nihil aliud est, nisi ad pręsentiam unius rei aliam rem produci, uel esse: ut ignem causare calorem in aqua apposita: nihil aliud est, quàm ad præsentiam ignis calorem inesse aquæ. Nec est imaginandum, q inter causam immediatam, & effectum sit aliquod medium, ratione cuius diceretur causare: aut q ipsa causa aliquid

Not. 3. E Causę diffinitio, & quid sit unā rem causare aliam.

Quō cā secunda causet.

ex se trãsfundat in effectũ, aut huiusmodi. Sed causare est ad nudã presentiam rei aliã rem incipere, uel esse. Hoc autẽ ut dicit doctor: & post eum Pe. de Aliaco q. j. quarti art. j. contingit dupliciter. Vno modo, quando ex natura rei ad esse, & presentiam unius sequitur naturaliter esse alterius. Alio modo, quando ad esse unius sequitur aliud ex sola uoluntate alterius illud ad presentiam eius producentis: ut si rex statueret, ꝙ habens denarium plumbeum signo regis signatum reciperet de camera regis 100. florenos. Denarius ille presentatus ad camerã regis: causa est receptionis. 100. flore. non ex natura plumbi: sed sola uoluntate regis. Primum dicitur causa propriè: quia est causa ex uirtute propria, idest ex uirtute, quę est in ipsa: aut quæ est ipsamet res, siue eius natura. Secundum uerò dicitur causa sine qua non. unde Pet. de palu. distinct. j. q. j. notificando causam sine qua non dicit. Causa sine qua non, est qua posita aliud ponitur aliunde &c. quamuis secundum eum idem uideatur esse causa per accidens, & causa sine qua non. Hinc in naturalibus non contingit dare causam sine qua non: nec mediatam, nec immediatam: respectu alicuius effectus: sed tantum in uoluntarijs: quando scilicet causa uoluntaria determinat se ad præsentiam alicuius (quod non est naturaliter productiuum certi effectus) producere illum effectũ: & non sine illius præsentia. ¶ Sed contra hoc posset argui. Virtus causandi effectum quemcũq; est plenè, & sufficienter in prima causa: & in nulla re creata sufficienter, & plenè: nisi quatenus ipsa causa prima, quę deus est: liberè, & contingenter uoluit: & se determinauit: ꝙ ad presentiam talis rei uult producere talem effectum: gratia exempli. Quòd ignis siue calor est causa caloris: ex eo est quia determinauit se deus, ꝙ ad presentiã caloris uult producere calorem in alio subiecto: nec sic calor habet esse causam caloris, per aliquam aliam uirtutem sibi inexistentẽ: sed solum ex eo, ꝙ deus ita se determinauit, ꝙ ad eius presentiam: & non sine eius præsentia regulariter uult producere calorem. Et si non sic determinasset: calor idem, qui nunc sine omni sua mutatione esset, esset calor: & non esset causa caloris. Vnde deus nihil facit per causam secundam: quin illud faciat per seipsum eque principaliter: & non minus, quam si solus faceret: immo ut dicit do. Pet de Aliaco, ubi supra. Plus facit deus faciendo aliquem effectum mediante causa secunda: quàm si faceret eundem effectum se solo: quia quando facit aliquem effectum mediante causa secunda: ipse non solum facit illum: sed etiam facit causam secundam esse causam illius effectus. Vnde in factione qua aliquid facit mediante causa secunda, sunt plures termini diuinæ factionis: quã si faceret se solo: quia in prima unus terminus est effectus de nouo productus: & alius terminus ipsa causa secunda in esse causæ. Sed in secunda est solum unus terminus, scilicet effectus productus: & per hoc ita uerè est causa signum quodcunq; si deus determinat se ad eius præsentiam producere signatũ: sicut calor est causa caloris. Et ideo illa distinctio causæ in causam propriè, & causam sine qua non: non uidetur subsistere. ¶ Illa ratio uidetur mihi fortis, & satis probabiliter concludere: ꝙ si deus determinaret se, ꝙ ab hac die ad prolationem alicuius uerbi a quocunq; prolati, uellet dare pluuiam: uerbum illud iam prolatum: ita propriè esset causa pluuię ad eius prolationem a deo causare: sicut calor est causa caloris: & hoc uidetur omnino uerum. Nihil .n. habet creatura nisi ex mera uoluntate dei illud liberè, & contingenter sibi dante: & sic posset faciliter dici: ꝙ sacramenta sunt uerè, & propriè causæ effectus sacramentalis, quem deus ex pactione sua, cum sua ecclesia ad eorum exhibitionem producit: & ita saluarentur omnes auctoritates sanctorum: & contra nullę militarent rationes. Nihil enim inconueniens, ꝙ ignobilius, aut corporale sit causa nobilioris, & spiritualis ex ordinatione, & pactione

Distinctio causę in causam propriè dictam, & in causã sine quã non.

diuina. Nec hoc est aliud dicere: quàm φ ad præsentiam rei minus digne, & corporalis deus ex sua uoluntate libera producit effectum nobiliorem, & spiritualem. Nec ex alia ratione causat, quęcunq; causa secũda naturalis causa. ¶ Ad saluandum tamen illud dictum, & differentiam causarum, potest dici, φ deus in prima rerum conditione determinauit se ad producendum effectus regulariter ad aliquarum rerum, & quorumcumq; eiusdem speciei præsentiam: & non sine eis. Et illis conuenit esse causam ex sua natura idest ex ea natura, in qua constitutæ sunt in earum creatione. Et dicitur regulariter: quia deus potentiam suam non alligauit creaturis: quoniam omnia, quæ potest cum creatura in genere causę efficientis: potest se solo: tamen ut frequenter quædam non agit sine creatura. Quandoq; autem determinat se ad producendum effectum ad præsentiam aliquarum rerũ: non ex creatione siue sub earum constitutione: sed pro tempore post creationem earum. Et illæ non dicuntur causæ propriẽ, uel ex sua natura: quia nõ a conditione suæ naturæ erant causę: quinimmo naturam propriam habuerunt, priusquam instituerentur esse causæ. Sic sacramenta habebant eandem naturam: puta aqua baptismatis, cum cęteris, quem nunc habet: sed non fuit causa, uel signum, aut sacramentum effectus spiritualis ante institutionẽ christi factam post suã incarnationem. Sed dicuntur causę sine qua non: & ita uidetur, φ illa difficultas consistit plus in terminis, quam in rebus: quantum ad differentiam causę propriç, & causę sine qua non. E hoc uidetur intendisse dominus Pet. de Aliaco ubi sup. in propositione vij. qua dixit. Licet ad pręsentiam secundę causę propriè dictę sequatur effectus: non solum ex uolũtate dei: sed ex uirtute ipsius causę, & ex natura rei: tamen φ ad pręsentiam alicuius causę secundę, sequatur aliquis effectus uirtute ipsius causę seu ex natura rei: solum est ex uoluntate dei. Nam hoc solum est: quia deus uult talem assumere causam ad coöperandum sibi talem effectum, quem sine ea posset producere. Et in octaua propositione. Licet omnis causa secunda propriè dicta causet effectum ex natura rei: tamen φ ipsa sit causa propriè dicta non est ex natura rei: quia solũ ex uolũtate diuina. Quod nõ aliter intelligi potest, nisi φ causa secũda est causa rei non habens ex aliqua naturali proprietate superaddita: sed ex uoluntate diuina se determinantis ad assistendum suæ naturę ad productionem effectus. ¶ Consequenter notandum, φ secundum communiter loquentes causa diuiditur in instrumentalem, & principalem. Dicitur tamen causa instrumẽtalis per oppositum ad principalem: & ita tot modis dicitur, quod principalis. Causa principalis dicitur quatuor modis secundum Sco. q. j. & iiij. huius dist. Primo modo per exclusionem causę superioris agẽtis: & hoc modo agere principaliter est agere independenter: & illo modo sola causa prima, est principalis: & omnis causa secunda, instrumentalis. Secundo modo causa principalis dicitur totum suppositum agens per aliquam sui partem: & pars, per quam totum agit, dicitur instrumentalis: & sic totus homo dicitur causa principalis uisionis oculus uero instrumentalis. Tertio modo causa principalis dicitur causa, quę attingit effectum principalẽ secũdũ aliquam pręuiam dispositionem: sic calor dicitur causa instrumentalis respectu ignis supposito, φ non attingat formã ignis generandi: sed tantũ calorem. Quarto mõ dicit cã principalis, quę agit p formã propriã intrinsecam: siue in sic agẽdo sit subordinatũ agẽti superiori, siue nõ. Et cã instrumentalis est, quæ non agit per propriã formã: sed tãtũ per motionẽ alterius mouẽtis: ut in sciẽtia artis ut serra, uel securis. Et illo mõ ois dispositio necessitans ad formã, quę est ratio receptiua, potest dici causa instrumentalis actiua quodammodo. Sic merita sunt causa instrumentalis pręmii. Nam propriè dicitur: per meritum acquiritur pręmium: & tamen meritũ non causat pręmiũ: nec aliquam dispositio-

Not. 4 F
Diuisio causæ in principalẽ, & instrumentalem.

nem mediā:sed solúmodo ipsummet est dispositio præuia ex ordinatione diuina ad præmium:non tamen sicut ratio receptiua. ¶ Quantū ad articulum secundū est conclusio prima. Sacramenta nouę legis effectum sacramentalem causant,quem ex institutione diuina certitudinaliter significant. Hæc conclusio quantū ad primam partē probatur auctoritate,& ratione. Et ne ambiguitas incidat ex illo termino effectus sacramentalis:pessectū sacramentalē intelligo gratiam gratū facientē, quā consequitur suscipiēs sacramētū nō indignē: & hoc quātū ad oia sacramenta prēter sacramentum eucharistię: & quo ad illud præsentiā corporis christi sub sacramentalibus signis speciebus scilicet uini, & panis. & sic intelligo quoties de effectu sacramentali fit mentio. Probatur igitur prima pars conclusionis auctoritate August.in de bap. In solis elementis sacramenta efficiunt, quod figurāt. Idem super Ioan. Quæ est uirtus ista aquæ,ut corpus tangat,& cor abluat.loquitur de aqua baptismi. Si abluit cor idest animam:ergo ablutionem causat. Non autem fit ablutio animę nisi per gratiam:causat igitur gratiam. Itē Beda super Lucā. Christus tactu mundissimæ carnis suæ uim regeneratiuam cōtulit aquis. Vis regeneratiua est uis causatiua gratiæ:quia per solam gratiæ infusionem fit regeneratio. Item orat ecclesia. Proficiant in nobis domine sacramenta,quæ continent: scilicet gratiam: non continent autem gratiam formaliter:ergo uirtualiter: & non nisi sicut causa suum effectum. Item magister diffiniens sacramentū addit:ut imaginem gerat,& causa existat. Ad idē sonat Hugo. j.lib.de sacra.parte.ix.cap.j. ubi inter cętera dicit. Debet oē sacramentum quandam similitudinem habere ad ipsam rem, cuius est sacramentū,secundūquā habile sit ad eandem rē repræsentandam. Institutionem quoq;, p quā ordinatum sit ad illam significandam:postremo sāctificationem: per quā [illegible] contineat, & efficax sit ad eandem [illegible] sanctificandis conferendā. Ecce dicit sacramenta gratiam continere:non nisi causaliter: & efficacia esse ad conferendam gratiam sanctificandis. scilicet suscipientibus sacramenta. Consonat Tho de argen. dist.ij.q.j.ar.j.cū inquit. Sacramentum nouę legis est in genere causæ efficientis causa per se gratiæ diuinę.quod probat ex auctoritatibus nunc deductis. Quód autem sit causa per se,probat ex diffinitione causæ. Causa est,ad cuius esse sequitur aliud. v. Meta.& causa per se est, ad cuius positionem in actu semper sequitur effectus in actu.ij.Physic.sed sic est de usu sacramentorum:ergo.Hæc ille. Ratione probatur sumpta ex quid nominis causę:nā ad esse sacramenti sequitur effectus sacramentalis, qui non sequitur sacramēto non posito: ergo sacramentum est causa sacramentalis effectus.Consequētia tenet per locum ad diffinitionem. Antecedens patet:quia deus instituendo sacramenta determinauit se ad producendum effectum gratuitum ad præsentiam sacramenti,quem non produceret eo nō posito: ut infra patebit:ergo antecedens uerum. ¶ Secunda cōclusio. Nouę legis sacramenta non sunt causa gratiæ, ex natura propria eis in prima rerum conditione tradita. Probatur conclusio:quia ante institutionem sacramentorum a christo fuerunt,uel esse potuerunt res illę,quæ modo sunt sacramenta:& tamen nullam habebant efficaciam, seu causalitatem respectu effectus gratuiti,cum tamen tunc habebant eandem naturam,quā nunc:ergo causalitas eorū nō est ex natura propria:alioquin manente natura maneret & causalitas. Ad idem faciunt probationes sequētis conclusionis. In duabus cōclusionibus omnes concordāt. ¶ Tertia conclusio. Sacramenta nouę legis non causant effectiuē dispositionem præuiā ad sacramentalem effectum necessitātem. Hæc conclusio ponitur contra opinionem beati Tho.& Pet.de palu.cum inquit.q. j. dist. j. Secunda conclusio est, q sacramenta attingunt ad productionem dispositionis ad gratiam, quæ est character, uel ornatus:& pari ratione

Arti. 2. Cōcl. 1 G Sacramenta no. le. sūt causæ effectus sacramentalis.

Cōcl. 2

Cōcl. 3 Sacramenta no. le. nō causant effectiuē dispositionem præuiā

ad gratiam. ad gratiam sacramētalem, si differat ab alia gratia. Et secundum eius dictū supra recitatū: probatur cōclusio: quia illa dispositio secundum eū, esset character in sacramentis initerabilibus, & in alijs ornatus quidam characteri similis. patet ex præmissis: sed character ille non est dispositio ad effectum sacramentalem: neque ornatus ille est ponendus. Et si ponendus esset respectu eius, similiter & respectu characteris sacramenta nullam haberent causalitatem, eam, ut terminum attingentem: ergo conclusio uera. Consequentia nota. Et antecedēs tripertitum probatur quantum ad singulas partes. Quo ad primam scilicet ꝙ character non est dispositio præuia ad effectum sacramentalem: & idem esset de ornatu, si poneretur. Arguitur. Dispositio, quę potest stare sine gratia sacramētali: & sine quā potest infundi, & stare gratia sacramentalis: uel eiusdem speciei, nō est dispositio necessitās ad gratiam sacramentalem: sed talis est character: ergo. Cōsequentia nota cū maiore Minor probatur: quo ad primam partē: quia character manet in recidiuātibus: immo in damnatis, in quibus nō est gratia. Similiter fictē accedentibus ad sacramentum imprimitur character: alioquin recedente fictione iterandum esset sacramentum: quod patet esse falsū: & tū non infunditur gratia. Patet ergo ꝙ character potest stare sine gratia. Secunda pars minoris, ꝙ sine charitate datur gratia: patet in circumcisione, quæ non imprimit characterem secundum eum: & tamē confert gratiā, immo secundū Per. de palu. ubi supra in prima propositione, liberū arbitrium cōperit se principaliter ad gratiā disponere, & facere illud, quod est immediata dispositio ad gratiā: immo secūdū eūdē melior est dispositio ꝑ lib. arbi. quā sit alia per dispositionē sacramentalē, & licet sint eædem quantum ad efficaciā: nō tamen quantū ad essentiam. Similiter baptizato baptismate flaminis infunditur gratia sine charactere: non enim imprimitur character nisi uigore sacramenti. ¶ Item character est signum distinctiuū,

Character nō est dispositio præuia ad gratiam.

& configuratiuum: ut infra dicetur: tale autem signum sequitur gratiam ordine naturæ. Nam signum distinctiuū præsupponit distinctionem eorum, quorum distinctionem ostēdit. Similiter & signū configuratiuū præsupponit configurationem signatorū. Hęc autē dispositio, & configuratio fit per gratiā sacramētalem: ideo character præsupponit gratiam sacramenti, & sequitur ipsam ordine naturę. ¶ Secunda pars principalis antecedentis, scilicet ꝙ talis ornatus non sit ponendus: probatur: qa si esset ponendus: ornatus ille erit character: tū quia indelebilis: non enim habebit contrarium, tū quia erit distinctiuus ab his, quæ non habent talem ornatū: & configuratiuus his, quę habent: & hę sunt conditiones characteris: ut infra dicetur. ¶ Præterea: tunc sacramenta imprimētia ornatum, ita essent initerabilia, sicut imprimentia characterem. Consequens falsum. Consequentia probatur: quia esset eadem ratio in his, sicut in illis. ¶ Præterea, ut arguit Scot. in quibus sacramentis imprimitur dispositio ad effectum principalē: si ꝑpter obicem in suscipiente non causatur effectus principalis, tunc cessante obice sufficit dispositio impressa ad effectum illum principalem causandum: sicut apparet in sacramentis imprimentibus characterem, quę propter hoc sunt initerabilia. Sed in fictē pęnitente nihil est, quod sufficiat ad effectum pœnitentiæ cessante fictione. alioquin non oporteret talem fictē confessum de eisdem peccatis iterum confiteri, quod non tenetur: ergo in sacramento pęnitentiæ non imprimitur talis dispositio. Pari ratione nec in alijs. Hoc illicitū concedit sanctus Tho. sed eius falsitas ostendit infra dist. xvij. q. j. arti. iij. ¶ Tertia pars minoris, scilicet ꝙ respectu characteris, & huiusmodi ornatus si ponetur: sacramenta non habent causalitatem: ipsos ut terminum attingentem secundum eundē Sco. creatura nō pōt agere instrumētaliter minus principaliter ad terminū creationis secundum ipsum opinantes. quod secūdū eū maximē uerū est de substātia

corporea, cuiusmodi est sacramentum. Dispositio autem præuia: quam ponit: scilicet character: aut ornatus est terminus creationis: ergo. Minor patet, quia talis dispositio, est forma supernaturalis, & qualibet talis est, æque non ducibilis de potentia naturali subiecti recipientis. Subiectum etiam æque est in potentia obiectiuali ad quamlibet talem formam. Sicut ergo sacramenta non sunt causæ instrumentales gratiæ ipsam attingentes: ita nec huiusmodi dispositionis: cum utraq; creatur, & est forma supernaturalis. ¶ Præterea. Dispositio illa est forma indiuisibilis: quia in subiecto indiuisibili sicut gratia: ergo producitur in instanti: etiam quia terminus creationis. Sed sacramenta, quæ habent esse successiuum propter uerba uocalia, quæ de ratione sacramenti non possunt agere in instanti. ¶ Et si di. quod ultima syllaba agit in uirtute priorum. Contra non potest agere in uirtute priorum, nisi priores aliquid derelinquant in subiecto: sicut nec ultima gutta cauat lapidem: nisi & priores aliquid abstulissent de partibus lapidis: & ita tota actio sacramenti est successiua. & ideo non erit ad terminum instantaneum. ¶ Præterea, ipsa ultima syllaba habet esse successiuum, & diuisibilis est in semper diuisibilia: sicut omnis sonus temporalis. Late, & bene improbat hanc partem doct. subtilis: ideo transeo. ¶ Conclusio quarta. In sacramentis nouæ legis non est ponenda uirtus supernaturalis, per quam respectu sacramentalis effectus eis conueniat ratio causalis. Hæc conclusio ponitur contra tertium dictum sancti Tho. quo ponit uirtutem quandam spiritualem supernaturalem in sacramentis: per quam concurrunt actiue instrumentaliter ad dispositionem, & dispositiue ad gratiam. Probatur itaq; conclusio. Primo, quod ista uirtus non est spiritualis: quia si sic: aut quia perficit spiritum: aut secundo, quia indiuisibilis: aut tertio, quia habet esse incompletum: aut quarto, quia habet tantum esse obiectiuum. Non primum: quia tunc non esset in corpore: & ita nec in sacramentis. Antecedens probatur: quia nulla perfectio spiritus informat corpus. Alioquin intellectio, & uolitio, scientia, gratia, charitas possunt subiectiue informare lapidem: quod non conceditur maxime de potentia ordinata. Nec secundum: quia tunc non posset esse in subiecto diuisibili: nisi totum esset in toto: & totum in qualibet parte: quod non conceditur nisi de sola anima intellectiua. Et si hoc concederetur: tunc accidens migraret de subiecto, in subiecto, quia cum partes sacramenti non sunt simul: sed sibi succedunt: sic totum in qualibet parte migraret a parte priore, in partem posteriorem succedentem. Nec tertium: quia tunc motus, & tempus dici deberent res, seu formæ spirituales. Si quartum: tunc non esset ens reale absolutum: nec esset subiectiue in sacramentis: quod ipse negat, quæ enim habent esse obiectum suo modo tantum sunt inanima: non in re extra. ¶ Præterea, quod uirtus illa simpliciter non sit ponenda: probatur: quia si uirtus illa est res aliqua: aut substantia, aut accidens. Hæc enim diuisio entis immediata fundatur in contradictione. Patet ex quid nominis utriusq;: sed non est substantia manifestum est: nec accidens: quia non potest assignari ei subiectum: quod probatur: cum enim illa uirtus in uno sacramento sit una, utpute aqua, sacramentum habet unitatem formalem secundum illum: aut erit subiectiue in elemento: aut in uerbis: aut in intentione. Ex his enim integratur sacramentum. & in quocunq; horum ponitur cætera superfluunt, & non erunt de ratione sacramenti. Nec potest dici, quod sit in omnibus simul: quia idem accidens esset in diuersis subiectis, genere, loco, & situ distinctis. Sequeretur similiter, quod accidens esset in accidente: quæ sunt absurda, & philosophiæ Aristotelis extranea. ¶ Nec sufficit dicere, quod quia habet esse incompletum: ideo illata de eo concedi possunt: simul etiam, quod cum sit spirituale: esse tamen non potest in re corporali. Quia quæro quid intelligatur per esse incompletum: aut esse successiuum: aut esse tale cui, aliquid debeat ad suum esse requisitum. Si pri-

Concl. 4 H In sacramentis no. le. non est ponenda uirtus supnaturalis.

Si primum: sic motus, & tempus habent esse incompletum: & tamē utrumq; est in uno subiecto adæquato. s. in mobili secundum opinionem aliquorū. Vtrūq; est per se in genere. Si secundum: tunc simpliciter non est. Nihil. n. actualiter est, cui deficit aliquid ad sui esse requisitum: sicut homo non est, si deficit materia aut forma. Pręterea quęritur: quando illa uirtus datur sacramento: uel in principio: uel in medio: uel in fine: & quodcunq; datur reliquę partes sacramenti superfluunt: ita q̄ sine eis esset sacramentum: quia in quocunq; instanti est uirtus sacramenti: in illo est plenum, & uerum sacramētum alijs omnibus circumscriptis: sicut in quocunq; instanti forma humana est in materia: in illa est uerus, & perfectus homo: & ita esset sacramentum nondum existēte forma. Si enim in principio prolationis formę est uirtus: & ita sacramentum: nondum est forma: sed pars eius. Si in fine: tūc similiter nō ē forma: q̄a pars eius trāsijt. ¶ Et si dicis (sicut ipse dicit) q̄ uirt⁹ datur sacramentis inchoatiuē, dum instituuntur in specie sacramenti: sed completiuē in usu sacramenti. ¶ Contra primum, Illa institutio facta est a christo, dum adhuc ageret uitam mortalem in terris saltem ante ascensionem: ut infra dicetur: tunc autem sacramenta: quibus nunc utimur: non fuerunt quod uero non fuit: nihil recipere potuit, nec inchoatiuē, nec completiuē tunc quando non fuit. ¶ Contra secundum: q̄ non recipiunt hanc uirtutem completiuē, dum sunt in usu: probatur: quia ex quo sacramenta consistunt in certa uerborum forma: quæ sunt de sacramentorum essentia. Quęro: quando ipsam uirtutem recipiunt: an existente prima syllaba, media uel ultima: & non potest dici nisi existente ultima: quia illa deficiente, cęterę non constituunt sacramentum: nec sequitur effectus sacramētalis deficiente aliquo substātiali in forma. Vltima autem syllaba, quę est de necessitate sacramenti: quando est perfecta desinit: desinit autem per primum instans non esse: & sic recipiet uirtutem, quando non est: quod est impossibile. Et si dicis; q̄ recipit uirtutem per partes: quælibet syllaba unam partem uirtutis. ¶ Contra. Virtus illa est indiuisibilis: quia spiritualis, & supernaturalis: & ita tota simul producitur in instanti a uirtute supernaturali, quę est infinita. Item si haberet partes aut eiusdem rationis: aut diuersarum. Non secundum: quia est forma simplex: nec potest assignari diuersitas partium ex quibus componeretur. Si primum: tunc producto uno gradu, seu parte sufficeret ad esse sacramēti: sicut unus gradus gratię uel charitatis sufficeret ad hois sanctificationem, & peccatorum remissionem. Item similia illa, quę adducit ad ostendendum, q̄ res spiritualis possit esse in subiecto corporali: non inducunt propositum. Primum non: quia in instrumento artis non est aliqua uirtus impressa ab artifice pręter motum: si ponitur distinctus a mobili: & ideo supponit falsum. Similiter falsum est, q̄ in sermone disciplinę audibili continetur intentio animæ. Intentio animæ est cognitio, quæ inhęret potentię cognitiuę, quam perficit: non alicui rei extra: & forte hoc etiam ipse sensit: ideo addit quodammodo. Et si intelligitur inesse causaliter: nihil ad propositum: hic enim non quęritur causa huius uirtutis: sed eius subiectum. Pariformiter in motu cęli nō est uirtus aliqua, quę sit principiū effectiuū alicuius effectus in inferioribus. sed per motū cęli fit applicatio partiū cæli: quæ causāt effectus in his inferioribus. ¶ De quarta uero similitudine dicitur, q̄ semen agit uirtute caloris, quæ est forma, seu qualitas materialis, & non spiritualis: nihil enim spirituale est in semine: sed quæcunq; uirtus est in eo: est materialis, & extensa sicut suum subiectum: & ideo similitudines illæ deficiunt. ¶ Præterea & finaliter arguitur pro conclusione. Omnis opinio, quę ponit pluralitatem sine necessitate, est penitus irrationabilis, & reprobāda: sed talis est hæc opinio ponēs ornatū, & uirtutē in sacramētis, nō ergo ē irrationa

bilis. Consequentia nota. Maior probatur per philosoph. j. Phys. quia ex hoc commendat opinionem Mellissi, præferens eam opinioni Anaxagoræ: qui non ponit pluralitatem, quam ponit Anaxagoras. Similiter. viij. Physic. & iij. de anima. q natura nihil agit frustra: quare semper paucitas, si sufficit ad saluandum apparentia, est ponenda. Sicut ergo sequẽdo rationem naturalem, nihil est ponendum, nisi quod ratio naturalis concludit: ita & in credibilibus nihil est ponendum, nisi quod fidei ueritas, aut scripturæ auctoritas, uel ecclesiæ determinatio, aut certa ratio conuincit: alioquin fides nostra supponeretur humanæ uoluntati, contra illud. ij. Pet. j Hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia scripturæ propria interpretatione non fit. Non enim uoluntate humana allata est aliquando prophetia: sed spiritusancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. & ideo, ut dicit magister: quod de monte scripturæ non descendit: ea facilitate contemnitur, qua approbatur. Minor probatur: ad ponendum hanc pluralitatem ornatus, & uirtutis in sacramentis modo dicto: nulla est necessitas, aut ratio naturalis conuincens: neq; scripturæ auctoritas bene intellecta affirmans: nec determinatio ecclesiæ compellens: immo hoc ponere uix est intelligibile: ut uult sanctus Bonauen. Vnde uidetur pura fictio, & maxime in sacramento eucharistiæ ponere in speciebus panis quẽdã ornatum, uel dispositionem præuiam: & in eis uirtutem ad transsubstantiationẽ panis, quæ fit sola uirtute diuina instituta. Hanc rationem ponit Scot. & eam ponderat plus cæteris dominus Pet. de Aliaco: quæ etiam in ueritate est ponderanda, tanquam principium naturalis philosophiæ, & theologiæ. Et non parũ miror, quomodo doctor Scot. qui pro ingenij sui acumine subtilis nominatur in tam salubri sententia cõstitutus: tot res multiplicauit sine aliqua ratione efficaci in prædicamentis accidentium: & maxime in relationibus: ponens pene tot res nouas, quot nomina significatiua: immo infinities plures: quasi eisdem rebus non possent imponi plura nomina non synonyma. ¶ Quinta cõclusio. Sacramenta nouæ legis causæ sunt gratiæ non principales: sed primo, & quarto modis instrumentales. Prima pars probatur: quia non agunt independenter: nec sunt supposita: nec attingũt effectum principalem saltem ex propria natura: nec per formam propriam: hi autem sunt modi causæ principalis. Secunda pars patet: quia sunt causæ dependentes quoad primum: & non agunt per propriam formam quoad secundũ: sed sunt dispositiones immediatæ necessitantes ad effectum sacramentalem secundum ordinationem diuinã. ¶ Sexta conclusio. Sacramenta nouæ legis non sunt causæ per accidens effectus sacramentalis. Probatur: quia causa per accidens est, qua posita non necessario sequitur effectus necessario stante lege: & ea remota non minus ponitur effectus: sicut musicus respectu ædificationis. Nã non sequitur ædificatio: quia musicus, nec (si non fuerit musicus) remouetur ædificatio. Sacramenta uero sunt efficacia, & certa, & dispositiones necessitantes remoto impedimento: quibus positis certe sequitur effectus sacramentalis. ¶ Septima conclusio: & cum prima responsalis. Sacramenta euangelicæ legis sunt causæ sine qua non effectus sacramentalis. Patet quia sunt causæ effectus sacramentalis: ex conclusione prima, & non causæ naturales, siue ex natura propria: ex conclusione secunda: ergo sunt causæ sine qua non. Tenet consequentia ex sufficienti diuisione. Item ex uoluntaria institutione diuina sine eis non causatur effectus sacramentalis: causatur autem eis positis: ergo sunt causæ sine qua non. Tenet cõsequentia ex quid nominis causæ quæ non posite in. j. ar. Et tantum de arti. ij. ¶ Quantum ad articulum tertiũ est primum dubium contra primum notabile, quo diffinitum est sacramentum: nam sacramentum non est diffinibile, quia non est res una, neq; est substantia habens genus, & differentiam essentialẽ,

Cõcl. 5 Sacramenta no. le. causæ sũt gratiæ non principales.

Cõcl. 6 Nõ per accidẽs

Cõcl. 7

Arti. 3. Dub. 1. I

hæc aũt sola diffiniuntur. Solutio: quã uis de materia huius dubij, an scilicet sacramẽtum sit diffinibile diffinitione propriè di. 3a. Sco. & Richar. latè disputant: quia tñ illa materia magis est logicalis, quàm theologicalis: nec refert ad efficaciam sacramenti, an sacramentũ diffiniatur logicè, uel metaphysicè: breuiter, & sufficienter absoluit se de hoc Ockam: & post eum do. Pet. de Aliaco ubi supra arti. iij. ita dicens. Sciendum, q duplex est diffinitio secundum philosophum. ij. Poste. Vna est oratio exprimẽs quid rei. Alia est oratio exprimẽs quid nominis. Primo modo nihil diffinitur, nisi sit res una: hoc est terminus significans unam rem. Et si sit una unitate compositionis ex p se distinctis sui generis, tunc propriè diffinitur per genus, & differentiam essentialem: & sic aggregatum non potest diffiniri. Si uero sit simplex sicut angelus, anima: aut una unitate compositionis partiũ eiusdem rationis: sicut qualitas intẽsibilis, ut calíditas, charitas, gratia: sic potest diffiniri per genus, & differentias accidentales: & per multos conceptus, quorum quilibet est in plus, & totũ in æquè. Diffinitio primo modo dicitur quidditatiua: secundo modo dicitur descriptiua: quia prima prædicatur essentialiter de diffinito: secunda accidentaliter. Diffinitione quid nominis potest omnis terminus cathegorematicꝰ diffiniri, q quid significet in recto, uel in obliquo. Nã pro omni nomine possunt poni plura nomina distinctè significãtia illa, quę significantur per illud unum nomen, tã in recto, quàm in obliquo. ¶ Ad propositum dicitur, q sacramentum non potest diffiniri primo modo hoc est diffinitione quid rei, quia sacramentum non est res una: sed aggregatum ex pluribus sicut dicit Aug. Accedit uerbum ad elementum: & fit sacramentum, sed tantũ diffinitur d. finitiõe quid nominis. ¶ Et per hoc ad rationem dicitur, q arguit uerum de diffinitione quidditatiua: qua non diffinitur sacramentum: & de illa loquitur philo. vij. metaphysicę. ¶ Scdõ dubitat circa hoc, q in probatione tertię cõclusionis dictũ est, q creatura non concurrit effectiuè ad terminũ creationis: utrum creare simpliciter: repugnet creaturæ. Et uidetur, q sic: quia creare soli deo conuenit, ergo. Antecedens probatur per beatum Augu. iij. de tri. c. viij. & ix. ostendentem solum deum esse creatorem. Et ad idem sonare uidentur multæ auctoritates sanctorum. ¶ In oppositum. Creaturæ potest communicari uirtus creãdi cum deo: ergo creare non repugnat creaturę. Consequentia nota. Antecedens probatur: quia cõmunicare uirtutem creandi non implicat contradictionẽ: ergo a deo non est negandũ. Antecedens probatur: quia multi conati sunt repugnantiam illã inducere uarijs rationibus, quæ tamen omnes sunt inefficaces, & solubiles: inter hos laborauit beatus Tho. cuius rationes soluit Sco. qui ad probandum idẽ adducit alias rõnes, quas soluit Ockã: & rõnes eius in parte nititur soluere do. Pet. de Aliaco ubi supra arti. ij. Relinquitur igitur, q euidenter ostendi non possit con tradictio: ergo. Pro responsione rememorandum, q questio hæc mota est dist. j. lib. ij. ubi respõsum est post doc. nostrũ, quã creatura non potest creare capiendo creare, ut includit causam subiectiuã nõ necessãriẽ: uidelicet ut creare est aliquid pducere de nihilo: hoc est non de potentia subiecti siue non concurrẽte subiecto in suo genere causandi. Sic etiã capitur a tractatoribus huius dubij. Probata est hæc respõsio per rationẽ sumptã ab experiẽtia. Vnde patet, q respõsio illa præsupponit ordinẽ naturalem causarum: & per hoc nõ satis generaliter respondet ad quęstionem. Et ideo notat hic Pe. de Aliaco ubi supra. ar. ij. sicut dr, q deus aliqd potest de potentia absoluta, q non potest de potentia ordinata: sic etiam creatura potest aliquid de potẽtia ordinata, quæ uidelicet potest scdm ordinẽ a deo nũc institutum. Potest etiam aliquid de potentia absoluta, siue obedientiali scdm quam põt quicquid mediante ipsa, deus potest producere: non solum secundum ordinẽ nunc institutũ: sed scdm ordinẽ

De duplici diffinitione.

Dub. 2.
K

Vtrum creare simpliciter repugnet creaturæ.

institui possibilem. Et ita natura aliqua potest in effectus contrarios effectibus, quos modo potest. Sicut de cataplasmate ficus apposito uulneri regis Ezechiæ per Esaiam prophetam, quo sanatus est: ut habetur iiij. Regum. xx. Dicunt expositores, ꝙ ficus secundum naturam propriam erant contrariæ sanationi ulceris: tamen ex speciali miraculo, & ordinatione diuina speciali induxerunt effectum contrarium. Hic nullā uidetur includere contradictionem, quod per nouam institutionem diuinam ignis algeret. Posset enim ordinare deus, ꝙ ad præsentiam ignis produceretur frigiditas in subiecto approximato manente forma ignis. ¶ Quibus præmissis respondetur ad dubium per duas propositiones. ¶ Prima propositio Creaturæ repugnat creare secundum ordinem, & naturę cursum nunc a deo constitutum. Hanc propositionem relinquo probatam ex secundo. ¶ Secunda propositio. Creare non repugnat creaturæ quin posit producere effectū non ex subiecto supernaturaliter. Ista propositio probatur: quia sicut deus ordinauit; ꝙ ignis producit calorem in passo approximato: ita posset ordinare, ꝙ ignis produceret calorem non in passo, seu subiecto. Nullam enim hoc includit contradictionem: nam prima ordinatio fuit merè contingens: ergo potuit, & potest mutari. ¶ Preterea potest deus nouam creaturam corporalē, uel spiritualem producere, & uelle creaturā sibi cooperari ad producendum talem effectum totum secundum se, & quodlibet sui: cum hoc nullam includat contradictionem, quod si faceret, creatura crearet. Præterea: ut arguit Pet. de Aliaco ubi supra, licet deus talem legem naturalem rebus indidit: ꝙ unus angelus non producit alium, tamen non apparet cōtradictio, cur hoc non possit absolutè: sicut ignis potest producere ignem: cū sit perfectionis posse producere sibi simile: & angelus sit multò pfectior igne. Item uidetur, ꝙ etiam nunc de facto ignis producit calorem sine subiecto: & per consequens creat. Antecedens patet in sacramēto altaris, nam si ignis applicatur calici consecrato, producit calorem, ut patet ad sensum, & iste calor non est in subiecto. ¶ Nec ualet solutio Ockam, qua dicit, ꝙ calor ille ad p̄sentiam ignis creatur a solo deo, & nō actione ignis: quia in fide christi nunquam neganda est apparentia sensus naturaliter benè dispositi: nisi ubi expressa auctoritas fidei, uel efficax ratio sūpta ex his, quæ sunt fidei ad hoc cogāt; sed ita apparet sensui, ꝙ ignis applicatus producit calorem post consecrationē sicut ante: nec ē aliqua auctoritas fidei in oppositum: quia licet negetur in sacramento eucharistiæ esse panis: quāuis appareat post sicut ante consecrationem, propter determinationem ecclesię; nihil tamen cogit dicere, ꝙ ignis post consecrationem non producat calorem sicut ante. Verum hæc ratio facile soluitur: nā dicitur (ut dicit Ockā) ꝙ omnes mutationes in speciebus sacramenti fiunt immediatè a solo deo: & ad improbationem dicitur, ꝙ secundum fidem nulla apparentia neganda est &c. nisi comitetur miraculū supra naturā, sicut in proposito miraculosum est accidens subsistere: & similiter produci sine subiecto: ad effectum autem miraculosum non cooperatur creatura ipsum attingendo. ¶ Præterea ad sensum apparet, ꝙ ad præsentiam ignis incipit esse calor: & hoc non negatur; sed an ille calor incipiat per actionem ignis, uel solius dei, non apparet ad sensum, & per hoc negans actionem ignis, nihil negat apparens ad sensum: & ita patet, ꝙ ista ratio. d. Pet. de Aliaco deficit, nec sufficienter improbat rationem Ockam. Et illa propositio est de mente magistri distin. v. huius quarti. cap. ulti. di. Posset deus creare aliqua per aliquem, non p̄ eum tāquam auctorem: sed ministrum; cum quo, & in quo operetur. ¶ Tertiò dubitatur contra cōclusionem ultimā. Sacramenta non sunt causa gratiæ sine qua non: ergo conclusio falsa. Antecedens probatur. Sacramenta ita uerè: & propriè sunt causa gratiæ: sicut ignis est causa ignis ab eo producti: & sicut calor caloris

Dub. 3. L Sacramenta nō sunt causa gratiæ sine qua non.

caloris: sed ignis & calor sunt causæ pro prie dictę, & non causę sine qua non ergo & sacramenta. Consequentia nota: quia non est ratio, cur tam varie. Minor est ab omnibus concessa. Maior probatur: quia eadē ratione, qua ignis est causa ignis, & calor caloris: sacramēta sunt causę gratię & effectus sacramentalis & non alia: ergo ęque proprie, & vere sunt causę. Consequentia nota: antecedens probatum est in j. arti. ¶ Et si dicitur, ꝙ non est simile de igne, & sacramentis. Vnde potest hic assignari triplex ratio. Prima quæ supradicta est: quia causę naturales receperūt rationem essendi causam simul cum prima sua conditione, qua receperāt esse: & per hoc ratio causalis inseparabiliter comitatur naturā: sacramenta vero non in sua prima conditione, sed longe post: ut ibi dictum est.

Late disputatur hoc dubiū.

Secunda: quia causa naturalis habet in se uirtutem naturalem, per quam producit effectum: non sic sacramenta: ut dicit cōclusio. iiii. Tertia: nam causę naturali essentiale est producere suū effectum sublato impedimento in passo disposito: ita ꝙ non potest esse, quin sequatur effectus. Vnde in diffinitione causę dicitur, ad cuius esse sequitur aliud: sed effectus sacramentalis non est de essentia sacramentorum, nec sequitur eorū essentiam: quia essentię sacramentorum. s. materia, uerba, intentio, poterant esse ante institutionem eorum: & tunc non habuissent effectum sacramentalem: nō ergo sequitur effectus sacramentalis essentiam: sed tātum per actionem diuinam. Et hoc est, quod uult Hugo li. j. de sacra. parte. ix. c. iii. dicens, ꝙ elementa sacramenta sunt, non natura prima facit: sed institutio: & ideo causę naturales sunt uere, & proprie causę: & non sacramenta. ¶ Contra. Ista prima differentia nihil facit ad propriam rationē causę: nā quicquid est causa, adeo recipit, ꝙ est causa. i. ꝙ ad eius esse sequitur aliud: sed nihil refert ad rationem causę, utrum hoc recipiat a principio suæ productionis, an postquam fuerit productum, quia si recipit post suam productionem: ita uere ad eius esse sequitur aliud post institutionem in esse causę: ac si recipisset in sua productione: quia ita uere est res calida, quæ recipit calorem post suam productionē: sicut si calor esset sibi in principio comproductus. Nec secunda differentia potest stare: quia non omnis causa naturalis agit per uirtutem sibi inexistentem a se realiter distinctam. Quod probo: signo unam (exempli causa) a calorem: quæro an a calefaciendo agat per se, uel per uirtutem superadditam. Si primum: habetur propositum, ꝙ agēs naturale non agit per uirtutem sibi inexistentem. Si secundum: quæro de illa uirtute, utrum agat per se, uel per aliam: & sic erit processus in infinitum rerū actu existentium: quod est impossibile: aut dabitur una uirtus, quę se ipsa nō per super additā agit: & illa erit proprijssime causa: ergo illa differentia nulla. ¶ Sic de tertia differentia, qua dicitur, ꝙ causæ naturali essentiale est causare &c. distinguitur. Quia, aut quod dicitur essentiale sic intelligitur, ꝙ impossibile sit rem illam esse; quin causet passo disposito &c. Vel quia de facto quandocūq; est stante ordinatione diuina, & passo sufficienter disposito, & approximato causet. Si primo modo: tunc nulli causæ secundæ essentiale est causare: eo ꝙ quamlibet talem possibile est esse, & tamen non causare. Potest enim deus quamlibet causam secundam cōseruare in sua essentia absq; hoc, ꝙ causet suspendendo solum suam coactionem, quæ tamē non est de essentia creaturę. Probatur: quia ordo naturę a deo, secundum quem creaturæ conuenit causare, a deo contingenter est institutus: & potest reuocari, & mutari saluis naturis rerum. Potest enim deus se solo omnem rem positiuam producere: & omnem causalitatem cuiuscūq; creaturæ auferre perpetuo, sicut potest ad tempus: ut fecit de igne in fornace babylonica. Si secundo modo intelligitur: tunc ita est essentiale sacramentis causare effectum sacramentalem saltem post institutionem, sicut calori causare calorem: quia de facto stante ordinatione diuina quandocunq; exhibentur sacramenta subiecto disposito

Alius modus imaginãdi,fecũdũ quẽ sacramẽta sunt cã gratię.

incipit esse gratia in anima suscipiẽtis sacramentum. Ad hec respondendo primó pono quendam modum, quem examinandum offero lectori nihil asserendo, qui mihi uidetur ualde probabilis: & in sententia non discordare a sententia aliorum: etsi parum in uerbis distat. Vnde primó dico, ꝙ omnis causalitas causæ secundę conuenit creaturæ ex sola libera uoluntate diuina contingenter determinantis se ad præsentiam, seu positionem creaturæ producere aliam creaturam. Secundó, ꝙ si causa sine qua non, dicitur causa ad cuius esse ex sola uoluntate alterius sequitur aliud esse; omnis causa secunda est causa sine qua non: quia omnis causa secunda sic se habet, ꝙ ad positionem eius ex sola uoluntate diuina se determinantis producere aliud ad illius causæ positionem sequitur aliud: quia circumscripta diuina uoluntate contingenter agente nunquam ad positionem causæ secundę sequitur aliud. Horum declaratio satis patet ex illo articulo. ¶ Ex quo uidetur sequi tertió: ꝙ ita proprié sacramenta post diuinam institutionem sunt causę gratię, & effectus gratuiti: sicut quęcũq; cã naturalis est causa sui effectus: qd patet: qa utreq; causæ sunt causę sine qua non: & inter causas sine qua non, non est diuersitas quantum ad rationem causæ: ut patet in reprobatione differentiarum statim positarum. ¶ Quartó, ꝙ sacramenta ita attingunt effectum sacramentalem effectiué; sicut calor calorem, & sol splendorem. Patet: quia utrumq; in hoc attingit effect ũsuum: ꝙ ad positionem eius deus producit effectum: nec est alia attingentia hic uel ibi. ¶ Quintó: licet sacramenta causent gratiam; tanquam causæ sine qua non: non tamen creant gratiam. Patet: quia non causant gratiam, nec causarent eã, nisi in subiecto susceptibili scilicet anima intellectiua. Deus autem creatur: quia in producendo gratiam non innititur subiecto: posset enim ita producere extra subiectum sicut in subiecto. Nec est inconueniens eundem effectũ creari a deo, & produci a creatura, uel de subiecto: ut habitum est in.ij.distin.j.q.j.arti.iij. Hec imaginatio magnifacit potentiam actiuam in deo: quia ponit solum deum omnem effectum positiuum secundum se, & quodlibet sui causare principaliter, & proprié per actum proprium sui liberę uoluntatis creaturá uero tantum concurrere ex diuinæ uoluntatis determinatione tanquam causam sine qua non, modo supra exposito. Et hoc satis concordat scripturæ, & dictis sanctorum Ait enim apostolus. Nõ ꝙ sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex deo est.ii.Cor.iii.&.j. Corin. xii. Deus operatur omnia in omnibus. Et secundum hoc negant doc. communiter creaturam concurrere ad effectũ, seu terminũ creationis: puta animæ, uel gratię &c. tanquam causam proprié dictam: non autem tanquam causam sine qua non Nã concedunt de dispositione de congruo respectu gratię: & de merito respectu glorię: & de dispositione embrionis humani respectu animę intellectiuę, ꝙ sint causę sine qua nõ: licet omnes illi effectus proprié creentur a deo. ¶ Sed contra hanc imaginationem fortiter replicatur. Nam ex his positis sequeretur, ꝙ anima intellectiua educeretur de potentia materiæ: & per consequens non uere crearetur: nõ enim produceretur de nihilo. Similiter & gratia. Consequens falsum. Cõsequentia probatur: quia qua ratione forma materialis educitur de potentia materiæ: eadem ratione & illa. Probatur: quia utrobiq; est causalitas sine qua non: & ita æqualis ratio causandi: & utrobiq; est æqualis innitentia causæ secundæ, ipsi materię.i.subiecto. Nam sicut ignis producẽdo formam ignis innititur subiecto: quia presupponit subiectum: nec producere posset eam, nisi in subiecto suscipiente. Sic qualitatiua dispositio embriõis, quæ est causa sine qua non, productionis animę, non concurreret in suo genere causandi ad productionis animæ, nisi esset subiectum.s.embrio recipiés in se aiam, quæ producit suo mõ de causis sine qua non gratię. ¶ Ad hanc replicam posset

Modus imaginãdi impugnat.

tripliciter fingi respōsio. Primò, ꝙ causæ naturales educunt suas formas, quas efficiunt de potentia materiæ: & non qualitatiuę dispositiones embrionis animā intellectiuā: nec sacramēta gratiam propter aliquem occultū modū, quo se habent ad suos effectus naturales, quæ nō est in his causis respectu animæ, uel gratię: quæ tñ uerbis non pōt exprimi: sed in hoc standum est auctoritatibus sanctorum, qui negant animam intellectiuam, & gratiam educi de potentia materiæ, uel subiecti: sed de formis naturalibus concedunt. sicut de uirtutibus seminalibus elementorum loquitur Aug. de trin. sicut in plerisq; statur auctoritatibus sanctorum sine ratione probante. ¶ Vel forte aliter dici posset magis conformiter prædictis, ꝙ propriè loquendo nullus effectus educit de potētia materię: sed omnis effectus immediatè, uerè: & pprìè a solo deo creatur: causa aūt secunda habet se tātum, ut causa sine qua non, secundum hanc imaginationem. Et quicquid philosophi locuti sint de causalitate causarū secūdarū, totū reducēdū est ad causam sine qua non: & solū apud primā causam est uera, & propria causalitas: quia ipsa sola est, quæ actu suę uolūtatis propriè, & uerè producit rē de non esse ad esse: & si hoc agat ad pręsentiam causę secundę: hoc agit merè uoluntatiè non quasi causa secunda requiratur: uel quasi aliquid ageret, sine quo effectus a prima causa produci nō posset, & p hoc est tamē causa sine qua non: deus autem nihil producit de potentia subiecti cū nullo indigeat in sua actione. ¶ Vel posset dici tertiò, ꝙ terminus ille educi de potētia materiæ est terminus obscurus: & non multū apud originales doctores usitatus: & per hoc habere potest nescio quid latentis periculi: & est difficilis intellectu: ut uult dominus Pe. de aliaco. Si ergo educi de potentia materiæ est causam in producendo (extendendo nomen causę ad causam sine qua nō) inniti materię seu subiecto. i. requirere subiectum sui effectus, quem causat: ita ꝙ si non esset subiectum, non causaret: nihil inconueniens dicitur, cū dicitur, anima uel gratia producitur ab aliqua causa sine qua nō. de potentia subiecti. i. sic ꝙ causa sine qua non, nō cōcurreret effectiuè: si nō esset subiectū recipiens animā, aut gratiam. Siquidem ille intellectus sanus est, & catholicus: nec ex hoc sequitur, ꝙ anima intellectiua fit ex traduce in sensu, in quo hoc negat beatus Hier. & Aug. in ecclesiasticis dog. de hoc in secundò latius uide dist. xvij. q. j. Hunc autem intellectum omnes concedunt: concedūt enim ꝙ non concurreret, nisi esset subiectum recipiens animam. Siquidem uis illa disponit, & organizat pro receptione animę: suo modo de sacramētis respectu gratię. Si uero educi de potē tia subiecti aliquid aliud dicit: exprimatur clarè significatio termini: & secundum hoc respondeatur uera concedendo, & falsa respuendo. Fateor me uirtutem huius uocabuli ignorare secundum acceptionem diuersorum. Hęc non scribo, quicquā asserendo: sed tantum recitando occasionem dare cupiens doctoribus, quorū in his informationē peto, & expecto: interim non recedens a cōmuni modo loquendi doctorum pręmissis conclusionibus in art. ij. Et secundum hoc respondeo ad dubiū, ꝙ causæ naturales secundum usum doctorum dicuntur causę propriæ: sed sacramenta causa gratiæ sine qua non. Et negatur maior: rationis: ꝙ eo modo, quo causę naturales sicut causę effectuum, naturalium etiam sacramēta sint causę gratię: & pro causa differentię assumitur prima causa. ¶ Ad improbationem dicitur, etsi nihil refert ad rōnem causę, siue uirtus causādi recepta sit in principio cōditionis: siue post rem productam, quoad rē ipsam: refert tamen quantū ad modum loquendi. Et quia magistris placuit sic loqui: & ex loquendi usu trahitur significatio termini. Sunt enim termini ad placitum utentium: & ideo, quia placuit dicere causam naturalē, & propriè, quę esse causę recipit simul cum natura a principio conditionis: & causam sine qua nō, q̄ hoc recipit posterius: stabūt cōclusiones supradictæ. Potest etiā assi-

gnari alia differentia inter causam naturalem,& inter causam sine qua non. Nam causę naturali cõuenit causare secũdum totã speciem:ita ꝙ omne illud, in quo saluatur natura talis secũdũ speciẽ põt in similem effectũ: nõ aũt sic est in causa,sine qua nõ:nã si laicus habeat materiã eucharistię,intentionẽ consecrandi,& proferat uerba formalia : non tamẽ cõsecrat:& tñ eadẽ est natura specifica panis,uerborũ intentionis in laico,& sacerdote ut pono:illa tamen differentia non sufficeret in causa natura li:quę causaret ex ꝓprietate indiuisibili nõ specifica: ualeat quãtũ põt. De aia intellectiua magis spectat ad secundũ librũ.Pro illa opinione de causalitate clarissimé uidetur facere,& alludere Pet. de pal.dist.j.q.j. quarti scripti: uide ibi multa optimé ad propositum facientia. Et tantum de illa quaestione.

QVAESTIO. II.

A SECVNDO quaeritur utrũ cõgruebat institui sacramẽta in cuiuslibet legis tempore post lapsũ hominis reparatione. ¶ Tribus articulis quaestio illa terminabitur:notabiliũ,cõclusionũ,& solutionibus dubiorũ. ¶ Quantum ad primũ

Arti. 1. Not. 1. notandum, ꝙ quaestio non querit de necessitate sacramentorum: quoniam manifestum est,ꝙ sacramenta non sunt necessaria:neq; simpliciter, neq; i ordine ad finẽ. Nõ simpliciter:qa nihil simpliciter est necessariũ nisi d(eu)s:oẽ.n.qd nõ est deus , põt nõ esse,sicut quãdoq; nõ fuit & ita non est necessariũ simpliciter. Hoc enim dicimus simpliciter necessarium, quod per nullam potentiam potest non esse:quod soli deo cõuenit Neq; enim sunt homini necessaria: quia ipse homo non est necessarius . & potest esse sine

Sacramẽtorũ institutio fuit necessaria simpliciter. sacramentis. ¶ Etiam non sunt necessaria homini ad finem,quae est beatitudo: quia beatitudinẽ potest deus conferre homini sine sacramentis: beatificat .n. angelum sine praeuijs sacramentis: similiter & hominem si in statu innocentiae stetisset,beatificasset nullis praecedẽtibus sacramentis. Denique de facto saluat quosdam sine sacramentis: eos.s. qui propter defectum ministrorum sacramentis, quae desiderant,uti nõ possunt: sicut de baptizatis baptismo flaminis,uel sanguinis: non enim (ut ait magister) deus suam potentiam alligauit sacramentis. ¶ Preterea. Sicut omnis effectus ad extra est in libera potestate diuinae uoluntatis ad producendũ & non producendum:ita & modus producendi. Vnde sicut nunc ordinauit hominem saluari per sacramẽta:ita potuit ,& potest alium ordinem saluandi instituere. Omnia enim ad extra a summa,& omnipotenti,ac libera uoluntate sunt cõtingentes:ut uult beatus Aug. iij. de trin.cap. iiij. ¶ Est tamen quaedam necessitas ex suppositione,quae est necessitas consequentię,non consequẽtis:ut necessario sequitur : si homo loquitur,uiuit: quamuis ipsum uiuere nõ sit necessarium. Hoc modo ex suppositione diuinae ordinationis (qua ordinauit nullum de massa perditionis propagatum saluare regulariter .i. si non excusat suscipiendi in potentia nisi per sacramenta)ipsa sacramenta sunt ad salutem necessaria: quia impossibile est aliquem saluari sine sacramentis stante illa ordinatione christi . Nisi quis renatus fuerit ex aqua , & spiritusancto , non potest introire in regnum dei Ioan. iij. Verum non omnia sacramenta sunt hoc modo necessaria: ut infra particularius dicetur. Quaerit ergo quęstio de institutionis sacramentorum congruitate. ¶ Secundò notandum,ꝙ tres sunt distingui hominum status. Primus naturae perfectissimę, qui est in beatitudine: de qua Boet. iij. de consol. ꝙ est status omnium bonorum congregatione perfectus. Secundus est naturae integrę nondum a perfectione suę conditionis lapsę: qui dicitur status innocentiae:hic fuit status hominis in paradiso.Tertius est status naturae lapsae siue corruptę per p(e)c(c)ũm, .s.primi hominis. Primus erit hominis status in patria.Secundus fuit in paradiso:hoc est sub pręcepti obedientia. Tertius est hominis de pręsentis exilij miseria. Et hic status Not. 2. B Tres status hominis.

status hominis lapsi subdiuiditur secundum triplicem legē. Est.n. status hominis lapsi sub lege naturæ: sub lege scripta moysi; & sub lege ueritatis, & gratię, quę est lex christi secundū illud Ioan. j. Lex per Moysen data est: gratia, & ueritas p Iesum christum facta est. ¶ Tertiò notandum, q sacramenta sunt quędam medicinę homini lapso traditę: aut curatiuę ut baptismus, pęnitētia, & extrema unctio: aut pręseruatiuę ut cōfirmatio, eucharistia, matrimoniū, & ordo. Vnde & Hugo ait cap. iiij. parte. ix. lib. j. de sacra. Ipsa medicina ipsa sunt sacramēta. & c. iij. dicit ea uasa medicinalia: unde ait. Deus medicus: homo ęgrotus: sacerdos minister uel nuntius: gratia antidotum: uas sacramentum. Medicus donat: minister dispensat: uas seruat, quę sanat percipientem ęgrotum gratiam spiritualē. Et magister. Contra peccati originalis, & actualis uulnera, sacramentorum remedia deus instituit. ¶ Quantum ad articulum secundum est conclusio prima. Ante lapsum hominis natura adhuc integra, sacramentorum institutio non fuit congrua. Probatur conclusio. Nullo existente morbo, non est opus medicina; sed ante hominis lapsum non fuit morbus: ergo nec opus erat medicina. Vltra ergo nec opus erat sacramentis. Tenet consequentia: quia sacramenta fuere quędam medicinæ: ut patet ex notabili. iij. Minor nota. Maior est saluatoris. Non est opus ualentibus medico: sed male habentibus. Matthęi. ix. Et si dicitur, pro quocunq; statu homo indiget gratia; p eodē indiget sacramentis: sed in statu innocentiæ indiguit gratia ad salutem: ergo. Respōdetur. Licet indiguit gratia prout est ornatus animæ disponens ad meritum, & beatitudinem: sed non ut est gratia sacramentalis: unde licet pro eodem supponant illa nomina, diuersa tamen connotant. Vna enim est gratia gratū faciens una, inquam, totalis: ut supra patuit distin. xxvj. secundi libr. & infra distin. ij. q. j. dub. ii. ¶ Sed di. Probatio illa procedit de sacramentis in ratione medicinę curatiuæ: non autem pręseruatiuę: nam & sanis est opus medicina sanitatis conseruatiua. Similiter & sacramentorum non tātum est causa uulnerati curatio: sed etiam hominis eruditio: ut scilicet ex uisibilibus signis hō ducatur in notitiam effectus gratię inuisibilis. Nunc autem homo ante lapsum etsi non fuit uulneratus, sed integer: fuit tamen peccabilis: ideo indiguit medicina præseruatiua. Similiter ante lapsum fuit homo sensitiuus: & ex sensibilibus habens cognitionis principium: ergo indiguit signis sensibilibus, quibus duceretur in cognitionem intellectualium: & ita sacramentis. ¶ Ad illa dicendum, q illa argumenta non procedunt de statu patrię. Tum quia ibi superflua est medicina tam curatiua, quàm præseruatiua: ubi non est possibilis infirmitas ulla. Beati autem sunt in gloria confirmati omnem enim defectum excludit gloria. Tum qa frustra beatis exhiberētur signa sēsibilia ad cognoscendū spiritualia: ubi spiritualia intuitiuè uidentur tam in uerbo, quàm in genere proprio: sic autem cognoscunt beati quęcunq; cognoscere libet. Sed de statu Innocentię in paradiso uidentur habere aliquam apparentiam: ideo quantum ad istum statum respondetur secundum Richar. in. iiii. q. j. principali arti. j. Ad primum, q hominibus non dispositis ad aliquam infirmitatem non est danda medicina pręseruatiua: sed ordinatum regimen pręcipiendum est; in statu autem innocentiæ non fuit in parentibus primis dispositio aliqua ad infirmitatem, in quibus omnia fuerunt integra: sed præcipiendum erat, ut rectè uiuerent, per cuius præcepti obedientiam mererentur confirmationem gloriæ, qua perpetuò conseruarētur a lapsu: & hoc præceptum datum est. Item secundum Duran. ubi sufficienter, & faciliter potest resisti morbo absq; exteriori adminiculo: non est opus medicina exteriori: qualia sunt sacramenta: in statu autem innocentiæ faciliter poterat homo resistere morbo, & cuicunq; peccato per dona originalis iustitię: & ut quibusdā placet gratię ideo non opus erat sensibilibus sacramentis.

Marginalia: Not. 3. C — Sacramenta sunt medicinę. — Arti. 2. Cōcl. 1. D — Sacramēta nō fuerunt cōgrua ante lapsum.

¶ Ad secundum dicitur, quod licet in statu innocentiæ homo sensibilia cognosceret: & in eis spiritualium similitudines inspiceret: non tamen ex similitudinibus spiritualium: sed magis ex influentia diuini luminis: & ideo ad eruditionem nõ indiguit sensibilibus sacramentis. Verũ Alex. parte. iiii. q. j. mẽbro. ii. arti. j. uult, quod in statu innocentiæ non incongrua fuissent sacramenta, si qua fuissent ordinata ad intellectum, & eruditionem gratiæ non remediantis, sed perficientis. Sed quia sacramenta principaliter instituta sunt in remedium contra morbum, & inclinationem ad morbum, quorum neutrũ fuit in statu innocentiæ: ubi deficit ratio principalis: non sufficit rõ accessoria. Et si replicatur de sacramento matrimonii: quod institutũ est in statu innocentiæ. Dicitur breuiter, quod in statu innocentiæ institutum fuit matrimonium: sed non matrimonii sacramentũ: nam matrimonium ibi institutum est in officium, non in remedium: nec fuit efficax gratiæ signum: de quo inferius dist. xxvi. latius uidendum.

Sacramentũ matrimonii non fuit institutum in paradiso.

Cocl. 2.

¶ Secunda conclusio. In qualibet lege hominis lapsi congruũ fuit sacramenta institui. Hæc conclusio probatur per ostensionem cõgruitatis, quæ a uariis uarie ostenditur. A magistro & Hug. ponuntur tria: humiliatio, eruditio, exercitatio. Sed ostendẽdo cõgruitatem post Sco. qui cæteris in hac parte clarior uidetur. Ostenditur ergo congruitas, & quantum ad totam communitatem humani generis: & quã tum ad quamlibet priuatam personam. ¶ Quantum ad primum sic. Congruum est omnibus uiatoribus unius sectæ in aliquibus signis exterioribus communicare, per quæ etiam ab aliis alterius sectæ distinguantur. Nam ex talibus signis noscere põt hõ de altero, an sit suæ sectæ, uel alterius. Et hoc noscere congruit: ut dum sciuntur esse eiusdem sectæ, se mutuo iuuent ad eius obseruationem: & si alterius sectæ, & se uitent, & caueãt tanquam mutuo impedientes. Tale autẽ signũ unitiuũ eorũ, qui sunt eiusdẽ sectæ & distinctiuũ ab aliis alterius sectæ, expedit esse certum, & practicũ respectu alicuius effectus inuisibilis cooperantis ad sectæ obseruationem. Huiusmodi autem signa sunt sacramenta: & ideo eorũ institutio toti communitati fidelium congrua. Ad hoc facit auctoritas bti Augu. lib. ix. cõtra Faustum: longe ante mediũ. In nullum nomen religionis, seu uerũ, siue falsum, homines coagulari possunt: nisi aliquorum signaculorũ uelut sacramentorum uisibilium consortio colligentur. ¶ Quantam uero ad quamlibet priuatam personam sic ostenditur. Ad consecutionem beatitudinis gratia est homini necessaria: similiter ad cæteros actus homini secundum statum suum debitos. Ad huiusmodi autem consecutiõnem requiritur congrua hominis dispositio: ut scilicet illam desideret, & efficaciter quærat. Non potest autem homo desiderare, quod non nouit: nec ardenter quærere, ubi nulla, uel dubia spes est consequendi. Nam secundum beatum Hiero. ad Demetriadem Appetendi omnis conatus perit consequendi desperatione: quærere autem gratiam per solos actus interiores, qui tanquam meritum de congruo disponunt ad gratiam: satis dubiosum est. quia difficulter potest homo de seipso scire, an habeat in se huiusmodi actus interiores de cõgruo ad gratiæ susceptionem sufficientes: cum nesciat homo utrum amore, an odio dignus sit. Eccle. ix. Igitur ualde congruũ erat instituere aliqua signa sensibilia, certa, & efficacia, quibus uiator quasi familiari similitudine gratiam agnosceret inesse: & per huiusmodi signa tanquam certa, & efficacia eam ardentius quæreret. Nec tamen congruit signum illud esse certum certitudine demonstratiua: quia sic auferret a suscipiente debitam præparationem: quia sufficeret sibi qualitercunque indispositо signum illud suscipere, quod impediret suscipientis deuotionem, & profectum. Sed congruit, ut signum illud sit certum, ut in pluribus. idest semper, nisi suscipientis indispositio impediat. Et sic patet congruitas sacramenti quantum ad totam eius rationem. Concordat Tho. de argẽ. sed rationes, & conclusiones Petri

de palu. nimis extendunt nomẽ sacramentũ.s. pro signo rei sacrę. Sãctus Bonauẽt. rationẽ congruitatis institutionis sacramentorum reddit ex parte dei, & nostri. ¶ Ex parte dei, est summa misericordia, iustitia, & sapientia. Misericordia, qua homini, qui male gratiam propter uoluntatis uertibilitatem seruauerat: sacramenta prepareret: ad quę recurrens gratiam certe inueniret. Iustitia, qua hominis, quę per superbiam ceciderat; humiliationem requirat, per quam ad gratiam homo se disponeret. Hinc sacramenta instituit, ut suscipiendo sacramẽta, quę infra eum sunt, se humiliaret: & sic gratiã quasi ex pacto inueniret. Sapientia, ut in eo, in quo homo ceciderat, resurgeret. Et sicut a uisibilibus occasionem lapsus acceperat: ita in sacramentis uisibilibus gratiã inueniret. ¶ Ex parte nostri. Nam homo lapsus cecatus fuit in rationali: ideo data sunt ei sacramenta uisibilia sensibilia ad eruditionem. Elatus fuit in irascibili: ideo data sunt ad humiliationem. Fastidiosus est in concupiscibili: ideo dari debuerunt ad exercitationem. ¶ Tertia conclusio. Congruebat diuersa sacramenta institui pro statu diuersarum legum hominis uulnerati. Diuersa dico, quantum ad sensibilia significantia, & quantum ad perfectionem significati simul, & modi significandi. Probatur cõclusio secundum Sco. quia in processu generationis humanæ sem. per creuit notitia ueritatis: ut patet per Grego. Homil. xvj. super Ezech. Lex etiam posterior semper fuit priore perfectior: quia deus ordinate agens, procedit de imperfecto ad perfectum: lex autẽ perfectior perfectioribus indiget adiutorijs ad sui obseruationem: & noticia ueritatis clarior exigit signa manifestiora: debuit ergo lex perfectior habere sacramenta perfectiorem gratiam perfectius significantia: ut esset congrua correspondentia signi ad signatum. Ad hoc autem magis cõgruebat instituere alia signa. quã priora de nouo instituere: ut sic tolleretur signorum equiuocatio, quę mater est dubiorum, & errorum. ¶ Pręterea.

Cõcl. 3. E Cõgruũ fuit diuersa sacramẽta institui.

Lex scripta Moysi propter pronitatem populi ad idolatriam data erat in onus: ideo dicta est lex seruilis, & timoris: & ideo multis cerimonijs, & sacramentis (saltem large accipiendo sacramentũ) oneranda erat: ut populus ille iugo legalis seruitutis oneratus, minus uacaret: & per hoc ab idolatria arceretur. Lex uero euangelica, quæ est lex gratiæ, & amoris a seruitute liberans, potioribus, manifestioribus, ac facilioribus sacramẽtorũ auxilijs: sed paucioribus dãda erat: prout beatus Aug. ix. lib. contra Faustum dicit. Cum christus suo aduentu sacramenta ueteris legis impleuisset: ablata sunt, & alia instituta uirtute maiora: utilitate meliora: actu faciliora: numero pauciora, tãquam iustitia fidei reuelata, & in libertatem uocatis filijs de iugo seruitutis ablato: qđ duro, & carnali populo congruebat. Hæc Aug. Verum loquendo de sacramentis proprie dictis, plura fuerunt, & perfectiora legis perfectioris, quę ad sui obseruationem perfectiorem perfectioribus indigebat; & pluribus auxilijs, de quo clarius inf. Et tantum de articulo secundo. ¶ Quantum ad tertium articulum, est primum dubium: quæ sacramenta pro qualibet lege post lapsum sint instituta. Sed quia de sacramentis legis moysaicę tractabitur, cum de circumcisione agetur: & consequenter de sacramentis nouę legis. Videndum est hic de sacramentis legis naturę: Sed quia nullo tempore dimisit deus cultores suos sine remedio necessario ad salutem. Omni autem tempore post lapsum fuit necessaria ad salutem deletio originalis peccati: & per hoc omni tempore post lapsum fuit aliqđ efficax remediũ: quale aũt fuerit hoc remediũ an sacramentale.i. aliquod signũ sensibile: an aliquis actus interior insensibilis: sunt opiniones diuersę: beatus Tho. quem sequitur Richar. de media uilla tenet: ꝙ paruulis sufficiebat sola fides sine exteriori signo. Non quidem habitus fidei solus: sed motus eius, idest actus eius relatus ad salutem pueri: in ui cuiusdam professionis fidei redemptoris,

Arti. 3. F Cõgruũ fuit institui sacramẽta diuersa ꝓ diuersarũ legũ tẽporibus.

quicũq; esset ille: & a quocunq; fieret: quamuis hoc magis pertinebat ad parentes, qui pueri curã habere debēt: & per quos contraxit originale. In adultis similiter sufficiebat sola fides, sicut & modo sufficit ei, qui non ex contemptu sacramenta omittit: sed ipsa fides, quãdo tempus erat instigabat, ut se aliquo exteriori signo demōstraret. Quando autem illa signa exteriora exhibebantur, nō remittebāt culpa ex efficacia signorum exteriorũ: sed interiori fide. Signa uerò fidei protestatiua siue sacrificia, siue alia, nō obligabant ex precepto diuino: sed ex uoto celebrabantur, secundũ ꝙ unicuiq; mens sua dictabat: ut fidem suam signis exterioribus protestebatur ad honorem dei, sicut & habitus charitatis inclinat ad actus exteriores. Fundatur horum opinio in uerbis Greg. iiii. moralī. quę ponit magister: & habetur in canon. de consecr. dist. iiij. quòd autem. Quòd autem apud nos ualet aqua baptismatis, hoc egit apud ueteres: uel pro paruulis sola fides: uel pro maioribus uirtus sacrificij: uel pro his, qui ex stirpe Abrae prodierunt: mysterium circumcisionis. Et secundũ præmissa limitant secundam partem præmissę auctoritatis. ¶ Alia est opinio Alexand. de hales. parte iiij. q. v. membro j. quã imitatur Durandus & clarius prosequitur Scot. q. ult. huius dist. quæ est conformior conclusionibus positis. Hæc tenet, ꝙ licet peccatũ originale in adultis potuit deleri per aliquem motũ bonum intrinsecum: in paruulis tamen, in quibus talis motus fuit impossibilis: nō potuit deleri per actum proprium eorũ: ergo per actum aliorum circa ipsos, siue ad paruulorum salutem relatum: sed nō potuit esse certũ, ꝙ actus alterius relatus ad paruulum sufficeret sibi, nisi hoc esset institutum a deo. Nullus enim pōt esse certus, ꝙ per aliquid attingat ad salutem: nisi sit certus, ꝙ deus acceptet illud tanquã sufficiens ad talem finem. Cum ergo non solũ adultis suis cultoribus prouidit dñus de remedio necessario ad salutē: sed & paruulis eorũ & de hoc remedio, de quo parentes possent esse certi: sequitur, ꝙ pro tempore illius legis naturę erat a deo institutum aliquod signum certum, & efficax ad deletionem originalis peccati. Et magis probabile est signum huiusmodi fuisse signum sensibile, quã intelligibile tantum: ut ex præmissis patet: & huic concordat aucto. Aug. sup. allegata contra Faustum. in nullũ nomen religiōnis &c. Et per hoc dicitur ad auct. beati Greg. ꝙ per solam fidem non intelligit solũ habitum: nec actum interiorem fidei: sed actum sensibilem exteriorem fidem protestantem. Et ille actus sufficienter habere potuit rationem sacramenti: etiam si illa protestatio fiebat in aliquo uerbo solum inuocando deum: uel offerendo paruulum deo. Et sic distinguitur fides sola .i. solitaria sine sacrificijs contra fidem in sacrificiis protestatam. Et primum ponit ipse Gregor. sufficere pro paruulis. secundum autem scilicet fidem protestatã in sacrificijs requiri in adultis. ¶ Et si dicitur: non legitur deum instituisse aliquod sacramentum, uel sacrificium saltem usq; ad tempus Abrae. Respondetur, ꝙ deus potuit tale sacrificiũ, uel sacramentum aliter patribus reuelasse, cum quibus frequentius loquebatur: licet cui, & quando, scriptura non dictat, quæ ab Adam usq; ad Abraam satis succincté pertransit. Huic opinioni alludere uidetur Pet. de pal. q. v. art. v. ponens in effectu tres conclusiones. ¶ Prima. In adulto fides propria erat remedium contra originale: in paruulo fides aliena. Sed illa fides non est fides habitus: nec actus fidei elicitus, aut imperatus: non enim plus tunc requirebatur fides, quàm nunc: sed sicuti modo aliquis posset baptizare, posito ꝙ nullus fidelis esset nunc in ecclesia ea intentione, quam olim habuerunt in ecclesia baptizantes: habita intentione faciendi illud, quod deus instituit, uerè baptizaret: ita & tunc de circumcisione uidetur esse dicendum. Non ergo aliter requiritur fides ad efficaciam sacramenti: nisi ꝙ exhibeatur intentione hoc faciendi, ꝙ deus instituit: & talis intentio fi- Cōcl. 1.

deo dicitur. Talis ergo fides cum signo aliquo secundum eum uidetur fuisse sacramentum. Et licet non per legem exteriorem: tamē per reuelationem dicit fuisse tunc instituta sacramenta, scilicet pœnitentiæ, & matrimonij, & cōtra originale peccatum: sed de hoc alibi ❡ Secunda conclusio; ꝙ cū fide tali, de qua conclusio prima, requirebatur signum sensibile exterius tam pro paruulo, quā pro adulto, sed differenter: sicut & nūc licet de lege cōmuni nullus saluari possit sine baptismo fluminis: sufficit tñ adultis baptismus flaminis, uel sanguinis, dū baptismus fluminis haberi nō pōt: sed est dūtaxat in uoto habēdi respectu adulti. Vnde sicut paruulus modo non saluatur non habito baptismo fluminis: nec saluatur in fide ecclesiæ siue baptismate aquæ. Ioann. iij. ita & tunc nisi pro paruulo, uel circa eum exhibita esset quædam benedictio, uel oblatio: uel aliquid huiusmodi, quod tunc fiebat; licet scriptura idipsum non exprimat: non erat mundatus ab originali. ❡ Præterea. Videtur esse de ratione cuiuslibet sacramenti, ꝙ sit materiale signum, seu elementum oculis suppositum: seu ut idem loquitur: de ratione sacramenti in genere ē, ꝙ sit aliquod sensibile exterius, licet pro tunc illud signum sensibile nō erat determinatum tunc sicut modo: modo enim stante lege requiritur ad pœnitentię sacramentū peccatorū confessio: siue hac nutu: siue uoce: siue signo alio: tunc uero ad iustificationem peccatoris satis erat habere interiorem detestationem, cum proposito satisfaciendi exterius: uel per ieiunia: eleemosinā: aut orationes: tunc .n. erāt eędē partes satisfactionis, sicut & nunc. Et forte adultus, qui sine sacramento saluatus fuit: dixit in corde suo petens remissionem peccatorū. Ab alienis parce seruo tuo: loco sacramenti alicuius usu tempore legis naturæ. Et quia non erat determinatum, quo signo exteriori utendum esset: ideo tenet probabiliter, ꝙ adultus sine sacramento, & sine signo exteriori in re uel toto exhibito poterat ab originali mundari; quod tamen dictum uidetur contrariari propositioni tertiæ, in qua uult, ꝙ tā signū exterius, quàm fides requirebatur de necessitate præcepti & sacramenti, licet differenter: sed si respiciantur dicta sua in conclusio ne tertia uult, ꝙ pro adultis sufficit fides sola. i. sine sacrificiis: sed non sola sine aliquo protestatiuo fidei siue fiat uoce, siue signo exteriori &c. aut quali cunq; modo. Requiritur ergo in adulto fides protestata: & aliquo exteriori facto, uel signo applicata, citra tamen sacrificium. Et ita manet ueritas prioris dicti, ꝙ adultus poterat saluari, & mundari ab originali non sine sacramento: sed sine sacrificio. ❡ Tertia conclusio secundum illum doc. est, ꝙ utrumq; tam fides scilicet quàm signum exterius erat de necessitate præcepti, & sacramenti: Adultus enim quoad se ad utrumq; tenebatur: & similiter respectu paruuli si uidit eum moriturum. Si .n. homo tenetur alteri succurrere in necessitate, & dare eleemosynam corporalem ne moriatur: quantò magis tenetur dare eleemosynā spiritualem, quatenus ab originali mundetur, & maximè parentes. Peccaret .n. nunc permittens scienter paruulum mori sine baptismate: cū nō est alius qui uelit aut possit paruulum baptizare: & habentur (ut pono) alia ad hoc necessaria. Sic ergo secundum illum doc. & secundum præmissa sola fides saluabat ab originali: non tamen excludendo signū aliquod exterius fidei protestatiuum: siue sit inuocatio dei sola: siue peccati detestatio: siue sacrificium aliquod &c. Quòd uero doctor ille dicit sacramenta fuisse instituta tempore legis naturæ, hoc explicat dil. ij. q. j. arti. iii. quia erāt signa rei sacrę: non tamen causatiua gratiæ: & ita impropriè dicta sacramenta. Vel potest dici, ꝙ expressè habetur ex scriptura: ꝙ pro tempore illo placuerunt deo sacrificia: ut patet de oblatione Abel, Genesis iiii. Noe, Genesis viii. Melchisedech, Gen. xiiii. Abraę diuidentis uaccas, Gen. xv. Non autem placuissent, nisi fuissent a deo instituta: immo pręsumptuosum reputaretur, & fatuum si ta-

lia fecissent sine inspiratione diuina, vel eius præcepto.

Dub. 2. G ¶ Secundò dubitatur: a quo instituta sint sacramenta, an a solo deo: an ab aliqua creatura.

A quo instituta, sint sacramēta an a solo deo, an ab aliqua creatura.

¶ Pro responsione præmittendum post Scot. quod aliud est instituere signum aliquod ad significandum simpliciter; & aliud ad significandum certè, & efficaciter: & aliud etiam est signi institutio: & aliud institutionis promulgatio: nam signum instituere simpliciter ad significandum potest quilibet, qui potest uti signo pro se, & alijs, siue practicè, siue speculatiuè. Sed ad significandum practicè certè, & efficaciter (id est ita infallibiliter, quod cessante impedimento ad exhibitionem signi producatur effectus signatus) nō potest nisi ille, qui in sua potestate habet producere huiusmodi effectum, quando & ubi uult, in subiecto apto nato. ¶ Et secundum hoc posset distingui actus instituendi signum ad significandum, & ad certè, & ad efficaciter significandum. Primus fit per nudam impositionem signi: qua instituens uult, quod tali signo utantur ipse, & alij ad repræsentandum signatum: quo modo uoces, & quædam alia signa imposita sunt ad significandum. Secundus fit per determinationem uoluntatis ad producendum effectum signatum eius, qui potest producere ad signi exhibitionem. Et hi actus possunt fieri a diuersis. Posset enim unus imponere signum ad significandum effectum, qui tamen non haberet facultatem producendi eum: & alius habens huiusmodi facultatem, posset imposito signo tribuere certitudinem, & efficaciam, determinando se ad producendum effectum quoties signum impositum exhiberetur: hic tamen accipitur institutio sacramentorum: ut includit utrumque. ¶ Patet etiam, quod aliud est institutio: aliud promulgatio: nam promulgatio præsupponit institutionem per se, uel alium factam.

ppo. 1. H ¶ Quibus præmissis respondetur per duas propositiones: Prima institutio sacramentorum, qua non solum repræsentant sed certè, & efficaciter signant sacramentalem effectum: per solum deum fieri potest: & non per alium. Probatur: quia iste solus instituere potest sacramentum: qui potest causare sacramentalem effectum: sed solus deus hunc causare potest: ergo consequentia nota. Maior patet ex præmissis. Minor probatur: quia effectus sacramētalis est effectus supernaturalis excedēs facultatem creaturæ: & per consequēs soli deo possibilis.

A solo deo possunt sacramenta institui.

ppo. 2. ¶ Secunda propositio. Quamuis solus deus potest sacramenta instituere, tamen alius a deo potest huiusmodi institutionem promulgare. Prima pars est præcedens propositio. Secunda pars patet: quia promulgare institutionem sacramenti a deo factam non excedit limites creaturæ. Et secundum hoc secundum multos beatus Iacobus fuit promulgator, tanquam præco diuinus sacramenti penitentiæ, & unctionis extremæ, cum ait. Confitemini alterutrum &c. quoad primum. & infirmatur quis in uobis inducat præsbyteros ecclesiæ, & orent super eum, unguentes eum oleo sancto in nomine domini. Iaco. v. ¶ Sed replicaret aliquis contra primam propositionē. Licet nulla creatura auctoritate propria possit instituere sacramenta: ex commissione tamen superioris, dei scilicet et non repugnat: sed & lex data est non immediatè a deo, sed mediatè per Moysen legislatorem. Respondetur, quod licet institutio ad significandum simpliciter possit committi creaturæ: non tamen institutio ad certè, & efficaciter significandum: quia illa non potest fieri nisi per determinationem diuinæ uoluntatis ad assistendum signo, producendo effectum signatum. Hęc determinatio fieri non potest nisi per deum, uoluntatis enim libertatem nemo determinare potest nisi uoluntas ipsa: alioquin uoluntas non esset libera. Nemo, dico, alius a deo. Et si deus determinaret se generaliter ad assistendum circa quodque signo per Petrum instituto: & Petrus institueret aliquod signum: adhuc institutio illius signi, quatenus fit certum, & efficax, non est a Petro: sed ex generali determinatione diuina: & esset in casu petrus præco, & promulgans noui sacramenti, suo-

modo dicitur, quod nullus alius præter deũ fuit legislator legis; suos transgressores ad damnationem æternam obligantis: nisi sicut præco promulgans legem: & ita Moyses nõ fuit legislator propriè: sed præco, nuntius, & promulgator legis diuinæ: neque in persona sua: sed dẽi legem proposuit: ut patet ex forma litteræ. Et quod dicitur legislator extenditur nomen ad promulgatorẽ.

Dub. 3. I — Vnde habent efficaciam sacramenta.

¶ Tertiò dubitatur: unde habent sacramenta efficaciã, an ex institutione, uel a christi passione: Respondetur breuiter, quod sacramẽta ex tribus habent efficaciam non tamen omnimodè: habent enim efficaciam ex deo tanquam a causa principali instituẽte: a passione christi tanquam ex causa prima efficaciam merente: & a fide ecclesiæ causam minus principalem causæ principali continuãte. Principalis enim causa, quæ sola sufficeret, est ex determinatione diuinæ uoluntatis, qua instituit sacramenta ut essent signa efficacia, qua determinatione sola existente, etiã circumscripta passione christi, & fide ecclesiæ, sacramenta essent efficacia signa. Verum de facto concurrebat passio christi tanquam meritum, propter quod deus sacramenta instituit: & sic accipienda est glo. ad Roma. v. super illud. Qui est forma futuri. Sicut ex latere illius idest Adæ dormiẽtis assumpta est costa, unde formata est Eua: sic ex latere istius idest Christi, fluxerunt sacramenta: aqua scilicet ablutionis, & sanguis redemptionis, per quæ saluatur ecclesia. Et August. xv. de ciui. dei. cap. xxvj. loquẽs de ostio arcæ Noe ait; illud est uulnus, quando latus crucifixi lancea perforatum est: hac quippe ad illum uenientes ingrediuntur: quia inde sacramenta manarunt, quibus credentes initiantur. Manarunt, inquam, tanquam a causa meritoria: de quo supra lib. iij. distin. xix. & xx. Concurrit etiam fides ecclesiæ: nam ad efficaciam sacramentorum requiritur et fides ecclesiæ; dũ ministrantur, per quam sacramenta aliquo mõ continuãtur passioni christi tanquã causę minus principales, siue instrumentales causæ principali meritoriæ: & deo tanquã causæ principaliter efficienti. & per hoc dicitur sacramentorum efficacia aliquo modo esse a fide ecclesię. Hæc Sco. Tho. Rich.

Dub. 4. K — Quę sint partes integrales sacramentorum.

¶ Vltimò dubitatur: quæ sint partes integrales sacramentorum. Ad hanc dubitationem respondet magister, quod duobus sacramenta consistũnt: uerbis scilicet, & rebus: quas be. Augu. Homil. viij. super Ioan. nominat elementum, & uerbum. Accedat, inquit, uerbum ad elemẽtum, & fit sacramentum. Per rẽ, siue elementum intelligitur res, siue actus aliquis sensibilis: ut ablutio, unctio, calicis traditio &c. quæ cum uerbis significãt effectum sacramentalem: per uerbum autem oratio prolata ore ministrantis sacramentum. Elementum siue res dicitur materia: uerba dicuntur forma: non propriè, sed metaphoricè: ut infra dicetur de sacramẽto baptismatis, & dequolibet sacramento. ubiq; enim requiritur quæ materia, & quę forma. ¶ Sciendum, quod præter ista duo uerbum, & elementũ, requiritur etiam intentio in conferente sacramẽtum, qua intendit ministrare sacramentum idest rem: & uerba exhibere tanquam ea, quæ ad certum effectum instituta sunt a christo: & hoc est exhibere in fide ecclesiæ: etiam si non crederet sequi effectum: ut infra declarabitur. Et hæc intentio comprehenditur sub uerbis proferentis: ut dicit Rich. Et quæ hic dicuntur, intelligi debent de sacramentis nouæ legis tantum, quoniam sacramenta ue. le. consistunt in rebus, & non coexigunt aliqua uerba: sicut patet de circũcisione, cui nõ præscribitur aliqua forma: sed nec esui agni paschalis, aut sacrificijs: quę dici possunt sacramẽta largo nomine sacramẽti. Quòd uero uerba requirunt in sacramẽtis no. le. ratio principalis est institutio christi, cui placuit sic instituere. Congruitas tamẽ assignatur, quia sacramenta nouæ legis sunt perfectiora sacramentis ue. le. non tantũ in causando: sed etiam in significando: ut infra dicetur. Perfectissima autem significatio fit per uerba, quæ certius, expressius, & distinctius significant secundum omnẽ mentis conceptũ ex impositiõe

quam significent ex naturali similitudine. Aliæ assignantur: quæ tamen parum faciunt ad propositum. Et tantum de illa quæstione.

QVAESTIO III.

A TERTIO quæritur circa illam partem: utrum cerimoniæ uete. le. quæ dicuntur sacramenta generali uocabulo: contulerunt gratiam ritè utentibus ex opere operato. ¶ More processus soliti in respondēdo erūt tres ar-

Arti. 1. ticuli. ¶ Quantum ad primum articu-

Not. 1. lum notandum, ꝙ in lege ue. fuerunt

Quid intelligit nomine ceremoniarum. multæ obseruantiæ cerimoniales: ut purgationes ab immunditijs a lepra: a cōtactu morticinij, & aliarum rerum immundarum per aquam expiationis, & alios ritus, de quibus in leuitico per totum. Erant etiam ibi quædam plus ad perfectionem accidentia: sicut oblationes hostiarum, & sacrificia: hæc enim ꝑtinebāt ad cultum latriæ pro tempore illo, quo deus uoluit sic coli. Et hæ obseruationes purgationum, & sacrificiorum, ac oblationes dicebantur propriè cerimoniæ: ut dictum est in. iij. distinct. xxxvij. Sacrificia, & oblationes tanquam immediatè pertinentes ad dei cultum: purgationes tanquam mediatè ad dei cultum pertinentes: ut puta disponentes, & aptantes personas ad perficiendum dei cultum. Impropriè autem dicuntur, ac nominantur sacramēta, extenso nomine sacramenti: ut dictum est quęst. j. huius di. & de talibus est quæstio præsens: non de circumcisione,

Not. 2. de qua dicetur sequenti. q. ¶ Secundò

B notandum, ꝙ ut tangit beatus Tho. dis.

Gratia dupliciter confertur. præsenti. q. j. ar. j. post Alexan. licet satis obscurè: ꝙ signum aliquod cōferre gratiam dupliciter potest intelligi. Vno modo ex ipso signo, seu sacramento: uel ut alij dicunt: ex opere operato: ita ꝙ eo ipso, ꝙ opus illud puta signum, aut sacramentum exhibetur: nisi impediat obex peccati mortalis, gratia confertur: sic ꝙ præter exhibitionem signi foris exhibiti non requiritur bonus motus interior in suscipiente: quo de condigno, uel de congruo gratiam merear sed sufficit, ꝙ suscipiens non ponat obicem concordat Sco. dist. præsenti. q. v. iuxta fi. Sic baptismus, confirmatio, extrema unctio, conferunt gratiam ei, qui non habet usum perfectum rationis. Alio modo intelliguntur signa, uel sacramēta conferre gratiam ex opere operante, & per modum meriti: quando scilicet sacramentum foris exhibitum non sufficit ad gratiæ collationē: sed ultra hoc requiritur bonus motus, seu deuotio interior suscipientis sacramentum, secundum cuius intentionem confertur gratia tanquam meriti condigni, uel congrui præcisè, & non maior propter exhibitionē sacramēti. ¶ Tertiò notandum, Not. 3.

C ꝙ de materia quæstionis fuere tres opiniones. duę extremæ, & tertia media.

Tres opiniões de materia quęstionis. ¶ Prima, ꝙ sacramenta ue. le. contulerunt gratiam ex ui sacramenti siue ex opere operato: licet non tantam: nec ita directè, sicut sacramenta no. le. Vnde dicit hæc opinio, ꝙ sacramenta ue. le. (per hoc, ꝙ erant signa sacramentorum no. le. & passionis Christi, a qua nostra sacramenta habent efficaciam. Erāt enim quædam protestationes fidei mediatoris futuri) indirectè, & ex cōsequēti habebant iustificare, quasi mediantibus nostris sacramentis per ea significatis. Hęc opi. uidetur fuisse Hugonis li. j. de sacramentis par. xj. cap. j. & ij. Vbi uult, ꝙ mediantibus sacramentis no. le. illa prioris temporis sanctificabant; ut eadem esset salus: & hi si qui recta fide signa futurorum in illis uenerati sunt, & his, qui effectum salutis in his percipiūt. Pro ista opi. allegatur, ꝙ in canone missæ orat ecclesia: ut sacrificium eucharistiæ sit deo acceptum, sicut sacrificia antiquorum patrum, Abel, Abraam, Melchisedech accepta fuerant. Sed sacrificium eucharistiæ confert gratiam ex opere operato: ergo, & illa ueterum patrum. ¶ Secunda opi. huic contraria tenuit, ꝙ sacramenta ue. le. non contulerant gratiam, neq; ex opere operato: neq; per modum meriti, seu operis operantis, etiam si in fide, & charitate fierent:

tēt quia imposuit ea dominus in onus, & seruitutem: non in iustificationem. Et huius opi. quidam putāt magistrum fuisse pro eo, ꝙ allegans apostolum ad Gal. ij. Nunquid ex operibus legis aliquis iustificatus est. addit: etiam si in fide, & charitate herēt. ¶ Tertia opi. est Alexan. de ales. parte. iij. q. vj. mēb. iij. arti. j. sancti Tho. Sco. & communis scolę: ꝙ sacramenta uete. le. ex ui sacramenti, siue ope re operato gratiam non conferunt secus tamen per modum meriti ex opere operante. Et secundum hanc responden dum erit ad quæstionem. Et tantum de articulo primo. ¶ Quātum ad articulum secundum est prima conclusio. Sacramenta uete. le. quę dicuntur cęremoniæ non contulerunt gratiā ex ui sacramēti siue ex opere operato. Probatur; quia omnis gratia est iustificatiua eius, cui cō fertur, si prius fuerit iniustus. Facit enim filium regni secundum Aug. sed ex sacramentis ue. le. nemo iustificabatur: secun dum illud ad Rom. iij. Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram il lo. Item Ezech. xx. Dedi eis pręcepta non bona, & iudicia, in quibus non uiuent. Ad idem est apostolus ad Heb. ix. & x. ubi ex intentione probat, ꝙ per ob seruantiam legalem non iustificatur homo. Ex quibus auctoritatibus satis habetur, ꝙ cęremoniæ ueteres non iustificabant: & per consequens non contulerūt gratiam: hoc autem non potest intelligi per modum meriti, ut sequens conclusio docet: ergo oportet hoc accipere ex opere operato, & ex ui sacramenti. ¶ Secunda conclusio. Sacramenta ue. le. gratiam contulerunt ex opere operante, siue per modū meriti ex suscipien tis deuotione, dum processerunt ex fide & charitate. Probatur. Nam suscipiētes ea ex fide, & charitate meruerunt augmentum gratiæ: ergo &c. Consequentia nota. & antecedens probatur: quia omnis actus uirtutis charitate for matus est meritorius augmenti gratię: & usus sacramentorum uete. le. procedens ex charitate est huiusmodi: ergo est meritorius augmenti gratiæ. Consequentia est syllogistica. Maior est manifesta. Minor probatur: quia usus sacramentorum ue. le. fuit actus obedientię: & cum hoc in sacrificiis, & oblationibus actus latrię: ergo. Qđ obediētię, patet: quia data sunt praecepta de huiusmodi cęremoniis: & ita usus eo rū fuit impletio pręcepti, & ꝑ cōsequens uirtutis obedientiæ. Qđ usus sacrificio rū, & oblationū fuit actus latrię, patet: quia fuit actus colendi deū: talibus .n. illo tempore uoluit coli deus: ergo pertinebat ad latriam. Cōfirmatur: omnis actus procedens ex charitate est meritorius: sed usus cęremonialium procedere poterat ex charitate: ergo dū sic processit erat meritorius. Poterant enim iudei uti cęremonijs suis finaliter propter deū sic instituentē, & pręcipiētē. ergo. ¶ Item minus reuerenter dictum uidetur, ꝙ deus dederit pręceptum nolens seruantem ipsum mereri quantumcunq; ex charitate seruaret: sed manifestū est de purgationibus, & cęremoniis data fuisse pręcepta: quare conclusio uera. Pro ista conclusio ne est auctoritas uenerabilis Bedę dicentis. Sacramē ta ueteris legis suo tempore custodita uitam conferebant ęternam: sed nihil confert uitam ęternam nisi per gratiā. ¶ Tertia conclusio. Usus sacramentorū ueteris legis relatus ad dei honorem: omnes qui, non habuerunt charitatem disponit de congruo ad gratiæ susceptionem: quia per quemlibet bonū motū animi in deum disponitur homo de congruo ad susceptionē gratię: ut infra dicetur. Sed usus cęremoniarum relatus ad honorem dei includit bonum animi motum: quia relationem actus ad honorem dei, tanquā in finem. Per bonum enim animi motum nihil aliud intelligitur, quàm actus uoluntatis terminatus in deum obiectiuè tanquam in finem. ¶ Et secundum hoc respondetur ad omnes auctoritates hincinde allegatas: ꝙ illę, quę uidentur negare collationem gratiæ ex sacramentis ueteris legis, intelligendę sunt de collatione gratiæ ex opere operato: & sic sunt pro prima conclusione, & non cō tra secūdā. Et auctoritates, quę asserūt

Arti. 2. Cōcl. 1. D Ceremonię non contulerunt gratiam ex opere operato.

Cōcl. 2. Sacramenta ue. le. contulerunt gratiam ex opere operante.

Cōcl. 3. Usus sacramentorū ue. le. disponit ad gratię susceptionē de cōgruo.

gratiam,& uitam conferre sacramenta ueteris legis: intelligendæ sunt de opere operante: & per modum meriti, non ex ui sacramenti: & sic erunt pro secũda conclusione, & non contra primã. Qđ uero magister dicit, ꝙ sacramenta ueteris legis non iustificant, etiã si in fide & charitate fierent; similiter referendũ est ad opus operatũ: & quantũ ad illud non iustificabant: etiam si ex charitate fierent. Non tamen uult, ꝙ ratione charitatis elicientis opus non conferat gratiam. Qđ si hæc expositio non placet, dicatur, ꝙ magister fuit illius secũdæ opi. in quo cõmuniter doc. eũ non sequũtur. ¶ Quod iterũ dicitur, ꝙ cęrimoniæ istæ fuerunt impositæ illis in seruitutẽ, & in signum futurũ: & in onus (quoniã diis potius uoluit sibi ipsi hæc offerri, quàm idolis. Nam secundum beatũ Augu. Lex in quãtũ ad huiusmodi sacramẽta datur: est duris, & superbis in flagellũ, & onus: ut onerari diuinis sacrificijs, non liceret eis ad idolatriam declinare: sed perfectis in signum, & paruulis in pędagogum) non obuiat conclusioni secundę: quia nihilominus qui ex charitate subierunt hoc onus per actum obedientiæ scilicet obseruationis diuini præcepti: meruerunt.

Arti. 3. Dub. 1. E ¶ Quantum ad articulum tertium est primum dubiũ de numero sacramentorum legis naturę. Respondetur secundum Rich. q. v. huius dist. post Alex. par. iiij. q. ij. arti. j. ꝙ ut tangit Hug lib. j. de sacramentis. par. xij cap. iij. Tria fuerunt sacramenta legis naturæ: scilicet decimæ: sacrificia, & oblationes. Decimę in proportionibus: quia secũdum certum numerum: sacrificia in occisis animalibus: oblatiões in cęteris rebus: ꝙ intelligendum est de sacramentis in signis sensibilibus a deo tempore legis naturæ, & non ante institutis: & ab hominibus ad significandum rem sacram frequentandis. Quæ adduntur propter matrimonium: quod ante legẽ naturæ (quia in statu innocentiæ institutum: non quidem tunc in remedium cõcupiscentiæ: sed in officium prolis propagãdæ) fuit quidem nunc matrimonium sacramentũ: non propriẽ sicut in noua lege; sed largẽ: quia sacræ rei signum. hinc de matrimonio loquens apostolus ad Eph. v. ait. Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in christo, & in ecclesia. Item propter pęnitentiæ uirtutẽ: quę etsi fuit in lege naturę: non tamen sacramentum: qa non sensibile signum. Itẽ propter illius legis sacerdotiũ, ꝙ nõ fuit sensibile sacramentũ: neq; signum ab alijs distinctum. Licet enim fuerat potestas a deo ad offerendum aliquid in significatione rei sacræ: non tamen erat distincta a seculari potestate. Vnde Gen. xiiij Melchisedech rex salem sacerdos erat dei summi: dicit Glos. Aiũt hębræi omnes primogenitos a Noe usque ad Aaron pontifices fuisse. Dicit enim Glos. super illud Gen. xxvij. Vestibus Esau ualde bonis Tradunt hæbræi primogenitos functos officio sacerdotali: & habuisse uestimentum sacerdotale, quo induicit uictimam: offerebant antequam Aaron in sacerdotem eligeretur. Non tamen inuenitur: quod de domini mandato a domino consecrarentur per aliquod sensibile signum ¶ Item propter unctionem, qua Iacob lapidem, quem erexit: oleo unxerat. in figura consecrationis ecclesiæ, uel altaris Gen. xxviij. non tamen a deo institutum est, licet probabile sit: Iacob hoc fecisse inspiratiõe diuina: nõ tamẽ deus hoc instituit hominibus obseruandum, & frequentandum. ¶ Item propter diluuium, quod licet baptismum figurabat. j. Petri. iij. non tamen fuit institutum a deo tanquam hominibus frequentandum. ¶ Propter illud immolatio arietis pro Isaac: de qua Gen. xxij. quæ significabat immolationẽ Christi: non numeratur inter sacramenta legis naturæ, eo ꝙ non est instituta ad frequentandũ ab hominibus. Vnde si sacramentum accipitur generaliter pro quolibet signo sacræ rei: sic in lege naturæ plura fuerunt sacramenta, quàm prædicta tria. Horum autem trium decimatio significabat remissionem peccatorum ꝓpter numerum, quia drachma decima perdita fuerat, & inuenta. Lucæ. xv. Sacrificia, carnis macerationem, etiam per sa-

Tria sũt sacramenta legis naturæ.

crificia, quæ consistebant in immolatione animalium occisorum significabatur futura Christi passio. Quodque christus, qui passurus erat, dominus est mortis, & uitæ. Oblatio significabat boni operis exhibitionem. Hęc etiam tria, ut legis naturæ sacramenta, ut uult Hugo ubi supra cap. iiij. a deo sunt instituta (probabiliter enim præsumitur hominem ad hæc exercenda, in principio a deo instructum fuisse) non autem præcepta. Vnde Hugo. ubi supra cap. iij. de necessitate horum sacramentorum, addit. Neq; existimandum est illa prima naturalis legis sacramenta, decimas siue sacrificia, siue oblationes: ita homini ex necessitate indicta: ut qui ea executus non fuisse, reatum præuaricationis incurreret: quemadmodum ille, qui fideliter ea coleret: meritum deuotionis suæ inueniret. Vnde cum aliquod prædictorum sacramentorum in remissionem originalis peccati siue paruulo, siue adulto adhibeat: non illius sacramenti uirtute: sed fidei a peccato mundabatur, Addit Rich. Tamen loco, & tēpore erat eis necessarium ad salutem suā in aliquibus signis sensibilibus fidem exterius profiteri. Et sic potest intelligi uerbum beati Grego. quod magister in litera dicit. Qđ apud nos ualet &c. Prædicta cōfessio fiebat per oblationes, & sacrificia, & decimationes: qa per oblationes significabatur deus omnium creator: per sacrificia, redemptor: per decimationes remunerator. In hoc enim, ꝙ homo retinebat sibi nouem partes, quę imperfectionem significant: & decimā, quæ significat perfectionem, offerebat deo, significabat in se imperfectionem: in deo perfectionem esse: & perfectionem a deo expectari debere. ¶ Sed diceres. Circumcisio est sacramentum legis naturæ. Nam Ioan. vij. dicitur. Non est circūcisio ex Moyse: sed ex patribus. siquidem data est Abraæ: qui fuit in lege naturę lōgē ante datam legem; & tamen non est aliquod prædictorum trium. Respōdetur: ꝙ circumcisio cōputatur inter sacramenta legis Mosaicæ: quamuis ante eam data sit: quoniā fuit præparatiua ad legis susceptionem. Vnde Hugo lib. j. parte. xij. cap iij. Sacramentum circumcisionis ante legis dationem datum est, & per ipsum quædam præparatio ad suscipiendam legem facta est. Et sequitur. Antiquus ille populus primò per circumcisionem significatus est: postea per legem informatus. Vnde ut ait Alexand. Circumcisio non fuit data tanquam sacramentum legis naturæ, qua currēte homines quasi neophiti manuducendi erant mansuetudine quadam: ne grauitas eis esset causa resilitionis. ¶ Fuere tamen, qui tēpus legis a circumcisione asserunt incepisse. Vnde Hugo cap. j parte. xij. lib. j. Obseruantia legalis in circumcisione exordium sumpsit. ¶ Dubitatur secundò de numero sacramentorum legis scriptæ. Respondetur secundum Hugo. parte xii. cap. iiii. lib. i. Sub lege (inquit) scripta multa sunt præcepta, & sacramenta. Illa tamen sacramenta omnia ad tria genera reducuntur. Vnde eadem parte capitu. ultimo ait. Tria genera sacramentorum inueniuntur sub lege scripta. Quædam specialiter ad remediū: quædam uero ad obsequium: quædam ad cultum diuinum. Prima pertinent ad peccatorum remissionem: secunda ad exercendam deuotionem: tertia ad colendam pietatem. Prima instituta fuerunt quasi ad necessitatem, ut in eis homo sanctificaretur: qualis fuit circumcisio, & hostia pro peccato, & pro delicto: & cætera quædam, quę specialiter ad emundationem, & remissionem instituta fuerunt. Secunda autem quasi ad exercitationem fuerunt proposita: ut in eis deuotio fidelium exerceretur: & meritum augeretur: quales fuęrunt hostiæ pacificorum, quæ offerebantur a fidelibus ad reconciliandum sibi gratiam diuinam. Tertia instituta fuerunt quasi ad præparationem quandam: ut quasi quędam instrumenta essent ad cætera sacramenta tractanda, & sanctificāda: quale fuit tabernaculum, & atriū: & oīa utēsilia, quæ continebantur in eis: necnō, & sacra indumenta ministrātiū & cætera omnia, quæ ad ornādum cultū

Dub. 2. F De numero sacramentorum legis scriptæ.

diuinum fuerunt instituta. Subditetiam ibidem Hugo. Quod sacrificiorum tria sunt genera. Alia sunt holocausta: alia simplicia sacrificia: alia pacifica. Holocaustum uocabatur quod uel ex debito uel sponte oblatum totum incendebatur. Sacrificium uocabatur: quod pro debito institutionis oblatum partim cremabatur: partim seruabatur. Pacifica uocabantur: quæ sponte offerebantur pro gratiarum actione: siue pro præcedentis uoti adimpletione: siue pro spontanea, & uoluntaria deuotione. Holocaustum autem fiebat de armentis: aliquando de pecoribus: aliquando de uolatilibus. Oblatio aliquando de simila fiebat: quæ dicebatur sacrificium crudū: aliquando de clibano: de sartagine: quādoq; de craticula quod sacrificium coctum dicebatur. Hæc omnia Hugo. hic inserta pro declaratione terminorum. ¶ Dubitatur tertiò. Vtrum sacramenta legalia emundabant ab immūditijs carnis. Respondetur secundum Alex. parte. iiij. q. vj. mem. iiij. art. ij. Tho. & Rich. ꝙ intentio ueteris legis erat homines ad timorem, & reuerentiam dei inducere: & a carnalibus paulatim ad spiritualia trahere: & ideo instituit multa impedimenta, quibus homines ab illorū sacramentorum frequentia impedirētur: ut sic magis in reuerētia haberentur, quā omnerarum charum. Etiam ut sic a carnalibus obseruantijs diffuescerent: quandoq; scilicet in tempore gratiæ totaliter ab eis abstrahendi. Et hæc impedimēta dicuntur quędam irregularitates, quibus homo inidoneus efficiebat corporaliter accedere ad sancta: puta templū, & cultum dei exteriorem in eo peragendum. Et hæ irregularitates dictæ sunt immunditiæ carnis, & ab his sacramenta legis purgabant secundum illud apostoli ad Heb. ix. Sanguis hircorum, & taurorum, & cinis uitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis. Hæc sanctificatio non fuit nisi rehabilitatio hominis, & ablatio huius irregularitatis. Vnde sāguis: & cinis asper sus magis corporaliter inquinabat simpliciter. Sed dicebatur emūdare car

Dub. 3. G Quō sacramenta legalia emūdabant carnem

nem: quia abstulit irregularitatem. Vnde frequenter, & sacerdotes post huiusmodi sacramenta manus lauabant, ne sanguinolentis, & cinerosis manibus alia tangerent. Consonat de Pa. q. vj. ar. j. Licet, & alia sit res huius lotionis: scilicet quia sanctorum ad communia non debet esse cōmixtio. Vnde & in no. le. sacerdotes post tactum chrismatis, & uenerabilis eucharistiæ manus lauāt. ¶ Sed di. quomodo ritus ille aquæ expiationis cineribus uitulæ rufæ combustæ cōmixtus cæteros expiauit: cum sacerdotem immolantem, & portantem cineres polluit, & immundū reddidit: ut habetur Nume. xix. Respondetur, ꝙ illa irregularitas inducta est propter tria, ut dicit sā ctus Tho. Primò ut sacerdotes esse̅t sub onere legis sicut cęteri. Secundò ad tollendam superbiam sacerdotum de hoc ꝙ alios sanctificabant. Tertiò ad significandum, ꝙ sacerdos no. test. propter maximam sanctitatem sacrificij semper se debet inidoneum reputare. Irregularitas autem in no. test. non tam crebrò immo raro contrahitur: nec contracta tam facile tollitur. ¶ Quartò dubitatur de rationabilitate legalium sacramentorum. Nam multa uidentur ibi sine ratione instituta in eorum ritibus: sicut de ista lustrationis aqua: & ꝙ sanguine pecudum, & cineribus, quæ naturaliter inquinant tabernaculum templi uasa, & homines debeant sanctificari, ac mundari. Pro responsione notandū post Rich. ꝙ aliquid dupliciter potest dici rationabile. Vno modo, quia est de naturali dictamine rationis, sicut principia legis naturæ, & conclusiones ex eis euidenter deductę. Alio modo: quia nihil continet rationi contrarium: & ex rationabili causa, & modo debito est institutum pro tempore, & loco. Primo modo nō omnia sacramenta legalia sunt rationabilia, quia non de lege naturæ. Sed secū do modo, fuerunt ualde rationabilia: quia a summa sapientia, a qua quæcunq; procedunt, ordinata sunt. Ad Roma. xiij. Et certi mysterij gratia futuræ salutis significatiua: & ita ex rationabili causa instituta. ¶ Hæc mysteria, & cau-

Dub. 4. H De rationabilitate legalium sacramentorum.

sæ

causa instituta. ¶ Hęc mysteria, & causę, quales sint circa singula, glossę, & post illa textus legis circa singula instituta explicant, & euoluunt.

SECVNDA PARS.

VIT autem inter illa sacraméta &c. ¶ Egit magister de sacramétis in genere: in hac secunda parte distin. primę incipit agere de sacramentis in specie. Et primò agit de sacra. ue. te. Secundò dist. ij. incipit tractare de sacramentis euangelicę legis. ¶ Circa primum agit de principali sacramento ue. le. scilicet de circumcisione in præsenti dist. cuius sententia in hac parte in sequentibus conclusionibus summariè continetur. ¶ Prima. In remedium originalis peccati instituta est circumcisio, quæ certi gratia mysterij fiebat die octaua cultro lapideo in humanę propagationis membro. ¶ Secunda. Circumcisio mutata est per baptismum, qui est communius, ac perfectius ac omnibus necessarium sacramentum. ¶ Tertia. Id sentiendum est de paruulis ante octauam diem sine circumcisione ex hac uita migrantibus: quod de paruulis fidelium sine baptismate defunctis. Harum declaratio patet ex textu.

QVAESTIO. IIII.

A Vtrum circumcisionis sacramétũ masculis institutio ne baptismi factũ fit mortiferum.

CIRCA hanc partem quæritur. Vtrum circumcisionis sacramentum masculis currente lege necessarium, institutione baptismi factum sit mortiferum. ¶ Quia hęc quæstio duo supponit: & unum quęrit. Supponit primò, ꝙ circumcisio fuerit sacramẽtum: & per hoc, ꝙ fuerit efficax, & certum, effectus sacramentalis signum. Hic enim sacramentum propriè accipitur: pro signo gratię efficaci, prout descriptum est in quęstione prima. Secundò supponit, ꝙ circumcisio fuit necessaria masculis currente lege. Et quęrit: utrum instituto baptismo cessauerit circumcisio: ita ut ex hinc fuerit mortifera utentibus ea. Et secundũ hãc responsionẽ ad quęstionem erunt tres articuli, quibus adijcietur quartus seruiens dubiorum mouendorum solutioni. ¶ Quantum ad primum. Notandum, ꝙ Alexan. parte. iiij. q. vii. membro. j. tres ponit diffinitiones circumcisionis. Prima Dam. Circũcisio est signum determinans Israel a gẽtibus, cum quibus conuersabantur. Secũda. Circumcisio est signaculum curationis ab originali. Tertia. Circumcisio est abscisio superfluitatis concupiscẽtiæ. Neutra tamen harum est sufficiens, & conuertibilis sicut iacet in uerbis. Ideo ex his tribus colligitur una descriptio quid nominis conuertibilis, quę talis est. Circumcisio est signaculum efficax curationis ab originali, permanens in carne, institutum a deo: determinans israel a gentibus. In hac diffinitione tanguntur duo propter quę principaliter data erat circumcisio. Primò, propter distinctionem populi dei a non populo dei. Secundò, propter deletionẽ originalis peccati propter distinctionem non quamlibet: sed eã, quæ est per signaculum permanens in carne. Et p hoc excluditur baptismus a sacrificijs legis naturæ: quæ licet etiam distinguebat: quia tamen non erant permanentia in carne: non dicuntur circumcisio: nam sacrificium fuit signum extra hominem: baptismus ablutio corporis humani: sed nec hoc, nec ille permanens erat in carne. ¶ Per hoc etiam, ꝙ dicitur curationis ab originali, excluduntur signa cetera: sicut Indi habent quædam signa adustionis in carne faciei, quibus distinguuntur a cæteris: sed illa nõ sunt signa curationis efficacia ab originali: nec illa instituta sunt a deo. Excluduntur per idem oblationes expiationes, & sacrificia legis mosaicę, quæ etsi distinguerent, non tamen ab originali curabãt: nec permanẽtia erant in carne: ¶ Secundò notãdũ, prima pars quęstionis supponit circũcisionẽ esse sacramẽtũ propriè dictũ: supponit igitur circũcisio

Arti. 1. Not. 1.

Diffinitio circũcisionis.

Not. 2. B

nem esse signum efficax effectus sacramentalis. Et quantum ad propositū nūc sufficit: duo sunt effectus sacramentorū

Duo sūt effectus sacramētorum.

s. remissio peccati: & collatio grē. ¶ De hoc ergo quantum ad circumcisionem sunt quatuor opi. quas recitat Alexan. par.iii.q.vij. membro.vij.& post eū beatus Tho.q.ix.huius dis.ar.iii.quę omnes in hoc concordant, ꝙ circumcisio ex ui circumcisionis, siue ex opere operato delet culpā originalē: sed discordāt quātum ad gratiam. Vnde dicunt primi, ꝙ circumcisio non confert gratiam innitentes glossę ad Rom.iiii.super illud. Signum accepit circumcisionis. In circūcisione peccata dimittebantur: sed nec gratia ad bene operandum adiutrix: nec uirtutum possessio, uel augmentū prestabatur. & habetur in textu. Secunda opi. ꝙ circumcisio ex sua ui peccatū tollebat: gratia uero circumciso conferebatur, non ex ui circumcisionis: sed ex diuina liberalitate ablato gratię impedimento. Tertia opi. ꝙ circumcisio etiam conferebat gratiam ex ui circumcisionis quantum ad effectus priuatiuos, qui sunt priuare culpam: sed non quantum ad effectus positiuos, qui sunt gratificare: & habilitare ad opera meritoria: sed illi effectus consequebantur ad gratiam culpam remouentem. Quarta opi quā imitatur Alexā.& Tho. quantum ad effectus priuatiuos, & positiuos: licet non tam intensos, sicut nunc baptismus. Et hanc opi. nūc sequitur communis schola theolo.

Not. 3.

¶ Tertiō notandum, ꝙ licet de hoc. An culpa possit remitti sine gratia sint opi. doc. quia tū posterius de sacramento pœnitentiæ agetur. lib. 4. di. xvij. de necessitate gratię multa dicta sunt, & dicetur. Ideo nunc breuiter supponatur, ꝙ omnes concedunt: ꝙ culpa nec originalis, nec actualis remittitur sine gratia de potentia dei ordinata: quicquid fieri posset de potentia dei absoluta. ¶ His pręmissis est prima conclusio ad hunc articulum.

Cōcl.1. C

Circūcisio ex ui circū cisionis

Circumcisio ex ui circumcisionis tollit omnem reatum peccati originalis. Hæc conclusio: ut dicit Durandus probari non potest: nisi ex circūcisionis significatione, uel ex eius institutione. Sed ex primo non probatur: quia multa fuere legalia, q̄ ęque expresse, uel expressius significabant mundationem a culpa, sicut circumcisio: ut patet Leuit.xv & Nume.xix. de aqua lustrationis: & tamen hæc non auferebāt culpam: dictum est sup.q.iii. Et quamuis hic dici posset, ꝙ circūcisio determinatius significaret mundationem a peccato originali: pro eo, ꝙ sit in membro propagationis, per quam contrahitur originale peccatum: tamen ut sup. patuit.q. ii. Sacramenta non habent ex significatione efficaciā: sed ex institutione. Ideo oportet ostende e ex scripturis: ꝙ circumcisio instituta sit ad remittendum originale peccatū Hoc ergo Beda ostendit per illud. Anima, cuius pręputii caro circumcisa non fuerit, peribit de populo suo: eo ꝙ pactum meum irritum fecit. Gen.xvii. ¶ Sed hic replicari posset: per hanc scripturā probari posse, ꝙ præceptum de circumcisione esset præceptum necessarium ad obseruandum: sed non, ꝙ esset culpę remissiuum: quoniā simile habetur de custodia sabbati. Anima, quę quippiā operis fecerit, delebo eā de populo meo Leuit.xxiii. Et similiter de esu agni pascalis, & fermento. Exod. xii.& Nume.ix.& sic de multis aliis: & tamen illa nō remittebant culpas. Ad hoc dicitur secundum Durandum, ꝙ illa cōminatio animę non circumcisę, fuit cōminatio pręcepti: quoniam præceptum non datur, nisi capacibus, & potentibus pręceptum implere: hoc est adultis: & talia sunt illa, de quibus replicatum est. Sed circumcisio fienda erat in paruulis nondum præcepti capacibus, quibus tamen dominus comminabatur interitum, si circumcisi non fuerint. Non ergo circumcisio habet rationem pręcepti, quo ad paruulos: nec comminatio illa facta paruulis fuit comminatio transgressionis pręcepti: sed institutio sacramenti remouentis culpam ab ingressu regni impedientem. Hæc autem in paruulis non fuit actualis: sed tantum originalis. Cum ergo non circumcisus peribit: circumcisus autem saluabitur: ergo circūcisio tollit impedimētū salutis, quod

tollit oēm reatū peccati originalis.

non fuit saltem in paruulis: nisi culpa originalis. ¶ Secunda conclusio. Circumcisio homini contulit gratiam ex opere operato. Probatur conclusio: quia circumcisio ex ui circumcisionis remittebat culpam originalem, ut dicit conclusio prima: ergo contulit & gratiam. Tenet consequentia: quia quicquid conferr aliquid, cōferr omne illud, sine quo primū cōferri nō potest: sed pctūm originale secundum ordinatam dei potentiam non potest tolli sine infusione gratiæ: ergo circumcisio, quę tollit peccatum originale, cōfert gratiā, sine qua pctūm dimitti non potest: & hoc eadem ui, qua tollit. Consequentia nota cum maiore. Minor probatur: quia per remissionem peccati originalis, & etiam mortalis actualis, cui dimittitur: fit de filio carceris filius regni: ergo cō fertur sibi gratia. Tenet consequentia: quia nullus potest esse dignus regno dei sine gratia: quia (teste apostolo) gratia dei uita æterna. Ad Roman. vi. Antecedens probatur: quia post lapsum nō est medium inter filium regni, & filium carceris gehennalis: cum ergo per remissionem peccati desinit esse filius carceris: sequitur, ꝙ incipit esse filius regni. Nullus enim est filius carceris: nisi propter peccatum, quo sublato desinit esse filius carceris. Cessante enim causa, cessat effectus. Quód etiam contulit gratiam ex opere operato, patet: quia non prærequirit motum bonum in deū incircumciso: alioquin non profuisset paruulis, quibus tamen principaliter data est. ¶ Tertia conclusio. In institutione circumcisionis deus principalius intendit gratię collationem, quā peccati originalis remissionem. Probatur post Sco. quia agens secundum rectam rationem principalius intendit perfectionē, quām imperfectionis ablationem: quia istam non intendit, nisi propter imperfectionem. Cum ergo deus sit agens secundum rectam rationem, instituendo circumcisionem, principalius intendit perfectionem circumcisi, quę est gratia, quā carentiam imperfectionis, .i. peccati originalis. ¶ Corollariū qđ sequitur

Cócl. 2. Circumcisio homini attulit gratiam ex opere operato.

Cócl. 3.

Coroll.

ex duabus conclusionibus præcedentibus. Circumcisio ex opere operato cō tulit gratiam: non solum consecutiue ad peccati remissionē: sed principalius, quā circumcisi a peccato mundationē. Patet planē: quia eo modo cōtulit, quo fuerat instituta: sed ex conclusione secunda fuit instituta a deo principaliter ad gratiæ collationem ¶ Cóclusio quarta. Circumcisio tollens culpam originalem, fuit sacramentum secundum propriam sacramenti rationem. Patet per omnes clausulas diffinitionis sacramenti propriè dicti: & ex conditionibus requisitis ad sacramentum propriè dictum in q. j. positis. Fuit enim signum sensibile institutum a deo significans efficaciter effectum gratuitum: quia gratiam gratum facientem culpam originalem remittentem. ¶ Quantum ad secundum articulum de necessitate circumcisionis, & modi eius. Notandum secundum Bonauenturam post Alexand. & Thom. in hoc sacramento tria considerantur, s. efficaciā: significatio: & obseruatio. Efficacia, quantū ad collationē gratię, & remissionē originalis culpę. Significatio: nō tātū gratię collatę, & remissionis culpę: sed & circūcisionis futuræ in resurrectione generali corporis ab omni defectu, & passionis christi &c. Obseruatio quāum ad præceptū de circūcisione datū. Et secundū hęc potest distingui triplex necessitas sacramenti ad cō sequēdū effectū Necessitas signi ad ea, quorū signū est circūcisio perfectē significādā: & necessitas ꝓcepti ad nō transgrediendū præceptū. Fuerunt .n. quędā de necessitate consequēdi effectū: quibus .s. omissis per circumcisionem non conferebatur gratia: nec remittebatur culpa: & illis omissis non fuit sacramentum. Quędam tantum de necessitate pręcepti, quibus omissis præceptum uiolabatur: sed nihilominus gratia conferebatur. Quędam de necessitate signi, quibus omissis non fuisset plena, & perfecta significatio omnium, ad quę significanda est sacramentum idest institutum signum. ¶ Quibus pręmissis est prima conclusio. Circum-

Cócl. 4

Arti. 2. D

In circūcisione tria cōsiderantur.

Cócl. 1.

Circũcisio fuit masculis de domo Abraæ de necessitate salutis.

cisio fuit masculis de domo Abraæ de necessitate salutis: nisi excusaret impossibilitas, aut dispensatio dei specialis. Probatur conclusio per illud Gen. xvii. Circũdetur ex uobis omne masculinũ: & circumcideretis carnẽ prępucii uestri: ut sit signum fęderis inter me, & uos. Infans octo dierũ circumcidetur in uobis. Et sequitur. Masculus, cuius præputii caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo: quia pactum meum irritum fecit. Ex qua auctoritate satis patet necessitas salutis circumcisionis: quia ubicunq; in scriptura ponitur hoc uerbum, delebitur, aut peribit de populo suo: denotatur interitus salutis, & mors ęterna. ¶ Dicitur in cõclusione masculinum, ad excludendum fęmellas, quarum propagationis organum non est aptum circumcisioni. Etiã propter mysticam significationem: quia ut dicit Hugo. lib. j. de sacramentis par. xii. cap. ij. Sacra scriptura per masculinum sexum animam: per muliebrẽ uero carnem significare solet: ut ostenderetur, ꝙ illa exterior circumcisio animabus significationem cõtulit: sed carni non abstulit corruptionem. Etiam ut addit Richar. corruptio naturæ per quã peccatum originale contrahitur: principalius fuit a uiro, quã a muliere Si enim Adam non peccasset: etiam postquam Eua peccauerat: proles eius peccatum originale non contraxisset. Alias rationes habet Palu. q. v. ar. ii. conclusione ii. & Lyra c. xvii. Gen. pulchriores ponit rationes: uide ibi. Saluabantur autem feminę in populo circumcisionis: sola fide, sacrificiis, & oblationibus, aliisq; legis cęremoniis purificatæ. Hęc Hugo. ¶ Dicitur de domo Abraæ: per quód excluduntur omnes, qui non fuerunt de semine Abraæ: nec inquilini domus suæ. Gen. xvii. Omne masculinum in generationibus uestris: tã uernaculus quàm empticius circumcidetur: & quicunq; non fuerit de stirpe uestra. Et infra eodem c. clare habetur, ꝙ Abraam, circumcidit oẽs mares domus suæ siue empticios, siue uernaculos &c. Unde Hugo ubi sup. Quicunq; interim nõ de semine Abraæ exstiterunt fideles: huic præceptioni subiecti non fuerunt: neq; circumcisionis (quæ soli semini Abraæ indicta fuerat) suscipiendo debito tenebantur. Sed fide operante per dilectionem, sicut & prius sub lege naturali: priusquã instituta fuisset: qui iusti fuerũt sine circumcisione saluabantur. Hæc Hugo. ¶ Dicitur aũt de domo, & non de semine Abraæ. Nam ut dicit Alex. par. iiii. q. vii. membro iiii. art. j. & Palu. q. v. art. ii. concl. j. non omnes descendẽtes de Abraã obligabat hoc præceptũ Non enim obligabat descendentes de Hismael, & Esau: licet obligabat personas Hismaelis, & Esau, qui fuerũt de domo Abraæ. Non enim posteri eorum ligabantur. Illi enim conuertentes se ad cultum alienum, separauerunt se a domo Abraã. De domo autem Abraæ fuerunt omnes, qui permanserunt in fide Abraæ: quibus promissa fuit terra Chanaam: & qui legem receperunt in deserto. In cuius signum in institutione pacti circumcisionis, promissa fuit Abraæ terra promissionis. Unde Gen. xvii Statuam pactum meum inter me, & te: & inter semen tuum post te in generationibus suis fędere sempiterno Daboq; tibi, & semini tuo post te terram peregrinationis tuæ. Et sequitur. Tu ergo custodies pactum meũ, & semen tuum post te in generationibus suis. Ecce custodię pacti præmisit promissionem: insinuãs, ꝙ quibus facta fuit promissio, tenerentur custodire præceptum. Omnes aũt de Iacob descendentes tenebantur hoc præcepto: quia illis omnibus facta est promissio terrę Chanaã: unde debebãt discerni a gẽtibus, qui alios ritus habuerũt. Licet ergo Hismael, & Esau, & alij, qui fuere de domo Abraę: tenebãtur lege circumcisionis: non tamen illi, quorum patres conuertentes se ad alium ritum filios alienauerunt a domo Abraæ. unde Gen. xxv. Duę gentes sunt in utero tuo: & duo populi ex uẽtre tuo diuidẽtur. dictum est Rebeccæ uxori Isaac, quarum una descendit ab Esau. Alia a Iacob fratribus uterinis gemellis, quarum una tantum, quæ a Iacob descendit,

An idẽ sit esse d̃ domo & semine Abraæ.

De paruulis ante diē circumcisionis defunctis.

scendit permāsit de domo Abrahæ. ¶ Adducūtur & duę exceptiones. Vna, ubi excusaret impossibilitas. s. patēdi præcepto circūcisionis octaua die fiēde: quę additur propter pueros ante octauam diem defunctos. De illis quidā dixerunt (de quorū numero uidetur fuisse magister) q tales pueri sicut nunc ante baptismū defuncti in peccato originali perierunt, moti uerbis Bedę. Qui nunc per euangeliū terribiliter, & salubriter clamat. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritusancto non intrabit in regnum cęlorū: ipse dudum clamauit per suam legē. Anima, cuius caro preputij circumcisa nō fuerit, peribit de populo suo &c. Sed hoc dictum nimis durum est: nec uerita ti consonum: quia masculini ante octauam diem nullum haberent remedium salutis cōtra originalem culpam: & fuissent deterioris conditionis sub lege Moysi, quām sub lege naturæ: & similiter, quām fęmellę. Et ideo magister tēperat dictum suum addens. Forte tamen sub lege ingruente necessitate mortis ante octauam diem circumcidebant sine peccato filios; sicut modo fit in ecclesia de baptismo. ¶ Ideo ē alia opi. Hugo. quam sequitur Alex. par. iiii. q. ii mē. iiii. ar. ii. dicentis: q paruuli, qui moriebantur ante octauam diem, saluati fuerunt in fide parentum: cum oblationibus, & sacrificiis: cum pręceptum de circūcidendo masculos: nō nisi uenientes ad octauam natiuitatis suę diē ligabat: & propter hoc præuaricationis rei non fuisse credendi sunt: nec eius contemptores ante octauam diem, quę in præcepto determinatus fuit. Et ita ante octauum diem non debuit circumcidi. Videt tamen, q sicut neglecti quo ad ōctauā diē poterant post circūcidi: ut patet in proselitis: & in his, in quibus Iosue circūcisionē innouauit, ut statim dicetur. Itē in Achior Iudith. xiiij. Itē in Siche mitis. Gen. xxxiiij. Hinc dicit Pe. de palu. illud preceptum de octauo die solum respicere Abraā & nascituros ab eo, non aduenas, & proselitos. q. v. ar. iij. conclusione. j. in fine. Itē in filio Moysi Exod. iiij. in filio Dauid. ii. Regū. xii. Ita poterat infanti mortis suspitione, anticipari; quamuis non tenebantur: & tunc circumcisio habuisset suum effectum; si tamen ipsum non circumcidebant timentes; ne circumcidendo mortem accelerarent pueri: saluabatur puer in fide parentum: ut supra; & hoc confirmat mos Iudeorum, qui usq; nunc ante octauam diem infantulos non circūcidunt, etiā si morte preueniantur. ¶ Sed quid si paruulus habita pręsumptiōe probabili mortis eius per oblationem parentum purgatus, octauam diem attigisset. Respondetur, & circumcidendus erat propter obligationem legis, qua obligabatur ad hunc ritum: sicut patet in Ioāne baptista in utero sanctificato: quod constabat ex reuelatione angelica: nihilominus octaua die circumcisus fuit: ut habetur Luc. j. Similiter de Hiere. Erat etiam necessaria circumcisio propter diminutionem concupiscentię circumcisi. Et est simile nunc de baptismo. Nam baptismus flaminis non tollit debitum baptismi, ut aqua sacramentalis, si affuerit opportunitas: ut infra dicetur. Et per hoc ad auctoritatem Bedæ, quā magister allegat; q intelligenda est de paruulo post octauum diem non circumciso: uel etiam ante octauum diem non purificato fide, ac oblatione parentum: talis enim irritum fecit pactum domini. Quale pactum dicitur semper Aug. xvj. de ciui. c. xxvii. Pactum illud fuit pactū domini factum in paradiso cum primo parente Adam de non comedendo de ligno uetito: quod pactum in primo parente tota sua posteritas irritum fecit: cum dum Adam transgressus est: in quo seminaliter tanquam in suo principio, tota posteritas fuit. Propter hanc transgressionem, quæ per originale peccatum redundat in paruulos: paruuli non circumcisi damnantur: & non propter transgressionē pacti circūcisionis, quod nō est in ptāte paruuli: sed parētū eius. Vel si placet intelligere de pacto circūcisionis facto cū patre Abraā. Dicēdū est, q paruulus nō circūcisus dānat propter pactū factū irritū: nō p paruulū: sed in paruulo p negligētiā circūcidētiū parētū: uel alio

Quod ē pactum, quod p omissione circumcisionis irritatur.

nil, quia nõ est sublatũ originale peccatũ, propter quod manens in paruulo paruulus damnatur. Vnde in libris de sententijs sanctorum dicitur. ut allegat Alex. par. iiij. q. vij. membro. iiij. ar. iii. Sicut negligentiam Adam in suam propagationem peruenit: ita negligentia parentũ, si non circumcidant puerum, anima eius peribit: quia si ille pceptũ dñi nõ dissipauit: tñ in illo dissipatũ ẽ, & ita paruulus nõ omisit: sed ,pter omissionem, & negligentiam parentum paruulus dãnum consequitur. Et in hoc est simile de circũcisione, & baptismo: quia paruulus neglectus in baptismate negligentia parentum propter originale dãnatur. ¶ Secunda exceptio est: nisi excusaret dispensatio dei specialis: quæ additur propter filios Israel genitos in deserto. Nam in deserto non fuerunt circumcisi donec transirent Iordanẽ. Omnes namq; ex Egypto exeuntes ab annis. xx. & supra, circumcisi in Egypto mortui sunt in deserto. Nume. xiiii. Natorum uero in deserto nullus putatur mortuus: si tamen aliqui paruuli mortui fuerant incircumcisi: in fide parentum, & oblatione saluati creduntur: propter dispensationem, qua dominus dispensauit, do. nec intrarẽt terrã promissionis. Et hoc duplici de causa Vna, quia incerti fuerant in dies, & horas, quando progredi, & labore itineris fatigari oporteret: quod circumcisi nondum sanati perficere non potuissent. Secũda, quia in deserto soli fuerunt, & non cõmixti inter gentes: ideo non indigebant distingui a parentibus. Et additur causa mystica: quia dominus uoluit propter figurã circumcisionem differri: ut una generalis circumcisio fieret in introitu terræ promissionis in signũ illius spiritualis fiẽdæ in ablatione omnis corruptionis: in corporibus resuscitatis electorum in generali introitu in patriam futuro. Hæc Alexan. q. vii. membro. vj. ar. j. cui cõcordãt Pe. de palu. q. v. ar. iii. conclusione. j. Historia clare habentur Iosue. v. ¶ Secunda conclusio. Octaua dies circumcisionis fuit de necessitate præcepti: nõ autẽ de necessitate sacramenti. Prima pars patet clarẽ Gen. xvii. ubi deus pepigit cũ Abraã, & semine eius, dans præceptum de circumcisione modo, & tempore: ut ex præmissis patet: quare si quis octaua die non circunciderctur, præceptum non seruaretur. Secunda pars probatur: quia circumcisio quolibet tempore facta suum effectũ habuit conferendi gratiam originale remittentẽ: quod ex præmissis patet: & de pueris ante octauã diẽ circũcisis: & de proselitis, ac filiis Israel in Galgalis post octauam diem a Iosue circumcisis, qui omnes consecuti sunt effectum sacramentalem: gratiam. s. originale remittentem, & concupiscentiã minuentem: & per consequens dies octaua non fuit de necessitate sacramenti: quia illud est de necessitate sacramenti, sine quo non habetur effectus sacramentalis, & tunc deficit ratio sacramẽti: quia efficacia signi. Et hoc modo de necessitate circumcisionis fuit sexus masculinus: & membrũ genitale uiri: quia si circumcisio in alio sexu, uel membro attẽtata fuisset: nihil contulisset: nec sacramentum fuisset. ¶ Tertia cõclusio. Culter lapideus nec quo ad obseruationem præcepti: nec quo ad efficaciam sacramẽti fuit necessarius: significationi tamen mysticẽ fuerat opportunus. Probaẽ conclusio: quia de cultro lapideo non fit mẽtio in præcepto: nec tollitur efficacia sacramenti: siue culter sit calibeus, siue lapideus. Vnde de cultro lapideo (ut dicit, Hugo ubi sup.) nulla auctoritas alia habetur: quam quod Sephora uxor Moysi tertia ab angelo acutissimam petram sum psisse legitur: & ea præputium filii sui circumcidisse. Exo. iiii. Et Iosue terrã promissionis ingressurus secundum circũcisionis sacramentum, cultris petrinis innouasse memoratur Sed illud quidem in altero magis ob festinationem, & trepidationem. In altero uero ob typum, & figurationem ueri Iesu, quam per consuetudinem factum non inconuenienter æstimatur. Hæc Hugo. Non ergo fuit cultellus lapideus de necessitate præcepti, neq; sacramenti: quia neq; auctoritas instituentis, nec præceptum circumcisionis lapidei cultri

Quid de filiis Israel in deserto.

Cõcl. 2. F

Octaua dies fuit

de necessitate præcepti.

Cõcl. 3. G

Culter lapideus nõ fuit necessarius.

mentionẽ fecit. ¶ Et si dicitur: dñs Iosue præcepit. Fac cultros lapideos:& circumcide secundò filios Israel: qđ autem dominus præcepit, est de necessitate pcepti: etsi non sacramenti. Dicẽdũ, ꝙ illud præceptũ datum Iosue non cõcernebat circumcisionem generaliter: sed tãtum pro illa uice: qđ .n. circumcisionem generaliter concernit: in institutione circumcisionis a qua uim suã hẽt præcipiendum erat. Instituta est autem Gen. xvii. & non Iosue. v. c. & ibi de illa præceptum datũ est qđ omnino nullã facit mentionem de cultro lapideo. ¶ Altera pars conclusionis. s. ꝙ lapideus culter fuit congruus mysticẽ significationi. patet: quia per hoc significabat principalis auctor purgationis christus, qui petra dicitur: secundum illud. j. Cor. x. Petra aũt erat christus. Hic autem futurus erat, ut purgationem faceret pctõrũ tollendo peccata mundi secũdum illud Ioan. j. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Item significabatur ẽt duricies, & inobedientia Iudeorum: ut patet in Leuit. & in libris sequentibus. & Act. vii. c. ex uerbis beati Stephani. Vnde congruebat propter has significationes tunc fieri cultro lapideo: sed nõ omnis significatio est de necessitate, & essentia sacramenti: sed illa tantũ, qua significatur effectus sacramentalis: qui in proposito est remissio originalis: quę non plus significatur per cultrum lapideum, quàm ferreum. Confirmat etiam conclusionem mos Iudæorum: qui non circumcidunt cultro lapideo: sed ferreo: ut dicit sanctus Thom. hoc est nouaculis acutissimis. Nec facit contra conclusionem, ꝙ baptismus fit tantum in una materia exteriore, s. aqua: & cõfirmatio tãtũ in chrismate: & unctio extrema tantum in oleo oliuarum. Non .n. ideo est necessarium instrumentum circũcisionis esse unius speciei: quia illa sacramenta sic sunt instituta. Non illud, cuius cõgruitas est: quia illa habent magnã cõueniẽtiã, & aptitudinem ad significãdũ effectũ sacramentalem: nõ sic culter lapideus plus, quã alius cuiuscũq; naturæ: licet habeat quãdam aptitudinem ad significandũ institutorem, & auctorem circũcisionis: & populi Israelitici duræ ceruicis, quibus data est circumcisio: sed hęc non sunt de essentia sacramenti. Et hoc de articulo secundò. ¶ Quantum ad tertium articulũ, quo respõdendũ est ad quęsitum, Verũ per baptismi institutionẽ circumcisio facta sit mortifera. Vbi uidendum est de tempore cessationis circũsionis. Quia autem queritur, an cessauerit ex eo tempore, quo institutũ est baptisma: præmittendũ est aliquid de tempore institutionis sacramẽti baptismatis. ¶ Notandũ igitur post Sco. q. iiij. dist. iii. lib. iiij. ꝙ licet baptismum esse institutũ in lege noua tanquã sacramentũ necessariũ ad salutem, certũ sit tam ex scriptura euãgelica, quã ex doctrina apostolorũ: quo tamen tempore (puta an ante passionẽ christi: dum Ioan. iii. dixerat christus Nicodemo ad eum nocte uenienti. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritusancto: nõ potest introire in regnũ dei. An uero post suam resurrectionem: dum ait apostolis. Mat. ult. Euntes docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritusſancti. Et Mar. ult. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit) nõ est ita certum. Et uidetur, ꝙ in nullo prędictorum tempore. Non enim uidetur, ꝙ tam necessarium sacramentum in conclaui coram persona priuata, quæ nõ debuit esse præeo huius institutionis, institueretur. Neq; post resurrectionem. Nam discipuli christi ante passionem christi baptizabant: ut dicitur Io. iii. Quãuis Iesus tũc nõ baptizabat: sed discipuli eius: ut dicit̃ c. iiij. Nõ autẽ baptizassent, nisi fuisset institut⁹: alioquin frustra baptizassent. & est uerisimile scdm Nico. de Lyra: ꝙ baptismo christi baptizarunt discipuli iã a christo baptizati: ut uult Aug. in epistola ad Seleucianum. & similiter in sermone quodam de Epiphan. Et præterea discipuli Ioannis non fuissent turbati de hoc, ꝙ christus, & discipuli baptizarunt: si baptizassent baptismate Ioannis. postea cum christus maioribus intentus commisit officium ba-

Arti. 3. Dub. 1. H

Not. 1. De tpe cessationis circumcisionis.

ptizandi baptismo suo discipulis: ipse uero prædicationi, & doctrinæ insistebat. ¶ Præterea eucharistiã ipse instituit, & corpus suum sumpsit. Item sacramentũ confirmationis per manus impositionem per se exhibuit: ergo & de baptismo te idem uidetur dicendum. Sed nec facto instituit, dum a Ioanne in Iordane baptizatus est: quia tunc non fuit baptizatus baptismo christi: sed baptismo Ioannis. i. non in forma christi: sed in forma Ioannis: licet tunc contactu suæ mundissimæ carnis dedit uim regeneratiuam aquis secundum Bedam. i. contactu sui corporis dedicauit aquam in materiam idoneam sui baptismatis. Probabile est igitur, q aliquo actu, aut uerbis publice coram suis discipulis sacramentum instituit: sed locum, & tempus quo ad actum scriptura non expressit: sicut multa alia certissime credenda, uel agenda tacuit. Nec erat necessarium hoc nosse: cum sufficienter ipsum sacramentum materiam formam usumq; necessarium expressit. Et tenet Nico. de Lyra, q baptismus ante resurrectionem fuit institutus: & tunc quãdo data est uirtus aquæ pro ducẽdi talem effectum: hoc autem fuit, quando Christus a Ioanne baptizatus, tactu sanctissimæ carnis suæ, uirtutem regenerandi contulit aquis, & hoc communiter tenetur a doc. licet necessitas utendi hoc sacramento inducta fuerit post passionem. Hæc ille. c. iij. super Io. in fine. ¶ Sed si quæris: quia ignorat tempus præscitum institutiõis: quomodo sciri potest tempus suæ necessitatis. i. quando incepit esse necessarius ad salutem. Respondetur, q necessitas huius sacramenti, siue alterius sacramenti aut præcepti non accipitur ex institutione tantum: sed ex institutionis promulgatione. Vnde nullus tenetur ad aliquod præceptum diuinũ, uel humanũ, quod nõ est naturæ insertũ nisi p aliquẽ idoneũ, & authẽticũ promulgetur: uel saltẽ ex fama ueridica, & testimonio bonorũ, qbus debet qlibet rationabiliter credere: innotescat. Hinc Io. xv. Si nõ uenissẽ: & locut⁹ eis nõ fuissem: peccatũ nõ haberẽt. ¶ Poterat autem dupliciter promulgari: s. uel per modũ cõsilij: aut per modũ præcepti. Siquidẽ congruũ uidetur, q primò promulgaretur per modũ cõsilij: cũ qa lex euangelica, quæ pfectissima est: non debuit præcipitanter imponi: sed homines primò ad eã allici, dum adhuc caderet sub consilio: & postea sub præcepto imponi. Propterea etiam præmissus fuit baptismus Ioannis, tanquã præparatio hominum ad baptismũ christi. Tum quia lex uetus nõ erat mala, sicut idololatria: & ideo nõ debuit subito repelli; sed debuit mater synagoga cum honore sepeliri: ut ostenderetur bona fuisse pro tempore suo. Et demum sequi debuit promulgatio nouæ legis per modum præcepti: quia aliter lex illa nõ haberet firmitatẽ, seu necessitatem saltem quãtũad ea, quæ erant necessaria ad salutem, ut est baptismi sacramentũ. ¶ Si dicis. quid profuit promulgatio per modum consilij: cum sic nullum obligabat. Respondetur, q promulgatio facta de consilio diuino obligat ad non contemnendum: qui enim contemnit consilium: contemnit consulentem, ut talem. Et ideo nolens seruare consiliũ diuinum, & euangelicum, quasi contemnens illud, tanquam irrationabile, aut infructuosũ peccat mortaliter. ait Scot. Vnde caute uideant nolentes seruare cõsilia euangelica, quæ utiq; possunt nõ seruare sine peccato: quia non sunt necessaria: ne contemnendo grauiter peccent: ipsa scilicet uilipendendo tanquã inutilia: sic. n. christũ contẽnũt, qui hæc suasit obseruari tanquã utiliora, & meritoria uitæ æternæ. Promulgatio uero p modum præcepti obligat: non solum ad nõ cõtẽnendũ: sed etiam ad significãdũ, si est affirmatiuũ, uel cauendũ, si fuerit negatiuũ. ¶ Et dictũ est notanter de cõsilio diuino: quia secus est de humano. Quoniã licet quãdoq; tã cõsiliũ, q̃ præceptum superioris etiam contemnere. i. irrationabile, & infructuosum iudicare: nam nullus tenetur necessariò habere falsam opinionem de suo superiore: sed monitio eius, uel præceptum eius potest esse irrationabile, & infructuosum: & tũc rationabiliter, & utili

De baptismi institutione.

Promulgatio baptismi duplex.

ter laborandum est ad eius reuocatio-nē, uel correctionē. Et nō tenetur tūc subditus monitionē huiusmodi reputare rationabilē, & fructuosam: sed potest reputare sicut est: & sic cōtēnere nō approbando. Nō tamē licet, dū est prælatus cōtemnere nō obseruādo: quia dicitur Mat. xxiij. Super cathedrā Moysi sederunt Scribę, & Pharisei: omnia, quæcūq; dixerint uobis, seruate, & facite, &c. qđ uerū est, nisi cōtra legem diuinā dixerint. Tūc .n. locum habet illud Pe. Act. v. Obedire oportet deo magis, quā hominibus. Nec sic pręcipiendo sedent super cathedrā Moysi. Non .n. hæc procedūt de cathedra .i. doctrina Moysi: sed de cathedra pestilentię & erroris. Sic ergo ad propositum prima promulgatio baptismi per modū cōsilij obligauit oēs ad nō cōtemnendū. Secūda aūt per modum pręcepti, obligauit oēs, ad quos legitimè peruenit ad suscipiendum. Hæc

Not. 2. omnia Sco. ¶ Secūdò notandū, ꝙ de eo,
I an ex eodem tempore fuerit circumcisio euacuata, ex quo susceptio baptismi fuit simpliciter necessaria. Fuit opin. beati Tho. in iiij. scripto dist. j. q. x. art. iij. quem sequitur Richar. & Durān. Pe. de palu. q. ulti. art. v. in fine dist. j. quę distinguit tria tēpora circūcisionis. Vnū usq; ad passionem dñi. Secūdū, a passione usq; ad publicationem euangelij. Tertiū post publicationē euangelij in finem. In primo circūcisio fuit necessaria: qa nō fuit illa lex remota, sicut nec alia imposita. In secundo tempore circumcisio fuit illicita: sed nec utilis, nec necessaria: quia in christi morte legalia sunt consummata: quia morte imminente dixit christus: consummatum est. Io. xix. & in illo tempore saluabantur non in circumcisione (etiam si fieret) sed in fide parentum protestata in oblatione, uel sacrificio: sicut in tempore legis naturæ ante circumcisionis institutionē. In tertio tempore post publicationem euangelij circumcisio erat mortifera: pro quo tempore loquitur apostolus ad Gal. v. Si circumcidimini, christus nihil uobis proderit. ¶ Sed contra hanc opi. arguit Sco. contra primum: ꝙ usq; ad passionem christi, circumcisio esset necessaria: sicut præceptum de baptismo fuit circumcisionis prohibitio: ita cōsilium de baptismo fuit consilium nō obseruandi circumcisionem. Et ergo sicut pręceptum de baptismo reddidit circūcisionem illicitam: ita consilium de baptismo reddidit circumcisionem nō necessariam. ¶ Et confirmatur: quia si ante passionem aliquis Iudeus ad pṛdicationem christi, uel Petri paruulum baptizasset ante diem octauā non circumcidisset: paruulus fuisset saluatus: si fuisset mortuus in infantia; quia recepisset gratiam baptismatis. Siquidem a prima sui institutione baptismus contulit gratiam. Nec potest dici, ꝙ pater peccasset non circumcidendo die octaua: quia cum pater paruulo prouidit de remedio sufficienti contra originale per baptismum: non tenebatur prouidere de alio remedio contra eundem morbū. ¶ Prętere a morbo sublato frustra adhiberetē aliud remedium ad tollendum, qđ non erat. ¶ Contra secundum .s. ꝙ post passionem christi, & ante promulgationem circumcisio fuit licita: sed tamen utilis, nec necessaria. Lex obligatiua non tollitur per obligationem alterius lęgis: nisi lex alia promulgetur: quia alia non obligat non promulgata. Cum ergo lex de baptismate ante promulgationem non obligabat: sequitur, ꝙ non sustulit obligationem circumcisionis. Itē ab eadem habent pręcepta uim obligandi, & curandi: ut patet per Bedam. Qui nunc per euangelium suum clamat terribiliter, & salubriter: nisi quis renatus fuerit &c. (Terribiliter dicit propter arctam obligationem: salubriter propter efficacem medelam) Ille du dum clamabat per legem. Masculus, cuius caro pręputij circumcisa nō fuerit, peribit anima eius de populo suo: sed circumcisio habuit uim obligādi quousq; authenticè reuocaretur: ergo per idem habuit uim medendi usque ad illam reuocationem. Sed per mortem christi sola non est reuocata; quia per illam nulla lex alia est promulgata, neq; instituta: igitur. Item Iudęi post chri-

De euacuatione circūcisionis.

sti passionem: quibus non erat promulgata lex baptismi: eodem modo tenebantur legem circumcisionis sicut ante: ergo necessaria erat eis circumcisio, sicut ante. Tenet consequentia: quia ubi eadē obligatio: eadem est necessitas obligati. Antecedens probatur: quia ex, quo Iudęis certū fuit ꝙ circūcisio a deo fuerat instituta, & præcepta: non debebant illam dimittere: nisi ęque certū haberent, ꝙ per institutionem baptismi a deo reuocata. Hanc autem certitudinem habere non poterant nisi per secundæ legis authenticam promulgationem. Et sic ante promulgationem erat eis circūcisio necessaria. Etiam utilis: quia ante promulgationem nō habebant aliud remedium eis certum contra originale, quam circumcisionem: & cum secundum prędicta nūquam genus humanum post lapsum, fuit sine remedio certo: sequitur, ꝙ etiam post passionem circūcisio fuit eis remediū sicut prius: & ita circūcisio nō solum fuit necessaria, sed etiam utilis. ¶ Contra tertium: ꝙ post publicationem euangelij, circūcisio fuerit mortifera arguit. Nam post publicationem euangelii Paulus de beati Iacobi & aliorū fratrū consilio ascendit Hierusalem: & purificatus secundm legem obtulit pro se sacrificium: & ita seruauit legalia: ut habetur Act. xxj. ubi etiam dicitur. Vides frater quot milia sunt in Iudęis, qui crediderunt, & omnes emulatores sunt legis. & hoc quidem contigit. xxiij. anno post christi passionem: ut colligit Sco. quo satis publicatū fuit euangelium in iudea: & tamē adhuc seruabant legalia. Sic post separationem eius a Barnaba, uolens coassumere Timotheum fidelē: de matre Iudea, & patre gentili genitum, eum circūcidit. Actuum. xvj. cum tamē publicatum fuerat euangelium: ergo uel legalia nō fuerunt tūc mortifera: aut apostoli cum cæteris fidelibus ex Iudaismo cōuersis mortaliter peccauerunt, seruantes legalia: nec excusari possunt per hoc, ꝙ hæc fecerunt propter uitare scandalum Iudęorū: quia teste Greg. utilius scandalū nasci permittitur: quā ueritas relinquat.

¶ Propter his rationes est alia opinio Sco. quæ uidetur probabilior, qui quo ad baptismum distinguit tantum duo tēpora. Vnum, quo erat sub cōsilio. Aliud, quo erat sub præcepto. Primum tempus incepit a principio prædicationis christi, & discipulorum ex quo prædicabatur euangelium, & baptismus: & durauit usq; ad publicationem solēnem & authenticam post christi ascēsionem: & hoc tempus non habet differentiam ex morte christi, ut aliter curet, & ante & post passionem christi. Secundum tempus ut credit: in Hierusalem cepit in die Pentecostes, in quo misso spiritu sancto solēniter prædicauerunt: ita ut in die illa appositę sunt animæ & baptizate circiter. 3000. ut habet Act. ij. prius autem non ita publicē, & solēniter prædicarunt: sed secundum uerbum christi (uos autem sedete in ciuitate. Luc. ulti.) expectabāt spiritum sanctum. Inde autem & alijs ciuitatibus cuilibet loco, & genti erat tempus illud secūdū, tunc quando eis solēniter prædicabatur lex euangelica: ita ꝙ tempus illud nō incepit simul apud omnes; sed de sion exhibat lex: & uerbū domini de Hierusalem. Esaiæ. ij. Et ita quibusdam incepit tempus illud scdm ad mensem post Pentecosten: aliquibus ad annum, qui busdam ad decē annos: & sic deinceps, secundum ꝙ eis prædicabatur. ¶ Quantum uero ad circumcisionem distinguit quatuor tempora: pro primo erat necessaria: pro secundō utilis, & non necessaria: pro tertio nec utilis, nec necessaria, tamen licita: pro quarto illicita, & mortifera. Primum tempus circūcisionis præcessit utrūq; tempus baptismi. Secūdū tēpus circūcisionis cōcomitabatur primū tēpus baptismi. ¶ Ex quo enim baptismus consulebatur: non fuit circūcisio necessaria uolenti baptizari: sed tūc cōcurrit utrūq; sub distin. ut Iudęus, eligeret ꝙcūq; uellet. Licuit. n. & profuit sibi circūcidi: nō. n. fuit tunc reuocata quantū ad utile: licet quantū ad necessarium. licuit etiam sibi: imo laudabile fuit baptizari. ¶ Tertiū tēpus circūcisionis cucurrit cū secūdo baptismi.

Scotus distinguit quatuor tēpora circūcisionis.

quãtum ad Iudæos usque ad tẽpus Pauli: de quo supra argutum est: & forte ultra. Sed quantum ad gentiles conuersos, secundũ tempus baptismi: & quartũ tẽpus circumcisionis simul concurrerũt saltem post. xiiij. annos post passionem christi quando scilicet Paulus ascendit Hierosolymam ad seniores: super illa quæstione Act. xv. Vbi Petrus allegauit factum Cornelij: de quo habetur Act. x. Et deinde Iacobus tanquam ecclesiæ Hierosolymitanæ ep scopus protulit sententiam secundum magistrum historiarum dicens. Ego iudico non inquietari eos, qui ex gentibus conuertũtur ad deũ: sed scriberead eos, ut abstineant a contaminationibus simulacrorum, & fornicatione, a suffocatis & sanguine. ¶ Et quia duo prima. s. abstinere ab idolothitis, & fornicatione fuere simpliciter necessaria ad salutem. Reliqua duo, scilicet abstinere a suffocatis, & sanguine, non fuere necessaria: sed congruebant ne gentes conuersæ essẽt abominabiles Iudæis: qa talia abominabantur. ¶ Quartum uero tempus circũcisionis, & legalium quãtum ad Iudęos cucurrit cum secundo tempore baptismi: longo tempore post publicationem baptismatis, & euangelij. ut patet partim ex dictis: & patebit latius ex dicendis. ¶ Quantũ ad hunc articulum est prima conclusio. Circumcisio cessauit simpliciter quantum ad necessitatem salutis: qñ baptismus cõsulebatur tam gentibus, quam Iudęis. Hanc conclusionem probat ratio Sco. supra cõtra opi. sancti Tho. primo inductã. Nã cõsiliũ de alio perfectiore remedio contra morbum peccati relaxauit præceptũ de priori remedio: sed consilium baptismi fuit consilium perfectioris remedij contra morbum peccati: ergo relaxauit præceptum prioris remedij, puta circumcisionis: & per consequens substulit eis necessitatẽ. Cõsequẽtia nota: qa syllogistica. Maior probatur: quia dũ cõtra eundẽ morbũ duplex habetur remediũ, quorũ utrũq; est sufficiẽs ad tollendũ morbũ: uno adhibito, reliquũ non est necessarium, alioquin illud non esset sufficiẽs: si cũ eo requireret necessario aliud. Item sublato morbo nõ ẽ necessitas remedij ad eius sublationem: sed adhibito sufficienti remedio, morbus tollitur: ergo posito illo, aliud quo ad necessitatem euacuatur: & per consequens præceptũ de alio relaxatur. Frustra enim esset preceptum de remedio non necessario. Minor probatur: quia baptismus est perfectius remedium cõtra peccatum, quã fuerat circumcisio: ut infra dicetur in dubijs: ergo eius consilium fuit consilium de perfectiori remedio contra peccati morbum. ¶ Secunda conclusio. Per baptismi institutionẽ, & eius sufficientem promulgationem circumcisio facta est non statim mortifera: sed inutilis. Iudæis sub legis onere constitutis. Probatur pro illa parte: quod facta est inutilis: quia per baptismi promulgationem baptismus factus est necessarius ad salutem: ita ꝙ sine illo nemo saluabatur: dicente domino. Nisi quis renatus fuerit &c. ergo circumcisio facta est inutilis. Tenet consequentia: per hoc circumcisio facta est insufficiens ad salutem: quia sine baptismo non fuit salus. Nec utilis: quia baptismus fuit sufficiens remedium conferens gratiã, & delens peccatum ex priori conclusione: ergo superfluebat circumcisio: & per consequens erat inutilis. Voco autem promulgationem sufficientem promulgationem per modum præcepti. ¶ Secunda pars conclusionis: quod per institutionem baptismi, circumcisio non est facta mortifera Iudæis, patet: quia etiam apostoli post publicationem euangelij, ac baptismi, legem seruauerunt, & circumcisionem, ut patet de Paulo, & circumcisione Timothęi & legis obseruantiam suaserunt: ut supra argutum est: ergo Iudæis non fuit mortifera. ¶ Tertia conclusio. Pro aliquo tempore cum legalibus cessauit circumcisio: & facta est mortifera omni gentium, ac Iudæorum populo. Probatur conclusio: quia hæresis est dicere, ꝙ legalia currant cum lege euangelica: ut habetur extra de baptis. & eius effectu. maiores. ubi dicit In-

Cõcl. 1 Circũcisio cessauit quantũ ad necessitatẽ salutis.

Cõcl. 2 Determinat ueritas in his quinq; conclusionib' de legaliũ cessatione

Cõcl. 3

no. Absit; ut in illam damnatam hęresim incidamus; quę perperá affirmabat legem cum euangelio, & circumcisionem cum baptismo seruandam. Mortiferum autem est seruare non seruandū: sicut mortiferum est omittere seruandum.

Cócl. 4 ¶ Quarta conclusio. Non uno eodemq; tempore cessauit circumcisio facta mortifera apud gentiles, & conuersos ex Iudęa. Probatur: quia quantum ad gentiles cessauit circumcisio: ita ꝙ eis erat mortifera post sufficientem promulgationem baptismi eis factam. unde Pau. Galathis de gentilitate ad fidem conuersis: scribens: ostendit eis legaliū obseruantiam esse mortiferam inter alia dicēs. Ecce ego Paulus dico uobis: quoniam si circumcidimini: christus uobis nihil proderit: ergo illis circumcisio fuit mortifera, quæ abstulit eis gratiam christi: & tamen illo tempore non fuit mortifera Iudæis: ut satis supra argutum est contra tertium dictum Tho.

Cócl. 5 ¶ Quinta conclusio. Quo præcise tempore circūcisio cū legalibus cœpit Iudæis esse mortifera: non est euidenter notum ex scriptura. Probatur: quia historia scripturę non producit ecclesiam ultra quintum annum Neronis, scilicet ultra tricesimū annum post passionem christi: & toto illo tempore etiam Iudei ad finem conuersi obseruabant legem. Nec creditur hoc omissum fuisse usq; ad euersionem Hierusalem, qua dispersi fuerunt Iudæi conuersi inter gentes: tunc forte conformabant se gentibus, inter quas erāt dispersi: & sic paulatim cessauit etiam apud eos legis obseruatio. Vel posset dici, quòd deus per apostolos, uel successores eorum determinato tempore simpliciter prohibebat legalia obseruari: licet de hoc non habeamus in scriptura, eo ꝙ scriptura non protenditur usq; ad tempus: quod ex eo probabile uidetur: quia ecclesia indicat hæresim dicere legalia currere cum euangelio. Non autem uidetur, ꝙ ecclesia hoc iudicaret ex sola omissione. Iudæorum quadam necessitate dispensationis: sed magis propter aliquam reuocationem simpliciter factam a deo: de qua certificata est ecclesia: licet scriptum non sit, ubi quomodo, & quādo. Nec potest dici: ꝙ per hoc, ꝙ christus in cruce ait. Consummatum est: reuocauerit legem. Tū quia uerbum hoc intelligitur de his, quæ scripta sunt de filio dei, iuxta illud Lucæ. xviii. Ecce ascendimus Hierosolymam: & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis Vel si exponitur de lege Moysaica: debet intelligi de cōsummatione tanquā in causa: quia mors Christi causa erat consummationis legis Mosaicæ: sed non erat lex euangelica tunc confirmata, tanquam necessaria ad salutem ante eius publicationem, quæ non incepit in passione christi: sed in Penthecoste: ut dictum est. Tum quia post passionē christi: ut tactum est: longo tempore cōuersi fideles legem obseruebant cum euangelio, quos in hoc obseruantia causa uitandi scandali non excusabat: ut supra habitum est. Et hæc de arti. iii.

¶ Quantum ad articulum quartum est primum dubium de causa, siue congruentia circumcisionis. Circa quæ Alex. q. vii. parte. iiii. late prosequitur assignando rationem congruitatis singularum circūstantiarum circumcisionis, quem imitātur cæteri doctores, dicta sua abbreuiātes. Ideo breuiter expediendo: quia sacramentum hoc transiit: dico ꝙ circūcisio congrue fuit instituta, & rationabiliter multiplici ratione: & presertim quadruplici: ad quas cæteræ reducuntur scilicet ratione morbi, contra quem instituta est, temporis, personæ, modi. Arti. 4. M De congruitate circū cisionis

¶ Ratione morbi. Morbus hic erat peccatum originale, contra quod institutum est: quod expresse significabat circūcisio: quantum ad causam, processum, effectum, quia peccatum originale contrahitur per libidinosam propagationē: ut patuit in secundo libro, quam repre-sentabat circumcisio ratione membri, in quo fiebat. Hoc enim seruit uirtuti propagatiuæ, & in eo dominatur libido. ¶ Processus etiam illius morbi fuit circularis: quia secundum Anscl. persona peccans primò scilicet Adam corrupit naturam, deinde natura personam. ad

hunc

hunc intellectum, peccatum Adę fuit personale, & actuale, per quod tota natura humana per libidinosam propagatio nem communicata facta est obnoxia: tota natura. i. uniuersitas hominum sic propagatorum: non quod natura sit distincta a singularibus personis: & in propagatione cuiuslibet personę in eam deriuata. Et hoc repręsentatur per circularem pelliculę incisionem. Effectus morbi est superabundantia concupiscentię, quā minuit sacramentum circumcisionis: qd significatur per remotionem superfluitatis pellis abscissę. Quæ remotio etiam deletionem, siue remissionem originalis peccati apte repręsentat.

¶ Ratione temporis, quo instituta est: & quo fiebat scilicet octaua die. Quoad primum. Circumcisio instituta est: ut quędam dispositio ad suscipiendum legem. s. ad distinguendum populum, cui danda erat lex ab alijs populis. Nam conueniens fuit populum dei peculiarem, & cultui diuino specialiter mancipandum, distingui aliquo signo sensibili, & permanenti ab aliis: ideo conueniens fuit ut institueretur ante legis dationem. Vt hoc signo populus unitus esset inter se: & a cęteris distinctus, cui lex daretur: & præsertim tempore Abrahę, qui specialius post diluuium a deo ad suum cultum fuit electus: & a sua eognatione, & terra suæ natiuitatis diuina uocatione separatus. Gen. xii. De cuius semine colligendus erat peculiaris ille populus dei legem accepturus: & sanctus sanctorum nasciturus. ¶ Ratio temporis, quo fiebat circumcisio: s. octaua die congruebat: quia ante octauam diē propter nimiā paruuli teneritudinē infans nimiū lęderetur. Nec fuit ultra differenda: & propter mortis periculū, & casus uarios: ne in originali periret: & propter negligentiā parentū pœnā ultra modū differentiū ex amore filiorum. Et propter mysteriū. Nā octonarius numerus aliquando tempus resurrectionis (quod post præsentem uitam, quę diebus septem currit, sequitur) significat: in quo omnis corruptio corporis remouenda est. Et quandoq; significat tempus gratiæ, in quo quasi post septē dies præsentis uitę ǫ eterna bona promittuntur: in quo tempore gratię corda humana ab omni corruptione peccati circumcidenda sunt. Ad hæc igitur significanda: congruē est (ut octaua die fieret) præcepta. ¶ Ratione personę: tam Abrahę ex causa iam dicta, quām personæ masculinæ: ut ex causa in primo articulo exemplificata. ¶ Ratione modi: quantum ad mēbrum incisum: de quo statim supra. ¶ Et quantum ad circumcisionis instrumentum, de quo supra arti. ij. Et quantum ad pœnam conueniens erat: quia contraria contrariis curantur: tam in materialibus, quā spiritualibus. Cum ergo originale contrahitur ex delectatione accedente per opus membri generationis: circa illud idem in pęna illata debet fieri curatio originalis. Neq; paruulus punitur pro pęna alterius, scilicet parētis: sed pro culpa propria, licet contracta, in qua communicat cum parente. ¶ Nec impedit, quod in dānatione non irrogatur pęna sensus pro originali: quia dei decreto prius homo factus eo reus duplicis mortis præuaricando præceptum: scilicet mortis animę & corporis. Animę in pœna dāni, quę ē carētia dei quātū ad priuationē gratię, & gloriæ. Corporis, in necessitate moriendi per separationem animę a corpore, cui annexa sunt incommoda, & sensibilis pęna: quę patitur homo in morte, & ante mortem. Non ergo patiūtur decedentes in originali tantum pęnā sensus post mortem: quia decretum dei quātum ad pœnam sensus pro originali non est, nisi usq; ad mortem: & ita terminatur in morte. Non sic de pœna damni, quæ durat in æternum. Et ita uerum est, quod peccato originali non debetur pęna sensus, quę est pęna tantum: & nullo modo purgatoria, aut uia ad salutem: ut illa, quæ est in inferno: bene tamen ei debetur pęna sensus uitę præsentis: quę potest esse ad salutem. ¶ Fuit autem congruū hoc pęnale remediū institui in lege Mosaica: magis, quām in naturali, uel euāgelica. Nā currēte lege naturæ, mūdus erat adhuc in ętate infantili: quare

non conueniebat ei remedium afflictiuum: sed magis oportebat ipsum sicut infantes mansuetudine duci, ac lenitate. Similiter lex euangelica est lex clementię, & misericordiæ: propter quod conueniebat remedium originalis pro illa non esse illatiuum pęnæ. ¶ Currente autem lege Moysi mundus erat quasi in ętate iuuenili fortis, & robustus ad sufferendum afflictiones, & onera: & ideo lex pro illo statu fuit lex rigoris. secundum illud. Deus ultionum dominus. Ideo congruebat, ut in ea esset pęnalis curatio ad ostensionem diuinę iustitię cum misericordia temperatæ. Etiam quod remedium illud fiebat cum effusione sanguinis: significabat (secundum Orige. sup epistolam ad Rom. & Pe. de pal.) generalem curationem futuram in sanguine redemptoris, secundum illud. j. Pe. j. Scientes, quod non corruptibilibus auro, uel argento redempti estis de uana uestra conuersatione: sed præcioso sanguine: quasi agni immaculati christi

Dub. 2. N Circumcisio delet etiam actualia peccata

¶ Dubitatur secundo de perfectione circumcisionis in comparatione ad baptismum. Similiter de efficacia eius respectu characteris. Sed quia illa magis locum habebunt dis. seq. & dis. vj. usque ibi disserantur. ¶ Sed nunc posset dubitari: quia dictum est, quod circuncisio est ad remedium contra peccatum originale: an etiam deleat actualia peccata. Hoc dubium non habet locum de paruulis octaua die circumcisis: quoniam illi non habent peccata actualia; cum non habent rationis usum, sine quo nullus peccat actualiter: ut dictum est in secundo. Sed in his, qui adulti circumcidebantur; sicut proseliti accedentes ad ritum Iudeorum. Et in illis, quos Iosue circumcidit ante introitum terræ promissionis. Et si qui alij adulti fuere circumcisi. Vnde quantum ad illos respondetur, quod licet circumcisio sit instituta, ut remedium contra originale: delet tamen in accedente non ficte omne actuale mortale: si aliquid tale inueniret in suscipiente. Patet ex premissis; quia circumcisio ex ui sacramenti confert gratiam: ut habitum est in. j. art. Gratiæ autem repugnat omne peccatum mortiferum: ergo conferendo gratiam aufert, seu expellit omnem repugnantem culpam. An autem tollat uenialia; & omnem pęnam dicetur dis. seq. ¶ Tertio dubitatur. Contra conclusionem secundam arti. iij. Per sufficientem promulgationem baptismi, circumcisio facta est mortifera conuersis Iudęis: ergo illa non stat in ueritate. Consequentia nota. Antecedens probatur: quia Petrus obseruans legalia, post euangelij publicationem, peccauit culpabiliter: ergo legalia erant mortifera, inter quę principale sacramentum fuit circumcisio.

Dub. 3. O Legalia quomodo cessauerunt ad literam.

Consequentia nota. Antecedens probatur: quia propter hoc fuit publice reprehensus a Paulo uerbo, & scripto. Ad Gal. ij. tanquam is, qui non recte ambulabat ad ueritatem euangelij: sed non recte ambulans ad ueritatem euangelii culpabiliter peccat: ergo. ¶ De hac materia certe is latius scribit Sco. Sed eam breuiantes primo notetur, quod beatus Petrus cum uenerat Antiochiam, priusquam uenirent quidam Iudæi a Iacobo, cum gentibus in cibo communicabat edendo, quę lege fuerant prohibita. Cum autem uenissent Iudæi, subtrahebat, & segregabat se a communione gentium conuersorum, timens scandalizare eos, qui uenerant ex circumcisione, Iudæos: & simulationi eius consenserunt cæteri Iudæi: ita ut & Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem: ut habetur ad Gal. ij. Propter quod Paulus eum repræhendit. Sic enim ipse testatur. Sed cum uidissem, quod non recte ambularet ad ueritatem euangelij: dixi cephæ coram omnibus. Si tu cum Iudęus sis: gentiliter uiuis, & non Iudaice: quomodo gentes cogis Iudaizare. cogis facto scilicet tuo. & premisit. Cum Petrus uenit Antiochiam, In faciem ei restiti: quia repræhensibilis erat. ¶ Circa hoc duo uidenda sunt. Primum; an Petrus fuit repræhensibilis secundum uerba Pauli. Secundum in quo fuerit reprehensibilis. Et per hoc patebit responsio ad dubium. ¶ De primo fuit opinio beati Hiero. quod neque Petrus in prædicto facto peccauit: nec repræhensibilis fuit: neque Paulus peccauit repræhendendo Petrum, a peccato excusat: quia legem, quæ secundum eum post passionem christi mortifera fuit, & reuocata, non seruauit gentibus con-

De facto Petri.

municando: sicut nec seruare debuit: & ideo nec peccauit, sed quadam pia dispensatione aduenientibus nuntijs Iacobi ad uitandum scandalum Iudęorum usus est legalibus: & hoc faciendo ad uitandum scandalum: similiter non peccauit: neq; repręhensibilis erat. Paulus uero dispensatorie eum redarguit: ac gentiles, quorum ipse apostolus fuerat, exeplo Petri legalia tanquam necessaria quęrerent. Et per hoc Paulus excusatur a culpa mendacij, qui Petrum repræhensibilem dixerat: & procaciter arguebat: quia pia simulatione hoc egit. Sed oppositum huius sensit Augustinus tenens, quód licet apostoli, & prophetę in actibus, & uerbis, ut homines potorant errare: nullus tamen eorum tanquam scriptor alicuius partis sacræ scripturæ errare potuit: quia in hoc fuerit, ut calamus scribę, qui est spiritussanctus: uelociter scribentis, & errare non potentis. Vnde nequaquam admittendum est Paulum in epistola ad Gal. quæ pars est canonicæ scripturæ, quodcunque mendacium iocosum, uel officiosū scripsisse. Vnde in epistola ad Hiero. & habetur. ix. distinct. si ad scripturas dicit Augustinus. Si ad scripturas diuinas admissum fuerit aliquod mendaciū quantumcunque paruum, seu officiosum: nihil remanet in ea solidæ ueritatis, qua conuincatur aduersarius: quicquid enim contra ipsum allegatum fuerit: respondebit illud mendaciter esse dictum iocosé, uel officiosé: ut est illud aliud, quod conceditur ita dictum. Vnde & ibidem ait Augusti. Ego his solis libris, uel uiris, qui canonici dicuntur, didici hunc timorem, honorem que referre: ut nullum eorum scribendo errasse audeam credere. Et hanc sententiam beati Augustini communiter sequuntur doctores. Secundum quam dicendum; quód Petrus, ut scribit Paulus: repræhensibilis erat in ueritate: nec Paulus mendaciter, uel simulatorie hoc scripsit ad uitandum scādalum gentilium conuersorum, quia ut supra dictum est: ut: utilius scandalum nasci permittitur, quàm ueritas relinquatur. Nec propter scandalum uitādum est peccandū: omnis autem simulatio, & mendacium peccatum est. Et sic patet primū, q Petrus fuit repræhensibilis. ¶ Sed de secundo, in quo fuit reprębensibilis. Dicitur primó, q non in eo, q legem non seruauit communicando cum gentibus in cibis lege prohibitis. Erat enim pro tunc lex reuocata quantum ad obligationem. Neque in hoc peccauit; q uenientibus Iudæis legalia seruabat: abstrahendo se a communione gentilium in cibis: quia non erat obseruato legis mortifera: licet inutilis, & ut dictum est: poterat a Iudæis conuersis tunc sine peccato obseruari, uel omitti. Nam & post hoc Paulus Timothæum circumcidit: & iuxta legem se purificauit: ut habetur Actuum. xvj. & & xxi. Sed in hoc peccauit non quidem mortaliter, sed uenialiter: quia incauté se abstrahendo a communione gentilium occasionem scandali præbuit, q propter huiusmodi factum Petri credere poterant obseruantiam legalium fore tunc necessariam ad salutem: quod credere erroneum fuisset. Non tamen in hoc peccauit mortaliter: quia scandalum illud non fuit inductiuū ad mortale. Nam hoc credere (licet fuisset erroneum) non tamen fuisset eis mortale: quia nondum declarata ueritate: nondum est mortale errare; sicut contingit in opinionibus cōtrariis pro neutra parte determinatis: & hoc facto cogebat gentes Iudaizare, dando occasionem suo facto. Potest etiam aliter ostendi repræhensibilitas Petri: ut ostendit Sco. sed hoc sufficiat. ¶ Et per hoc ad dubium dicitur, quód Petrus seruando legem non peccauit, nec propter hoc repræhensus ē a Paulo, sed seruando legem aduenientibus Iudæis, quam prius non seruauit: communicando gentilibus, occasionem scandali, & erroris præstitit: & in hoc saltē uenialiter peccauit. Aut in hoc peccauit: quia simulauit foris abstinendum a cibis secundū legē immundis coram Iudæis: quod tamen corde non sentiebat. Nam in his prius cōmunicabat gētī

P In quo Petrus fuit repræhensibilis.

libus, quod & faciendum didicit in facto Cornelij. Actuum.x.ubi audiuit diuinum responsum. Quod deus purificauit,tu ne commune dixeris. Et ad hoc potest referri illud uerbum Pauli, & simulationi eius consenserunt cæteri Iudæi. Vel tertiò in hoc,quia non utebatur auctoritate prælati:quia cũ esset superior nuntijs Iacobi,magis debuit ueritatem,constanter tenere in opere,& eos reducere ad rectitudinem suã : quã propter timorem flecti ad illud, quod erat eis placitum:aut magis acceptum. Et talis remissio, seu timiditas prælati est pro tempore repræhensibilis. Et hoc uidetur innuere Paulus,cum ait. Cum uenissent quidam a Iacobo, subtrahebat se timens eos, qui ex circumcisione

Dub. 4. erãt. ¶ Dubitatur quartò. Si cum circũcisione lex euacuata est p superuenientẽ gratiæ ueritatem:quomodo saluatur: q Gen.xvii. data est circumcisio Abrae in fœdus sempiternum. Et Matth v. Nõ ueni soluere legem,sed adimplere. Nõ ergo baptismus abstulit circumcisionẽ: nec euangeliũ euacuat legem. ¶ Pro solutione notandum;q cessatio legalium dupliciter intelligi potest. Vno modo in se,& quoad literam: & sic cessare dicuntur,quę secundum exteriorem ritũ, secundum quem ad literam præcepta sunt,non seruantur. Alio modo quoad mysteriũ, finẽ uel signatũ:& sic cessare dicuntur,quando ea, quæ mysticẽ significantur:aut ad quæ ordinata sunt,tanquam in finem cessant. ¶ Secundò supponendum est ex dictis in iij. distinct. xxxvij.& xl.q in lege fuerunt triplicia præcepta,scilicet moralia, iudicialia,& cerimonialia, quibus præmissis ponun-

Q Legalia quomodo cessauerũt ad literam.

ppo. 1. tur tres propositiones. ¶ Prima. Moralia legis,quę comprehenduntur in decalogo:quoad literam non cessauerunt in testamento nouo. Patet:quia illa sũt de lege naturæ strictẽ,uel largẽ: lex autem naturæ mutationem non recipit: ut ostensum est in tertio loco statim al-

ppo. 2. legato. ¶ Secunda propositio. Legalia, iudicialia,& cerimonialia ad literam: & in se:per legem gratiæ sunt euacuata. Patet hæc propositio quoad circumcisionem,quæ fuit principalissimum cerimoniale ex conclusione.iij.art.xxxv. & similiter de alijs legalibus. Cuius rationem triplicem ponit beatus Tho. q. x.huius arti. ij. Vna; quia lex instituta fuit ad significãdum gratiam noui testamenti,quæ per christũ facta est:& ideo ueniente christo cessare debuit: sicut ueniente lumine cessat umbra. Hinc apostolus ad Heb.x.de lege dicit: quod habet umbram futurorũ:neq; eo nuenit significare tã futurũ,q psens ẽ. ¶ Secũda rõ est imperfectio legalium. Cum autem uenit,quod perfectum est,euacuatur,quod ex parte est. j. Corint. xiij. si ad illud ordinatur; frustra autem fit per plura, quod æquẽ perfectẽ, uel perfectius fit per pauciora:nedum in naturalibus:sed etiam in gratuitis. Hinc ad Heb.vij Reprobatio quidem fit prioris mandati propter infirmitatem eius, & inutilitatem: nihil enim ad perfectum adduxit lex. Quomodo autem lex euãgelica sit perfectior lege ueteri infra dicetur. ¶ Tertia ratio est infirmitas populi,quibus data est lex. Erant enim ut paruuli:& ideo paulatim a pristina consuetudine idolatriæ abstrahendi: ut sic concederetur eis eadem offerre deo, q prius idolis obtulerunt: uel ab alijs offerri uiderant. Sed postquam ad perfectum humanum genus peruenit,debuit ab obseruantijs legis liberũ esse: & hoc tangit Apostolus ad Gal.iij.& iiij.& Petrus Actuum.xv.ostendens legalia in onus populo rudi imposita. Verum quædam cerimonialia(significantia principaliter ea,quæ semper in nobis esse debent:puta cordis deuotionem ad deum sicut thurificatio)manserunt. Et dicitur principaliter propter circũcisionẽ, quæ licet significet circumcisionẽ cordis:quæ semper in nobis esse debet: nõ tamen principaliter. Sed principaliter significant purgationem ab originali; quę semel facta posterius nõ repetitur. ppo. 3.

¶ Tertia propositio. Legalia quantum ad mysterium finem, & significatum, non sunt euacuata; sed in testamento nouo magis perfecta,& impleta. Patet hæc propositio de moralibus:quia deca

logus

logus simpliciter manet: & perfectius exponitur in euangelio; quàm Iudæi intellexerunt: ut patet. Matth.v. Audistis: quia dictum est antiquis. Non occides. Ego autem dico uobis: quicunq; dixerit fratri suo racha &c. Iudicialia manent quantum ad finē: qui est pacifica cohabitatio hominum. Magis autem seruatur pax per patientiam euangelicā nō repercutiendo, quam per seueritatē legalē: oculum pro oculo: & in cęteris talionem reddendo. Vnde, ut dicit Scotus nullum iudiciale ligat nunc: ut est pręceptū illius legis. Licet tamē bene principibus nunc statuere aliqua, quę etiā in lege Moysi erant statuta: quæ nunc ligant non auctoritate legis ueteris: sed auctoritate principis id de nouo statuentis. Cerimonialia etiam manent in suis significatis: quia umbra transijt, & ueritas successit. Omnes enim illę purificationes ueteris legis significabant purificationem a peccatis. Et oblationem, & sacrificia significabant sacrificiū perfectum christi: & actus quosdam latrię in deum: fidei scilicet spei, & charitatis: quæ cōpleta sunt in oblatione christi, qua deleta sunt peccata: & mentes nostrę in cultum latriæ sunt directæ. Et secundū hoc intelligendum est; quod christus non uenit soluere legem, uel circūcisionem, quantum ad mysterium, & fructū: ad quem erat instituta: immo perfecit eā copiosius in soluendo legem, & remedium longè perfectius instituendo. Et per hoc solutum est secundum in principio dubij factum. Sed de primo dicitur secūdū Scotum: quod fœdus sempiternum exponi potest: sempiternū in se, uel in æquiualenti. Vel magis ad literam: sempiternum inter deū, & Abraam, & semen eius specialiter: quia nunquam fuit aliquid signum fœderis inter deū, & genus Abrahę specialiter. Licet futurū erat aliud signum fœderis inter deum, & totum genus humanum: & melius fuit semen Abrahę transire in fœdus commune: quā remanere sub signo fœderis specialis: quia melius est parti esse in toto, cui simpliciter bene fit: quàm esse distinctum a cęteris partibus, ut sibi aliqualiter bene fit: & alijs male. Vel dicitur secundum sanctum Thomam, quod sempiternum accipitur ibi pro seculo: quod habet quidem finem: sed non est determinatus nobis. Et tantum de illa quæstione, & distinctio. j.

Q̄uo christus non soluit legē sed adimplevit.

DISTINCTIO. II.

NVNC uero de baptismi sacramēto uideamus: quod inter nouæ gratię sacramenta primū est &c. In superiore distin. magister egit de sacramentis utriusq; testamenti in genere & de circumcisione, quod est principale sacramentum ueteris testamenti: in specie. Consequenter de sacramentis noui testamenti incipit determinare in hac secunda dist. Et primò agit de eis simul in genere. Secūdò de eorum singulo in specie dist.iii. In hac uero dis.ii. facit primò. quòd dictum est. Secundò specialiter de quodam præambulo primi sacramēti nouę legis, baptismate scilicet Ioānis præmittit. Summatur autem sententia huiusmodi in tribus conclusionibus subiectis. ¶ Prima conclusio septem sunt nouę legis sacramenta, quę quia ex christi passione efficaciam sortita sunt, ante eius aduentum non fuerunt instituenda. ¶ Secunda. Cōiugium, quod ante peccatum institutum est in sacramentum, & officium: post peccatum fuit in remedium carnalis concupiscentię ordinatū. ¶ Terti, a Baptisma Ioānis in aqua tantū peccata non relaxabat: sed ad christi lauacrū, qui baptizabat in aqua, & spiritu: hominem baptizandi consuetudinem præparabat. Declaratio harum una cum forma baptismatis Ioannis latius in textu declarantur. ¶ Circa hanc distinctionem mouetur duplex quæstio. Prima in genere de sacramentis nouę legis. Secunda de baptismate Ioannis. Circa primum quęritur.

QVAESTIO. I.

De nu. sacramẽto. septenario ã ob id pfectiora.

TRVM sacramenta nouæ legis in septenario numero a christo instituta, sint sacramentis cæteris perfectiora. ¶ Quæstio hæc tribus articulis terminabitur. Primus suppositum respiciet. Secundus quæsitum concernet. Tertius dubia absoluet &c. ¶ Quantum ad primum notandum, q sicut ex præmissis patet: sacramenta propriè dicta: qualia sunt sacramenta nouę legis: conferunt gratiam suscipienti non ponenti obicem. Gratia autem multos habet effectus: ut habitum est in secundo, & habebitur quantum ad aliqua infra distinct. decimaquarta. Nam tollit defectus culpabiles, & ad culpam inducentes. Delet namq; peccatum: & minuit concupiscentiam: præstat uitam animæ. Nam per gratiam deus, qui est uita animæ (sicut anima est uita corporis) inhabitat animam. Roma. v. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum &c. Perficit etiam animam, & corroborat inclinando ad actus meritorios, qui sunt actus uirtutum: ut de charitate, de qua (idẽtificatur gratię) dictum est in tertio. Et secundum hec sacramenta dicuntur medicinæ, & remedia contra morbos spirituales animę. Dicuntur etiam adiutoria animę ipsam perficientia in uita spirituali tam in prima, quàm secunda. Conferunt enim gratiam, quæ est uera uita prima animæ, per quam anima spirituali seruiuit deo, grata & accepta deo ad uitam æternam. Per eam etiam actus uirtutum, ad quos inclinat: uiuunt in diuina acceptatione tanquam merita in uita beata præmianda: qui actus sunt animę uita &c. ¶ Et secundum hos gratiæ effectus uarios, uariè assignant doctores sufficientiam, & numerum sacramẽtorum nouę legis, prout recitat Alex. q. viij. par. iiii. membro. vij. Et post eũ beatus Th. dis. pręsenti. q. ij. Quoad primũ: quia secundum Hugo. Sacramenta nouę leg. sunt medicinę dei spirituales, quę foris corporibus adhibentur per sensibilem speciem: sed intus animam sanant per inuisibilem gratiam. Ideo secundum numerum morborũ spiritualium sumi debet numerus sacramentorum. Sunt autem septẽ differentię huiusmodi morborum, quorum tres sunt culpæ. Est .n. culpa originalis, actualis, mortalis, & uenialis. Quatuor sunt pœnæ ex prima trãsgressione inflictæ secundũ Bedã: scilicet difficultas discernẽdi inter bonũ, & malum in ratione. Malitia siue inclinatio ad malum in uoluntate. Infirmitas resistendi, & proficiendi in irascibili: & concupiscentia illicitorum in concupiscibili. Contra primum est baptismus, quo tollitur originale. Contra secundum penitentia, qua expellitur mortale. Contra tertium extrema unctio, qua remittitur ueniale. Contra quartũ est ordo, quo datur clauis scientię ad discernendum. Contra quintum est eucharistia, quę mutat suscipientem in susceptum, incorporat, & unit: & per hoc uoluntatis inclinationem malã in bonam transformat. Contra sextum est confirmatio, quę roborat ad confitendum nomen christi in persecutione. Cõtra septimum est matrimonium, quo excusatur carnalis concupiscentię actus a crimine.

Arti. 1. Not. 1. A

De uarijs effectibus gratię rememoratiuẽ.

De cõnenumeri septenarij ex distinctione morborum.

¶ Aliter sumitur sacramẽtorũ numerus, considerando sacramenta, ut sũt adiutoria animę, perficientia ipsam in ordine ad uitam secundam actus. s. uirtutum. Et sic accip[illegible] numerus sacramentorũ secundum [illegible]nerũ uirtutum trium theologicaliũ [illegible] quatuor cardinalium. Et sic baptismus respicit fidem: quia sicut fides prima est, & fundamentum cęterarum uirtutum: sic baptismus principium, & ianua sacramentorum, propter quod baptismus dicitur sacramentum fidei: per baptismum enim baptizatus connumeratur cętui fidelium. Vnctio extrema est adiutorium spei: per hanc homo a uenialibus expeditur, & pręparatur ad gloriã. Ad actum charitatis, adiuuat eucharistia. Ad actum prudentię, ordo. Ad actũ fortitudinis, confirmatio. Ad actũ iustitię, penitentia. Ad actũ temperantię, matrimonium. ¶ Considerando sacramenta ut sunt adiutoria animę perfi

scientia eam quoad uitam spiritualem primam, quę est gratia. Habet autem hec spiritualis uita conformitatem quandã ad uitam corporalem, & eius processum. In uita corporali consideratur homo ad se, ut singularis persona. Vel in ordine ad totam communitatem, cuius est pars: quia est naturaliter animal sociale. Quoad primum requiruntur quinq;. Primum est generatio, per quam recipit esse. Secundum augmentatio, siue corroboratio, per quod recipit augmentum debitæ quantitatis. Tertium conseruatio in esse per nutritionem. Quartum (quoniam homo est corruptibilis) est perditæ sanitatis reparatio. Et quoniam hæc uita naturalis uia quædam est ad uitam aliam incorruptibilem: requiritur aliquid quintũ: quo exiens finaliter pręparetur, ut de hac uita exiens sine impedimento transeat ad aliam. Et hæc quinq; requiruntur tanquam necessaria cuilibet personæ singulari per se. Ad bonum autem cõmunitatis, requiritur multiplicatio partium communitatis quantum ad esse naturale: ne species humana deficiat per prolis propagationem. Requiritur & institutio aliquorum regentium, & conseruantium membra communitatis in concordia, & unitate, sine qua subsistere non possent. Secundum hæc septem sumitur distinctio, numerus, & sufficientia sacramentorum. Nam baptismo regeneratur homo: & accipit esse spirituale. Per confirmationem, corroborationem. Per eucharistiam, nutritionem gratię & conseruationem. Per pœnitentiam, lapsi reparationem. Per unctionem extremam, ad finalem exitum præparationem. Per matrimonium communitas accipit multiplicationem in esse naturæ, uel carnali. Per ordinem, multiplicationem ministrorum ecclesię ad totius corporis regimen. Et per idem potest accipi ratio ordinis sacramentorum perficientium hominem in se, & in ordine ad communitatem: nisi ꝙ ordo præponitur matrimonio: cum tamen prius esse debet, quod est animal, quam quod est spirituale. Sed huius ratio est duplex. Vna: quia digniora ordine præcedunt: sunt autem digniora, quę perficiunt ad esse spirituale, quod faciunt prima sex. Matrimonium uero minus dignum: eo ꝙ perficit quantum ad esse carnale. Secunda: quia matrimonium ministrari debet per sacramẽtum ordinis. Hæc ultima applicatio, & assignatio sufficientiæ numeri septenarij sacramentorum cęteris melior est, quę est Scoti, & Durandi. Sunt & alię, sed minus pertinentes, quæ plures patiuntur instantias. ¶ Secundò notandum: ꝙ licet nonnulli opinati sint, ꝙ quędam sacramenta nouę legis: scilicet baptismus, & eucharistia, ordo, matrimonium immediatè a Christo instituta sunt: quędam ab eo mediantibus apostolis instituendi auctoritatem ab ipso recipientibus: ut pœnitentia, confirmatio, extrema unctio. Vnde de pœnitentia dicunt: ꝙ fuit instituta a Iacobo dicente Confitemini alterutrum peccata uestra. Iaco. v. Et similiter de extrema unctione dicit ibidem. Si infirmatur quis in uobis, inducat præsbyteros ecclesię: & orent super eum unguentes eum oleo in nomine domini. Et oratio fidei saluabit infirmum: & alleuiabit eum dominus: & si in peccatis sit: remittentur ei. De confirmatione, qua datur spiritussanctus ad robur: dicunt, ꝙ non debuit institui ante plenam spiritussancti missionem in die pentecostes: & ita non a Christo in morte: quia iam non ambulauit in terris: sed per apostolos instituta est. Vnde Actuum. viii. dicitur, ꝙ Petrus, & Ioannes missi ab apostolis ad Samariam ad baptizatos a Philippo diacono in nomine domini Iesu, imponebant illis manus, & accipiebant spiritumsanctum. Tamen ut supradictum est quæst. ij. dist. j. accipiendo institutionem propriè, ut distinguitur contra promulgationem, facultas instituendi sacramenta non potest communicari creaturę. ¶ Sed an Christus per se publicauerit sacramentorum institutionem: an apostolis cõmiserit eorum publicationẽ

Not. 2. B De sacramentorum no.le.institutione, an omnia à christo.

sunt opiniones. Vna tenet, ꝙ non, de prædictis sacramentis tribus, & præsertim confirmationis, & unctionis. Cuius uidetur fuisse magister dist. xxiii. dicens sacramentum unctionis institutū esse a Iacobo: accipiens institutionem largè: ut extendit se ad promulgationē. & Hugo lib. ij. de sacramentis parte. xv. cap. ii. eisdem uerbis loquitur, quibus magister. Assignatur ratio: quia non inuenitur in scripturis, ꝙ illa promulgauerit christus. nihil autem asserendum est de sacramentis, quod scriptura non tradit. Alij oppositum tenent: ꝙ sicut Christus omnia sacramenta immediatè instituit: ita etiam promulgauit: & hoc ex scripturis ostendere nituntur: ut infra patebit. Quę opinio probabilior iudicatur a sancto Thoma, Scoto, Durando, & Richardo: quamquam promulgationem ipsi nominent institutionem.

Not. 3. ¶ Tertiò notādum: ꝙ hic numerus septenarius sacramentorum nouæ legis non accipitur secundum distinctionem numeralem: neq; secundum distinctionem specificam naturarum eorum, quæ integrant sacramēta. Nam unum, idéq; sacramentum ex pluribus essentiali specie distinctis integratur: ut ex materia, forma, & intensione, quæ specie distinguuntur. Sic etiam species .s. panis in sacramēto eucharistiæ specie distinguūtur a speciebus uini: & tamen sacramentum eucharistiæ non diuiditur in duo sacramenta. Neq; distinguuntur sacramenta secundum effectus, cuius sunt efficacia signa. Hic enim est gratia gratum faciens, quę eadem est specie: non intentione in omnibus habentibus eā. Neq; etiam distinguuntur ex fine, qui est salus hominis eadem ratione. Sed distinguuntur ex ratione finium proximorum, secundum quos ordinantur tanquam remedia ad diuersos morbos spirituales expellendos. Velut adiutoria animam perficientia quoad uitam eius primam, uel secundam: ut dictum est in notabili primo.

Numerus sacramentorū nō accipitē ex distinctione materię.

Cōcl. 1. ¶ His præmissis est conclusio prima ad hunc articulum. Tantum septem sunt nouæ legis sacramenta secundum consuetam diuisionem sacramenti acceptam secundum rationem finis institutionis eorum propinqui. Patet hęc conclusio sufficienter ex notabili primo: & patebit particularius, dum dicetur in speciali de quo libet sacramento. Declaratio autem clausularum conclusionis satis patet ex notabili tertio.

Cōcl. 2. Oia sacra. noue. sunt instituta a christo.

¶ Secunda conclusio. Omnia sacramenta nouæ legis a christo sunt instituta: & ab eodem in assumpta natura uerbo, uel opere promulgata. De institutione patet, ut allegatum est in secundo notabili. Nemo præter deum potest instituere sacramenta, ut sint gratuiti effectus certa signa. Secūda pars patet, transcurrendo singula in genere: quia posterius patebit de singulis in specie. De baptismate: quia discipuli christi baptizabant: ut patet Io. iii. Post hæc uenit Iesus, & discipuli eius in terram Iudęam: & illic morabatur cū eis, & baptizabat. Glos. per discipulos. Et c. iiij. Quādoq; Iesus nō baptizabat: sed discipuli eius. Baptizabant autem discipuli non baptismate Ioannis. (ut uoluit dicere Chrysosto.) sed baptismate Christi: ut dicit glos. & Augu. Nam & ipsi apostoli prius fuerunt baptizati a Christo, quàm cæteros baptizabant: ut notare uidetur Augustinus ad Celentianum, dicens. Credibile est apostolos fuisse baptizatos baptismo Christi Nec enim ministerio baptizandi defuit, ut haberet baptizatos seruos, per quos baptizaret: quia non defuit humilitatis ministerio, quando eis pedes abluit. Non autem baptizassent: sed nec baptizarentur a Christo: nisi baptismus a Christo fuisset institutus: cum baptizare præsupponit baptismi institutionem. Item præceptum fuit Matthęi ultim. a domino, ut publicè prędicaretur. Confirmatio publicata, seu promulgata fuit, dum manus imposuit paruulis. Matth. xix. Et in die resurrectionis eum insufflans ait. Accipite spiritumsanctum. Ioann. xx. Eucharistia prædicata est diffusè; Ioannes sexto. Sed instituta est in cœna. Matthęi. xxvj. Pœnitentia pro-

missa est. Matthęi. xvj. Tibi dabo claues regni cœlorum: & quodcunq; ligaueris super terram: erit ligatum & in cœlis, & quodcunq; solueris super terram: erit so lutum, & in cœlis. Instituta Ioan. xx. Accipite spiritumsanctum: quorum remiseritis peccata remittuntur eis &c. Vnctio extrema: & si nō appareat ubi a christo instituta sit, & promulgata, tamē qa ut apostoli (ut legitur Marci. vj.) unxerunt infirmos, & sanabantur. Constat, q̄ hoc non fecissent nisi ex institutione christi, & eius informatione, in cuius uirtute sua unctione sanabant: sed nec B. Iac. dixisset. Infirmatur quis in uobis indu. &c. nisi id a Christo prius hæc committente discipulis hoc didicisset. Matrimonium. Matth. xix. & Mar. x. ubi Christus approbat, & ratificat matrimonium, quod deus in statu innocentiæ instituit: & per os Adæ publicauit. Relinquet homo patrem suum, & matrem suam; & adhærebit uxori suę: & erunt duo in carne una. Quos deus coniunxit, homo non separet. Ordo, Matt. xxvj. Hæc quotiescumq; feceritis, in mei memoriam facietis. Hæc est sententia Thomæ, Scoti, & sequentium. Et

Arti. 2. D tantum de articulo primo. ¶ Quantum ad secundum articulum de perfectione sacramentorum nouę legis supra sacramenta ueteris legis scilicet, naturæ legis

Not. 1. De perfectione sacramentorum noui legis. Mosaicæ. ¶ Notandum primó, q̄ comparatio sacramentorum nouæ legis, ad uetera sacramenta, non est intelligenda de cerimonialibus legis naturæ, uel Mosaicæ: quæ dicuntur sacramenta generali nomine sacramenti: de quibus (quoniam ut dictum est, non contulerūt gratiam ex opere operato) quæstio nullum habet dubium. Sed de his, quæ consti tuta fuerunt contra origina le peccatū: quę (quoniā purgant a peccato ex opere operato) gratiam contulerunt: & ideo fuerunt sacrament a proprie dicta, sicut sacramenta nouæ legis: qualia fuerunt in lege naturę sacrificia: pro paruulis fidem parentum protestantia: & in lege scripta circumcisio.

Not. 2. Tripliciter perfectiora. ¶ Secundó notandum, q̄ sacramenta nouæ legis esse perfectiora cæteris, potest tripliciter intelligi. Primó quoad intensionem gratiæ, quam conferunt. Secundó quantum ad extensionem: & hoc tripliciter: scilicet. Vel quantum ad suscipientes sacramenta: quia a pluribus participantur. Vel quantum ad numerum sacramentorum. Vel quantum ad pluralitatem morborum, quibus medentur: siue remediorum, quæ conferunt. Vel tertió quantum ad causam extrinsecam instituentem, uel promulgantem. ¶ Quibus præmissis respondetur per unicam conclusionem ad hunc articulum. Sacramenta nouę legis perfectiora sunt ceteris omnibus modis supradictis. Hæc conclusio probatur primó in generali post Sco. Legi perfectissimæ debentur perfectissima sacramenta: huiusmodi est lex noua: ergo. Consequentia nota. Maior uidetur nota: quia ex perfectione sacramentorum arguitur perfectio legis. Minor probatur: quia lex perfectissima, quam trinitas disposuit dare homini pro statu uię: est lex noua, quæ dicitur lex gratiæ, siue lex euangelica. secundum illud Matth. xxvj. Noui, & ęterni testamenti. Aeterni, idest post quod nullum aliud est futurum. In processu autem ab imperfecto ad perfectum posteriora sunt perfectiora prioribus: ergo lex noua, quę est posterior: est cęteris præcedentibus perfectior. Ista etiam lex est proxima perfectissimo statui scilicet beatitudinis: & ideo perfectior. Congruebat ergo eam perfectissimis adiutorijs ad gratiam præparari. Hæc autem adiutoria sunt sacramenta. Specialiter probatur conclusio quantum ad singulos supradictos modos. Primó quā tum ad intensionem perfectionis. Nam perfectio sacramenti intensiua consistit in perfecte significādo quātum ad cognitionē, & in gratiā perfectiorē causando. Sed sacramēta nouæ legis perfectius significāt gratiam, quam conferunt: tā propter materiam quam propter formā, quæ consistit in uerbis clarius significātibus, quā res ipsa. Nam lotio baptismalis, lotionem animæ a peccato clarius significat, quam circumcisio: & hoc con

Cōcl. unica. B

gruebat: quia est lex ueritatis. Causāne etiam sacramenta nouę legis maiorem gratiam, quantum ad gradum intensionis: quia cum sacramenta habeant efficaciam suā in causando gratiam ex merito passionis christi: ut supra dist. in. j. q. i j. dictum est. Passio autem exhibita plus impetrat, quàm preuisa, sequitur, ꝙ sacramenta nouę legis passione Christi iam exhibita, perfectiorem gratiam conferant, quàm cetera ante passionē Christi currentia. Et propter hoc lex noua, dicitur lex gratiæ: secūdum illud Ioan. j. Lex per moysen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Et ex illo uidetur sequi, ꝙ sacramenta nouæ legis ante passionem Christi instituta maiorem gratiam contulerunt post passionem, quàm ante: ut dicit Petrus de alia co. q. j. quarti sententiarum. arti. iii. Nisi diceretur, ꝙ quia passio Christi a primo instanti conceptionis fuit a Christo patri oblata actu uoluntatis: ita per fecte sicut in ipsa passione: ex qua uolitione fuit meritoria. Et ideo quantum ad meritum censetur ab instanti incarnationis Christi exhibita: & hoc est probabile secundum Scotum: & magis placet, quàm primum. Probatur etiam quantum ad extensionem: quia sacramentum baptismatis pluribus ex institutione conuenit: quia masculis, & fœminis in qualibet ętate, & pro quolibet tempore: non sic circumcisio. Item sacramentum circumcisionis fuit determinatum ad certum gradum gratiæ, ultra quem non contulit ex opere operato. Vnde si suscipiens circumcisionem prius habuisset hunc gradum gratiæ (sicut forte Abraam) illi circumcisio nullam gratiam contulit. Vnde de Abraam dicit apostolus Roman. iiii. ꝙ signum accepit circumcisionis signaculum iustitiæ fidei, quę est in pręputio. quasi diceret. Abraam per circumcisionem non recepit iustitiam fidei, quam prius habuit in præputio ante circumcisionem: sed eius signaculum tantum per circumcisionem. Et hæc uidetur esse sententia magistri distinctio. j. capit. penultim. Baptismus omni accipienti confert gratiam; si prius non habuit: uel augmentum gratię, si prius habuit. Nisi forte haberet omnem gratiam, ad quam prę uisus esset prius, quàm baptizaretur. Sicut quidam de beata Maria semper uirgine aiunt: ꝙ in conceptione Christi totam gratiam accepit: ita ꝙ post gratia in ea non sit aucta: licet merita per gratiam habita aucta sint. quod si uerum est, baptizata non accepit gratiæ augmentum. ¶ Similiter quantum ad numerum excedunt: cum septem sint sacramenta nouæ legis; sed tantum unum legis scriptę: scilicet circumcisio. Deniq; plurium morborum remedia conferunt sacramenta nouæ legis: ut patet ex articulo primo. ¶ Quantum etiam ad causam extrinsecam patet: quia sacramenta legis nouæ omnia sunt instituta, & promulgata immediatè a Christo: ut dictum est: sed lex uetus, & omnia ibi contenta, & promulgata sunt ab angelis mosi: & per moy en populo: ut dicitur Actuum. vii. Accepistis legem in dispositione angelorum. Et ita patet perfectio sacramentorum nouę legis. Et secundum hoc etiam exponi possent uerba sanctorum dicentium sacramenta ueteris legis gratiam non contulisse: id est non tantam, nec ita generalem sicut sacramenta nouę legis. Et tantum de illo articulo. ¶ Quantum ad articulum tertium, est primum dubium: quia dictum est in probatione conclusionis unicę articuli secundi, ꝙ sacramenta nouæ legis habent efficaciam in causando effectum gratuitum ex merito passionis Christi, quomodo passio Christi meruit eis huiusmodi efficaciam. Respondetur: licet de hoc aliquid dictum sit distinctio. j. & in tertio distinctio. xix. tamen pro eorum maiori declaratione pauló latius est hic tractandum. ¶ Vnde primó aduertendum post Scotum: ꝙ efficacia sacramentorum in causando rem nihil aliud est, quam ꝙ effectus gratuitus per sacramentum ex diuina insti-

Arti. 3. Dub. 1. F

Quō christus meruit sacramentis efficaciam.

tutione significatus. regulariter concomitatur exhibitionem sacramenti regulariter: id est si non ponatur obex. Haec autem concomitantia potest esse ab aliquo, tanquam a causa agente principali, uel tanquam a causa meritoria: sc licet cuius intuitu causa principalis producit effectum concomitantem. Vel uelut a causa instrumentali, seu a causa sine qua non. Et primo modo sacramēta habent efficaciam a solo deo. Secundo modo a passione christi. Tertio modo ex sua institutione. Ex hac enim habent, quod sint causae instrumentales, siue causa sine qua non effectus gratuiti: ut patet ex dictis distinct. j. quaest. j. & ij. ¶ Sed est dubium quomodo habent efficaciam ex christi passione. Ad quod respondet Scotus distinct. ij. quarti quest. j. homine facto deo inimico per culpam, disposuit deus trinitas non dimittere illam: ac reconciliari homini inimico: neq; illi aliquod adiutorium dare ad peccati remissionem, aut beatitudinis consecutionem: nisi per aliquod sibi oblatum, quod gratius acceptaret, quàm offensa illa erat sibi displicens, & ingrata. tale autem offerendum, totum genus humanum (quia inimicum) exhibere non potuit: nec ex se habere personam magis dilectam deo, quàm tota illa communitas displicens, quę offenderat: quae huiusmodi obsequium deo offerret. Incarnauit ergo trinitas uerbum: ut esset una persona deus, & homo: deditq; naturae uerbo unitae spiritum charitatis, & gratiae non ad mensuram: & ita sibi plus dilecta, quā genus humanum propter culpam oditum. Quae persona offerendo se ad mortem poenalissimam pro iustitia, exhibuit hoc obsequium ex maxima charitate dei: quod gratius fuit deo, quā offensa hominum ingrata. Et propter tale obsequium, christi scilicet in cruce personae dilectissimae, & dignissimae, & ex maxima charitate exhibitum, contulit deus homini uniuersa adiutorij sacramenta, scilicet gratiam ac uirtutes necessarias ad salutem. Et sic passio christi fuit meritoria omnis boni collati homini uiatori ordinantis ipsum ad salutem. Et ex illo patet, quod in collatione huiusmodi remediorum necessariorum ad salutem humano generi concurrunt misericordia, & ueritas: id est iustitia. Maximae enim misericordiae opus est, homini inimico tanta remedia concedere: puta personam sic genus humanum deo reconciliantem. Maximaeq; iustitię propter obsequium, tam gratum personę, tam dignę ac dilectę tanta remedia conferre eis, pro quibus illa persona tale obtulit obsequium. Maxima quoque misericordia fuit in persona sic offerente pro inimicis trinitati, quam summē dilexit. Maxime iustitię, tam quoad deum, quàm quoad hominem ipsum: quia non uidetur maxime diligere deum, & proximum: quod iustum fuerat: nisi pro tanto bono communi scilicet pro beatitudine hominis, ad quam deus eum praedestinauerat, & disposuerat eum post lapsum, non aliter ad eum peruenturum: nisi per istud obsequium uellet ipsum obsequium exhibere. Ex eodem secundo claret: cum passio christi meritoria est respectu sacramentorum tam ueterum, quā nouorum, & gratię ac donorum patribus antiquis, & modernis collatorum: maiorem tamen efficaciam sacramentis nostris, quantum ad gratiam per ea conferendam meruit, quàm sacramentorum illorum: quia iuste obsequium exhibitum ad manus bonum acceptatur, quàm exhibendum, & promissum. Hinc etiam apparet. quare baptismus aperit ianuam paradisi, & non circumcisio: non quidem ratione gratię maioris collatę: sed quia quantacūq; gratia fuisset collata in uirtute passionis christi praeuisae: non conferebatur, ut efficax ad finē gratię .s. ad beatitudinē: nisi prius obsequium illud fuisset solutum: minima autem si conferretur in uirtute huius obsequij nunc soluti cōferretur tamen, ut sufficienter disponens: sic & nos maius bonum consequimur propter obsequium exhibitum,

Quō sacramēta habent efficaciā a passione christi.

quā speratum. ¶ Sed contra illa quis replicaretur. Sacramenta fluxerunt ex latere christi dormientis in cruce secū dum Aug. ut sup. allegatum est. q. ij. dist. j. Sed tunc christus non fuit uiator: siquidem desijt in morte esse uiator: ergo tunc nihil meruit: & ita passio christi non est causa meritoria. Respondetur: ꝙ sacramenta non fluxerunt ab illo uulnere tanquam a causa meritoria: sed neq; ab alio uulnere in ulta inflicto: quoniā uulneribus non meruit christus formaliter: sed actu uoluntatis, qua ex maxima charitate uoluit omnia illa uulnera ob honorem dei propter iustitiam pati, quem uiuens elicuit: non tunc quando uulnus lateris mortuo christo inflictum fuit. Dicūtur autem illa sacramenta manasse ex illo uulnere secundū August. specialiter propter quandam similitudinem expresſiorem eorum, quæ ibi fluxerunt ad materias, seu sensibilia, quæ sunt in quibusdam sacramentis. Sanguis enim specialius assimilatur speciei uini, sub qua est sanguis in eucharistia: & aqua specialius assimilatur materiæ baptismatis: quæ duo sunt principalia sacramenta. Et ita dicitur extra de celebr. mis. ca. In quadam. In illis duobus scilicet aqua, & sanguine duo maxima sacramenta redemptionis, & regenerationis relucent. Passio itaq; christi non exterior inflicta corpori: sed intus uolita ex affectu animi fuit causa meritoria salutis, & gratiæ, & omnium ad salutem ordinatorum: quæ instituta sunt, & data humano generi. ¶ Et si iterum replicares. si passio esset causa meritoria gratię iā gratia esset ex meritis: & ita gratia nō esset gratia: ut arguit apostolus Roman xi. Respondet Scotus: ꝙ gratia non est ex meritis recipientis gratiam saltem gratia prima potest tamen esse ex meritis alterius. Nā potest quis mereri primam gratiam alteri: ut dictū est in ij. dist. xxvij. art. iij. Etiam quis sibiipsi potest mereri augmentum gratię. Et hoc uult apostolus cum ait Si autem gratia iam non ex operibus scilicet nostris: alioquin gratia non esset gratia. Vnde potest concedi, ꝙ in operibus dei ad nostram salutem ordinatis nullum fuit meritum gratiæ: id est sine quibuscunq; meritis nisi sola incarnatio filij dei: ut habitum est in tertio distinct. iij. quęst. unica. ¶ Secundò dubitatur. Vtrum sacramentorum gratia sit eadem cum gratia uirtutum, & donorum. Ad hoc dubium diuersimodè respondetur secundum diuersas opiniones. Nam Thom. tenet, ꝙ gratia distinguatur a charitate, re & subiecto: nam gratia secundum eum inhæret essentię animæ, & charitas potentiæ affectiuæ: quæ realiter distinguitur ab essentia animæ. Consequenter dicit: sicut potentiæ fluunt ab essentia: ita a gratia, quę est in essentia animæ fluunt uirtutes, quæ sunt in potentia: & distinguuntur secundum actus diuersos perficientes potentiā. Consequenter dicit, ꝙ a gratia illa quæ est in essentia animę fluunt aliquę ad temperandum defectus ex peccato accidentes: & hęc dicuntur gratię sacramentales: quia ad has sacramenta directè ordinantur. Et quoniam gratia, quæ respicit essentiā animę, non potest esse sine uirtutibus: potest autem esse sine gratia sacramentali: ideo gratiam, quàm sacramentum continet differt a gratia, quæ est in uirtutibus, & donis. Hæc Thom. distinct. j. quarti scripti. quęst. iiii. art. v. Sed quia illa opinio reprobata est distinct. xxvi. ii. libri. Ostensumq; est potentias animæ non differre realiter ab essentia. Nec gratiam a charitate: gratiam dico gratum facientem, de qua loquitur beatus Thom. & dubium motum est. Petrus de palude quæst. iij. recitata opinione communi: ut inquit: ꝙ sunt idem sacramentorum gratia, & uirtutum: in fine quęstionis dicit, ꝙ gratia sacramentalis non est gratia gratum faciens: nec gratis data informis: sed gratis data formata, sicut morales infusę. Et paululum ante hoc uult in effectu. Ex quo in omni sacramento datur remedium contra diuersum defectum, cui non subuenitur per gratiam gratum facientem: sed compatiuntur se in eodem concupiscen-

Dub. 2. G

Gratia sacramē torū est eadē cū gratia donorū; & uirtutum.

tia, timiditas, peccatum ueniale, & similia. Nec aliquid corrumpitur nisi a suo contrario: ergo est alia gratia contraria istis: per quàm tolluntur uel remittuntur, uerecunda scilicet concupiscentia, peccatum ueniale, & similia, quę stant cum gratia gratum faciente. Ideo dicunt aliter Alexander. quęst. viii. parte iiii. membro ii. quem sequitur Richardus quęst. iiii. distinct. j. lib. iiii. artic. iiii. Quòd hę gratię distinguuntur tantum ratione: & non re nec essentia propter comparationem diuersam ad diuersos effectus: quia gratia sacramentalis dicitur inquantum ordinatur ad sanandum animam a morbo peccati: uel ad sanitatem conseruandam, uel augendam: gratia uirtutum dicitur inquantum ordinatur ad benè operandum. Est tamen in re idem habitus, quo anima sanatur per sui iustificationem: & dirigitur ad meritoriã operationem. ¶ Sed ut clarior sit responsio. Notandum cum quęritur. Vtrum gratia sacramentorum sit eadem cum gratia uirtutum: per gratiam sacramētorum intelligitur gratia gratum faciens: quàm conferunt sacramenta, & quę est res sacramenti. Sed per gratiam uirtutum intelligitur gratia, quæ est uirtus, uel causa uirtutis, aut forma uirtutis. ¶ Consequenter supponitur ex dictis in secundo distinct. xxvi. & in j. distinct. xvii. ꝙ gratia identificatur charitati. sicut & potentiæ animę ipsi eius essentię. Vnde patet, ꝙ gratia est uirtus non quęlibet: sed charitas. Est etiam donum, quia sapientia. Patet secundò, ꝙ gratia realiter distinguitur a cęteris uirtutibus, & donis: sicut charitas realiter distinguitur a cęteris donis & uirtutibus, fide scilicet, & spe, ac alijs uirtutibus cardinalibus: quia omnes cęterę uirtutes possunt esse informes, & esse sine charitate licet non econuerso. unde dicitur gratia uirtutũ: quia est forma, uel causa earum. Patet tertiò: ꝙ sicut charitas est species specialissima: ita & gratia gratum faciens. Vnde sequitur, ꝙ est una, & eadem gratia specie in omnibus habentibus gratiam siue illa sit infusa per sacramentorum participationem: siue per merita acquisita: siue etiam, sine utrisq; gratuitè infusa nulla suscipientis dispositione pręuia: licet non eadem numero; neq; intensione & gradu. Illa itaq; gratia dicitur forma uirtutum: quia reddit earum opera deo grata. Est etiam quandoq; causa mediata uirtutũ: quia inclinat ad actus omnium uirtutum, quatenus fiant finaliter propter deum, ex quorum actuum frequentatione generatur uirtus. Vnde cum dicitur: gratia uirtutum: nihil aliud intelligitur nisi charitas, quę est uirtus in specialis, & aliarum uirtutum forma: & quandoq; causa earum. Ad opinionem Petri dici potest cum Richardo ubi supra, ꝙ gratia inquantum per sacramentum confertur directè, & immediatè ordinatur ad sanandum animã a morbo peccati, uel ad sanitatem augẽdam, qua per gratiam sanata iam disponitur ad operationem. Et per hoc patet responsio ad dubium. ¶ Tertiò dubitatur de duratione sacramentorum nouę legis. Vtrum sint perpetua: an aliquando cessabunt. Ad illud respondetur secundum Alexãdrum quęstio. viiij. membro. vj. parte. iiij. ꝙ illa perpetuitas potest intelligi per comparationem ad statum uię: ita ꝙ intelligatur non desitura in statu uię. Vel simpliciter: idest nũquam desitura: neq; in uia neq; in patria. Tunc respondetur per tres propositiones. ¶ Prima. Sacramēta nouæ legis in uia sunt perpetua. Probatur: quia lex noua est ultima, post quam non sequitur alia: ut tangit apostolus. ij. Corint. iii. dicens. Legem ueterẽ euacuari, nouam uero manere: ergo & eius sacramenta manent: nec ipsa sequuntur alia: sacramenta enim proportionantur legi. Item sacramenta sunt medicinæ contra morbos, uel uulnera: ergo manentibus morbis, debet manere, & medela: manent autem morbi, donec sumus in uia. ¶ Secunda propositio. Sacramenta nouæ legis non manebunt in beatitudine. Probatur: quia cessantibus uulneribus

Quid intelligitur per gratiã uirtutũ.

Dub. 3. De duratione sacramẽtorũ no. le.

ppō. 1.

ppō. 2.

non erunt necessaria sacramenta medicinæ uulnerũ:sed in resurrectione liberabuntur homines a seruitute corruptionis. Vnde Augustinus super illud. Qui alligat contritiones eorum. Psalm. cxlvj. Alligamenta sunt sacramenta: quę tunc detrahuntur cum perfecta erit sanitas. sicut medicus perfecta sanitate detrahit alligamenta.

3 ❡ Tertia propositio. Licet sacramenta non permaneant in gloria, permanebit tamen sacramentorum gratia. Primum patet ex propositione secunda. Sed secundũ probatur, quia sacramentorum gratia est charitas, quæ secundum apostolum nõ excidit: sed in patria perficitur: ideo dicitur gratia cõsummata: nec tamẽ ideo sacramenta permanent, sicut uirtutes permanere dicuntur; licet nõ quantum ad omnem actum: quia aliquis eorũ actus non includit imperfectionẽ, sicut actus obedientiæ, iustitię, &c. quorũ aũt actus essentialiter includunt imperfectionẽ: sicut fidei: & spei: hæc non manent in patria, ut dictum est in. iij. dist. xxxj. Sacramenta autem non manent: quia sacramenta habẽt impfectionem annexã. Instituta enim sunt ad humiliationẽ superborum: ad eruditionem ignorantiũ: ad exercitationem a bonis uacãtiũ. In beatitudine autem nullũ uitiũ, ignorantia nulla: nulla desidia, aut ocium iners locũ habet. Denique non ibi sunt uulnera, aut morbi: nec sanitatis mutabilitas: sed in omni bono perfecta stabilitas: quare superfluerent ibi sacramenta. Nec opus est ibi gratiam quærere per opus externum, & signum sensibile: quĩ per se infundit, & confirmat trinitas immediatẽ: nec opus est ibi cognoscere per signa obscurẽ: ubi omnia uideri possunt in uerbo clarẽ, & in proprio genere. Qđ uerò christi sacerdotiũ manet in æternum: nõ arguit sacramẽta in æternum manere. Manet enim sacerdotium christi: ut dicit Alex. quãtum ad illa, quæ status ille, qui est perpetuus, requirit: ut saluare, & beatificare electos, ac seipsum: præbendo eis cibum, qui est obiectũ beatificę fruitionis: secundum quod dicit Luc. xij. Precinget se, & faciet illos discumbere: & trãsiens ministrabit eis. Non autem manet sacerdotium christi quantũ ad oĩa, quæ requirit status, qui transit uiatorum. Et tantũ de illa questione.

Cur sacramenta non sint æterna.

QVAESTIO. II.

SECVNDO quæritur circa eandem dist. Vtrum baptismate ioannis baptizati, erant baptismo christi iterũ baptizandi. ❡ Solito more tres erũt quæstiones articuli: notabilium primus: conclusionum secundus: & dubiorum tertius ❡ Quantum ad primum notandũ, quòd baptismus non dicebatur ideo præcisẽ Ioannis baptismus, quia hunc Ioannes ministrabat: quia tũc similiter dicendus erat baptismus Petri, quo Petrus baptizabat; & Pauli, quo Paulus baptizabat: quod apostolus reprobat. j. Cor. j. & iij. reprobans istos, qui dixerunt se esse Petri, aut Pauli &c. qui a Petro, aut Paulo fuerunt baptizati. Nec ideo dicitur baptismus ioannis: quia fuit a Ioanne institutus. Non enim fuit institutus a Ioanne: sed a deo, a quo missus est baptizare. Vnde & ipse Ioannes ait Ioan. j. Qui misit me baptizare in aqua; ille mihi dixit &c. Ille autem institutor est rei, cuius præcepto, & auctoritate res fit. Hinc Augusti. lib. iij. de baptismo cõtra donatistas. Baptismus Ioãnis est: sed solum a christo concessus: secũdum quod ioannes dicit. Non potest homo quicquam accipere, nisi datum fuerit ei desuper. Nec ideo dicitur baptismus ioannis, quia primus baptizans tali baptismo: poterat enim aliquis apost. baptizasse baptismo christi: nec propter hoc dici debuisset baptismus Apostoli. ❡ Sed dicitur baptismus ioannis quadruplici ratione. Primò: quia primus promulgator fuit baptismatis, non enim christus hoc promulgauit, sicut suum primus promulgauit, & nullus discipulorũ. Secundò: quia fuit solus minister huius baptismi. Non enim discipuli Ioannis: sed solus ipse baptizauit. Vnde Aug. ubi supra contra donatistas. Nulli pro-

Arti. 1. Not. 1. A

Cur baptismus dieebatur baptismus ioannes

phetarum: nulli prorsus hominum est concessum baptizare in aqua pœnitentiæ, in remissionem peccatorum: quod cõcessum est Ioanni, qui mirabili gratia suspendens in se corda populorum, uiã præpararet in eis illi, quem se tantò prædicabat esse maiorem. Ex quo sequitur, quod baptismus Ioannis non durabat nisi tempore Ioãnis: ipso nãq; existente in carcere: cessabat cum illo: solus itaque ioannes, & non alius baptizabat. Et ita congruit ut adueniente baptismo christi, cessaret baptismus ioannis, qui fuit præparatorius ad ipsum, sicut cessat generaliter præparatio inducta forma.

Baptismus ioã nis durauit usq; ad eius carcerẽ

Tertiò dicitur baptismus ioannis: quia ioannes fuit auctor totius, quod agebatur per suum baptisma. Nam totum, quod ibi fiebat, ioannes operabatur. Nã ibi, cum fuit exterior corporis lotio, quam totam ioannes operabatur: non autem lotio interior animæ, quam deus solus operatur. Nam per baptismũ ioannis non conferebatur gratia ex opere operato: nec ex consequenti peccatorum remissio. Vnde Mar. j. Ego baptizaui uos in aqua: ille baptizabit uos spiritusancto. Simile habetur Luc. iij. & ioan. j. & Act. j. dicit Christus ioannes quidem baptizauit aqua: uos autem baptizabimini spiritusancto, non post multos hos dies. Et glo. Luc. iij. Probat se ioannes non esse christũ: quia uisibili tantum officio aqua non spiritusancto baptizauit. Ad idem sunt auctoritates August. magistri. Hugo. Dama ce. & aliorum. Quòd uero Matthæus ait ex persona ioan. Ego baptizo uos in aqua in pœnitentiam. Et Mar. j. Fuit ioannes in deserto baptizans, & prędicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Non est intelligendum, quòd ioannis baptismus pœnitentiam, & remissionem peccatorum contulerit: sed quod baptismum in aqua tantum dedit: & baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum prædicabat: quod etiã sonant uerba Marci benepunctuata. Quorum sensus est. ioãnes erat baptizans, & prædicans baptismum christi, qui fuit in remissionẽ peccatorum: ita quod ly remissionem peccatorum, non determiner participium baptizans: sed nomen baptismum. Dicitur tamen baptismus ioannis baptismus pœnitentiæ: quia baptizando docuit pœnitentiam: uel quia baptizatis imposuit dignos fructus pœnitentiæ secundum Tho. Sed non potest dici baptismus remissionis peccatorum: quia hanc non dabat, nec docuit: cum non sit opus hominis, sed dei. Hinc glo. Mar. j. Pœnitentiæ baptismum dedit: baptisma in remissionem peccatorum tantum prædicauit: non dedit. ❡ Corollariũ sequitur ex his, quod ioannis baptismus nõ fuit sacramẽtũ propriè dictum: non enim fuit signum efficax gratiæ. Vnde glo. de conse dist. iij. Aliud est. Non est sacramentum redemptionis nostræ: nec deus per illum remissionem peccatorum operatus est. Vnde quoties a sanctis dicitur sacramẽtum: sacramentum capitur largè pro signo sacræ rei. Hinc Hugo. lib. ij. parte. vj. c. vj. Solum sacramentum fuit ibi in baptismate ioannis: sed nõ remissio peccatorum.

Corol. Baptismus ioãnis non fuit sacramentum proprie.

B

Quartò dicitur baptismus ioãnis: quia non dabatur in forma, quam instituit christus. ❡ Sed in qua forma baptizabat. Tenet magister, & post eũ Ale. Pet. de palu. & Tho. quod ioannes baptizabat in forma futuri. Ad quod adducitur illud Act. xix. ioannes baptizabat populum baptismo pęnitentiæ dicens: in eum, qui uenturus est post ipsum, ut crederent. hoc est in iesum. Venturus, non quantum ad carnis præsentiam: quia secundum hanc iam uenit. Siquidem ioãne prædicante, & baptizante christus incarnatus, & natus fuit. Sed uenturus fuit quantum ad effectum redemptionis, siue passionis; uel etiam quantum ad actum baptizandi docendi: quia sicut ioannes sua natiuitate pręcessit Christi natiuitatem: ita etiam sua baptizatione præcessit christi baptismum, & sua prædicatione, christi prædicationem: & sua morte, christi mortem. Fuit ergo hæc forma baptismi ioannis. Ego baptizo te in nomine uenturi. Exponit Alexand. id est in fide uenturi. Sed aliã opin. tangit Duran. quæ tenet:

De forma baptismatis ioannis duplex opinio.

ꝙ Ioannes non baptizabat sub aliqua formauerborum. Cuius motiuum est: quia baptismus Ioannis fuit medius inter sacramenta ueteris legis, & nouæ. Conueniebat enim cũ sacramentis nouæ legis:& maxime cum baptismo christi in materia, quia in aqua:& in expressa significatione internę mundationis. Cum sacramentis ueteris legis in insufficientia:quia non cõferebat gratiam. Cum autem efficacia sacraméti formæ attribuatur (& sicut in rebus naturalibus) actio est a forma, potest probabiliter dici: ꝙ Ioannes in baptismo suo nõ utebatur aliqua forma uerborum. Nam cum quæstio hæc est de facto de quo scriptura nihil expresse determinat; probabiliter dici potest, ꝙ nõ utebatur aliqua forma uerborum. ¶ Ad rationem alterius opinionis dicunt: ꝙ in uerbis illis Pauli non fuit intentio eius, ꝙ illa esset forma Ioannis: sed fuerunt uerba illa beati Ioannis docẽtis: quod patet ex ipso contextu uerborũ. Dicit enim primò, ꝙ baptizauit baptismo pęnitentiæ: deinde dicebat, ut crederent in eũ, qui uenturus est. eum, id est Iesum. Constat autem, ꝙ de forma baptismi nõ erat pęnitentia: sed solũ de doctrina: ergo eodem modo non fuit de forma baptismi, ut crederent in uenturum: sed solum de doctrina. Vtraq; opi. potest probabiliter teneri, utramq; etiã tangit Sco. q. ij. huius dist. His ergo quatuor de causis dicitur baptismus Ioannis. ¶ Verum (ut dicit Sco.) si Ioannes baptizasset in forma baptismi christi, quam poterat scire a discipulis christi, uel alijs audientibus eos baptizare: ille baptismus non fuisset dicẽdus baptismus Ioannis sicut nec Petri, & Pauli: sed baptismus christi. Verum de illo nõ quęrit quæstio: sed de baptismo Ioannis, quo prævenit baptismum christi: quo scilicet baptizabat in nomine uenturi: aut sine uerborum forma secundum alteram prædictarum opinionum. Et de hoc baptismate intelligendæ sunt conclusiones, & cætera, quæ sequuntur. ¶ Secundò notandum, ꝙ de materia quęsiti duæ fuere opiniones. Vna magistri: quam etiam saluare

Not. 2. C

nititur Alex. hæc tenet, ꝙ baptizati baptismo Ioannis erant duplices: quidam enim in illo spem ponebant non referentes baptismum Ioannis ad baptismũ christi: nec habebãt fidem trinitatis: sicut hi, qui dixerunt. Neq; si spiritussanctus est audiuimus: ut habetur Actuum. xix. Et illi erant baptizandi baptismo christi. Nam & tales iterum baptizati sunt in nomine Iesu: ut ibi dicitur. Qui uero spem in baptismo Ioannis non fixerunt: & fidem trinitatis habuerunt: non sunt baptizati denuo baptismo christi: sed per impositionem manuũ ab apostolis factam, receperunt spiritumsanctum in robur, quem prius receperunt in remissionem peccatorum. ¶ Pro ista opinione arguitur. Nam Act. viij. habetur, ꝙ apostoli in Samariam uenientes eos, qui baptizati fuerũt a Philippo, nõ rebaptizabant: sed tantum manus imponebãt, & accipiebant spiritumsanctum: non enim in quemquam illorum uenerat spiritussanctus. Cum autem baptismus in nomine Iesu Christi sine collatione spiritussancti sit baptismus Ioannis: sequitur: ꝙ baptizati baptismo Ioãnis non fuerũt rebaptizandi Item Hiero. super illud Iohel. ij. Effundam de spiritu meo. dicit: ꝙ hæc est causa; quare quidam baptizati a Ioanne baptismo christi, iterum baptizati sunt a Paulo: quia fidem trinitatis non habebant. Et ergo a contrario sensu baptismate Ioãnis baptizati, & fidem trinitatis habentes, non erant baptismo christi baptizãdi ¶ Item Apostoli sunt baptizati baptismo Ioannis saltem Andreas, & cæteri, qui fuerunt discipuli Ioannis: & tamen non leguntur iterum baptizati baptismo christi: sed dumtaxat baptismo flaminis: sicut dixerat eis christus Act. j. Ioannes baptizabat aqua: uos autẽ baptizabimini spiritusancto: non post multos hos dies. quod & impletũ est in die pentecostes. ¶ Præterea baptizati baptismo Ioannis habentes fidem sanctę trinitatis, habebant, quicquid requiritur ad salutem: ideo non fuit opus iterum baptizari. Antecedens probatur: quia per baptismum Ioannis habebant ablutionem

Nõ oẽs qui Ioãnis baptismo baptizati erãt, iterum baptizari oportuit baptismo christi cũ suis motiuis

tionē exteriorē:& per fidē trinitatis interius infigebatur character:habebāt& spiritūsanctū per impositionē manuum apostolorū: & illa sufficiūt ad salutem: secundum illum Ioan. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritusancto &c. Per Ioannem autem ministrabatur aqua: & per manus impositionem spiritussanctus. ¶ Item in receptione sacramentorum quod datur, non est iterandum: sed si quid omittitur, caute est implendum: ut habetur de clerico per saltum promoto c. unico. Et de sacramentis non iterandis c. j. Sed in baptismo Ioānis dabatur ablutio exterior: ergo si defuit interior, illa erat supplenda,& non exterior iteranda: supplebatur autem manuum impositione. Hac enim dabatur spiritussanctus, quo interius abluitur anima a sordibus peccatorum. ¶ Item in baptismo Ioannis fuit debita materia,& forma,& ita uerū baptisma: & per consequens non iterandum. Antecedens probatur: de materia, quia aqua: de forma, quia eadem, qua apostoli baptizabant: baptizabant enim in nomine christi: Ioannes in nomine uenturi: hic autem erat Christus. dicit Paulus Act: xix. uenturi .i. Iesu Christi. Et ergo sicut baptismus discipulorū Christi suffecit: ita & Ioannis. ¶ Alia est opinio communis sancti Tho.& sancti Bonauent. Scot. & Pet. de palu.& aliorum communiter: ꝙ omnes baptizati Ioannis baptismate iterum baptizandi erant baptismo Christi. Nec suffecit baptismus Ioānis ad salutem; quia non contulit gratiam: sed erat tantum præparatio ad baptismum Christi· etiā quantumcunq; baptizati haberent fidem trinitatis: nec spem ponerent in

Not. 3. D eo: sed ipsum referrent ad baptismum Christi, secundum quā opinionem ponentur conclusiones. ¶ Tertio notandum, ꝙ refert iterum baptizari: & iterato baptismo baptizari. Nam iterum baptizatur, qui post primam ablutionē secundo abluitur: siue prima ablutio fuerit uerū baptisma, siue nō: sed tantū exterior ablutio. Sed iterato baptismo baptizatur: qui post uerum baptisma recep-

Refert dicere iterū baptizari, & iterato baptismo baptizari.

ptum, secundo baptizatur. Ex quo sequitur, ꝙ licet baptizati baptismo Christi post baptismum Ioannis, iterum baptizabantur: non tamen iterato baptismo: quia baptisma non iterabatur: quia primus baptismus, .s. Ioannis non fuit uerum baptisma: sed præparatio ad uerū baptisma. Hanc differentiam tangit magister in fine huius dist. cum dicit: baptizati sunt in nomine Christi: nec in his iteratum est baptisma: sed nouatum. loquitur de his, qui post baptismum Ioannis receptum, baptizati sunt baptismo Christi. ¶ Quantum ad articulum secū dum est hęc conclusio unica. Vniuersaliter omnes Ioannis baptismate baptizati, post sufficientem baptismatis Christi promulgationem erant iterum Christi baptismate baptizandi. Quod dicitur, (uniuersaliter omnes) intelligendum est præter christum: non enim Christus unus est ex omnibus legi subiectis: sed unus super omnes, & super legem: quia dominus est filius hominis, & sabbati. Huic cōclusioni consonat Pet. de palud. præsenti dist. q. ii. art. v. Et ponit rationem Richar. art. ij. q. ult. quia cum baptismus Ioannis esset quædam præparatio ad baptismū Christi, sicut ad medicinam sanatiuam: ideo sicut infirmus accepta præparatione indiget medicina sanatiua: ita & hic baptizatis baptismo Ioannis necessarius, & baptismus Christi. Dicitur etiam post sufficientem promulgationem &c. quia circumcisi ante promulgationem per circumcisionis sacramentum sine baptismate saluabātur: ut sup. dictum est dist. j. quęst. iiij. Non autem circumcisi baptizati Ioannis baptismate fuere deterioris conditionis non baptizatis: ergo saluari poterāt sine baptismo Christi, sicut cęteri. Hac declaratione pręmissa, probatur conclusio auctoritate beati August. super Ioā. Homil. v. de consecr. dist. iiij. Aliud est. Si quos baptizauit Ioannes, iterum sunt baptizati: planē iterum: sed non iterato baptismo, quos enim Iudas baptizauit: baptizauit etiam Christus: quos autem baptizauit Ioannes, baptizauit Ioannes quasi diceret: non Christus. Idē de

Arti. 2. Cōcl. unica. E Baptizatos baptismo Ioannis fuit necesse baptizari baptismo christi.

baptismo contra donatistas. Tali baptismo christus mũdat ecclesiam, quo accepto non erat alterum necessarium. Ioannes autẽ tali baptismo ꝑcingebat: quo accepto esset etiam baptisma dominicũ necessarium. Itẽ idẽ: Baptizauit Iudas, & est baptizatũ: baptizauit ioannes, & nõ est baptizatum. Et in enche. c. xlviij. Nõ renascebantur, qui baptismate ioãnis baptizabantur, à quo & christus ipse baptizatus est: sed quosdam pręcursoris illius ministerio, qui dicebat: parate uiã domino. Huic uno, in quo solo renasci poterãt: parabatur. Huius enim baptisma est, nõ in aqua tm̃, sicut fuit ioannis; sed in spiritusancto: ut de illo spiritusancto regeneretur, quisquis in christũ credit: de quo christus generatus regeneratione non eguit. ¶ Probatur etiam ratione. In nouo testamento baptismus ẽ de necessitate salutis: ille (inquam) qui fit in aqua, & spũsancto, secundum illud Io. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritusancto: non potest introire in regnum dei. sed talis baptism⁹ non fuit ioannis baptismus: sed solus baptismus christi: ergo de necessitate salutis fuit baptizari baptismo christi. Consequentia nota cum maiori. Minor patet ex allegationibus adductis. Item baptismus ioannis non fuit baptismus: quia defecit forma, quæ est essentialis sacramento: quia ideo non præstabat gratiam ex opere operato: & per consequens non suffecit ut sacramentum ad salutem. Item baptizatus baptismate ioannis: & non habens fidem trinitatis tenebatur baptizari baptismo christi: ergo etiã hi, qui habuerũt fidẽ trinitatis, & spem. Tenet consequẽtia: quia fides & spes suscipientis sacramentum nihil faciunt ad sacramentum: licet possint facere ad rem sacramenti percipiendam. Nam sacramẽta gratiam conferũt non ex fide recipientis: sed ut dictum ẽ: ex opere operato. Vnde infidelitas suscipiẽtis baptisma, nõ est causa suscipiẽs, propter quam oporteat eum alias baptizari, dum tamen intendit suscipere, ꝙ ecclesia intendit conferre: ideo ille suscipiens baptismum ioannis, sine fide, tenebatur iterũ baptizari: hoc fuit ex defectu baptismatis: quia non erat sacrm̃, & baptismus sacramentum necessarius est ad salutẽ. Nec fides addita fecit de non sacramento sacramẽtũ: sicut si quis habẽs fidem trinitatis modo baptizaretur non in forma christi, non esset baptizatus. ¶ Præterea arguitur ad cõclusionẽ scd̃m Sco. & Richar. generale prçceptũ christi de baptizando obligant oẽs ad hoc; ut essent membra ecclesiæ ad suscipiendũ signũ cõe omnibus ingredientibus ecclesiã. Hoc autẽ nõ pstabat baptismus Ioannis: ut dicetur infra de charactere. Deniq; medicina præparatiua suscepta congruũ fuit recipere medicinã curatiuã: sicut inducta dispositione ad formam principalem, forma principalis inducẽda est: sed baptismus Ioãnis erat medicina præparatiua, & dispositio præuia ad baptismum christi: sicut ipse ait Io. j. Ego uos baptizo in aqua. s. tm̃: medius uestrũ stetit, quẽ uos nescitis. Et sequitur. Hic est, qui baptizat in spũsctõ: ergo baptismum Ioãnis sequi debet baptismus christi, ad quẽ disponebat. Item Act. xix. clare habetur: ꝙ baptizatos baptismate Ioannis, Paulus fecit baptizari baptismo christi: & de hinc imposuit eis manus &c. ¶ Restat nunc soluere rationes pro opinione magistri adductas. Ad primam dicitur: quod baptizati a Philippo, baptizati sunt baptismo christi: & ideo non fuerunt rebaptizandi, in quo baptismate dabatur spiritusanctus ad peccatorum remissionem, nõ autem ad robur, quod est sacramenti confirmationis: quod dabatur tm̃ per apostolos, qui fuerunt episcopi. Philippus aũt fuit unus de septem diaconis: ꝙ nõ habuit officium confirmandi: quod tantũ episcoporũ est. Quòd uero dicit: ꝙ nondũ in quẽquã eorũ uenerat spũsctũs: intelligẽdũ est in signo uisibili ad robur: quãuis uenerat inuisibiliter, sicut & nunc in baptismate: & iõ missi sunt Petrus, & Ioannes, ut manus imponendo confirmarent: & sic acciperent spiritumsanctum uisibiliter in dono linguarum: sic enim in primitiua ecclesia, quibus apostoli manus imponebant, sa

Spiritusanctus adrobar uisibiliter p baptismũ christi inuisibiliter.

signum receptionis spiritussancti loquebantur linguis sicut apostoli. ¶ Ad secundum dicitur: quicquid sit de originali, unde illa uerba sumpta leguntur: saltem ex glos. ordi. illa mēs sumi nō potest: sed tātūdem, q baptizati in nomine uenturi, & hoc baptismo Ioannis: debebant de hinc uerum baptisma recipere: quia nō erant baptizati in spiritusancto, seu mysterio trinitatis: & hoc uerum est. Et idem præcise uult Augustin. in epistola xlviij. contra Vincentiū donatistā iuxta finem: cum docet baptizatū ab heretico non fore rebaptizandū. sed baptizatum baptismo ioannis fuisset iterum a Paulo baptizandū, rationē anneētit, qa baptizatus baptismo christi: licet ab hæretico baptizatus est baptismo christi: sed baptizatus baptismo ioannis non ē baptizatus baptismo christi: ergo uenit iterum, & uere baptizandus: sed nō iterato. Attamen admissis uerbis beati Hiero. super Iohel. ij. conceditur: quod baptizati baptismo Ioannis non habentes fidem trinitatis, baptizandi erant. Sed non sequitur a contrario sensu, q habētes fidē, & baptizati baptismo ioānis non sunt iterum baptizādi: quoniā cōsequētia a cōtrario sensu nō tenet nisi in causis præcisis: modo non sola infidelitas fuit causa rebaptizandi: sed magis quia baptismus ioānis nō fuit uerus baptismus. Vel (ut dicit Tho.) beatus Hiero. in uerbis suis non intendit assignare causam iterum baptizandi: sed sufficientiam fidei requisitæ ad salutē. Unde ait, Qui dicit se credere in christū, & nō credit in spiritūsanctum, nōdū habet claros oculos: ut allegat magister in textu. ¶ Ad tertium dicitur, q apostoli baptizati sunt: licet nō legatur qn̄ & ubi: ut dicit glos. Io. xiij. super illud. Qui lotus est, non indiget &c. Non tn̄ dicit glos. q sint a christo baptizati, sed quia ipsi alios baptizabant, ut habet. Ioa. iij. Non est uerisimile, q ipsi non primum fuissent baptizati eo baptismo, quo ipsi baptizauerunt idest baptismo christi: prius enim exemplo sui magistri ceperunt facere, & sic docere. Multa. n. facta sunt, quæ scripta non sunt. Io. xx.

Quādo tenet cōsequentia a cōtrario.

Apostoli baptizati.

& ulti. Hinc ait glos. super illud Io. iiij. cū dicitur: Iesus plures discipulos facit, & baptizat, quām ioannes. Super uerbo baptizat, dicit glos. per apostolos suo baptismo: non eo, quo baptizatus est. Illud enim subijt, ut esset uia, & præparatio sui baptismo. Et quód per apostolos tunc baptizauerit: licet prius (cap. iij.) per se baptizauerit, sumi potest ex cap. iiij, cum subiungitur. quamquam Iesus non baptizaret: sed discipuli eius. Hoc enim uerum est, quód tunc non baptizauit per se: sed per apostolos: ut altioribus intendere posset: & sic nulla est contradictio in uerbis christi, cum (Io. iij.) dicitur baptizasse: (Io. iiij.) non baptizasse. Facit pro illo epistola. cviij. beati Augu. ad Selentianum: & habetur de conse. distinct. iiij. quando ab Hierosolymis. ubi habetur, discipulos tunc fuisse baptizatos: quando iuit in terrā iudeam, & illic morabatur. Io. iij. & q magis credibile est: baptismo christi uide epistolam, & similiter Lyram Ioan. iiij. Item epistolam ad Vincentium nō longe a fine. est episto. xlviij. ¶ Ad quartum dicitur; q baptizati baptismo ioannis non habebant quicquid requiritur ad salutē: qa nō habebant regnationē ex aqua, & spū: baptismus. n. ioannis nō regenerabat: nō enim fuit sacramentū, defecit. n. forma: nec dabat spm̄sanctū; ut dictum est, nec impressit charactere: nec apostoli manus imponebant baptizatis tantum baptismo ioannis, sed baptizatis baptismo christi. ¶ Ad quintū dicitur: q uerū est, qn̄ aliquid sacramenti cōfert. In baptismo autē ioānis nihil sacramenti cōferebatur. Ablutio enim exterior sine determinata forma nihil est sacramenti: sed qn̄ ablutio cū debita forma, & ablutione simul, & intentiōe cōcurrūt, faciūt sacramentum, & tunc quodlibet horū est aliquid sacramenti, & nō qn̄ alterum deficit. Illa autē maxima, quod omissum est, est cautē supplendum, non habet ueritatem in uno sacramento, si omittitur aliquid substantiale sacramento, tunc. n. non est sacramētū. Sed ueritatē habet de diuersis sacramētis ordinatis adinuicē, sicut in ordini-

Quód baptizati baptismo ioānis non habebāt quicqd requiritur ad salutem.

bus sacris: si quis per saltum promoueatur: puta ad sacerdotium omisso ordine diaconatus, non est iterandus ordo sacerdotalis: sed accipiendus est ordo diaconatus, etiam post sacerdotium, & in illo casu loquuntur canones allegati. Vel si in uno sacramento una pars posset esse sacramentum sine alia: ut in eucharistia species panis possent esse sacramentum sine speciebus uini, & econuerso. Ibi si panis non consecretur, sed uinũ: non esset iteranda uini consecratio: sed supplenda consecratio panis: non sic in ꝓposito, si hodie fieret ablutio in aqua: cras proferretur forma: non esset sacramentum. ¶ Ad sextum negetur: ꝙ in baptismo Ioannis fuit debita forma: nã necesse est in forma implicari trinitatẽ, quã non importabat nomen uenturi (si saltem Ioannes usus est forma) ideo nõ in forma christi: discipuli autem baptizãtes in nomine christi, in hoc nomine implicabant trinitatem: quia qui dicit christus, dicit eum, qui unctus est .i. filiũ: & eum, qui unxit .i. patrem: & eum, quo unctus .i. spiritum sanctum: de quo magis infra. Vnde licet idẽ sit christus, & ꝗ tũc uẽturus erat: nõ tñ ẽ eadẽ forma baptizare in nomine uẽturi, & in nomine

Arti. 3. christi. ¶ Quantum ad articulum tertiũ
Dub. 1. est dubium primũ. Cur, uel ad quid fuit
F institutus baptismus Ioannis: cum non

Cur baptismus Ioãnis sit institutus. contulit gratiam: nec fuit propriè sacramentum: nec absoluebat baptizatum à præcepto baptizandi. Respondetur, ꝙ non inutilis fuit baptismus Ioannis: licet prædicta non contulerit. Ponunt autem doctores plures rationes, quarũ tres sunt principales. Prima est ad figurandum baptisma Christi: propter quod dici potest sacramentum largè: quia sacrę rei .s. baptismi Christi signum. Secunda, ad pręparandum populũ ad christi baptismum: nam suo baptismo assuefecit populum, ut non horreret Christi baptismum. Vnde super illud Matt. iij. Ego baptizo uos aqua (ait glos.) quia soluere peccata nequeo: ut sicut christũ nascendo, & prædicando pręcurro: sic baptizando ad baptismum Christi dirigo. Et sic põt dici sacramentale: quia pręparans ad baptismum christi, qui est sacramentum. Tertia ad manifestãdum Christum: & sacramenti baptismi materiam consecrandam. Vnde Ioann. j. Vt manifestetur in Israel: propterea ego ueni in aqua baptizans. Vnde cum baptizaret Christum, aperti sunt cæli, & uisus est spiritus sanctus descendere in specie colũbę: & uox testificantis patris audita est. Hic est filius meus dilectus. In hoc etiam baptismo christus contactu suę mundissimæ carnis, uim regenerатiuam contulerat aquis secundũ Bed. id est aquam ordinauit, ut esset materia sacramenti regenerationis. Et per hoc dicitur fuisse initium nouæ legis, & finis ueteris, & medium inter utramq;. Hæc Bonauent. Addit Alexand. quartam, ut reuocarentur Iudęi a circumcisione. Et sic dici posset baptismus Ioãnis finis ueteris testamenti secundum illud Mat. xi. Lex, & prophetę usq; ad ioãnem. ¶ Secundò dubitatur: quare baptismus Christi magis habuit antecedẽs præparatorium, quã circumcisio: cum utrumq; fuit institutum contra eundẽ morbum .s. contra originale peccatum. Et quare magis baptismus, quã aliud nouæ legis sacramentũ. Respondet Alex. par. iiii. q. ix. membro j. Ad primum. Perfectè obedientibus non est necessarium præparatorium: sed minus perfectis, & ad obedientiam duris. Circumcisio autem data est Abraæ, qui fuit credulus uerbis dei, & obedientissimus: populus uero Israel, cui primo a christo dandus erat baptismus: fuerat duræ ceruicis, & semper rebellis deo: ideo indiguit pręparatorio: non autem Abraam. ¶ Ad secundum respondet. Filiorum est acquiescere pręceptis: ac doctrinę patris. Antequã autem sint filij necessaria est quędam præparatio, ut fiant filij: & acquiescant doctrinę, & præceptis patris. Nunc autem per baptisma (quod est ianua sacramentorum) ex filijs iræ efficiuntur filii dei. Ideo illud sacramẽtum indiget præcedenti preparatorio: sed iam filii dei facti per baptismum nõ indigent pręparatorio ad cęterorum sacramentorum participationem. ¶ Du-

Dub. 2. G

Quare baptismus christi magis habuerit pręparatorium, quã circũcisio.

Dub. 3. Habitat tertiò de subiecto huius baptismi, quibus conueniebat baptismus Ioannis. Respondetur: ꝙ christo cõueniebat sic baptizari,& uirorum multitudini: sed diuersa,nõ una ratione;christo; ut humilitatem impleret:ut baptismũ Ioannis approbaret:ut aquam sanctificaret:ut ipse innotesceret.& pter alias causas quas glos.Alex.& Pe.de palu.& Thom. latius prosequuntur. Populus autem Iudæorũ ut ad pœnitentiam,quam Ioannes prædicabat:baptizando instrueretur, & incitaretur:ideo baptismus pœnitẽtię præ dicabatur: ut ad baptismum christi præpararetur:ut dictum est,ut a circũcisione auocaretur:propter hoc non conueniebat pueris qui pœnitentiæ incapaces sunt:nec ad christi baptismum præparari poterãt:cũ rationis usum non haberẽt.¶ Sed quid de mulieribus,an baptizatæ sint baptismo Ioannis. Opinatur Alexan.ꝙ nõ.Tum propter honestatem; ne in cõcursu tantæ multitudinis uirorum ad baptismum Ioannis concurrentium nudarentur. Tum quia non fuit opus eas reuocari a circumcisione, quã nõ acceperãt.Tum quia satis per baptisma uirorũ inclinari poterant:& sic præparari ad baptismum christi, quo uniuersaliter omnes erant baptizandi. Et tantum de quęstione.

Cur christus uoluit baptizari a Ioãne.

DISTINCTIO. IIII.

POST hęc uidendũ est &c. Postquã magister egit de sacramẽtis noui testamẽti in genere: in hac distinctiõe tertia incipit agere,de eisdẽ in specie. Et diuiditur in septẽ partes secundum numerũ septẽ sacramẽtorum. Primò,agit de sacramento baptismi in quatuor sequentibus distinctionibus. Secundò,de sacramento confirmationis, dist.vij. Tertiò,de sacramento eucharistiæ,dist. viij. cum sequentibus sex dist. Quartò,de sacramẽto pœnitentiæ dist. xiiij.& sequẽtibus nouẽ dist. Quintè,de sacramẽto extremę unctionis.dist.xxiij. Sextò de sacramẽto ordinis, dist.xxiiij. & sequenti.xxv. Septimò de sacramento matrimonij,dist.xxvj.usq;ad. xliij.p xvi.distin.¶ Circa primum tria facit,Primò determinat de sacramento baptismatis secundum se, quo ad eius diffinitionem,materiam,formã,& institutionem,dist.pręsenti. Secũdò de eo,quo ad eius effectum,dist,iiij. Tertiò quantum ad eius ministrum,dist.vj.Sententia textus præsentis dist.summatur in subiectis tribus conclusionibus. ¶ Prima; Baptismus est ablutio corporis exterior, in aqua facta sub certa uerborum forma. ¶ Secunda. Forma baptismatis est, qua trinitas sub nomine patris, & filij, & spiritussancti inuocatur; aut in nomine Christi uel unius personę implicitè designatur. ¶ Tertia. Baptismus in aqua a Christo ante passionem institutus,immersione trina, uel una perfectus,legalia in eius passione terminauit:& hominem depositione uitiorum, ac uirtutum collatione iustificando innouauit: nec tamen ipse; sed salutaris hostia aditum regni aperuit. Has latius magister in textu prosequitur.

QVAESTIO VNICA.



IRCA hanc distinctionem quæritur. Vtrum baptismi Christi sit una eademq; materia, & forma ad eius effectus consecutionem necessaria. ¶ Tribus articulis more solito terminabitur hæc quęstio. ¶ Quantum ad primum notandum,ꝙ baptismus christi (de quo consequenter dicendum) uariè a uariis describitur. Aliter enim describit beatus Diony.aliter Augu.aliter Damasce. aliter Hugo.aliter magister. Aliter dico quãtũ ad uerba: nõ quãtũ ad sententiã: quas colligit Alex.par.iiij.q.xi.& post eũ sanctus Th.q.j. huius dist. ¶ Sed his dimissis,ponã unã diffinitionẽ qd nois,secũdũ quam cęteras oportet modificari. Est ergo baptismus lotio hois uiatoris, non dissentientis:facta in aqua elementari fluida, ab alio simul formam debitam,cum intentione debita proferen-

A Arti. 1. Not. 1. Diffinitio baptismi. B

te. Et potest addi. ex institutione diuina efficaciter significans ablutionē a peccatis. Hęc diffinitio collecta ex diffinitionibus Scoti, Ockā: ac Petri de alia. qui inter se satis concordāt: descriptio causalis est, simul indicās quidditatē baptismi subiectū, materiā, formā suscipiētē, cōferētem, & finē. ¶ Dicit primo ablutio: quod ponitur pro genere: & indicat quidditatem baptismi: eo modo, quo habet quidditatē. Vbi nota, ꝙ de illo quid sit baptismus secūdū rē, duplex pōt esse modus dicendi (ut tangit Sco. q. j. huius distin.) licet sub alijs obscurioribus uerbis. Vnus est, ꝙ baptismus sit realiter ipsa lotio facta in aqua tantū: nō tamen quæcunq; sed circūstantionata debitis forma, & intentione, &c. id est facta cū debita uerborū forma: a ministro habente debitā intentionem &c. quod est dictu: ꝙ nomen baptismus supponit, siue affirmatiue prædicatur de lotione tātū: & reliqua requisita ad hoc, ꝙ lotio dicatur baptismus connotat. Et sic baptismus non est lotio, & uerba, & intentio &c. sed tantum lotio, cui adsunt uerba. Sicut albū non est substantia, & accidens: sed sola substantia: non quælibet, sed ea, cui inest albedo, quæ est accidēs. Sic, ut ait beatus Augu. xix. de ciui. dei. c. iij. Eques non homo, & equus: sed solus homo est: ideo tamen eques dicitur: quia aliquo modo se habet ad equum. Alius modus: ꝙ baptismus realiter sit omnia illa, quæ ad essentiam, siue necessitatem baptismi requiruntur: hoc est, sine quibus non esset baptismus: puta aggregatum ex lotione, aqua uerbis, & intentione baptizantis. & si qua alia requiruntur ad baptismum. Sic secundū Aug. ubi sup. duos equos simul iunctos bigas uocamus. Vnū uero quoquo modo se habeat ad alterū, bigas nō dicimus: sed ambos simul. Quare autem solus hō eques dicitur: & nō solus equus, sed biga: nulla ratio alia est, nisi impositio, uel terminorū usus: sic de exercitu, & signifero, seu duce. Sic in proposito utroq; mō accipi pōt nomē baptismus: & secūdū primā acceptionē diffinitū est: si secundo mō accipiatur, hęc erit diffinitio. Baptismus est lotio hominis uiatoris, non dissentientis: facta in aqua elementari: fluida ab alio: & forma uerborum simul prolata: ac intentio debita abluentis ex institutione diuina significās ablutionem animę a peccatis. & suo modo potest sic ri distinctio de alijs sacramentis. ¶ Et dicitur notāter ablutio in aqua, nō aqua: quia baptismus non est aqua, quæ est res pmanens: sed lotio in aqua, quæ est operatio transiens. Omnia. n. sacramenta præter sacramentum eucharistię: consistunt in quadā operatione transeunte, qua cessante desinit sacramentū. Et per hoc patet quid baptismi. i. quid realiter est baptismus. ¶ Dicitur, hominis uiatoris, per quod tangitur subiectū recipiens baptismum. Non enim nisi uiatoribus instituta sunt sacramenta: ut sup. habitum est: nec alijs nisi uiatoribus ministrari possunt. Et nota, ꝙ omnis hō, qui lauari, seu tangi pōt secūdū se totū, uel partem principalem, uel minus principalem, est aptū subiectū baptismatis: uerum de hoc dist. seq. in qua agitur de suscipiētibus baptismū. ¶ Dicitur nō dissentientis, quod similiter dist. sequenti declarabitur. ¶ Dicitur facta in aqua elemētari fluida: ubi notatur materia baptismi. Vbi nota, ꝙ capiendo materiā, & formā proprię pro altera parte cōpositi substantialis in sacramētis: non est assignare neq; materiā, neq; formā: cū sacramentū nō sit cōpositum substantiale per se unum: sed uel operatio quædam circumstantionata uerbis, & intentione &c. Aut aggregatū ex his, & hoc quo ad sex sacramenta: uel species accidētales pmanentes, ut in sacramento eucharistiæ. Sed hic capitur materia, metaphoricę, similiter & forma. Et hoc dupliciter. Nā qa sacramētū est signū sensibile: duo in eo cōsiderātur sensibile aliquid, quod significat effectū sacramētalē: & ipsa significatio, propter quā sensibile signū est impositū ad significādū. Pro primo supponit nomen sacramentum: & secundū connotat. Et sic primum. s. signū est materiale, uel substractum: secundum formale, seu connotatum. Et sicut in composito substātiali materia substat formę: & forma dat esse

An sit lotio tātum.

C De materia baptismi.

specificum cōpositoꝛ: sic in importatis ꝑ terminos cōnotatiuos significantes sub stantiā, & accidens sibi inhęrens significatum substractiuē est materia, siue subiectū denominationis formę accidenta lis, quæ connotatur. Et connotatum est forma accidentalis inherēs subiecto: ut patet de calido, albo, iusto, uirtuoso. Et hinc generaliter significatū substractiuē per quoscūq; terminos connotatiuos dicitur materia: & significatum formale dicitur forma. Et ita loquendo de sacramentis omnia sensibilia in sacramentis res, operatio, & uerba: puta in baptismo, aqua lotio, uerba, dicuntur materia. Et ipsa significatio forma. Sic autem non cōmuniter loquūtur docto res de materia, & forma sacramentorū. ¶ Alio modo: quia in sacramentis noui testamenti est res aliqua sensibilis, uel corporea: quā Aug. & Hugo nominant elementum, & uerba, sine quibus elemē tum non est sacramentū, saltem in alijs ab eucharistia secundū illud Aug. homil. vi in super Ioan. & habetur in decr. j. q. j. detrahe. Accedit uerbum ad elemētum, & fit sacramentum: ut patet in tex. c. j. huius dist. Elementum autem (quia ma gis materiale, siue corporale) dicitur materia. Et uerba (quia magis spūalia) dicuntur forma: sicut in cōposito substā tiali forma ē spiritualior materia: & prin cipalior pars cōpositi: sicut uerba in significando sunt principaliora, q̄ res sen sibiles: secūdū Aug. ii. de doctrina christiana. Verba inter homines obtinuerūt principatum in significando. Et ita com muniter accipiunt doctores materiam, & formam in sacramentis. Verum quia in re sensibili etiam duo freqēter sunt: operatio transiens: & res (in qua fit operatio) permanens: ut aqua, oleum, chrysma &c. Operatio, ut lotio, unctio, dicitur materia propinqua: aqua, oleum, chrisma &c. materia remota. Ratio patet: quia in rebus illis, ut permanentes sunt, non est sacramentum: scilicet in operatione accedente: ideo baptismus non dicitur aqua: sed lotio in aqua: utramq; ergo materiam tāgit diffinitio baptismi: propinquam, cum dicitur: baptismus est lotio: remotā, cum ad ditur: in aqua. Et de ista materia remota est hic uidendum. ¶ Dicitur itaq; in diffinitione baptismi: aqua elementaris. & ꝑ hoc excluditur omnis humor, qui specie differt ab aqua elementari. Vnde in aquis artificialibus distillatis (quia spe cie differūt ab aqua elemētari: ut ex eorum proprietatibus arguitur) nō potest fieri baptisma. Nec in quocunq; humore mixto: ut uino, sanguine, phlegmate, sputo, uel saliua, urina, quæ specie differunt ab aqua elementari (De baptismo & eius effectu c. ut non appo neres.) Si uero non mutatur species: potest in ea baptizari. Vnde si dubiū foret de humore: utrum sit aqua elementaris, uel non: ut de ceruisia, brodio carnium, medone, & aqua formata, & similibus; non debet in eis aliquis baptizari: quia dubium est; an lotio in talibus sit baptis mus. Si enim differunt specie ab aqua elementari non est baptismus: si nō differūt specie, est baptismus. Vnde si quis in aliquo horum baptizatur: cautius fo ret hunc iterum baptizari in aqua pura i. non mixta sub conditione. ¶ Dicitur fluida: quia si non fuerit fluida: ut nix, aut glacies nisi prius resoluantur: non potest in eis fieri baptisma: cuius ratio est: quia in his non potest fieri lotio: licet ab aqua non differant specie. Et simi li ratione in luto spisso, non pōt fieri baptismus: secus si fuerit fluidum, & tenue. Cur autem in aqua tantū: & non alio humore possit fieri baptismus: ratio est institutio diuina. Licet plures assignentur ad hoc congruitates: quia aqua pura. i. elementaris, congruit significatio ni effectus baptismi, & ului. Vnde congruitatem Sco. breuiter tangit q. iij. huius dist. dicens. Aqua est frigida, fluida, lucida, communis, & necessaria. Et hę propriet tes oēs conueniunt illi humo ri, in quo debet fieri baptismus: qui est ad reprimendum ęstum cōcupiscentiæ: ad flectendū rigorē inobedientię: ad illu strādū claritatē fidei: ad introducendū in uiam salutis: unde congruit ad significandū: represionem concupiscentiæ: suauitatem rigoris obedientię: claritate

D — Sola aqua elemētaris fluida ē materia baptismi.

De aquę congruitate ad materiā baptismi.

tem fidei: generalitatem obligationis præcepti obligantis ad necessitatem baptismi ad introducendi in uiam salutis.

Nullus seipsum baptizare pôt.

¶ Dicitur consequenter in diffinitione baptismi: facta ab alio: quia nemo baptizari potest a seipso (de baptismo, & eius effectu .debitum.) Cuius ratio est diuina institutio: sicut omniũ, quę sunt essentialia in quolibet sacramento. Ait enim dominus Mar. ult. Ite, docete omnes gentes baptizantes eos &c. eos dicit: non uosipsos. Oportet igitur esse distinctionem personalem inter baptizantem, & baptizatum: quia baptismus est regeneratio spiritualis. Nisi quis renatus fuerit &c. ait dominus Io. iij. Nemo autem generat seipsum. August. de trinit. propter quod etiam in diuinis: ubi est sũma unitas, generãs, & genitus personaliter distinguuntur. Quis autem esse debeat ille alius. i. cui liceat baptizare: dicetur infra dist. v. ¶ Dicitur etiã ab alio singulariter, non ab alijs pluraliter: quia duo simul non possunt eundẽ baptizare: ut infra dicetur. ¶ Dicitur cõsequenter: simul debitã formã proferentis: ubi duo tanguntur: .s. forma debita i. uerba ad hoc a deo instituta: tangitur etiã si multas prolationis formæ cum lotione.

E

De forma, quæ est d̃ necessitate baptismi.

De primo .s. forma: cur uerba dicantur forma iã sup. dictũ est. ¶ Notandum igitur, ꝙ formam esse de necessitate, dupliciter potest accipi: uel de necessitate sacramenti, qua nõ existente nõ est sacramentum: nec sequitur effectus sacramentalis in suscipiente. Aut de necessitate ministri: quoniam ad ipsam seruãdam minister obligatur pręcepto: ita ꝙ si eã nõ seruaret, peccaret. Vnde patet: ꝙ quicquid est de necessitate sacramẽti, est de necessitate ministri: ut sunt substantialia sacramentorũ. Illis. n. non seruatis a ministro peccaret: sed nõ ecõ uerso. Nam ea, quæ cõstituta sunt pro reuerentia sacramentorum, uel alia rationabili causa: non tamẽ sunt substantialia: sunt de necessitate ministri: quia ea omittẽdo peccaret: & tamen uerũ esset sacramentũ, qđ ministraret. ¶ Et secũdũ hoc forma dupliciter dicitur debita: uel ipsi sacramento: uel sacramenti ministro. Et licet quæstio quęrat principaliter de primo: tamen respõdendũ erit de utroq;. ¶ Deinde aduertendũ ꝙ forma baptismi exprimit de baptismo, & eius effectu. e. j. ubi dicitur. Si quis puerũ ter in aquam merserit in nomine patris, & filii, & spiritussancti: & non dixerit, Ego baptizo te in nomine patris, & filii, & spiritussancti: non est puer baptizatus. ¶ In hac forma quatuor notantur: persona baptizans, ego: actus baptizandi, baptizo: persona baptizata, te: inuocatio trinitatis, in nomine patris, & filii, & spiritussancti. Vbi unitas significatur essentiæ, in nomine: & discretio hypostasum seu personarũ, patris, & filij, & spiritussancti. Amẽ nõ ponitur in hac cõstitutione Alex. sed nec in euãgelio Mat. ult. ubi forma traditur. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, & filii, & spiritussancti: ideo amen non est de complemento formę: sed de usu quorundam baptizantiũ, ac ipsum addentium: ideo nihil refert, siue addatur, siue omittatur.

Amẽ nõ est d̃ necessitate baptismi.

¶ Insuper notandum: ꝙ forma illa potest multipliciter uariari: & in genere quadrupliciter. F

Primo modo mutando illas uoces, ponendo loco earum alias. Et hoc tripliciter: uel ponendo loco earum alias illis tamen synonymas: ut si loco latinarum uocum ponantur eis correspondẽtes: in uulgari theutonico, aut in grę-co, uel alia lingua. Aut ponendo alias in significatione differentes: & hoc, uel penitus disparatas: ut si diceretur: in nomine Petri, & Pauli, & sanctę crucis: loco illorũ uerborũ patris, & filii, & spiritussancti. Aut idẽ non eodẽ mõ significantes: ut si loco nominis patris, ponatur nomẽ genitoris: loco filii, nomẽ geniti: loco spiritussancti, procedentis. Licet. n. pater sit genitor: filius, genitus: spiritussanctus procedẽs: tamẽ pater nomẽ est hypostasis: nec aliquid potest dici pater, nisi persona: sic filius: sic spiritussanctus. Genitor autem nomen uerbale, & genitus, potissimum respiciunt notionales actus: & non (ex ui significationis suę) hypostases: unde & imposita sunt ab actu generationis

De multiplici uariatione formæ.

secundũ

secundum Tho. de argen. Hinc est, q si actus conuenirent alicui, quod non foret hypostasis: sicut in creaturis anima generat cognitionem: & calor calorem: de illo dicerentur illa nomina genitor, genitus: quæ etiam significant personas sub ratione proprietatum, & non sub ratione subsistentium: ut Sco. loquitur: & nō nomē, persona, uel hypostasis. Item sicut conceditur, anima nutrit: ita etiam illa cōcedenda est: anima generat: quia generare, sicut nutrire est actus potentię uegetatiuæ: & tamen anima non est suppositū. Itē patet est de prędicamento relationis: genitor de prędicamento actionis. Diuersorū autē prædicamentorū genera, & species non sunt synonyma secundū regulam philosophi. Vnde quia genitor est de prædicamēto actionis: nō importat suppositū præcise: quia non tantū supposita agunt: sed & partes suppositorū: & formæ accidentales. Aut etiam q dictiones loco illarū positæ significant quidē personas: sed non distinctè: sed implicitè, & uelut collectiuè; quō trinitas significat tres personas. ¶ Contingit etiā fieri mutationem per corruptionē terminorū: ut si in eis mutetur litera, uel syllaba: aut incongruè proferātur: ut si dicatur. Ego baptizo te in nomine patria, & filia, & spiritussanta. ¶ Secundō principaliter potest fieri mutatio per additionem. Et hoc ēt pōt fieri multipliciter. Vel q addatur aliquid repugnās: ut in nomine patris maioris, & filij minoris. Vel: Baptizo te, si sum eps: posito, q nō sum eps. Vel sic: Ego episcopus baptizo te. Vel aliquid non repugnās, nec distrahēs ut, Baptizo te in nomine patris omnipotētis, & filij unigeniti, & spiritussancti paracleti. Vel sic, Baptizo te in nomine patris, & filij, & spiritussancti, & sanctæ crucis; uel; beatæ Mariæ uirginis. Aut omnino impertinens: & illud uel discontinuat formam: ut si fieret interruptio formę: ut secundum consuetudinē loquendi interrupta non acciperentur pro una oratione: ut si quis diceret. Baptizo te in nomine patris: & interponeret longum sermonē, post cuius finē diceret: & filij, & spiritussancti. Aut nō est tāta discōtinuitas, ut soluatur unitas oratiōis: ut si quis diceret. Ego te baptizo in nomine patris: tacete, uel recedite: & filij, & spiritussancti. Quādo aūt unitas intertumpitur, uel nō considerari oportet ex alijs actibus humanis: quādo alias actus aliquis interruptus, uel sermo diceretur, uel nō diceretur unus: sic & in proposito. ¶ Tertiò principaliter potest fieri mutatio subtrahēdo aliquid de prędicta forma, uel uerbum aliquod: & hoc uel de his, quę sunt de substantia formæ: uel de non essentialibus, aut syllaba aliqua per syncopam. ¶ Vbi notandum, q de substantia formę sunt uerba importantia actum baptizandi, personā baptizatā, & tres trinitatis personas explicitè & distinctè: & hoc copulatiuè. Hoc enim expressit Christus, cum ait Mat. ulti. unde forma accipitur: Baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritussancti. ¶ Dictio autem significans personam baptizantem expresse non est essentialis formę: quia nec illam Christus expressit. Itaq; pronomen ego, non est de substantia formę: ut dicit glos. in c. j. de baptis. sup. allegato: allegans. c. retulerunt. de conse. dist. iiij. ubi dicitur: q is, q baptizādo dixit: baptizo te &c. uerè baptizauit: ubi non ponitur pronomen ego. ¶ Quartò potest fieri mutatio per transpositionem dictionum. Et hoc potest dupliciter cōtingere. Vel sic: q per eā uariatur sensus orationis: ut si diceret. Ego patris baptizo te in nomine filij, & spiritussancti. Vel, q non: sed manet idem sensus: ut si diceret. Ego in nomine patris, & filij, & spiritussancti te baptizo. Vel, ego te baptizo in nomine filij, & patris, & spiritussancti. Nā & si congruum est proferre personas secundum ordinem originis: non tamen transpositio ordinis inducit trāsmutationem: & quocunq; ordine personæ nominentur, sunt tamen unum efficiens principale in baptismo, & ut sic inuocantur. Hęc Sco. ¶ Quantum ad articulum secundum, est conclusio prima de materia. Ad baptismi ueritatem, & eius effectus consecutionem, necessariò requiritur aqua elementa-

Pronomē ego nō est de substantia formę.

Arti. 2. Cōcl. 1. G

De materia baptismi. ris, ut materia remota: & baptizandi so- nio in aqua tanquam materia propinqua: Vtriusq; partis probatio est institutio diuina. ¶ De aqua habetur Ioan. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua &c. & de baptismo, & eius effectu. non ut apponeres. & de conse. dist. iiij. c. necessarium. ¶ Et si dicis: in his auctoritatibus non dicitur aqua elementaris. Respondeo: sufficit, quod dicitur aqua absolute. i. sine determinatione: quoniam aqua absolute positum non importat nisi aquam elementarem. Alios enim humores non significat nisi analogice: & ideo pro eis nunquam accipitur, nisi ponatur cum determinatione distrahente: ut aqua artificialis: aqua uitis, quæ tamen simpliciter non est aqua. De lotione dicitur Mat. ulti. Baptizantes eos. Baptizare autem est lauare. Vnde baptizare græce: est lauare latine. Sic enim apud Iudęos baptismata dicebantur lotiones corporum, & uasorum. Hinc Mar. vij. Iudęi nisi baptizentur: non comedunt. Et sequitur. Baptismata calicum, & urceorum &c. Vbi per baptismata intelligun tur lotiones: ut ex præcedentibus in eodem textu patet. Non tamen hic accipitur lotio stricte: prout includit amotionem sordium a corpore per contactum aquæ. Sed capitur generaliter pro omni contactu corporis ab aqua fluida: siue ille contactus fiat per aspersionem, siue per immersionem: siue per superfusionem. de quo magis infra. ¶ Se-

Cócl. 2. H cunda conclusio. Hęc oratio: Ego baptizo te in nomine patris, & filii, & spiritussancti, est forma baptismi necessaria quantum ad omnes suas partes necessitate ministri ecclesię Romanę subiecti. Probatur: quia talis minister non seruando hanc formam peccat: ergo &c. Antecedés probatur: quia quilibet minister Romanę ecclesiæ subiectus tenetur eius legibus obedire, & præceptis. Hanc autem formam seruari statuit ecclesia Romana: ut patet de baptismo, & eius effectu. Si quis. Nec potest minister baptismi, cui ex officio conuenit baptizare (de tali enim intelligi debet conclusio)

excusari per ignorantiam: quia quilibet tenetur ea scire, quę sui sunt officij. Secus de non habentibus officium huius ministerii: ut simplices mulierculæ, quæ forte possent per ignorantiam excusari a peccato. ¶ Et dicitur notanter: ministri Romanę ecclesię subiecti, propter ecclesiam Græcorum, apud quam forma quantum ad aliquos terminos minus principales est mutata. Verba principalia sunt quibus inuocatur trinitas, scilicet in nomine patris, & filij, & spiritussancti. Minus principalia sunt, quibus significatur suscipiens, actus, & minister, scilicet ego te baptizo. Quantum ad illa, græci mutauerunt formam: unde in hac forma baptizant. Baptizetur seruus Christi, in nomine patris, & filij, & spiritussancti, qua ideo usi sunt: ne gloriarentur de ministris baptizantibus: contra illud. j. Corin. j. Vnusquisq; uestrum dicit. Ego quidem sum Pauli. Alius autem: ego uero Cephę: ego autem Christi: quos ibi reprehendit Paulus subdens. Diuisus est Christus &c. propter hoc ordinatum est inter eos, ad tollendum illud scisma: ne scilicet nomen ministri exprimeretur: nec actus in indicatiuo modo, sed in optatiuo: quia tunc minister non signatur esse auctor baptismi: sed tantum minister: orans effectum baptismi conferri a deo. Suscipiens etiam non exprimitur in secunda persona: sed in tertia: quasi non pręcise reciperet, quod recipit ab aliquo sibi sermone dirigente. Verum dicit Sco. melius potuisset suscipiens fuisse expressus nomine proprio, quam hoc, seruus Christi. Non enim seruus Christi est cum iam baptizatur: sed baptizatur, ut sit seruus Christi, scilicet spiritualis: quo Christiani sunt serui christi. De hac forma dicit Sco. quod quamdiu tolerata fuit ab ecclesia Rom. & pro tépore, pro quo instituta, fuit rónabilis. Si uero postea ab ecclesia Rom. alia fuisset eis imposita: & eorú prohibita: peccarent utendo sua. ¶ Sed diceres uerba importantia actum baptizandi, &

Quid á græcis, qui alia forma utútur.

suscipiendi baptismum sunt substantia-
lia: ut supra dictum est: ideo non pote-
runt illa per statutum humanum mu-
tari: quia sicut ecclesia non potest in-
stituere sacramenta: ita nec substantia-
lia sacramentorum mutare. Ad hoc di-
citur, quod licet de substantia formæ sit
expressio actus, & suscipiens: sed non
est de substantia, quod determinatè expri-
matur per uerbum indicatiuum, uel per
optatiuum. Item per pronomen secun
dæ personæ, uel per pronomen ter-
tiæ personæ. Cuius ratio est, quia
Matth. ultim. in uerbis christi: unde
trahitur forma: licet exprimat christus
actum, & suscipientem: tamen non ex-
primit sub uerbis innuentibus præceptum
Vnde dicit: Ite, docete &c. baptizan-
tes eos. His uerbis præcepit baptizare,
& non tradidit formam: nec illa uerba
baptizantes eos. possunt poni in for-
ma: sed in eo, quod sequitur: in nomi
ne patris, & filij, & spiritussancti: recitat
uerba, ut pertinentia ad formam: ut sa-
tis patet ex contextu orationis: & ideo
dispositioni ecclesiæ relictum est: qui-
bus uerbis exprimatur actus, & suscipiēs,
quos ipse in præcepto suo expressit.
Et circa expressionem actus, & susci-
pientis potuit ecclesia ordinare, quibus
uerbis hoc exprimatur. An autem græci
nunc peccēt utētes alia forma ab eccle
sia romana: cū nūc cessauerit causa, pro-
pter quā formā suā assumpserunt. dubiū
ē: quia dubiū ē, an ecclesia romana eis aliā
formā tradiderit, cū expressa prohibitio
ne prioris: quod si factū est: peccāt uten
do sua. Sin autē ecclesia sic permittit, nō
peccant: sed siue sic, siue sic uerè bapti-
zant: ut dicit Durā. dist. ista. q. j. quia in
forma sua sunt omnia substantialia for-
mæ: ut declaratū est: & reuertētes ex eis
ad obedientiam ecclesiæ romanæ non
rebaptizantur. Statutum autē ecclesiæ li
cet potest ligare ministrum, sed non eua
cuare sacramentum. Optimè, & clarè
ad idem loquitur Petrus de palu. q. j.
Cōcl. 3. artic. ii. ¶ Tertia conclusio. Quæ-
libet mutatio circa formam ecclesiæ
Omnis muta- facta a ministro: ut præcisè necessa-
ria ex parte sacramenti: nedum indu-

tio formæ facta a ministro aufert uirtutes baptismi.

cit culpam ministro: sed euacuat, & tol-
lit effectum, ac ueritatem sacramento.
De hoc Innocent. in c. j. de bapti. &
eius effectu. Probatur hæc conclusio
post Scotum, & Durandum: quia ibi de-
ficit intentio debita in ministro: quia si
minister uarians intēdit uti uerbis, qui-
bus utitur ecclesia tanquā forma præci-
sa baptismi: deficit sibi intentio utendi
illis uerbis, sicut utitur ecclesia tanquā
forma: quia intendit uerbis uariatis
uti, ut forma præcisa, & necessaria bapti-
smi: & ita non ut forma ecclesiæ: & per
hoc deficit intentio requisita, quæ est
intendere, quod ecclesia intendit, & eo
modo, quo ecclesia: ut infra patebit.
Præterea talis mutans formam, quæ est
de necessitate sacramenti, baptizando
intendit inducere errorem: ergo sacra-
mentum frustratetur effectu. Tenet cō-
sequentia: quia sacramenta habent ue-
ritatem in fide ecclesiæ, non personæ
ut dicit Durandus. Intendens autem
inducere errorem illud, quod facit, non
facit in fide ecclesiæ: sed contra fidem
ecclesiæ: ergo talis non confert uerū sa-
cramentum. Antecedens probatur: quia
qui sub hac intentione baptizat, quod for-
ma sua mutata, sit forma præcisa, sine
qua non confertur sacramentum: aper-
tè errat: & ecclesiam sub alia forma ba-
ptizantem errare indicat: & per hoc
grauissimum errorem fouet, & inducit.
Ista conclusio tertia intelligitur, quod in-
tentio mutandi formam a christo insti-
tutam, ut de essentia sacramenti impedit
sacramentum: eo quod substantialia mutā-
tur, & quæ sunt de necessitate sacramē-
ti. Non enim compatiuntur se intende-
re baptizare: & non uelle uti forma, si-
ne qua nō confertur baptismus ex christi
institutione. Si uero intentio mutandi
formam respicit solū ea, quæ sunt de ne
cessitate præcepti, seu ministri: & inten
dit uelle facere, quod Christus instituit:
& non sit mutatio circa substantialia: li
cet sic faciēs credat eccles. catholicā er
rare, & se bene sentire: uerum sacramē-
tum confertur: quicquid addatur, uel
subtrahatur a baptizante: alias enim
græci, & hæretici nō possent baptizare.

Est de mente Petri q.j.art.iij. Item intentio dicit nedum finis uolitionē: sed etiam mediorum rectā ordinationē: igitur nō intendit baptizare, qui formam præcisam non accepterat. ¶ Quarta conclusio. Mutatio uerborum principaliū formæ, quæ sunt in nomine patris, & filij, & spiritusſancti, per alia uerba eis nō synonyma loco eorum posita, nisi sacramenti auctor deus dispēset: tollit sacramenti ueritatem, & priuat sacramēti efficaciā. Probatur illa conclusio per uerbum christi sacramentorum institutorē frequenter allegatum Mat. ult. Baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritusſancti. ¶ Item ratione secundum Durandum, & Petrum de palude: quia cum baptismus sit specialiter sacramentum fidei (per baptismum enim primò adscribitur baptizatus cœtui fideliū) in ipso debet esse fidei protestatio, uel insinuatio, & maior expresio, quā in alijs sacramentis. Maior autem fidei protestatio debet correspondere actui interiori: sed non est satis sufficiens fides, quà creditur in unā personam sine alia: ergo non est sufficiens protestatio, qua exprimitur una persona sine alia: & per cōsequens ad baptismum requiritur protestatio fidei: maximè expressa articulo trinitatis, qui primus est. Vnde patet, ꝙ non sufficit expresio unius personæ nisi omnes exprimantur. ¶ Patet etiam conclusio, & expressa determinatione ecclesiæ, de consecr. dist. iiij. in synodo, ubi dicit Zacharias papa. In synodo Anglorum decretum, & firmissimè præceptum, & diligenter demonstratum esse dignoscitur, ꝙ quicunq; sine inuocatione trinitatis mersus fuisset: sacramentum regenerationis non haberet: quod omnino uerum est: quia si mersus in fonte baptismaris quis fuerit sine inuocatione trinitatis: perfectus christianus nō est: nisi in nomine patris, & filii, & spiritusſancti fuerit baptizatus. Hoc quoq; obseruare in pdicta synodo sacerdotes uoluerunt: ut qui uel unam de trinitate personā in baptismo non nominauerit, illud baptisma uerum esse nō posset: qđ pro certo uerū est. ¶ Dicitur notāter in cōclusione uerborū principaliū: quę sūt in nomine patris, &c. quia in aliis uerbis minus principalibus: quæ exprimunt actum, & suscipientem, quorum expressio est necessaria: ut dictum est: admittitur aliqua uariatio: per terminos etiā nō synonymos: ut dictū est de græcis. ¶ Dicitur non synonyma: quia licet loco illorum uerborum in nomine patris, &c. ponere eorū synonyma in alia linguam: nam in omni lingua, latina, hebraica, greca, theutonica &c. potest tradi baptismus: dū tamen uerba (cuiuscūq; linguę sint) fuerint synonyma his latinis: In nomine patris &c. quamuis latinus sacerdos sub romana ecclesia constitutus, peccaret in alia lingua baptizando ex officio solemniter: sicut etiam si consecraret eucharistiā in alia linguam: quia ordinauit ecclesia romana, ꝙ officia ecclesiastica dicantur, & ministrētur in latina, & gręca. Et hoc rationabiliter: quia in hac pōt distinctiùs scribi, & proferri, ut dicit Sco. ¶ Et nota, ꝙ per uerba synonyma non intelligo uerba æquipollētia: quę idē significāt, ut uult glos. in c. mult. de cōsec. dis. iiii. ¶ Sed p synonyma intelligo uerba idē, & eodē mō significātia: siue sic significāt ex natura: siue ex propria institutione: siue ex cōmuni usu accommodato: quo modo hō, & animal rationale non sunt synonyma: neq; pater, & genitor: nec generaliter termini diuersorū prędicamentorum: uel eiusdē prędicamenti sub diuersis generibus, aut speciebus non subalternaris contenti: quantumcunq; idem significent; differunt .n. omnes tales in mō significādi: ut sup. in litera. F. latius patuit. Ex illo sequitur, ꝙ licet uerba illa in nomine patris &c. ex imperitia, aut linguę lapsu aliquātulū corrūperentur: dūtamen circumstantes plenum capere possent sensum: nihilominus si adsit debita intētio: uerū est baptisma, quoniam uerba hęc corrupta, licet nō ex propria impositione: tñ ex usu sunt uerbis integris synonyma: idē cū eis, & eodem mō repræsentantia. Vnde papa (qui ex imperitia latinæ linguę baptizauerat: in nomine patria, & filia, & spiritusſancta)

Cōcl. 4. K

Mutatio uerborum principaliū formæ tollit uirtutes baptismatis.

Quæ uerba dicuntur synonyma.

sacerdotem uerum baptisma contulisse discernit.in.c.retulerunt de conse. dis. iiij.Secus si tanta esset corruptio uerborum, q sensus eorum non caperetur ab audientibus, & latinum intelligenti bus:quod cōmuniter accidit;q in prin cipio dictionis lra,uel syllaba corrupit.

Ex dispē satione diuina apostoli baptiza bant in nomine Christi.

¶ Dicitur etiā, nisi deus dispēset.Sic.n. apostoli ex diuina dispensatione, & familiari.s. consilio in principio baptizabant nascentis ecclesiæ: in nomine christi:ut habetur Act. ij. & Ioan.iiij. Non enim propria auctoritate formā a christo promulgatam aliquatenus mutare tētassent: legē.n.superiorū nullus inferior potest reuocare: nec simpliciter,nec ad tempus. Dispensauit autem christus pro tempore primitiuę ecclesiæ,ut in nomine christi baptizarēt, in quo implicite trinitas tota designatur, & inuocatur.Nā q dicit christū.i.unctū dicit etiam eum,qui unxit.i.patrem: & eum,quo unctus est,idest spiritūsanctū: ut magister ex aucto.beati Ambr.exponit:ut nomen christi Iesu:in quo est salus(ut in Act.Petrus dicit) diuulgaretur,& amabile redderetur:quod tūc plurimis odiosum erat incredulis, & etiā fescibile infirmis. Sic enim dum uidebant super baptizatos in nomine christi descēdere spiritūsanctūm in signo uisibili:excitabantur ad amorem,& uenerationē nominis christi,ut dicit Alexā. Sed rōne illa cessante,& nomine christi diuulgato, ecclesia redijt ad priorem formam a christo promulgatam, quia cessante rōne dispensationis, et ipsa dispensatio cessauit:ut dicit sanctus Tho. & cæteri doctores.

Coro.1. Nūc nō baptizatur in nomine Christi

¶ Ex illo sequitur corollarie secundum eundē, q si quis nūc baptizaretur in nomine christi: nō esset baptizatus:sed ueniret iterum baptizandus:quia deficeret forma, & dispensatio nunc locum non habet.Consonat beatus Tho. sanctus Bonauent.& Duran.& Aliaco.q.xxiiij.arti.j.Scotus uidetur dubitare: dicit enim.Non audeo dicere,q baptizatus hodie in nomine christi esset baptizatus:sed nec audeo omnino dicerē cōtrariū: q nō esset baptizatus. Nō lego,ubi fuit illa dispēsatio reuocata.In hoc ergo casu reputo dubiū,an talis sit baptizatus:unde circa ipsum agendum foret in dubijs: hoc est rebaptizandus esset sub conditione: ut habetur extra de bap.& eius effe.c.de qbus.Sed dicit Petrus de Aliaco,ubi.sup. q non uenit dubitādum:quia licet non legatur,quando fuerit illa dispēsatio reuocata:tamen quia dispensatio facta est ex causa,satis censetur reuocata,quādo dispensationis causa cessauit:.s.quando nomen Christi fuit sufficienter promulgatum: quia cessante causa, cessat effectus.ut dicit Tho.& sanctus Bonauen. Et ab illo tunc, nec illa forma baptizare licuit,nec ualuit. Et licet dubium sit, quando illud primō fuerit, tamen nunc non est dubium, quin ita sit.

Coro.2. Si qs baptizat in noie trinitatis nō ē baptizatus.

¶ Secundō sequitur, q si quis baptizatur in nomine trinitatis, aut in nomine genitoris, & geniti,& procedentis ab utroq;, nō est baptizatus: sed uenit rebaptizandus. Hoc concorditer sentiunt sanctus Tho. Bonauen. Rich. Petrus de palu. quæst. j.ar.iij. Holkot. Tho. de argenti. Sco. Durā.& Petrus de Aliaco. q.xxiiij. ar.j.& cæteri theologi communiter. Et patet corollarium ex conclusione:quia hic mutantur uerba principalia, & alia uerba eis nō synonyma:non .n. est synonymū hoc nomē trinitas huic copulato, pater, filius,& spūsanctus: ut notum est. Nec illa nomina genitoris geniti, spirati,seu procedentis,his nominibus patris, & filii:& spiritussancti:ut declaratū est in primo articulo. Nec sufficit, q dent eādem rem intelligere: ut uidetur uelle Petrus de pal. ubi supra arguendo contra seipsum. Tum quia non eodem modo, tum quia uerba sacramentalia non tam ex significatione, quàm ex institutione sunt efficacia. Christus uero tradendo formam sacramenti fidei talem dedit, & obseruari uoluit: in qua expressa fidei trinitatis professio sub proprijs diuinarum personarum nominibus explicatur: qualis est hæc forma. In nomine patris, & filii, & spiritussancti. & non illa in nomine trinitatis, seu genitoris. Vnde dicit Sco. Sicut Iudęis datum fuit aliquod nomen significans

essentiam diuinam sub propria ratione, quod ipsi uocabant nomē dei tetragrāmaton. Ita christus dedit ecclesiæ noīa significantia personas sub proprijs rationibus, quæ sunt pater, & filius, & spūs sanctus. Verum tota ratio est institutio diuina. Et per hoc scilicet institutionē diuinā, sub inuocatione explicita nominū trinitatis, distinctē pro personis supponentium: & non pro aliquo, nisi quod est formaliter psona possunt tolli multę brugæ, & instantiæ de identitate essentiali actuum notionalium cū personis diuinis: ratione cuius Petrus de pal. uidetur uelle, ꝙ in nomine genitoris, & geniti potest fieri baptismꝰ: sicut in nomine patris, & filij, & c. nisi diceretur: ꝙ ex accommodatione usus pater importet hypostasim: hoc est supponat solum pro hypostasi connotando actus notionales: genitor uero pro omni gignente supponit: non curando, an sit suppositum, uel non. Sed tunc quis diceret: uolo; ꝙ omnino pro eodem supponant etiam stante noua impositione uocabuli, non sufficit: quia christus instituit sub illis uocabulis, & non alijs, quæ apud totam communitatem distinctē supponunt pro personis: non curādo de quocunq; idiomate. Et quid si fieret nouū idioma: nonne posset sub eo baptizari: utiq; uidetur; ꝙ sic igitur pariformiter hic in proposito: sed tunc posset dici, ꝙ adhuc non essent uerē synonyma eo, ꝙ possunt cōpetere alicui, quod nō est psona: forma aūt debet esse certa. ¶ Quinta conclusio. Variatio formæ in non substātialibus per pronominis ego subtractionem: siue paliarum dictionū additionem: seu partiū formę transpositionem, dūmodo non tollit uerum formæ intellectū, neq; unitatē, nec adest intentio inducendi errorem: non impedit sacramenti efficaciam, nec baptismatis ueritatē. Cōclusio hæc declaratur per singulas clausulas. ¶ Dicit primò in nō substantialibus: quia de substantialibus formæ habitum est cōclusione. ij. & iij. ¶ Dicitur sine pronominis ego subtractione: quia cum omnia cætera in forma præter pronomen ego, sint substantialia in non substantialibus nōn potest fieri alia subtractio nisi pnominis ego: & huiusmodi subtractio (quia nō tollit sensum) non impedit sacramenti effectum: ut dictū est. ¶ Dicitur sine aliarum dictionum additione: illa potest multipliciter fieri principio, in medio, uel in fine. Et ubicunque fiat, si sensum uerū formæ non uariat; uerum est sacramentum. Si uero quod additur, repugnat ueritati formæ: aut alium sensum inducit: nihil fit. Similiter si unitatem formæ per interruptionem minimam tollit: non est sacramentum. Exempla patent in primo articulo. Eodem modo de transpositione uerborum. ¶ Dicitur: nec adest intentio inducendi errorem; quia illa existente, quęcunq; uariatio fiat quantumcūq; modica, nō erit sacramentum: ut dictum est in conclusione secunda. Qua declaratiōe præmissa probatur cōclusio: quia sicut in materialibus manentibus substantialibus rei manet eius species, & naturæ ueritas; licet accidentia mutentur. Ita in sacramentis manentibus substantialibus uariatio nō substantialiū non mutat ueritatem sacramentorū: dūmodo sensus formę nō mutat. Nā & sensus uerus formę est de substātia sacramenti: qm̄ sacramēta signa sunt significātia effectū gratuitū, quæ significatio si tollit: tollitur ratio sacramenti. ¶ Quantū ad articulum tertiū dubitatur primò contra dicta in quarta conclusione, & eius corollaria. Baptizatus hodie in nomine christi uerū baptisma recipit: similiter si baptizatur in nomine trinitatis. Sic si baptizatur in nomine genitoris, & geniti: & sancti flaminis: seu ab utroq; procedentis: ergo corollaria ibi posita sunt falsa. Consequentia nota. Antecedens probatur: quia uerba hęc ęquipollēt his uerbis. In nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Nā illa includunt inuocationem, ac eādem trinitatis sicut illa: patet de ly christus, quod implicat ungentem, unctum, & eum, quo fit unctio: qui sunt pater, & filius, & spiritus sanctus. ¶ Item trinitas dicit trinitatem personarū, similiter, & genitor, cū importāt

Cōcl. 5

Arti. 3. Dub. 1. M

Soluuntur rationes, & auctoritates oppositum.

distinctè personas, propter distinctos actus notionales, quos connotant. De æquipollentibus enim idem est iudiciũ: & nõ refert utrum ex æquipollentibus quis dixerit. glos. in c. multi. de conse. dist. iiij. Et probantur aucto. canonis. Nam prima duo habentur in ca a quodã. de conse. dis. iiij. ubi Nicolaus papa in responsis ad consulta Bulgarorum dicit: q baptizati in nomine trinitatis, aut in nomine christi non debent rebaptizari: sed sunt uerè baptizati. De tertio est expressa glos. ca. multi de conse. distinct. iiij. Item ut tangit magister in textu ex aucto. beati Ambro. Etiam qui tantum personã nominat: dũ tamẽ fidem trinitatis mente teneat, uerè baptizat. Ad illa beatus Bonauen. quæst. v. huius distinct. respondens dicit. Quidam dixerunt: q cum sacramentum baptismi uirtutẽ habeat a fide, quæ in corde est: qualicunq; professione trinitatis, siue tres personæ, siue duæ exprimãtur: plenum est sacramentum. E conuerso autem si non est fides in corde: etiã si exprimantur tres personæ ore, non ẽ sacramentum. Hoc uidetur sentire Ambro. in. li. de trini. dicens. Si unum in sermone comprehendens uel patrem, uel filium, uel spiritumsanctum: fide autem nec patrẽ, nec filiũ, nec spiritũsanctum abneget: plenum est sacramentum fidei id est baptismus: hic enim specialiter est sacramentum fidei. Et huius opinionis uidetur fuisse Hugo, & Magister. subdit: sed quia ut dicit Aug. in epistola ad Bonifacium. Baptismus est sacramentum fidei nõ singularis psonę, sed ecclesię: ideo fides personę nihil obest, uel prodest. ¶ Et ideo dicit illa opinio: quicqd fit de fide cordis, iudicandum est in baptismate de professione or s, siue expressione sermonis. & ideo qualitercunque credebat baptizans: si totam exprimat trinitatem baptizatum est: si non totam, baptizatum non est, & rebaptizandus est. Et hoc certitudinaliter dicunt magistri. hęc Bonauẽ. ¶ Et per hoc dicitur ad rationes dubij. Primò de baptismate in nomine christi: q licet olim tẽpore apostolorũ sic baptizatus uerũ baptisma receperit: sed non modo: quã uis certi canonistæ oppositum teneant: ut glos. in c. a quodã. allegato: & in c. si quis. de baptismo & eius effe. quã pauci sequuntur. Vnde Pe. de pa. q. j. ar. ij. & Durand. satis grossè repręhendit glossatorem dicens, q Ioannes errauit in apparatu illius c. a quodam. de conse. dis. iiij. & Ber. in c. si quis. Posset honestius dici, q locuti sunt opinatiuè. Sed ad textum c. a quodam qui est Nicolai papę, & decisiuus: quia est responsio ad consultationem. Respondet Astens. q non intelligendus est omnino secũdũ q uerba sonant. Vnde quoad hoc, q dicit: in nomine trinitatis, intelligendum est explicitè: hoc est explicando distinctè per sonas. Vnde qui in nomine patris, & filii, & spiritussancti baptizant, baptizãt in nomine trinitatis: sicut habet glos. eodem capitulo & glos. in c. si quis. Itẽ Pelagius papa in c. multi. de consecr. dist. iiij. exponit nomen trinitatis. i. nomine patris, & filii, & spiritussancti. unde ait. Euangelicum pręceptum ipso domino saluatore nostro Iesu Christo dicente, uel tradente: nos admonet in nomine trinitatis sanctum baptisma unicuiq; tribuere: dicente domino nostro Iesu Christo discipulis suis. Ite, baptizate omnes gentes in nomine patris, & filii, & spiritussancti. Ecce dicendo baptizate in nomine patris, & filii, & spiritussancti. monet baptizare in nomine trinitatis. Hinc glos. ibidem super uerbo trinitatis dicit explicitè. Simile ait Zach. papa. in synodo Anglorum ibidẽ dicens. Si mersus quis fuerit in fonte baptismatis sine inuocatione trinitatis, nõ est perfectus christianus: nisi in nomine patris, & filii, & spiritussãcti fuerit baptizatus &c. Sic etiam exponendum est, qđ beatus Bernard. in quadam epistola dicit respondendo cuidam quęrenti de quodam baptizato in nomine domini, & sanctę crucis. Ego hunc puto baptizatum. Quod nomen domini, intelligit distinctam expresionem trinitatis. Adiectio autem facta (& sanctæ crucis) ex deuotione non tollit baptismatis effectum. ¶ Sed de nomine Christi

Soluuntur dicta in oppositum sonantia.

dicitur, q papa illud refert ad tempora apostolorum quantum ad causam, uolens dicere, q unum quippe, idemq; est idest eiusdem uirtutis, & efficacię in casu, quo esset eadem causa baptizandi, unde & eadem dispensatio est: & hoc uidetur innuere aduerbium sicut. Vnde dicit, q hi, pfecto si in nomine sanctæ trinitatis, uel tantum in nomine christi sicut in actibus apostolorum legitur (sẽper factum) baptizati sunt unũ quippe, idemq; est sequitur. rebaptizati non debent, uel rebaptizari non debent simpliciter, & absq; conditione propter dubium aliquorum: sed cum conditione. ¶ Ad illud, quod arguitur de baptismo in nomine genitoris: dicitur breuiter secundum omnes theologos, q sic baptizans nihil facit. Quibus concordant potiores canonistæ. Hosti. Panor. & pene omnes summistæ. Sed de glos. dicitur, ut dictum est: q in hac parte non tenetur, sicut nec Hugo, nec magister in priori casu: licet hanc causam non ponant: & cum argutum est, q de ęquipollentibus idem est iudicium: & nõ refert utrum ex æquipollentibus quis dixerit: uerum est, nõ refert: & est idem iudiciũ quantum ad ueritatem locutionis: non autem quantum ad ueritatem sacramẽti. Cuius ratio supra tacta est. Quod si aliud intendit glos. non tenetur, & cõtraria est sententiæ doctorum. Ita etiã sentit Petrus de palude ubi supra. Thomas de argentina, Robertus holkot. Ad uerba Ambrosij respondet Alex. & post eum cęteri tripliciter. Vno modo, q loquitur in casu, quo puer ante cõpletionem formæ, post nominationem unius personę: aut sacerdos deficeret, tunc p̃sumeretur, q ex sua misericordia deus summus sacerdos suppleret, q deficeret: non tamen certum est, an baptizatus est: sepeliendus tamen esset in cęmiterio: ut dicit Rich. Si tamen superuiueret, esset sub conditione rebaptizandus propter dubium. Alexan. dicit, q intelligendum est; si fides trinitatis fuerit in corde: licet solum una persona exprimatur; plenum est fidei sacramentum quãtum ad fidem, idest requisita ad fidem, & fides requisita ad sacramentum: sed non plenum sacramentum, quia illud requirit expressam confessionem fidei trinitatis: & sic sacramentum est plenũ quantum ad fidem cordis: sed non plenum quantum ad rationem sacramenti: & ideo addit, fidei. Tertió dicitur, q ibi ponitur signum pro signato. Vnde cum dicitur plenum fidei sacramentũ: hoc est plena est fides, quæ designatur per sacramentum. ¶ Consequenter mouentur aliqua dubia breuia. Primum, si quis baptizando puerum diceret. Baptizo te in nomine patris, & filij, & spiritussancti, & Beatę Mariæ, an puer esset baptizatus. Respondetur sub distinctione secundum Durandum: quia si intelligit baptizans in nomine patris, & filij, & spiritussancti, & Beatæ Mariæ, eo modo, quo patris, & filij: ita q baptismus sortiretur effectum ex nomine beatæ Mariæ sicut ex nomine patris, & filij, & spiritussancti, ille contrarius est ueritati fidei: & ita non est baptizatus. Et hic sensus clarus deprehenderetur, si ad ditio illa interferereetur dicẽdo. Baptizo te in nomine patris, & filij, & beatę Mariæ matris eius, & spiritussancti. Si uero intelligitur, & sanctę Mariæ id est ad honorem sanctæ Mariæ: uel in nomine sãctæ Mariæ, ut intercedentis, adiuuantis, aut gratiæ stabilitatem impetrantis, uel huiusmodi: uerum est baptisma: dũ addat, nõ ut partem formæ necessariã: sed ex deuotione: licet addens grauiter peccet: immo dicit Angelus in summa: si quis ex malitia dicat. In nomine diaboli: Ego te baptizo in nomine patris &c. nõ ut aliquid formæ, uerè baptizat. ¶ Item quid si dicatur. In nominibus patris, & filij, & spiritussancti. Et uidetur, q melius dicatur in nominibus, quàm in nomine: quia uerius dicitur pater, & filius, & spiritussanctus sunt tria nomia, & non unum nomen. Respondetur: q in casu nõ est baptizatus: quia non sũt synonyma nomine, & nominibus. Et cõsequenter dicitur licet nomen patris, & nomen filij, & nomen spiritussancti sint tria nomina personalia: unum tamẽ est nomen essentiale; uirtus autem diuina, quæ

N Quid de eo q dicit baptizo te in. n. p. & fi. & sp. sã. & Beatæ Mariæ.

Dub. 2. Non baptizat, q dicit in nominibus

quæ operatur in baptismo, sicut omnis operatio ad extra, ad essentiã pertinet: ut supra dictũ est. Vnde pater, & filius, & spiritussanctus non tres baptizatores sunt: sed unus baptizator, sicut unus creator, unus sanctificator. Vel dicitur secundũ Alexand. q. xiii. par. iiii. ꝙ nomẽ ibi non accipitur pro uoce ad significãdum, seu nominandũ aliquid impositã: sed pro noticia prout dicitur a notamine. Est autem notitia trinitatis per fidem, quæ est una secundũ illud apostoli ad Ephes. Vna fides: unum baptisma.

Dub. 3. Nec q scienter omittit ly in. ¶ Itẽ quid si præpositio (in) sciẽter omitteretur. Dicitur, ꝙ non est baptismus: quia nihil est dicere nomine patris, uel oratio redditur ambigua: quę præpositio subintelligitur in ex, uel de: & non manet eadem significatio, ac significationis certitudo. Si tamen ex defectu linguę inaduertenter, aut idiomatis proprietate, in qua idem significaretur per ly in nomine: & per ly nomine sicut idẽ ualet: ego baptizo: & baptizo pie credi potest, ꝙ esset baptizatus. Hæc Astens. ¶ Quid si dimitteretur (&) dicendo. In nomine patris, filij, spiritussancti. Dicitur, ꝙ nihil fit: quia ad denotãdũ psonalẽ discretionẽ inter patrẽ, & filiũ, requiritur cõiunctio copulatiua. Et licet posset subintelligi: tñ forma sacramentalis debet esse expressa, & sẽsibilis. Si aũt loco (&) poneretur coniunctio, q; cũ &, quę sunt synonyma; est baptismus. ¶ Quid si diceretur. Ego linio, siue lauo, uel abluo te in nomine patris, & filij &c. Dicitur, ꝙ non est baptismus: quia non sunt illa synonyma cũ ly baptizo: quoniã baptizo nõ quãlibet lotionẽ, seu ablutionẽ significat: sed illam, quę fit cũ certa intentione uerbis, & in certa materia .s. in aqua: ut dicit glos. in c. mult. de consec. dist. iiii. ¶ Quid si loco te, ponatur nomen propriũ, dicendo: baptizo Ioannem in nomine patris &c. Dicit, ꝙ est baptizatus: quia idem ualent demonstratiuũ, & demonstrabile: nec refert uariatio personę: quia etiam greci exprimunt baptizatu in tertia persona: ut dictũ est. ¶ Plura concernentia suscipientem, & ministrantem tangentur in sequentibus

Non baptizat, q dicit linio, lauo.

distinctionibus. ¶ Dubitatur ultimò de institutione baptismi: de hac dictum est supra dist. j. q. iiii. & dist in. ii. quęstio. ii. ꝙ a Christo institutus est. Quando uero institutus sit, sunt opiniones doctorum ut tangit magister in textu. Et breuiter post Scotum dicendum, ꝙ dubium est, quando primò fuit institutus, non enim quando Christus baptizatus est a Ioannes: ut quidam dixerunt: quia ille non fuit baptismus in forma Christi: sed in forma Ioannis: tamen Christus dedicauit aquam tanquam materiam idoneam suo baptismo ex contactu suæ mundissimæ carnis. Et hoc intendit Beda. cum dicit, ꝙ Christus e contactu suæ mundissimæ carnis contulit uim regeneratiuam aquis. Vis illa non fuit aliqua realis entitas aquæ inhęrens: sed fuit ordinatio aquę, ut esset materia baptismatis, quam per hoc designauit, ꝙ ipse in aqua baptizari uoluit. Et sic dicit Alexan. ꝙ Christus tunc instituit baptismum potentialiter, seu materialiter: quia materiam dedicauit. Nec institutus in illo uerbo ad Nicodemum. Nisi quis renatus fuerit &c. Io. iii. ut dictum est supra distinctio. j. quęst. iiii. Dicit tamen Alexan. ꝙ ibi institutus est quoad finem: quia ibi ostenditur finis baptismi, qui est ingressus paradisi. Nec Matth. ulti. dum præcepit dominus discipulis. Docete oẽs gentes baptizãtes eos in nomine patris &c. cuius ratio ubi suprapposita est, licet secundũ Alex. ibi institutus sit formaliter: quia ibi formã expressit quantũ ad principalẽ eius partẽ. Nec cũ Marc. ulti. apostolis inqt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. eadẽ rõne: quia ante passionẽ institutus est. Hęc aũt locutus est dñs post resurrectionẽ: põt tñ dici, quòd ibi institutus est quãtũ ad effectũ, qui est saluare a culpa, & pœna. ¶ Nec in cruce, dum de eius benedicto latere exiuit sanguis, & aqua: quia ut dictũ est ante passionẽ eius institutus est: licet tũc dici posset secũdũ Alexan. institutus quantum ad significationem: quia sanguis ille, & aqua significabant sacramentum euchaıistię, & ba

Dubium ultimũ.

De institutione baptismi.

ptismi. Nec dum discipulos suos misit binos,& binos ad prędicandum, & baptizandum: quia missio ad baptizandū præsupponit eius institutionem tunc secundum Alexan. institutus est officialiter: quia tunc officium baptizandi eis commisit, sicut officium prædicandi. Institutus est ergo baptismus prius quā baptizandi officium discipulis commissum fuerat: licet quando,& ubi determinate ex scriptura non sit certum. Et hęc sententia est magistri. Licet autē Alex. partiatur institutionem baptismi: non est accipiendum quasi baptismus diuersis temporibus partialiter sit institutus. Cum enim baptismus sit unum sacramentum: unica est institutione institutum: & quantum ad materiam, & formā finem,& effectum: licet potuit post institutionem significari, & officium committi. Ideo Rich. dicit dist. iij. q. v. arti. j. ꝙ christus baptismi sacramētum prius intonuauit instituendum facto, dum a Ioanne baptizatus est. Et uerbo Io. iij. Nisi quis renatus fuerit &c. Secūdò instituit facto, dum per discipulos baptizauit. Io. iij. & iiij. Verbo, quando misit discipulos binos,& binos prædicare, & baptizare ut dicit Marcus. Tertiò confirmauit in signo: cum de latere aquam emanare fecit. Et præcepto, cum post resurrectionem discipulis præcepit. Ite, docete omnes gentes baptizantes eos &c. ¶ Rationabilitatem uero institutionis tangit Sco. quia sacramentum principale legis euangelicæ, per quod scilicet intratur in eius obseruantiā: debuit esse nouum,& propriū ipsi legi. Debuit etiam illud sacramentum esse euidens in significatione: quia ista est lex ueritatis euacuans umbram:& debuit esse copiosum in gratię collatione, quia hæc lex gratię. Io. j. Gratia,& ueritas p Iesū christum facta est. Debuit etiam esse facile: quia iugum christi suaue,& onus leue. Mat. xj. Debuit esse commune: quia lex noua communis erat omni populo, & toti mundo: oī sexui,& ętati. Omniū horum una est ratio: quia sacramenta legis debent congruere legi: maxime illud, p ꝙ quis coadunatur populo legis.

Rationabilitas institutiōis baptismi in no. test.

Hæc autē quinq; inueniūtur in hoc uni co baptismatis sacramēto, s. ablutionis, in aqua cum uerbis. Hoc enim euidēter significat mundationem aīæ, quę est effectus eius principalis. Dat gratiam copiosè. Et facile: quia sine periculo: & cōmune omni sexui,& ętati. Et ideo ratio nabiliter de nouo institutum. Quòd aūt baptismus obligabat, & circūcisionem euacuabat: dictum est. q. iiij. distin. j. De immersione,& numero eius tangit magister in hac dist. satis clarè. Dicetur tamen aliquid infra distin. vj.

DISTINCTIO. IIII.

HIC dicendū est. aliquos &c. Superiori distinctione egit magister de baptismo secundū se: hic de eius effectu. Et circa hoc duo facit. Primò agit de effectu baptismatis quantū ad suscipientē. Scdo de effectu eius in ordine ad cōferentem dis. v. Sētentiā aūt textus subiectę cōclusiones cōtinēt. ¶ Prima. Omnes paruuli ritè baptizati rē,& sacramētum suscipiunt: sed sacramentū tantūq; hęc,& sine fide,& contritione accedunt. Baptismum uero habere nō potentes qui pro christo sanguinē fundunt: aut fidei contritionem iungunt: rem sine sacramento percipiūt. ¶ Secūda. Iustificatus baptismum suscipientibus gratia augetur: & omnis pęnitentia relaxatur: & hoc in eis per sacramentum significatur. ¶ Tertia cōclusio. Paruulis datur gratia operans,& cooperans p baptismū sicut adultis: sed paruulis in munere non usu operis. Has conclusiones magister in textu latius prosequitur.

QVAESTIO. I.



CIRCA hāc distinctionem quæritur. Vtrum effectus baptismi in non indignè suscipiente sit Infusio uirtutū,& gratiæ, ac remissio culpæ,& pęnæ. ¶ Tribus articulis more solito soluetur quæ-

A De effectu baptismi.

Arti. 1. Not. 1. B sens quęstio. ¶ Quantum ad primum ar ticulum notandum, q hic non tractabitur de effectu, qui est res, & sacramentum puta de charactere, de quo infra dist. vj. specialiter tractabitur: sed de cęteris, quæ sunt res tantum: & de ista distinctione uide infra. q. proxima. Huiusmodi autem effectus quidam respiciunt remotionem mali: quidã collationem boni. Respicientes remotionē mali multiplicantur secundũ diuisionem mali. Est autē duplex, malum s. culpę. & hoc triplex. s. culpę originalis, mortalis, & uenialis. Et malum pęnæ, q est duplex, scilicet pęnæ ęternæ, & tẽporalis. Et quodlibet horũ pōt multiplicari subdiuidi: hę tamen subdiuisiones nō seruiunt proposito nostro. Tamen de pęna temporali aduertendum, q duplex est pena, secundum Alex. parte iiij. q. ij. §. ulti. quędã contracta, quæ respondet peccato originali: ut fames, sitis, infirmitas, & cæteræ pœnalitates, & miseriæ huius uitę: etiam mors ipsa temporalis; quæ naturales dicuntur: quia consequuntur naturam in primo homine corruptam. Et omnes hoc tempore cum morte finem accipiũt. Aliæ sunt pęnæ tẽporales assũptæ in satisfactione pcti actualis: ut ieiunia, uigiliæ, & orationes, & uariæ corporis castigationes. Effectus uero respicientes collationē boni possunt distingui: q aliqui sunt quasi radices: ut gratia, & uirtutes. Alij sunt, qui his concomitantur quasi annexi: ut fomitis remissio, mentis illuminatio, affectus fęcundatio, corporis christi incorporatio, & cœlestis regni apertio. Siquidem gratiã sequitur fomitis debilitatio: fidem intellectus illuminatio: charitatem uoluntatis fęcundatio: utrumque (fidem & charitatem) ecclesiæ incorporatio. Ex his simul (scilicet ex remotionē mali; & collationem boni) cęlestis regni apertio.

Distinguũtur uarij effect᷒ baptismi.

Not. 2. C ¶ Secundo notandum, quod de hoc an in susceptione baptismatis infundantur uirtutes theologicæ, & morales: Alexand. & post eum Thom. recitat tres opiniones. Opi. 1. Prima; quod in baptismo uirtutes non infunduntur præsertim pueris nondum ratione utentibus: sed dum ad perfectã ętatē peruenient: tunc cōferentur, si māserint in innocētia: uel si moriũt tunc in separatiōe aiæ a corpore uirtutes illis cōferuntur. Motiuũ: quia frustra tunc inessent: cum per eas non possent exire in actũ. Secunda opinio, q uirtutes non infunduntur secundum habitum: sed in radice, quæ est gratia. sed cum tollitur impedimentum antecedente usu rationis: gratia ramificatur in habitibus uirtutũ. Tertia opinio, q uirtutes infunduntur scdm habitũ: sed non actũ durante impedimento usus rationis. Et hãc opinionem ample ctuntur utriq;. Opi. 2. Opi. 3.

¶ Tertiò notandum; q gratia, & peccatũ absolutē, & ex natura rei non contrariãtur: & per consequēs sese non expellunt ex natura rei. Hoc probatur de peccato originali: quiã gratia per potentiam diuinam posset infundi animæ quantum ad illud absolutum, quod est gratia absq; hoc; q deobligaret animam a debito habendi iustitiam originalem: cum illud nullam implicet contradictionem: nec apparet aliqua repugnantia carentiæ iustitiæ originalis cum debito habendi ad illud accidens absolutũ: q est gratia. Carentia non repugnat: quia iustitia originalis non requiritur; q insit gratia: ergo eius carentia non obest. ¶ Præterea in baptizato est gratia, & non iustitia originalis. Nec debitum habendi repugnat gratiæ: quia aut est respectus rationis: & nullus talis contrariatur rei absolutę, aut ipse debens habere: & hic etiam nō repugnat grãæ: q r debens, & nō debens sũt eiusdē speciei specialissime: & nō repugnat nō debenti: ergo nec debenti: qa quicquid repugnat alicui ex propria natura, repugnat cuilibet eiusdem speciei, & gradus cum illo, cui repugnat. ¶ Probatur idem de peccato actuali: quia peccatum actuale dicit actum præteritum, propter quem aliquis obligatur ad pęnã; q autē præteritũ est, non contrariatur ei, q est. ¶ Et si opponis: de actu peccati iam existenti: ut si quis iam occidat: etiam ille actus non repugnat gratiæ: quia ille actus idem spē, & numero posset iustē fieri, ut puta: si deus eũ pcciperet, & tunc

Not. 3. D Gratia Dei, & peccatũ ex natura rei nō opponuntur.

Deus pôt peccatorẽ punire æternaliter.

ftaret cum gratia. Nec illa obligatio ad pœnam ei, quod eſt gratiæ repugnat: qa ſicut deus poſſet quemcumq; etiã habentem gratiam punire pęna æterna, ſicut & temporali ſecundum potentiam ſuam abſolutã: ita poſſet quemcũq; ad pęnã ęternã obligar. Sicut ex aduerſo: poſſet pctõrem manentẽ in peccato a debito pęnę ęternę abſoluere: & qualitatẽ illam, quæ dicitur gratia, ei infundere. Poſſet enim deus de potentia abſoluta peccatorem non punire æternaliter: ſicut eum non punit pro certo tẽpore. Item poſſet aliquẽ ſine omni ſuo demerito punire æternaliter abſq; hoc ꝙ ſit iniuſtus: licet illa punitio non diceretur propriẽ pęna: ſed magis dolor. Et ſic poſſet brutum perpetuõ punire: ſic & hominem. Patet ergo; ꝙ non eſt repugnantia gratiæ, & culpæ ex natura rerum; quam ex propria natura culpa expelleret gratiam: & gratia culpam. Sed; repugnantia earum, quæ non ſtant ſimul in eadem anima, eſt ex ſola ordinatione diuina, quę eſt cõtingens, & uoluntaria. ¶ Sed di. inter culpam, & gratiam eſt formalis repugnantia: quod probatur. Implicat contradictionem in eadem anima eſſe ſimul culpam, & gratiam. Probatur: quia ſequitur bene: in a eſt culpa: ergo a eſt inimicum deo: ſiue nõ eſt acceptũ deo ad uitã ęternã. Et ſequitur: in a eſt gratia; ergo a eſt acceptum deo ad uitam æternam: quæ ſunt manifeſtẽ contradictoria. Vtraq; conſequentiarum probatur per locum a diffinitio ad ſuam diffinitionem. Nã culpa eſt illud, quo homo redditur inimicus deo ideſt ingratus ad uitam æternã. Et gratia eſt, qua homo redditur gratus, ſeu acceptus deo ad uitam æternã. Ad hoc reſpõdetur; ꝙ gratia poteſt dupliciter accipi. Vno modo abſolutẽ, ut ſignificant qualitatem illã, quæ eſt gratia nihil connotando. Similiter culpa pro actu illo, quo offenditur deus non cogitando offenſam. Et intelligendum eſt, quod dictum eſt: ꝙ res illæ ſignificatę abſolutẽ per hos terminos gratia, culpa, ex natura rei non repugnant: nec termini ſic accepti opponuntur. Alio modo accipiuntur connotatiuẽ, ut ſupponunt pro rebus poſitiuis: & connotant gratiæ acceptionem habentis eam ad uitam æternam. Et culpa repulſionẽ a uita æterna: & ordinationem ad pęnã æternam. Et licet res ſubſtractæ, pro quibus hi termini gratia, & culpa ſupponunt; non repugnent ex natura rei: termini tamen ſic accepti opponuntur: & pro eodem ſupponere non poſſunt in concreto propter ſua connotata. Et p hoc ad rationem negetur, ꝙ implicat in eodem eſſe culpam, & gratiam, ſi accipiuntur abſolutẽ: quia ualet tantum implicat ſimul eſſe rem illã, quæ eſt gratia: & illam, quæ eſt culpa: quæ eſt falſa. Et cum probatur. Sequitur: in a eſt gratia: ergo &c. negentur ambæ conſequẽtiæ; quia oppoſitum conſequentis poteſt ſtare cum antecedente; nec arguitur per locum a diffinitione; quia illæ non ſunt diffinitiones gratiæ, & culpæ capiendo abſolutẽ: ſed capiendo connotatiuẽ. Si autem accipiuntur connotatiuẽ; conceditur; ꝙ gratia, & culpa repugnant, ad hunc ſenſum; quia res illæ ſub his rationibus ideſt ſic ſe habentes; ut ſignificantur per hos terminos, repugnant: quia ſic ſua concreta de eodem uerificari non poſſunt; & hoc probat replica. ¶ Ex his corollariẽ ſequit; ꝙ deus de potentia abſoluta poteſt remittere culpam, & pęnã ſine infuſione gratiæ. Poteſt etiam acceptare ad uitam æternam: & illam conferre ſine gratia. Illud late probatum eſt in primo diſt. xvij. de charitate infuſa. Illa autem identificatur gratiæ: ut probatum eſt in ſecundo diſt. xxvj. Verum de facto ſecundũ potentiam ordinatam neutrum poteſt. Si quidem ordinauit nulli dare uitam ęternam in futuro, cui non dedit gratiam in præſenti ſeculo; quod nobis manifeſtum eſt ex ſcriptura; & ſanctorum ſcriptis: ut patet in locis allegatis. ¶ Quartõ notandum ſecundum Ockam. quæſ. iiij. ar. ij. ꝙ de potentia abſoluta deus poteſt infundere quamlibet uirtutem theologicam ſine alia. Patet, quia uirtutes theologicę ſunt habitus realiter diſtincti, quorũ neuter dependet ab alio: quia

Replica

Corol. Deus de potentia abſoluta poteſt remittere culpã.

Not. 4. b.

Deus pôt de potētia absoluta infundere quâlibet uirtute theologicâ.

quia quilibet immediate infunditur a deo:& si unus dependeret ab alio:tamē non nisi in genere causæ efficientis. Sed hanc causam deus potest supplere: quare propositum. Et hoc dico de infusis. ¶ De acquisitis dico similiter idē. Nam si nō, maxime quia charitas acquisita nō posset esse sine fide: quia de alijs non est dubium. Potest enim fides,& spes esse informis: & ita esse sine charitate. Sed ꝙ charitas habitus acquisitus possit esse si ne fide: probatur: quia charitas acquisita generatur ex actibus uoluntatis. Ad productionem autem actus uoluntatis, non requiritur habitus intellectus: sed. sufficit actus eius, per quem ostenditur obiectū diligibile uoluntati: quo ostēso statim uoluntas elicere potest dilectionē obiecti: ex quarū frequentatione generatur habitus diligēdi, qui est charitas acquisita.

Replica

¶ Si dicis, non potest uoluntas frequentare actus diligendi: nisi intellectus frequētet actus cognoscēdi, & ostēdendi obiectū. Sicut ergo ex frequentatione actuum uoluntatis generatur habitus charitatis. Ita ex frequentatione actus intellectus generatur habitus cognitionis, seu fidei. Respōdetur, ꝙ deus pôt suspendere actus intellectionem, & intellectus respectu habitus intellectus, & nō respectu actuum uoluntatis: neq; actus uoluntatis respectu habitus uoluntatis: tūc procedit probatio. Etiam habitus intellectus nō est causa habitus uolūtatis: nec pôt concurrere ad generationē habitus uoluntatis: nisi mediante actu suorum:& actus suus.i. intellectio nō cōcurrit nisi mediāte actu uolūtatis: & ita tā habitus intellectus, quàm actus eius sūt causa causę habitus uolūtatis, & nō causæ immediatę habitus: tamē intellectus est cā remotior, quā actus intellectus: quia inter habitū intellectus, & habitum uoluntatis mediant duæ causæ.s. actus intellectus, & actus uoluntatis; sed inter actū intellectus, & habitum uolūtatis tātum una cā.s. actus uolūtatis. ¶ Præterea in patria charitas esse potest sine fide,& spe: ergo & in uia. Tenet cōsequentia. qa si esset essentialis depēdētia charitatis ad fidē, aut spē, sine eis nō posset esse nec in patria: nec extra patriam. Verū actus uolūtatis non pôt esse sine actu intellectus: quia incognitū nō amatur. x. de trini. Vnde non est talis habitudo habituum uoluntatis,& intellectus adinuicē sicut actuum. ¶ Ex illo sequitur corollarie: ꝙ possibile est uirtutem moralē in uoluntati generari sine prudentia habituali in intellectu: nō tñ sine recta ratione in actu, hoc est sine prudētia actuali. Probatur ut supra: quia deus pôt suspendere actiuitatem actus prudentię respectu generationis habitus prudentiæ: & pôt cōcurrere cū actu intellectus,& uolūtatis ad generationē habitus in uoluntate. Verū sine actu rationis rectæ non pôt generari uirtus moralis: quia recta rō est obiectū partiale omnis actus uirtuosi, ex quo generatur uirtus, quæ est præcipua circūstantiarū. Sunt autē circūstantiæ obiecta partialia: ut habitū est in tertio dist. xxiij ¶ Ex illis sequitur secundò, ꝙ uirtutes theologicę possunt infundi sine moralibus: sicut & morales si ne theologicis. Hoc nūc supponatur ex tertio, ubi etiam ostensum est, ꝙ ratione naturali non potest probari necessitas quarūcūq; uirtutum infusarū, neq; theologicalium, neq; moralium. Sed earum necessitas est credita: & per scripturam canonicam, ac sanctorum patrum sententias reuelata. Vnde quęcunq; rationes naturales inducuntur ad probandū earum necessitatem deficiunt: licet multę congruitates adduci possent. Et tantum de articulo primo. ¶ Quantum ad articulum secundum: est hæc prima cōclusio. Effectus baptismi in suscipiente eum non indignè, est uniuersalis remissio culpæ. Hæc conclusio probari non potest ratione naturali,& efficaci: sed ē fide credita,& auctoritate scripturę probata. Nam Ioan. iij. dicitur. Nisi quis renatus fuerit ex aqua,& spiritu sancto &c. ergo a contrario sensu. si quis renatus fuerit &c. intrabit in regnum celorum &c. sed nullus peccato maculatus siue originali, siue actuali mortali, seu uenìali intrare potest in regnum cælorum: ut dicitur Apocalypsis. xxj. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum

Coro. 1

Coro. 2 Virtutes theologicę possunt infundi sine moralibus.

Arti. 2. Cōcl. 1. F Effectus baptismi ē uniuersalis remissio peccatorum.

quid coinquinatum: ergo regeneratio in aqua, & spiritu: quæ fit per baptismum, tollit omne peccati inquinamentum. Huic cōsonat illud Marci ultimo. Qui crediderit, & baptizatus fuerit; saluus erit. Solus autem credens actu, uel habitu, fide propria, aut aliena, digne baptismum suscipit: ergo omnis dignè suscipiens saluus erit: utiq; per baptismum: ergo a peccato soluitur. Ad idem est auctoritas beati August. in ench. cap. lj. tractantis illud apostoli ad Roman. vj. Quicumq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus: ubi latè probat conclusionem quoad paruulos, & adultos. Et ad idem est illud ad Ephes. v. Mundans ecclesiam lauacro aquæ, & uerbo uitæ: ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi. Ex quo patet, q̄ baptismus tollit mundanam omnem maculam originalem, rugam mortalem: & quicquid huiusmodi id est culpam uenialem. Item August. in ench. cap. xlii. Sicut a paruulo recenter nato usq; ad decrepitum senē: nullus prohibendus est a baptismo: ita nullus est, qui non peccato moriatur in baptismo. Sed paruuli tantum originali: maiores autem etiam his omnibus moriuntur peccatis, quæcunq; malè uiuendo addiderunt ad id: quod nascendo contraxerunt. Et hoc est, quod dicitur in conclusione: uniuersalis remissio, quę nullam culpam excludit: nec originalem, ad cuius remissionem principaliter ordinatus est baptismus: nec actualem mortalem. quod patet: quia culpa non remittitur nisi per gratiam: ut infra dicetur de pœnitentia. Sed omnis culpa mortalis: siue actualis, siue originalis, secundum institutum dei ordinem repugnat gratię; ergo una non potest remitti manente alia. Probatur idem extra de baptismo cap. maiores. quia Christus totum hominem saluum fecit in sabbato, qui opus imperfectionis non nouit. Itē si originale sine actuali dimitteretur: simul esset quis beatus, & miser: quod est impossibile. ¶ Sed de ueniali posset esse dubiū: cū uenialis culpa stet cū gratia: neq; eā expellit, nec minuit. Sed illo nō obstāte: baptismus nō tm̄ tollit mortalia: sed etiā uenialia cōmissa: ut patet ex auctoritatibus adductis. Nā baptismus in spiritusancto sufficit ad salutem. Vnde moriens in innocētia baptismali euolat: & per consequens impedimenta adipiscendæ salutis tollit. Impedit autem peccatum ueniale ingressum regni: quare tollit per baptismum non tanquam repugnans gratiæ: sed tanquam repugnans glorię. Ratio autem huius fundamentalis non est: nisi diuina liberalitas, quę tantum huic sacramento uoluit conferre efficaciam. Ponit tamen Alex. par. iiij. q. xx. artic. ij. huius plures congruentias. & post eum sanctus Bonauent. dist. iiij. q. j. quas placuit hic inserere. ¶ Prima ex parte eius, contra quod baptismus est institutus, scilicet culpa originalis peccati. Nam sicut corruptio originalis peccati est uniuersalis, & pessimas reliquit sequelas: ita cōgruum fuit, ut deus uniuersale, & magnæ efficacię remedium institueret: ut sicut in corruptione istius morbi manifestatur magnus rigor diuinę iustitię: sic in remedio liberalitas magna, & dulcedo diuinæ misericordiæ ostenderetur: ut non solum morbum: sed omnia, quæ consequuntur peccata: huiusmodi remedij uirtute deleantur. Hinc Rom. v. Non sicut delictum: ita & donum: sed multò excellentius donum. ut ibi probat apostolus. ¶ Secunda cōgruitas ex parte eius, ad quod est. Est enim baptismus ad regenerandū. Vnde in hoc sacramento transfertur homo de potestate tenebrarū in adoptionē filiorū dei. Et maximè aperitur largitas diuinę manus in primo reditu hominis ad deum. Et hoc innuitur ad Titum iii. Per lauacrū regenerationis, & renouationis. ss. quem effudit in nos abundè. ¶ Tertia congruitas est ratione ordinis: quia baptismus est primum inter omnia sacramenta, & fundamentum aliorū. Ideo ut pfectū statuat fūdamētū: placuit diuinę misericordiæ huic sacramento perfectam dare efficaciam ad delēdū oēm culpā: ut posteriorū oblitus

Vtrū ueniale dimittat in baptismo.

is, qui baptizatus est quasi nouus effectus: omnino ad anteriora se extendat: potissima tamē causa est supererogatio Christi in humana redēptione. Christus enim satisfaciendo pro homine damnato, multū supererogauit in satisfaciēdo: quia incomparabiliter maius fuit præciū redemptionis, quā delictū. Vnde Aug. in quodā sermone. Si æqualitate libren tur culpa hominis peccantis, & pręcium redemptionis, non tantū distat infima pars inferni à summo cardine cęli. Et quoniā secundū apostolū. Ro. vj. per baptismum cōmorimur Christo peccato, & consurgimus ad uitę nouitatē: operatur in baptismo perfectam sanationē supererogatio mortis Christi. & hoc ē, quod dicit glo. Exo. xiiij. sup illud. Nec unus superfuit ex eis: puta in mari rubro: quia omnia peccata in baptismo sunt remissa: & potentia diaboli est submersa. ¶ Sic ergo; quia baptismus est sacramentum perfectum: & perfectum remedium, & fundamentum legis, perfectæ: ideo cū originale peccatū priuet hominem innocentia: non deleret perfectē originale: nisi restitueret innocentiam. Non autem est innocens simpliciter, qui non caret omni peccato. Baptismus autē hūc effectū habet: nō pręcisē ex eo, quia cōfert gratiam simpliciter: sed quia configurat baptizatū morte christi: & secūdū supererogationē meriti mortis Christi baptizato per gratiā baptismalē. Et licet gratia baptismalis sit incipientiū: & ita imperfecta: quantū ad habilitādū ad bonum: tñ quantum ad liberandum a malo habet uim gratię pfectissimę: & hoc ex diuina ordinatione, qui per illud sacramentum tanquam per remedium perfectum uult omnia peccata delere: & perfectam innocentiam restituere. ¶ Dicitur notanter in conclusione suscipiēti nō indignē: quoniā in ficte accedētibus baptismus non habet neq; hunc, neq; sequentes effectus, ut dicetur, questio. sequenti. Accedit autem non indignē: qui non accedit fictē, neq; actu peccat peccato actuali. Non enim capit mens humana (ut dixit Alexan.) ꝙ deus remittat aliquod peccatum nisi qui

est in actuali uoluntate peccandi. In talibus enim baptismus non habet effectum: ut in sequenti q. dicetur. ¶ Verum de peccato ueniali, hoc est singulare, ꝙ si quis baptizatus est in actu, uel in proposito peccati uenialis: illud ueniale non dimittatur: quia non dimittitur peccatum actuale contra uoluntatē peccantis. Sed peccans actu uenialiter: uult peccare. Siquidem omne peccatum actuale est uoluntarium. Non autem dimittitur peccatum uolenti continuare peccatum: tamen non impedit remissionem quantum ad alia peccata mortalia, & uenialia. Cuius ratio est; quia ueniale non opponitur gratiæ baptismali: ideo gratia alia remittit respectu quorū non impeditur. Secus de mortali: quoniā si unum mortale placet, nullum peccatū dimittitur: quia gratia pœnitens excluditur. Hęc est sententia sancti Tho. q. v. huius distin. arti. j. in solutione tertię rationis. ¶ Secunda conclusio. Baptismus ritè susceptus remittit omnem pęnā æternā originali, & actuali debitam. Et temporalem pro actuali peccato ut tali satisfactoriam. Ratio cōclusionis est diuina uoluntas, & ordinatio, qua uoluit hęc per baptismum tolli. Et probatur quoad primam partē: quia baptismus tollit debitum originalis, & actualis peccati: ex conclusione prima: quia dimittit debitum culpæ uniuersaliter: sed debitū culpæ est debitum pęnæ æternæ: ergo. Ad hoc facit uerbum apostoli ad Rom. vj. Si complantati facti sumus similitudini mortis eius: simul & resurrectionis erimus. Ergo sicut ipse surrexit liber ab omni pœna: ita & nos liberamur per baptismum a pœna. ¶ Prę terea, ut arguit Thom. Christus per mortem suam sufficienter satisfecit pro peccatis totius humani generis: etiam si essent multò plura: & quia per baptismum Christo commorimur, & consepelimur: ut dicit apostolus; ideo baptismus quātum in se est totam efficaciā passionis in baptizatū influit: & propter hoc absoluit non tātū a culpa: sed etiā a pœna satisfactoria: & per hoc peccatū nō dimittis ut impunitū: sed pęnam

Cōcl. 2. G Baptismus ritè susceptus remittit oēm pœnā ęternā originali, & actuali debitā.

pro nobis soluit christus, cui per baptismum incorporamur. ¶ Dicitur notanter æternam: propter pœnam temporalem inflictam originali: quę facta est uelut naturalis homini: miseria .s. & mortalitas præsentis uitę, quę manet: & per baptismum non aufertur: nec in exteriori homine, nec interiori. Vnde Aug. in de baptismo paruulorum lib. j. Non hoc præstatur adulto in baptismo, nisi forte miraculo dei: ut lex peccati repugnans legi mentis penitus extinguatur: ut manifestum est: quod ita uoluit dominus. Cuius sanctus Bonauent. octo ponit congruitates. Valent enim pœnę illę ad humilitatis profectum: ad timoris diuinorum iudiciorum incussionē: ad suiipsius cognitionem: ad peccati fugam: ad boni stimulationem: ad uirtutum exercitationem: in signum adoptionis. & ut nemo accipiat baptismum in præmium retributionis. Si enim in baptismo daretur immortalitas: non propter æternam salutem: sed temporale præmium susciperetur: & fidei præmiū euacuaretur. Adducit concordantias ad singula: de hoc magister dist. pręsenti cap. viii. Si a pœna homines per baptismum liberarentur, ipsam putarent baptismi esse precium, non ęternum regnum. Ideo soluto reatu peccati temporalis: pœna tantum manet: ut illa uita studiosius quęratur, quæ erit a pœnis omnibus aliena. Ideo etiam manet, ut sit fideli, & certandi materia, & uincēdi occasio, qui non uinceret, si non pugnaret: nec pugnaret, si in baptismo fieret immortalis. Et Aug. xii. de trinit. cap. xvi. Prosunt ista mala, quę fideles pie perferunt: uel ad emendanda peccata: uel ad exercendam, probandamq; iustitiam, uel ad demonstrandam huius uitę miseriam: ut illa ubi erit beatitudo uera, atq; perpetua, & desidereretur ardentius: & instantius inquiratur. ¶ Dicitur & tēporalem pro actuali &c. quia licet baptismus non tollat temporalem pœnam pro originali omnibus inflictā: remittit tamen omnem pœnam satisfactoriam pro peccatis actualibus cōmissis. Vnde adultus non tenetur ad aliquā exteriorem satisfactionem. unde Aug. in libro de baptismo paruulorum. & concor. in Ench. xliii. c. & habetur de consec. dist. iiii. per baptismum. Quicquid ab homine dictum, factum, cogitatum est: totum aboletur: & quasi factum non sit, habetur. Sed si punitetur, non haberetur ut non factum. Peccatum autem factum, & cogitatum ad actuale peccatū spectat. Itē Amb. super illud Rom. xi. Sine penitentia sunt dona, & uocatio dei. Et habetur in litera. Gratia dei in baptismo non requirit gemitum, & planctum, uel aliquod opus: & omnia gratis condonat. Quod exponit magister de exteriori gemitu, & plāctu. Nam sine interiori nemo adultus renouatur: sed exteriores satisfactiones, & afflictiones .s. & sordes penitentium, ibi dimittuntur. Hæc magister. Sed dist. Iudęis ad baptismum uenientibus indicebatur penitentia quatuor dierum: ut dicit Greg. Fausting defensori. Et habetur de consec. dist. iiii. Ne quod absit. Ergo uidetur, ꝙ baptismus non tollat penitentiam exteriorem. Respondetur: ꝙ illa penitentia non indicebatur propter sacramenti inefficaciam: sed propter eius reuerentiam: & probationem iudęorum baptisma recipientium. Ideo non indicebatur post susceptionem baptismi: sed ante. ¶ Tertia conclusio. Cōcl. 3. H
Quamuis baptismus fomitem peccati in rite baptizato nō penitus extinguat, Baptismus nō ipsum tamen minuit, & remittit. Prima tollit fopars patet per experientiam. Nā rebellio mitem carnis aduersus spiritum manet: ut peccatii dicit apostolus Rom. vii. Video aliam sed milegem in membris meis repugnantē &c. nuit.
Secūda pars patet per magistrū in textu. Et per beatum Aug. in de baptismo paruulorū, & habetur de cōsec. dist. iiii. Nō ex quo. In baptismo quamuis fiat plena remissio peccatorum: nondum tamē plena est nouitas: & mutatio perfecta: quia adhuc remanet corruptio: non solum in corpore: sed etiam in animo, qui est homo interior, in quo si perfecta nō esset nouitas: non diceret apostolus, de die in diem renouatur. Hoc quo ad primam partem. Et quo ad secundam

dam sequitur. Hæc autem lex peccati non sic permanet in membris eorũ, qui renati sunt, tãquam non sit eis facta plena remissio: ubi plena fit omnium peccatorũ nostrorum remissio: omnibus inimicis interfectis, quibus separabatur a deo: sed manet in uetustate carnis tanquã separatum, & peremptum: si non illi cito consensu reuiuiscat: & in regnum propriũ reuocetur &c. bene ad propositum. ¶ Sed contra conclusionem replicatur. Fomes nõ remittitur in baptismo. Quod probatur, quia si sic, maxime per gratiam infusam: sed hoc non: ergo. Consequentia nota cum maiore: quia nulla alia causa assignari potest. Minor probatur: quia cum fomes sit in carne, uel in aliqua uirtute corporali: per gratiam, quæ est in anima: non potest formaliter remitti: seu diminui: quia non est inter ipsum, & gratiam formalis repugnantia: cum non sint nati fieri circa idem. Ad hoc respondetur secundum Sco. ꝙ fomes quantum hic sufficit: dicitur diminui: non quantum ad eius essentiam: sed quantum ad effectum, quem consueuit causare in anima scilicet peccatum: & quantum ad illum minuitur per gratiam: quia cum gratia augetur; & fomes minorem habet efficaciam inclinandi ad peccatum: ut puta in actus a fortiore inclinatione gratię ad meritum. Vtrum autem fomes quoad essentiam sit intensibilis, & remissibilis: dictum est in secundo dist. xxx. v. ii. prope finem. Et ponitur exemplum conueniẽs de lapillo alligato alę aquilę: quia si cresceret uirtus motiua aquilę, licet non diminueretur grauitas lapilli; quia non sunt opposita: nec in eodem uirtus motiua aquilæ: & grauitas lapilli: diminuitur tamen grauitas lapilli quantum ad effectum. Quantò enim maior est uirtus in ala: tantò minus impedit lapillus uolatum. ¶ Et per hoc patet responsio ad formam replicæ; concedendo, ꝙ fomes minuitur quoad effectum suæ inclinationis per gratiã. Et consequenter conceditur, ꝙ gratia non formaliter opponitur fomiti: & per hoc, ꝙ non remittit essen-

Fomes nõ minuitur quantũ ad essẽtiã, sed quantũ ad effectum.

tiam fomitis. Sed nihilominus potest impedire eius effectum: quia etiam mutuò se impediunt, quæ non formaliter contrariantur. ¶ Conclusio quarta. Omnibus ritè baptismũ suscipientibus gratia gratum faciens si nõ inest, de nouo infunditur: si præfuit, augmentatur. ¶ Dicitur ritè; ad excludendũ indignè, & fictè accedentem. Hoc enim intelligo per ritè suscipientem: quòd per non indignè accedentem. Probatur prima pars conclusionis: quia ritè suscipiens regeneratur in adoptionem filiorum dei: & redditur dignus uita æterna. Remittitur etiã omnis culpa, & pœna, ut dictum est, sed nihil horum fieri potest sine gratia secundum legem dei ordinatam: ergo illa pars conclusionis uera. ¶ Secunda pars huius probatur per magistrum in textu dist. præsenti c. vii. & viii. colligentem quid efficiat baptismus in iam iustificatis per contritionem: antequã baptismum percipiunt. Primò dicit, ꝙ tales absoluuntur per baptismum ab omni pœna satisfactoria pro peccatis actualibus: nec per contritionem quoad culpam dimissis. Secundò mundantur a peccatis e si quæ post conuersionem commiserunt: & ab eorum exteriori satisfactione absoluuntur. Tertiò adiutrix gratia, & omnis uirtus in eis augetur: ut quilibet talis tunc uerè nouus homo dici possit. Et ad hoc allegatur beatus Hieron. dicens Non habenti ibi datur: & iam habenti, ut plenius habeat, datur. Qui ergo mũdus accedit: ibi fit mundior. Et omni habenti ibi amplius datur. Quartò fomes peccati in tali amplius debilitatur. Quintò: quia ecclesiæ incorporatur: quia quasi ramus a columba in arcam portatur. Ante intus erat iudicio dei: sed nunc etiam iudicio ecclesiæ intus est. Hæc magister. Et debet illa pars cõclusionis intelligi de communi lege, propter uirginem gloriosam, quæ si in conceptione filii sui, totam gratiam, ad quam præuisa erat, recepit: & fomes penitus extinctus fuit in baptismate, quo post baptizata creditur: neq; gratię augmentum: neq; remissionem culpæ

Cõcl. 4 In baptismo gratia, infundit, aut si p̃fuit, augetur.

nullā unquā fecit: & per cōsequens nec pœnæ: quia nullius debitrix fuerat: neq; fomitis debilitationem (qui totus extinctus erat) recipit. Ecclesiæ incorporationem eius iudicio: characterem, & meriti augmentum est consecuta. ¶ Quinta cōclusio. Omnibus ritè baptismum suscipientibus infunditur charitatis uirtus. Probatur: quia omnibus talibus infunditur gratia ex conclusione quarta: ergo & charitas. Tenet cōsequentia: quia idē sunt: ut ostensum est in secundo: uel secundum aliorum opinionem: si sint realiter distinctę: sunt tamen inseparabiles: ut ibi probatum est. ¶ Præterea: per baptismum baptizatus constituitur in sorte filiorum regni: sed sola charitas diuidit inter filios regni, & carceris: ut uult August. super cano. Ioan. ¶ Præterea: baptizatus si moritur in eo statu, saluatur: sed sine charitate nullus saluatur. j. Corint. xiij. Si linguis hominum loquar, & angelorum: charitatem autem non habeam: factus sum uelut æs sonās: aut cymbalum tinniens &c. Ergo in baptismate charitas infunditur. ¶ Sexta conclusio. Licet fidem, & spē in habitu infundi baptizatis non possit probari euidenter: est tamen tanquam magis consonum scripturæ, & dictis sanctorum tenendum probabiliter. Probatur prima pars: quia neq; id potest probari per rationem: neq; per scripturam: neq; per ecclesię determinationem. Quod non per rationem: probatur. Quia cum charitas, quę est gratia: potest separari ab habitu fidei, & spei: ut dictum est in primo articulo: & in Ockam. quæstio. iij. arti. iij. ideo potest sine eis infundi. Quia quę sunt distincta: & unum non dependet ab alio, possunt distinctè produci idest unū sine alio: & sic producta conseruari. Quòd non per auctoritatem scripturę: patet: quia maximè per illas. (Qui non crediderit, condemnabitur.) Mar. ulti. Item Heb. xj. Sine fide impossibile est placere deo: & per consimiles, quæ possunt adduci ex canone biblię: sed omnes illę intelligendæ sunt de adultis, quibus non sufficit fides ecclesiæ: sed requiritur fides propria: ut exponitur extra de baptismo, & eius effe. Maiores. Quòd etiam non per determinationem ecclesiæ: quia ecclesia hoc non determinat. Sed utrum uirtutes in baptismate infundantur, uel non: disputationi doctorum relinquitur: ut habetur extra de baptismo. Maiores. Secunda pars probatur: quia ecclesia illam doctorum sententiam: licet non simpliciter determinet, eam tamen eligit, qua asserunt gratiam, & uirtutes in baptismate infundi tanquam probabiliorem: ut habetur de sum. trin. & fi. catho. c. unico in clementinis. Prętérea per hanc sententiam planius saluantur scripturæ supra allegatæ. Qui non crediderit, &c. quæ uerę sunt, sicut sonant: cum nec paruuli baptizati sine fide saluantur: habent enim fidem habitualem: licet non fidei actum. Item partes beatitudinis scilicet uisio: tentio: fruitio: correspondent fidei, & spei, & charitati uiæ. Cum ergo pueri post baptismum defuncti cōsequuntur ueram beatitudinem quantum ad omnes partes ex uirtute baptismatis: probabile est, q etiam in uia conferat, quibus illa correspondent in patria. Item dicit August. ut allegat Alexand. Fides datur, & nutritur in baptismo. Datur quantum ad paruulos: & nutritur quantum ad adultos. Item per baptismum paruulus renascitur spiritualiter: ergo ad uitam spiritualem: sed spiritualis est per fidem, sicut scriptū est. Iustus ex fide uiuit. Nec uirtutes theologicæ frustra sunt in paruulis: quia eo, q insunt, animam ornāt, & perficiunt: ipsamq; disponunt, & habilem reddunt adueniente usu rationis ad actus uirtutum tunc eliciendos concurrentibus doctrina, & uirtutibus acquisitis. ¶ Septima conclusio. Nullæ uirtutes eiusdem rationis cum acquisitis infunduntur ui sacramenti ritè baptizatis. Probatur conclusio dupliciter experientia. Prima: quia uirtute eiusdem rationis cum acquisitis: præsente obiecto ex se sufficiunt ad eliciendum actus suos. Nam habens habitum scientiæ; formata propositio-

Cōcl. 5. In baptismo uirtus charitatis infunditur.

Cōcl. 6. K In baptismo infundi spem, & fidē tenerī pro probabiliter.

Cōcl. 7 L Nullæ uirtutes eiusdem rōnis cū acqsitis infūdūt in baptismo.

ne in intellectu statim assentit. Et habens habitum temperantiæ præsentato obiecto uoluntati statim elicit actum temperantiæ:saltem sufficit elicere sine alio. Sed paruulus baptizatus ueniens ad annos discretionis: si proponitur obiectum fidei circumscripto habitu, & doctrina acquisitis: non magis credit : quàm non baptizatus : ut docet experientia : ergo non habet in se habitum eiusdem rationis cum habitu fidei acquisito. Suo modo arguitur de obiectis uoluntatis odij, uel dilectionis: & sic de alijs. ¶ Item ut arguit Ockam q iii. quarti. Illud, quod facit obiectum respectu notitiæ intuitiuæ: hoc facit habitus respectu notitiæ abstractiuæ : ergo sicut obiectum potest esse causa respectu notitiæ intuitiuæ,ita habitus (si ponatur) potest esse causa notitiæ abstractiuæ: & per consequens si ponitur habitus eiusdem rationis cum acquisito in baptizato;potest per ipsam habere notitiam abstractiuam alicuius credibilis,cuius nunquam habuit notitiam intuitiuam: uel præuiam actualem: quod est contra experientiam.

¶ Secunda experientia. Habitus uirtutis acquisitus, cōtrariatur habitui uitio so opposito acquisito: & per consequēs expellit eum:sed pono, ꝙ baptizatus adultus habeat habitum intensum ante baptismum(gratia exempli odiendi proximum) post baptismum adhuc sentit se inclinatum ad odium proximi. Ergo adhuc manet in eo habitus odiendi: & per consequens non habet habitum infusum: eiusdem rationis cum habitu diligendi proximum:quia si fuerit eiusdem rationis : contrariatur habitui odiendi proximum : & per consequens eum expelliet quod est contra experientiam.

Cōcl. 8. M in baptismo de lege cōi nō infūdunt uirtutes morales.

¶ Octaua conclusio. De lege communi in baptismate non donantur uirtutes morales infusę. Illa conclusio probatur. Quia uel uirtutes illæ infusę essent eiusdem rationis cum acquisitis, uel alterius. Non primum, ut patet ex conclusione pręcedenti. Nec secundum: quia huiusmodi uirtutes morales non sunt ponendę:ergo. Probatur antecedens: quia non est ponenda necessitas sine ratione:sed nulla ratio,nec auctoritas scripturę cogit ad ponendum. Quod ostenditur. ꝙ nulla ratio probatur:quia maximè illa, quā ponentes oppositum ponūt.& recitat Ockam quęst. iii. scilicet deus nō minus perfectè agit in operibus gratiæ, quā naturæ : sed nō inuenitur in scriptura, ꝙ ipse dat aliquod principium operationum:nisi det omnia necessaria ad illas operationes : sicut non dat uirtutem progressiuam, nisi det organa : & omnia requisita ad progressionem: & sic de aliis operibus naturę:ergo eodem modo in operibus gratię. Nunc autem habens charitatē: habet principium omnium operationū meritoriarum: & non possunt operationes illę exerceri sine uirtutibus moralibus. puta actus prudentiæ sine prudentia : actus iustitię sine iustitia : actus temperantiæ sine temperantia : actus fortitudinis sine fortitudine : & sic de similibus. ergo deus dando charitatem: dat omnes uirtutes morales. ¶ Sed illa ratio non probat: quoniam multipliciter deficit : ut idem uult ubi supra. Nam falsum assumit: ꝙ deus in natura non dat principium operationum: nisi det omnia necessaria ad illas operationes &c. quia oppositum frequenter est uerum. Nam deus creando hominem, dat sibi principium sciendi, & uirtuosè uolendi:scilicet intellectum,& uoluntatem: & tamen non dat sibi habitus de communi lege,per quos potest faciliter in talia opera : sed dat sibi facultatem acquirendi tales habitus. Et sic in proposito:quando dat charitatem,dat principium merendi sufficiens, quo potest in omnia opera meritoria, & uirtuosa. Ideo non oportet, ꝙ det sibi omnia,per quę potest in illa promptè,& expeditè:sed sufficit,ꝙ dat facultatē acquirendi talia.¶ Prꝛterea nō imprimūtur talia naturę necessaria ad operationē; nisi quādo principium ex se non est sufficiens ad huiusmodi operationes exercendas, sicut exemplo posito:quia uirtus progressiua sine organis non sufficit ad motum progressiuum : ideo natura dedit or-

gnata: sic non est in proposito: quia per charitatem quis potest in omnia opera meritoria mediantibus habitibus acquisitis: ut dictum est in tertio. Ideo præter uirtutes morales acquisitas non est necessarium infundere alias. Et per hoc patet: quod nec hoc est uerum, quod in ratione assumitur: .s. quod opera meritoria non possint exerceri sine uirtutibus moralibus saltem infusis, de quibus argutum est. Quoniam si intelligit de acquisitis nihil ad propositum: quia illas homo habere potest ex se: & per hoc, quod illæ requiruntur: non probatur, quod infusæ sint necessariæ. Quamuis etiam uirtutes acquisitæ nõ sint simpliciter necessariæ ad opus uirtuosum, aut meritorium: quod patet: quia opus uirtuosum, aut meritorium præcedit habitum acquisitum: cum habitus uirtuosus acquiratur ex operibus uirtuosis frequentatis. Nec experientia cogit: quia nihil experitur baptizatus, quod possit: quod non possit nõ baptizatus: similiter sicut ipse nutritus, & formatus. Nec auctoritas aliqua, cui non liceat contradicere, hoc asserit: quoniam & capit. in Clementinis (quod opinionem istam reputat probabiliorem, quæ dicit, quod uirtutes infunduntur) non dicit, quod uirtutes morales infundantur. Sed dicit gratia, & uirtutes. quod sanè de theologicis uirtutibus intelligitur, quæ sunt necessariæ ad salutem: non de moralibus: saltem nõ oportet. ¶ Similiter si allegatur, quod ipse dominus docuit omnem uiam prudentiæ. Baruch. iii dicens. Audi Israel mãdata uitæ: auribus percipe, ut scias prudentiã &c. Et illud Ioann. j. Omnia per ipsum facta sunt &c. Et illud Esa. xlv. Ego dominus faciens omnia hæc. Et j. Corint. xii. Diuisiones operationum sunt idẽ uero deus, qui operatur omnia in omnibus. Intelligendæ sunt secũdũ Ockam, quod deus est causa partialis, & immediata respectu cuiuscunq; effectus. Et ita uidetur, quod superfluum est ponere uirtutes morales infusas. ¶ Conclusio nona. Gratiam cum uirtutibus theologicis infusam in baptismate concomitatur intellectus illuminatio: affectus fecundatio: & incorporatio baptizati Christo, & ecclesiæ. Probatur conclusio: quia gratia unit eum, cui inest capiti Christo, & corpori ecclesię: & membrum eius constituit: non mortuum (quod fides informis potest) sed uiuum.

Cõcl. 9. N Gratiã bapti- smi con comitaẽ illuminatio.

Vnde August. ad Bonifaciũ dicit: unũquemq; membrum Christi per baptismũ fieri. ¶ Item per baptismum adscribitur familię Christi: quę adscriptio est incorporatio ad minus numero: etsi non merito, si impediret fictio. Similiter charitas fęcũdat: quia dat animę potẽtiã ad meritoriẽ operãdũ: operari uero meritoriẽ est parere fructũ uitæ. Hinc glos. ps. xxvii. Per baptismũ anima ariditate peccatorũ sterilis fęcundatur. Sic fides in baptismo infusa: lumen est, quo aptatur ad uidendum credenda. quãuis nondũ in actu: sed in habitu manifestentur credenda. quæ (concurrente fide actuali) uidentur. i. cognoscuntur. Et hoc modo Dionysius, & Damascenus illuminationem attribuunt baptismo. Vnde, & baptismus sacramentum fidei dicitur. ¶ Cõclusio decima, & ultima. Baptismus omnibus ritè baptizatis aperit ianuam regni cęlestis. Probatur conclusio. Illud aperit ianuam regni cęlestis, quod remouet oẽ illud, quo anima separata a corpore impeditur ab ingressu regni. Sunt autem duo impedientia animam separatam: scilicet peccatum, & pœnæ debitũ. Illa enim superna hierusalem libera est: ut ait apostolus ad Gal. iiii. Libera ab omni seruitute pœnæ, & culpæ. Pœnæ quidem: quia pœnę solutionem sequitur tristitia, & dolor. Hæc autem in cœlesti beatitudine minimè reperiuntur: propter quod Ioann. in Apoc. de electis loquens ait cap. xxi. Absterget deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors ultra non erit: neq; luctus: neq; clamor, neq; dolor. Culpę uero sicut ibidem testatur Ioann. c. xxii. cũ dicit. Nõ intrabit in eã aliquid coinquinatũ, aut abominationem faciens, & mendacium. Sed baptismus oẽ culpã tollit, & omne debitũ pœnę satisfactoriæ, baptizatum expedit ab omni retardatiuo regni: ita quod baptizatus nisi post ba-

Concl. 10. Baptismus omnibus ritè baptizatis aperit ianuã regni cœlestis.

ptismū in peccatum relabatur: moriens euolat ex gratia baptismi: ut ex superioribus patet: ergo regnū cęleste aperit. Et licet hęc porta aperiatur principaliter a deo: meritorié a passione Christi: tamē fit instrumentaliter, & dispositiué a gratia baptismali. ¶ Ex hoc patet differētia, quam inter alias Beda assignat baptismi a circumcisione: quia baptismus aperit ianuā regni cęlestis: nō aūt circūcisio. Nō tamē in hac fundatur, ꝙ circumcisio pręcessit passionem, per quam regnum apertum est omnibus: quantum ad sufficientiam: & baptismus sequitur. Quin etiam circūcisio facta post Christi passionē, ante sufficientem euāgelij promulgationē: licet originale peccatū abstulerit: nō tamen regnū circumcisio (saltē adulto) aperuit: quia pœnā actualium peccatorū satisfactoriā nō penitus abstulit: & ita non omnia impedimenta introitus regni remouit. Baptismus uero, ut dictū est, omnia tollit: quia pœnā, & culpā remittit. ¶ Quantū ad tertiū articulū dubitat primò. Nā uidet, ꝙ septima conclusio contradicat sextæ. Nam sexta conclusio concedit tanquam magis consonū scripturæ, fidem & spem infundi baptismo: & septima generaliter negat uirtutē eiusdē rationis cū acquisitis infundi in baptismo. Fides autem, & spes, quæ infunduntur: sunt eiusdē rationis cū fide, & spe acquisitis: quia sunt eorūdē actuū, & obiectorū. Ad hoc dubium respondetur breuiter: ꝙ cōclusiones illę non contradicunt sibi: quia cōclusio septima notanter loquitur de uirtutibus eiusdē rationis cū acquisitis: nūc autē fides, & cæterę uirtutes theologicæ infusæ, de quibus sexta conclusio loquitur: non sunt eiusdē rationis cū acquisitis: ut probatū est in tertio. Et ꝙ hic arguitur: ꝙ sint eorundē actuū, & obiectorum: patet ibi, ꝙ non: quia uirtutes infusæ non possunt in illos actus sine acquisitis, in quos acquisitæ sine infusis: ut ibi declaratum est. Non enim potest habitus infusus immediaté mouere ad actum sine acquisito: ut experientia docet saltē loquēdo de infusis, quę de lege cōicū gratia infundunt. Pōt tñ deus ꝑ miraculū infundere uirtutes eiusdem rationis cū acquisitis: quę immediaté mouent sine acquisitis: sicut apostolis infudit spiritussanctus fidem, quos docuit (iuxta promissum Christi) omnem ueritatem, per quā statim crediderūt omne credibile obiectū. Hoc autem non operatur fides de cōmuni lege in baptismo infusa.

Arti. 1. Dub. 1.

Virtutes infusę non sūt eiusdem rōnis cum acquisitis.

Dub. 2.

¶ Dubitatur secundò contra conclusionem octauā, quę negat infusionem uirtutū moraliū. Nā uidet, ꝙ uirtutes morales infundātur eadem ratiōe, qua hoc conceditur de theologicalibus. ¶ Pręterea deus quos sanat, perfecté sanat. Dei enim perfecta sunt opera. Deut. xxxij. ergo cum iustificat impium ipsum sanā do: ita partem sensitiuam sanat sicut rationalem. ergo sicut in rationali ponuntur uirtutes theologicę infusæ: ita ponendę sunt in sensitiua morales infusę. ¶ Pręterea uirtutes morales acquisitę nō sufficiunt ad salutem: ergo necesse est ponere infusas morales. Consequentia tenet: quia deus non deficit in necessarijs ad salutem. Añs probatur: quia uirtutes morales acquisitę non sunt natę dirigere actiones in deū tāquā in finem: quod tamen necessarium est salutem. Nā philosophi, & alij infideles: habuerunt uirtutes fortitudinis, temperātiæ ēt eiusdē rationis cū uirtutibus nostris: & tamen uirtutes eorū non dirigebāt ad deū tanquā in finem ultimū suas actiones: ergo nec nostrę: cū sint eiusdem rationis in illis, & nobis. Et per consequens necessariū est ponere alias in nobis, quibus nostra opera in deū dirigantur. ¶ Pręterea cū uirtutes illæ sint perfectiones animæ: nullā includentes imperfectionem: etiā ponendę sunt in beatitudine: ubi est omnis perfectio cōueniēs beato. Sed si paruulus moreret, priusquā adoleret: semꝑ illis uirtutibus in beatitudine careret: sicut semper caruisset in uia. ¶ Item in tertio dis. xxxiij. ar. iij. in solutiōe secūdi dubij dicit: ꝙ ponēdę sunt uirtutes morales infusæ: & allegatur ad hoc auctoritas Aug. Et ita psalteriū nō cōcordat cū cithara. ¶ Ad illa rñdet: ꝙ ut dicit Ockā. Virtutes morales infusas esse ponendas, non potest euidenter probari: nec

Vtrum uirtutes morales fideliū sint eiusdē rōnis cū uirtutibus in fideliū.

etiã improbari. Et ita uidetur esse ꝓblema neutrũ ex utraq; parte ꝓbabile: tñ quia nõ apparet rõ necessitatis: nec auctoritas cogẽs: el git dictus doct. (quẽ imitor) partẽ illã, q̃ uitat pluralitatẽ. Et ꝓhoc ad primã rõnem dr̃, ꝙ alia ratio est de theologicis, ut patet in probatione sextæ cõclusionis, q̃ licet sint rõnes nõ cogẽtes: habent tñ locũ in theologicis: & non in moralibus: ut patet eas aduertenti. ¶ Ad secũdã dicit: ꝙ deus, quẽ sanat, perfectẽ sanat; quia oĩa peccata dimittit. His. n. dimissis est perfectẽ sanus: quia dispositus ad regnum. Non tamen ideo habitus uittorũ a iustificato expellit: ideo nec oportet, ꝙ habitus uirtutũ infundat. Vnde perfecta sunt opera in genere: quibus nihil deficit de necessarijs: uel ad integritatẽ rei ꝑtinentibus: sed nõ sunt pfecta scd̃m oẽm perfectionem rei, quam operatur possibilẽ. ¶ Ad tertiã dicitur: ꝙ uerũ est; ꝙ uirtutes morales nõ sufficiunt ad salutẽ sine theologicis. Sed acq̃sitæ morales sufficiunt cũ charitate ad salutem, & ad omnem actũ meritorium eliciendum: qa charitas inclinat immediatẽ ad actum cuiuslibet uirtutis. Ideo dicit bea. Greg. qa omnia præcepta sunt unum in radice charitatis, eo ꝙ charitas ad obseruantiam omnium præceptorum inclinat. De omnibus autem actibus uirtutum quatenus sunt necessarij ad salutẽ dantur ꝑcepta. Et ideo nullus actus est perfectẽ uirtuosus, uel meritorius sine actu charitatis. Verũ facilius inclinatur homo ad uirtuosa, & meritoria: concurrente cũ charitate uirtute morali acquisita, q̃ a sola charitate. ¶ Et quod in ratione tertia assumitur: ꝙ uirtutes nostre sunt eiusdẽ rationis cum uirtutibus philosophorũ infidelium uerum est, ꝙ fidelis põt acquirere uirtutẽ moralẽ eiusdẽ rõnis cũ nis: quando. s. operatur fortiter, & tẽperanter: propter finem honestum circa deũ non ultra ordinãdo in deũ; sed habitus sic acquisiti non sunt uirtutes perfectę: sicut nec actus eorum meritorij. Sed uirtutes morales fidelis ex actibus meritorijs causatæ non sunt eiusdem rationis cum uirtutibus philosophorum: qa uirtutes morales distinguũtur scd̃m distinctionem obiectorum partialium: finis autem est obiectum partiale: ut dictum est in tertio: cum ergo hic, & ibi sint diuersi fines: qa in istis deus est finis: qui non est finis in illis. Nam philoso. (exẽpli causa) abstinet per temperantiã propter salutẽ corporis, & eius bonã dispositionem ad operationes rationis: fortiter egit ꝓpter bonũ reipublicę, aut alios similes honestos fines: & ita habitus ac quisiti inclinabant ad opera similia propter eosdem fines. Sed christianus, ut talis operatur fortiter: abstinet temperãter: corpus castigat, & in seruitutem redigit propter deũ: qa sic deus pręcepit: uel quia deo placent huiusmodi opera. Ideo uirtutes ex illis operationibus genitæ habent alium finem: & per hoc aliud obiectum partiale: & per consequens sunt alterius rationis uirtutibus philosophorum. Et hoc etiam uerum est circũscripta charitate infusa, puta si esset charitas acquisita, siue infusa. ¶ Ad quartam dicitur, concesso ꝙ sunt perfectiones animæ, nõ tamen oportet eas esse in beatitudine: quia non sunt debitę alicui nisi ex merito proprio, aut singulari dei benignitate homini conferãtur. Nec omnis perfectio inest beatis: sed illa, quæ inesse debet eisdem ¶ Ad ultimam dicitur, ꝙ in opinabilibus, quæ ut opinabilia dicuntur: non est incõuenîens aliqua nunc secũdum unã opinionẽ asserere: & nunc eius cõtrariũ scd̃m aliam opinionẽ. Hoc etiam frequenter philosophos, & sanctos fecisse inuenitur. Secus si contraria dicerentur determinatiuẽ. Sic in tertio dictũ est secũdũ opiniõem aliorũ, nõ eã approbãdo: sed dictum eius recitando. Vnde ibi sic dr̃: ꝙ cõiter dicitur de uirtutibus moralibus infusis sicut de theologicis: & ita nihil determinando asseritur. Sed dictum cõiter opinantium recitatur. Hic autem oppositum tanquã magis rationabile opinando asseritur. Et ad auctori. Augu. quæ ibi allegatur, rñdẽbitur, ꝙ Augustinus non diffinit uirtutem in genere: sed uirtutem gratuitam, quæ semper includit charitatem infusam:

qua sola rectè uiuitur: & qua nullus ma lè utitur. Aliis enim uirtutibus omnibus potest quis malè uti obiectiuè: licet non formaliter: charitate autē habita nemo potest malè uti: neq; formaliter, neq; obiectiuè: quia nō stat cum malo usu. Et ita ista auctoritas Augu. non est ad oppositum conclusionis. ¶ Dubitatur tertiò. Vtrum baptismus habeat plenum effectum in fictè accedentibus cedente fictione. Dubium illud non quærit de ficto: qui nec sacramentum suscipit, nec rem sacramenti: quia cum ille in fictione non recipit sacramentum: nullum eius effectum recipit recedente fictione: quia eius, quod non fuit, nullus est effectus: sed de eo, qui sacramentum uerè suscipit: sed propter suam indispositionem non participat gratiā, quę est res sacramenti: nec remissionē peccatorum. Quis sit hic, uel ille fictus: sequenti quęstione dicetur. ¶ Consequenter notandum: ꝙ de hoc utrum recedēte fictione peccata dimittantur ei, qui deponit fictionē ꝑ uerā cōtritionē. Cōcors est omniū sententia, ꝙ sic: alioqn ficte accipienti baptismū pręclusa esset uia salutis: cum baptismus nō sit iterabilis. Instituit. n. dn̄s baptismū ūiterabilē: ne propter plenam remissionem, quæ fit in baptismate tam culpę, quā pœnæ daretur occasio sępius delinquēdi: si baptismus sępius posset reiterari. Nulli autem quotiescunque labenti præclusit deus uiā salutis: quandiu fuerit in hac uita. Non enim ad maiorem miserationem uoluit quemcumque nostrum ad proximum obligare, quā ipse uoluit habere ad subditum. Petro autem quęrēti quoties deberet dimittere fratri peccāti in ipsum respondit. Septuagies septies Matth. xviij. immo secundum August. Millesies. in homilia dicentem. Et uniuersaliter quotiescumq; peccauerit, & recognouerit: toties parcendum est ei. Ideoque instituit dominus aliud remedium a baptismate: per quod quotiescūque peccatum commiserit in uia: scilicet sacramentum pœnitentiæ potest deo reconciliari: & ita patet ficto uia salutis uolēti recedere de illa fictiōe. Sed utrum cedente fictiōne: alia peccata pura ante baptismum commissa dimittantur ui baptismatis in fictione suscepti: an uigore pœnitentię, & contritionis. De hoc recitat Durandus duas opiniones. Vnā: ꝙ cedente fictione peccata dimittuntur, quæ propter fictionem in baptismo remissa non sunt: sed non uirtute baptismi præcedentis: sed propter cordis contritionem per charitatē, & mentis humiliationem. Et hęc est Io. in apparatu decreti in capitulo. tunc ualere. de conse. distinct. iiij. exponentis illud Augustini in de baptismo paruulorum. Tunc ualere incipit ad salutem baptismus. cum illa fictio ueraci confessione recesserit, quæ corde in malitia, uel sacrilegio perseuerante peccatorū ablutionem non sinebat fieri. Et post et addi ratio. Nam opus mortuum nunquam uiuificatur: sed baptismus in fictione susceptus est opus mortuum, qa in mortali peccato factū: ideo per cessionem fictionis, aut contritionem uiuificari non potest. ¶ Sed cōtra istam opinionem, & glossam arguit Durandus; ꝙ glossa ista corrūpit textū: qui dicit, ꝙ baptismus incipit ualere, cum fictio recesserit glos. dicit, ꝙ remissio pc̄ōrū nō fit uirtute baptismi præcedentis: sed ꝑpter cōtritionem cordis Ex quo sequitur; ꝙ recedente fictione, nullus est ibi ualor baptismatis, sed contritionis: nō ergo tunc incipit ualere baptismus. ¶ Ideò est alia opinio doctorum communiter Alexan. Tho. Bonauen. Richardi, quam ipse approbat: & dicit ecclesiā tenere: de remissione peccatorum per baptismum, ꝙ per baptismum recedente fictione tollitur ois culpa, & pœna peccatorum ante baptisma commissorū: non tn̄ ipsius fictionis: nec eorum ꝑcedentiū, q̄ erant cā fictiōis in baptismo; ut addit Sco. & declarat. q. v. huius distinct. uerbi gratia. Aliquis ante baptismum commisit septem peccata mortalia: & ueniens ad baptismum de sex atteritur; septimum actu placet, uel de eo nullo modo atteritur. Illud septimum est solum causa fictionis eius in baptismo. Oportet ergo, ꝙ uerè pęniteat

Dub. 3. De effectu sacramēti in fictè accedētibus.

Alia opinio. Recedēte fictione tolli tur omnis culpa.

de illo septimo,& in se:& in quantũ fuit causa fictionis eius in baptismo:quod,p tanto dico:quia forte peccauit uno alio peccato mortali faciens irreuerentiam sacramento:suscipiendo baptismũ in tali fictione. Sed recedente illa fictione,quæ fuit impedimentum effectus baptismi per ueram penitentiam ,& contritionem(quia aliter fictio illa,& peccatum hoc septimum non dimittitur) deus confert gratiam baptismalem in remedium contra alia sex peccata,quæ fuissent deleta in baptismo : nisi fictio concurrisset : & ideo talem de illis sex non oportet habere ueram pęnitentiã, nec forte nouam attritionem : præter illam,quę habita est ante baptismũ: sed solo impediméto amoto:sicut deus suo signo astitisset ad causandum, & dandũ effectũ eius suscipienti:si non fuisset impedimentum in suscipiente. Ita paratus est semper post susceptionem signi,assistere ei,qui suscipit : ad causandũ in eo effectum,quando cessat huiusmodi impedimentum. Et non oportet,ut uult Scotus ibidem,id attribuere charácteri impresso ipsi ficto: quasi ipse sit causa: aut aliquid operetur ad effectum baptismalem:ut dicunt communiter alij. Sed solum,ꝙ deus ex eadem pactione assistit etiam postea ei,qui suscipit : quàm cito fictionis obex tollit , qua astitisset in signi susceptione,si fictio non fuisset ❡ Sed cõtra hunc modum replicat Sco. ibidem. Si per pęnitentiam deletur fictio:& illud septimum peccatum , quod erat causa fictionis: non autem potest delere unum mortale , quin deleantur omnia: quia secundum Augusti. Impiũ est dimidiam ueniam a deo sperare:ergo per illam pęnitentiam delentur omnia alia sex peccata: non ergo gratia baptismalis delet illa sex alia. Item peccatum mortale,quod manet post baptismum,non potest deleri sine pęnitẽtia; quia illa est secunda tabula post naufragium.secundum Hierony. illa autẽ sex peccata , quæ non sunt causa fictionis, manent post baptismum:ergo non delentur nisi per pęnitentiam. Vel si fingas alia deleri per baptismum,quando tollitur impedimentum: quare non ita potest illud septimum,& fictio tolli, quando cessat impedimentum per illud baptisma. ❡ Nec ualet solutio:si diceretis ꝙ pęnitentia quantum est de se,deleret omnia peccata; si non præueniretur ab alia causa potentiore:sed quia præuenitur per baptisma,quod tunc habet effectum suum:pœnitentia non delet illa:quia prius naturaliter tollitur fictio, quàm per baptismum aliquid causetur: & in illo priore oportet habere ueram pęnitentiam:quia fictio nõ tollitur nisi per ueram pęnitentiam secundum Augu. Vera autem pęnitentia plenè recõciliat deo quantum ad omnia:ergo baptismus non potest præuenire effectum pęnitentiæ quantum ad illorum sex deletionem : immo præuenit pęnitentia delendo omnia.❡ Ad hanc replicam ponit duplicem solutionem Sco. ibidem. Prima,ꝙ pęnitentia perfectè reconciliat deo: delendo omnia peccata , quę sunt obiecta pęnitentiæ per se idest de quibus pęnitet. Non autem oportet omne peccatũ , quod in causa deletur, esse obiectum pœnitentiæ:quia non illa sex,quæ ante baptisma cõmissa sunt, de quibus aliqualis attritio pręcessit baptismum,de quibus etiam non requirebatur uera,& sufficiens contritio ante baptismũ:ut delerentur in baptismo:nõ ergo per uirtutem pœnitentiæ dimittũtur hæc omnia peccata. Dimittũtur quidem omnia: sed aliqua ex uirtute pœnitentiæ:ut illud septimum: & fictio. Alia uirtute baptismi: & ita nõ habetur dimidia uenia:sed tota,per diuersas tamen causas simul concurrentes. Et secũdum hoc consequenter dicendum est; ꝙ illa sex delentur quantum ad penam, & culpam:nec oportet de eis habere pęnitentiam,siue contritionem: nec confessionem:nec satisfactionem . Sed solum de illo septimo,quod fuit causa fictionis:& de ipsa fictione. ❡ Et per hoc ad secundum:quare per baptismum illa fictio non deletur: dicitur, ꝙ illa fictio, & septimum peccatum causa sunt,quare in baptismo nec ipsa , nec alia sunt deleta. Et ideo possibile est, ꝙ respectu

eius

eius baptismus non habeat efficaciam, sed respectu aliorum; quia ipsum est formaliter impedimentum effectus baptismalia non. Illud enim operatur nunc baptismus respectu cuiuslibet peccati: quod tunc fuisset operatus, si illud solū inuenisset sine alio. Si ergo illa sex, & quodlibet eorum fuisset solum tempore baptismi: fuissent remissa: illud autem se pt mū, si solum fuisset, nō fuisset remissum in baptismo: ergo nec iam remittitur per baptismum: sed per pœnitentiā.

Quō pœnitē tia est secunda tabula.

¶ Ad aliud, ꝙ pœnitentia est secunda tabula &c. Dicendum, ꝙ est secunda tabula quantum ad peccata post baptismum cōmissa, non quantū ad ea, quæ ante baptismum cōmissa sunt: & non fuerūt causa: quare in baptismo nō sunt remissa. Aliter pōt dici: ut idē doctor recitat. Quando uere pœnitet fictus de fictione: & de peccato septimo infunditur ei gratia pfectior (propter prçcedēs baptisma) quā esset illa gratia, quæ præcise infunderetur rōne pœnitentię; si baptismus non præcessisset: ita ꝙ illa gratia nunc post fictionem cedētē infusa: includat in se perfectionē gratiæ pœnitentialis, & baptismalis. Et hoc modo baptismus habet effectum: quia gratia ęquiualēs gratiæ baptismali datur pœnitenti de fictione simul cum illa, quæ daretur rōne pœnitentię. ¶ Nec cū sit fictus: & postea pœnitēs recipit cōmodū de fictione sua: pro eo, ꝙ pœnitēs de fictione recipit duplicem gratiā, quā non reciperet, si nō fictus suscepisset baptismum: & post lapsus fuisset in simile peccatū peccato fictionis: quia tunc pœnitens de fictione non haberet nisi simplicē gratiā pœnitentiæ: quia licet duplicē gratiā recepit: tamen nō respectu omniū peccatorū. Nā respectu illius septimi peccat, & fictionis nō recipit nisi gratiam pœnitentiæ. i. gratia illa recepta non operatur respectu fictionis plus, quā operata fuisset sola gratia pœnitentialis: remitteret. n. culpam: sed nō totam pœnam peccato fictionis debitā; nisi esset perfectissima cōtritio, quæ est perrara. Sed respectu aliorum sex, operaretur gratia baptismalis dimittendo pœnam, & culpam illis alijs debitam.

Reportaret etiam sic fictus graue dānū: quia interim durante fictione esset filius gehennæ, & inimicus dei: priuaretur etiam multis meritis, quæ tempore illo fictionis cumulare potuisset: & p hoc priuaret se augmento gratiæ, & gloriæ: quod nunquam recuperare poterit.

Opinio gabriel. S

¶ Videtur mihi, ꝙ facilius illa difficultas expediri posset, tenendo quasi medium inter illas duas opiniones: & per hoc saluando utrasq; s. dicēdo, ꝙ baptismus nō alium effectum habet nunc cedente fictione, quàm habuisset, si fictio non fuisset. Si autem non fuisset fictio: & peccata ante baptismum commissa per prçuiā contritionem fuissent dimissa: baptismus illa non dimitteret, non ex sua impotentia: sed quia non inueniret peccata, quæ dimitteret: potens tamen est dimittere quęcunq; inueniret: & quantū inuenit, tantum dimittit. Et ideo si pœna non est dimissa uirtute contritionis prçuiæ, illam integrè dimittit. Sic etiam cessante fictione per pœnitentiam (quę non potest esse de sola fictione: sed de omnibus peccatis formaliter, si occurrerent: uel uirtualiter, si non occurrerent: talem enim necesse est fore pœnitentiā, quæ sufficit delere peccatum) dimittū tur omnia peccata ante baptismum in baptismo: & post commissa quo ad culpam: per baptismum autem omnia ante baptismum cōmissa, quæ non fuere causæ fictionis remittuntur, quantū ad omnem pœnam, quam pœnitentia non abstulit: remitteret etiam quo ad culpam; si inueniret reatum culpę. Vnde baptismus tollit quicquid inuenit: quod. n. nō inuenit, tollere non potest: & sic incipit ualere baptismus cedente fictione, quantum ad remissionem pœnæ: & per hoc saluatur aucto. August. Sic baptismus paruulorum non tollit peccata actualia: quia nulla per paruulos sunt cōmissa: non tamen ideo imperfectior est, uel minus potens, quàm baptismus adultorum. ¶ Et hoc patet responsio ad motiua primę opinionis. Ad Ioannem glossatorem dicitur: ꝙ fuit illius opi. in qua eum cæteri doctores non imitantur. Ad rationem dicitur: ꝙ opus bonum mor- T

quo o... p... smor... ruum re... uiuiscit. cuum.i.est in mortali peccato factū,nū quā reuiuiscit quātū ad meritū opantis; q meretur si non in mortali fieret, sed quantum ad effectum,quem aliunde habet,potest reuiuiscere. Exempli causa. Eleemosina in peccato mortali facta non reuiuiscit quantū ad meritū dātis: reuiuiscit tamen quantū ad orationem pauperum eleemosynam recipiētiū, qui bus impetrant gratiā dantis. Sic abstinentia, & corporis castigatio in mortali facta non reuiuiscit, quo ad meritum abstinentis. Sed quia castigatio ex ipso ope habet carnē subijcere spiritui: quātum ad illum effectum reuiuiscit: q a cedente fictione caro subiectior est spiritui, quā si non præcessisset castigatio. Sic susceptio baptismatis quantū ad meritum, quod mereretur, si susciperet cōtritus, non reuiuiscit: sed quantum ad effectum, quē habet ex opere operato per diuinam adsistentiam reuiuiscit: nec ut sic est opus suscipiētis: sed dei suo signo adsistentis. Et tantum de illa quæstione.

QVAESTIO. II.

A SECVNDO quæritur utrum omnes suscipientes baptismū æqualiter accipiant sacramētalem eius effectū. Tres articuli respondebūt quæstioni.

Arti. 1. Not. 1. Duplices sunt suscipiētes baptismū paruuli, & adulti. ¶ Quantum ad primum, primò notandum: q duplices sunt baptismum suscipientes: quidam paruuli nondum rationis capaces: alij adulti: & hi multiplices. Nam quidam actu utuntur rōne: quidā actu non utuntur; sed prius usi sunt: ut dormientes, uel qui ex infirmitate, aut accidente casu ratione priuati sunt: ut fatui, aut furiosi a natiuitate; & de illis per omnia dicendum sicut de paruulis. ¶ Item adultorū quidam sunt ficti, qdā non ficti. Ficti sunt, qui aliud prætendunt foris: aliud intus habent. ¶ Et hoc in suscipiente baptismum pōt dupliciter contingere. Vel quia ostēdit se uelle suscipere baptismū eo modo, quo ecclesia intendit dare; & tū oppositū habet in anima. Vel secundo, ostendendo se esse dispositum ad suscipendum baptismum & tamen nō est dispositus in animo: aut quia nō habet rectā fidem, aut q habet pctm mortale in actu: uel in proposito: uel complacentiā, uel nullā displicētiā de pctō. Et illo secundo modo cōiter loquuntur sancti, & doctores de fictè accedentibus ad baptismum: qui scilicet accedendo ponunt obicem gratiæ .s. infidelitatē: aut mortale pctm, q tunc actu uoluntatis committūt: aut de quo commisso nullam habent displicentiā. Duplex fictus accessus

¶ Item adultorum quidam consentiunt suæ baptizationi, qui .s. actu elicito uolunt id in eis per baptismum, quē recipiunt fieri, q ecclesia credit: seu ppter q a christo institutus est: licet fortè nō credant ualere baptismum: ut si quis animo diceret: uolo baptizari, ualeat quātum ualet ¶ Alij sunt dissentientes, q potest intelligi negatiuè tantum: uel cōtrariè. Negatiuè negat actualem consensum, sed non ponit contrarium dissensum. hoc est, non uult baptismum: nec habet uoluntatem baptizandi: & hic dissensus potest esse in dormiente, & non aduertente baptismum. Cōtrariè ponit actualem dissensum: & hoc simpliciter, uel scdm qd. Simpliciter, q uult non baptizari: hoc est, habet in se nolle baptizari. Scdm quid, q uult baptizari: nollet tamen sub cōditione .s. si assequi posset illud sine baptismo, quod per baptismum assequitur: ut qui uult baptizari, ut uitam redimat; nollet tamen, si sine baptismo uitam posset conseruare: sicut in simili de proijciente merces in mari, qui uolens proijcit. Voluntate enim membra mouentur ad proijciendum: nollet tn̄ proijcere, si alio modo posset uitam conseruare: & sic dicitur nolle sub conditione. ¶ Ex quo ad primum membrū nolle simpliciter nihil refert ad propositū. Verum hāc nolitionē uerbo, uel signo protestetur: an sola uoluntate teneat: etiam si foris oppositum simulet, quia in rei ueritate, si est dissensus talis in animo, omnino idem est, quo ad deum, & quo ad baptismi ueritatē siue reclamet, siue non signo ex Aliquis uult baptismū uel simpliciter uel secū dum qd

terioti, tñ quãtũ ad iudicium ecclesię, q̃ iudicat de manifestis: & eum qui tacet, præsumit consentire. Quo ad deum, & ueritatem differentia est: quia per eam nõ cogitur reclamans ad obseruationẽ religionis christianę: cogitur aũt nõ reclamans. ¶ Nec in hoc põt argui ecclesia, ꝙ isti nolenti, nec tamen reclamãti fieret iniuria. Minus enim malum est sibi, ꝙ inuitus seruet legem christianã: quàm ꝙ impunè permittatur agere cõtra eam: quia minus malum est aliqua bona agere, & mala fugere, quàm liberum, & impunè mala perpetrare, & bona o mittere. Hęc omnia Sco. q. iiij. huius dist. ¶ Secundò notandum, ꝙ sicut tangit magister in textu. Triplex est baptismus. s. fluminis, sanguinis, & pœnitẽtiæ: qui dicitur generaliori nomine baptismus flaminis. ¶ Pro cuius intellectu notandum, ꝙ loquendo propriè de baptismo, prout est sacramentum nouæ legis: non est nisi unus baptismus secũdum speciem; quæ fit in aqua sub determinata uerborum forma: prout supra descriptus est dist. iij. de quo apostolus ad Ephes. iiij. Vnus dominus: una fides; unum baptisma. Cętera, quę dicuntur baptism⁹: dicũtur baptismus æquiuocè: & secundum quandam attributionem: sicut urina, medicina, & dieta dicitur sana per attributionem ad sanitatem animalis. Vrina, quia est signum sanitatis. Medicina, quia est causa sanitatis efficiens. Dieta, quia est causa sanitatis conseruans. ¶ Et sic aliquid dicitur baptismus: quia signũ, aut figura ueri baptismi. Et sic diluuium dicitur baptisma: ꝙ propter saluationem fidelium, & submersionem infidelium in ipso factam, figurat baptisma: ꝙ extinguit uitia: & liberat baptizatum à dęmonis potestate. ¶ Propter eandem rationem submersio Aegyptiorũ in mari rubro: & liberatio populi dei baptismus dicitur. Vnde. j. Corint. x. Patres nostri omnes sub nube fuerunt: & omnes mare trãsierũt, & oẽs in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari. ¶ Sic & quædam oblationes ueteris testamenti baptismata dicebantur: ut in aqua lustrationis, & in uasis

Not. 2. B

Triplex est baptismus

De multiplici baptismo secundum Dam.

ablutis. ¶ Dicitur etiã quandoq; baptismus: quod est quędam dispositio, uel pparatio ad baptismum: sicut baptismus Ioannis: & baptismus, quo christus baptizatus est a Ioanne, quo sanctificatæ sunt aquæ: ut supra dictum est. ¶ Dicitur etiam baptismus attributiuè: quia habet effectum similem baptismo: & hoc modo baptismus pœnitentiæ, uel flaminis, & baptismus sanguinis dicuntur baptismi: non ꝙ sacramentum baptismi fiat nisi in aqua: sed quia ipsius uirtus, & sanctificatio datur non tantum per aquam: sed etiam per sanguinem, & pœnitentiã: ut dicit magister: qa p hęc pctã remittũtur, & pęnæ: in toto, ut in martyrio: uel in parte, ut pęnitentia, si non fuerit perfecta, & sufficiens. ¶ Est autem baptismus flaminis, uel pęnitentiæ, contritio cordis, aut præparatio sufficiens ad gratiæ infusionẽ, per quam de congruo meretur peccatorum remissionẽ. Et baptismus sanguinis, est martyriũ p christo, seu iustitia susceptum: dummodo non fuerit contemptus baptismi: sed impossibilitas suscipiendi. Susceptũ, intellige uoluntate propria, uel principij coniuncti: ꝙ dicitur propter paruulos in matrũ uteris p fide christi extinctos. ¶ Dicitẽ aũt martyriũ baptismus sanguinis: licet non semp sanguis fundatur in martyrio: qa tñ semp uita extinguitur in martyrio: q̃ scd̃m legem est in sanguine. ¶ Nullũ aũt pręmissorũ est baptisma sacramentũ, ut clarè patet ex diffinitiõe baptismi: qa in omnibus his deficit forma, & intentio: & in plerisq; elementum sensibile sicut in ultimis duobus. ¶ Hos septem modos ponit Dama. lib. iiij. c. j. addẽs octauum, q est in spũ, & igne. De quo dominus ait. Vos autẽ baptizabimini in spiritusancto non post multos hos dies. Act. j. Et Ioannes de christo. Vos baptizabit in spiritusancto, & igni. Luc. iij. ¶ Nominat etiam Dam. uerum baptisma dicens. Baptizamur etiam, & nos perfecto domini baptismate per aquam, & spũmsanctũ. Et ita nouẽ ponit baptismatis modos: quorum solus ultimus nunc noiatus est baptismus propriè, & sacramentũ. Doc. aũt

communiter tantum loquuntur de tribus, q magister ponit, ut supra: ad quos etiam præsens quæstio est retorquenda.

Not. 3. C ¶ Tertiò notandum: q secundum magistrum, differentia est inter sacramentu, & rem sacramenti. Nam dicit quosdam accedentes ad baptisma suscipere sacramentum, & rem sacramenti: quosdam sacramentum tantum, & non rem: quosdam uero rem, & non sacramentum. Et posset addi quartum scilicet quosdam neq; accipere rem, neq; sacramentum. Pro cuius intellectu aduertendu; q per sacramentum intelligitur operatio exterior exhibita corpori humano sub debita uerborum forma: uel signum sensibile ex institutione diuina significans operationem interiorem, quam deus operatur intus in anima, uel effectum gratuitum. Illud uero, q significatur. i. effectus ille, quē deus inuisibiliter operatur scilicet gratia, uel gratuitus effectus: dicitur res sacramenti, siue effectus sacramentalis. Et est duplex: quia quidā præcisē sequitur opus operatum idest sacramentum foris adhibitum, semoto impedimento circumscripto deuotionis merito suscipientis, uel conferentis. Quidam uero sequitur non tantum opus operatum: sed etiam opus operās, idest dispositionem seu meritum conferentis sacramentum, uel suscipientis: prout supra. q. iij. dist. j. declaratum est. Et primus effectus sequens opus operatum propriē dicitur effectus sacramentalis: & de illo intelligenda est principaliter præsens quæstio. ¶ Sed adhuc talis effectus est duplex: quidam est res, & sacramentum: & in proposito est character baptismalis: de quo dicetur distin. ix. Et ideo de illo effectu nihil hic dicetur. Alius est res tantum: & est gratia animæ suscipientis insula: & cæteri effectus gratiā consequentes, de quibus dictum est. q. præcedenti. Et illi effectus gratiam consequentes, uirtutes scilicet & fomitis remissio, habent se proportionaliter ad gratiam quantum ad intētionē, & remissionē. Ita q si gratia fuerit intensa: & ipsę sūt intēsę: si remissa remissæ.

Differētia iter sacramētum, & rem sacramenti.

Not. 4. ¶ Vltimò notandum: quòd ad effectum baptismi cōcurrunt plures causæ scilicet principalis effectiua gratiæ, quæ est deus. Meritoria, quæ est passio christi, unde sacramenta trahunt efficaciam. Et dispositiua subiecti: & est dispositio suscipientis baptismum. Posset addi congruitas, siue habitudo, aut dispositio ministri, & circumstantium: & secundum quodlibet horū potest uariari gratia in baptismo collata. ¶ Quantum ad secundum articulum est prima conclusio. Baptizatus dissentiens contrariē simpliciter nolens baptizari: nec sacramentum suscipit: nec rem, sacramēti. Probatur conclusio aucto. Innocen. tertij. in. c. maiores. de baptis. & eius effe. Qui nunquam consentit: sed pœnitus contradicit: nec rem nec characterem suscipit sacramenti. Et ratione probatur secūdum Rich. quia per susceptionem baptismatis, intrat homo ecclesiā militātem: & adscribitur exercitui eius. Ad hoc autem requiritur consensus actu, uel habitu: scilicet in statu, in quo possit consentire. Probabile enim est, quòd ad hoc plus requiratur ab illo, qui consentire potest: quàm ab eo, qui consentire non potest: sicut in catechismo respondent patrini, & tamen sicut dicit magister, si adultus est, debet responderе pro ipso. Vnde August lib. iiij. de baptismo. de conse. dist. iiij. cum pro paruulis. Cum pro paruulis alij respondēt, ut impleatur erga eos celebratio sacramenti: ualet utiq; ad eorum consecrationē: quia ipsi pro se respondere non pñr. At si p eo, q rñdere pōt, alius respōdet: nō itidē ualet. Et quia regula illud euangelij dictum est (quod oēs cum legitur, naturaliter mouet) ętatem habet ipse, pro se loquatur. Et statim sequitur. Nemo ex aqua, & spiritu renascitur nisi uolens: quod non de paruulis, sed de solis, & adultis, & suæ uoluntatis arbitrijs intelligēdum est. Item Prouerb. xxiij. Prebe mihi fili cor tuum. Vnde nō uult deus aliquem inuitum adscribi familiæ suæ. ¶ Et nihil refert, si sola mente dissentiat: an mente, & uoce dissensum exprimat: immo si mente dissentit actu positiuo: licet uoce se consentire mendaciter

Arti. 2. Cōcl. 1 D Dissentiens cōtrariē simpliciter non recipit rē nec sacramētum.

citer affectat: baptismum non susciperet: quia homo uidet ea, quę parent: deus autem intuetur cor. j. Regū. xvj. ¶ Dicitur notanter: nolens simpliciter: quoniam si nollet conditionaliter: cū tamen uult simpliciter: suscipit sacramentum baptismi: licet non rē. Et de illis loquitur concilium Toletanū de baptismo, & eius effectu. c. maiores. ꝙ illi, qui iāpridem ad christianitatem tracti sunt: quia iam constat eos diuinis sacramentis associatos, & baptismi gratiā suscepisse: & chrismate unctos esse: & corporis domini extitisse participes: oportet, ꝙ fidem, quam necessitate susceperūt, tenere cogātur: ne nomē domini blasphemetur: & fides, quā susceperunt, cōtēptibilis habeatur. & uideatur totum illud capitulum clarē loquens ad propositum. Hi. n. non simpliciter uiolentati sunt: sed metu pœnę inducti. Qui ergo, ut pœnam euaderent, baptizati consenserunt: licet uellent magis non baptizari, si euadere pœnas possent: sacramentum accipiunt. ¶ Et nota, ꝙ dicitur notanter baptizari: quoniam si quis consentiret metu, uel promissione inductus in illam lotionem tāquam in quoddam balneum, non ut in baptismum: nec in eam illo modo, quo illam intendit facere ecclesia: non recipit sacramētum: sicut nec is: qui pro ludo se baptizare consentiret. ¶ Qui ergo consentit se baptizari; hoc est se lauari eo modo, quo ecclesia baptizat: etiam si non credat habere effectum aliquem: uerē baptizatur: sicut si quis nō crederet uerba incantationis aliquem posse habere effectum: tamen concedit incantatori, ꝙ dicat illa uerba incantationis super eum ea intentione, qua solet ea dicere, dicens in corde suo: ualeat quantum ualere potest; iste uerē diceretur incantatus. Et si incantatio super aliquo diceretur consecratio diaboli: ille esset diabolo consecratus. Sic similiter ad propositum. Sic cōsentiens se baptizari: uerē baptizatus est, & characterē recipit: & ideo si postea mutatus uerē credit: non uenit iterū baptizandus: sed pœnitētia purgādus. Qui uero dissentit simpliciter baptizatus non est: & si postea incipit consentire, & ecclesię obedire, rebaptizandus est. ¶ Ex hac conclusione sequitur corollarie, ꝙ accedens fictē ad baptismum secundum primum fictionis modum simpliciter, non recipit sacramentum. Patet: quia talis est dissentiens mente actu positiuo nolens baptizari: & ita cedente fictione erit iterum baptizandus. Licet beatus Aug. lib. vij. de unico baptismo non determinet, an sic baptizatus receperit baptismi sacramentum, uel nō: sed dicit in tali casu diuinum iudicium per alicuius reuelationis oraculum concordi oratione gemitibus implorandū. Illud uerō, quod glos. in. c. Tolet. de cōse. dist. iij. super eisdem uerbis Augustini dicit: ꝙ si quis baptizans intendit baptizare: qualemcunq; baptizatus intentionem habeat: recipit sacramentum: non tenetur: neq; uerum est: ut dicit Rich. & communiter tenent doctores. Et licet sic fictus non recipiat sacramentum: ecclesia tamen, quę de exterioribus iudicat: ipsum censet baptizatum: & consensisse in sacramentalem ablutionem: quia præsumit partem meliorem. Et ideo cogeret eum ad obseruātiam legis christianæ: ut in. c. maiores. de baptismo. Item. xlv. dist. de Iudęis. ¶ Secunda conclusio. Habens usum rationis dissentiens actu negatiuē: & quoniam nec habitualiter: nec uirtualiter consentit; neq; baptismum, neq; baptismi rē ullam suscipit. Probatur secundum Sco. dist. præsenti quæstio. iiij. iuxta finem quęstionis: quia oportet, ꝙ utens ratione deuotionem aliquam habeat ad sacramentum: si debet sibi ualere: aliter uidetur contemnere. ¶ Præterea sicut secundum August. Qui creauit te sine te: non iustificat te sine te: sic nec adscribit te suæ familię sine te. Sed negatiuē dissentiens, nullum actum habet respectu baptismatis: nec dissentit: (ut pono) neq; consentit. & ita sine suo actu christi familiæ adscriberetur. Et hoc est, quod Augustinus dicit: ut supra allegatum est: & concordat Rich. Nemo ex aqua, & spiritusancto renascitur nisi uolens: quod non de paruulis:

Coroll.

Cōcl. 2. E Dissentiens negatiuē nec uirtualiter consentiens nō baptismum, nec rem baptismi suscipit.

sed sciolis, & adultis, & suæ uoluntatis arbitrijs intelligẽdum est. ¶ Dicitur notanter: nec habitualiter, nec uirtualiter cõsentiens. Dicitur enim habitualiter consentire, qui quandoq; consensit: & post actum contrarium non habuit. Et uirtualiter: qui ex consensu prius habito ad recipiendum baptisma se applicat: licet tunc actualiter (quia distractus) non consentiat. Habens ergo consensum uirtualem sine actuali, recipit sacramentum: & si obicem non ponit, etiam rem sacramenti: licet non consentiat actu negatiuè. Probat hoc Sco. quia noluit deus hominem ligare ad impossibile: uel secundum statum huius uitæ ad nimis difficile. Nunc autem non distrahi nimis uidetur difficile homini pro statu isto: quia secundum Augu. iij. de lib. arbi. non est in potestate nostra, quibus uisis tangamur. Noluit ergo deus hominis salutem ponere in ista conditione; si non distrahatur. Non ergo uoluit ligare baptizandum, ꝙ in suscipiendo baptismum non distrahatur: & per consequens ꝙ actualiter intendat: immo generaliter: ita est in omnibus alijs sacramentis ministrans ea non obligatur necessariò: ut ministrando non fit distractus, ut infra dicetur de sacramento eucharistiæ. Similiter habens consensum habitualem (licet utens ratione) recipit sacramentum: quia non uidetur propter aliquam conditionem minus capax (si utitur ratione), quam si prius usus est ratione: nunc uero non utatur: sed in tali non utente nunc: tamen prius usus ratione, sufficit habitualis consensus, ut dicetur: ergo. Et quamuis intentio habitualis tantum nõ sufficiat in baptizante ad causandum effectum, idest ad ministrandum sacramentum: potest tamen esse sufficiens dispositio ad suscipiendum sacramentum: ut dicit Richar. Maior enim actualitas requiritur in agente, quàm patiente. ¶ Requiritur tamen quandoq; intentio actualis in suscipiente per accidens scilicet, uel ad remouendum prohibens. Unde si in accidente ad baptismum est actu, uel habitu intentio non recipiendi baptismum: huiusmodi intẽtio: quia (ut dictum est) prohibet sacramenti susceptionem: necessarium est illam intentionem expelli per contrariã intentionem in actum uolendi recipere baptismum: ad hoc, ut recipiat sacramẽtum. Similiter si prius nunquam actualiter cõsensisset: necesse foret, ꝙ tũc actualiter cõsentiret: quia sine cõsensu actuali præsenti, uel preterito in habẽte usum rationis, non suscipitur sacramentum. Item interrogatus tenetur pro se respõdere: ut uult magister ca. ulti. huius dist. Si adultus est, debet respondere prose ipso. Ad idẽ Aug. lib. iiij. de baptismo. ut supra allegatur. Ergo tunc tenetur habere actualem consensum baptismum recipiendi: quoniam tunc obijcitur sibi baptismus: & tũc uel consentit, uel dissentit secundum impedit: ergo primum requiritur. ¶ Si dicis: posset habere actũ suspensiuũ: & sic nec assentire, nec dissentire etiam quicquid foris uerbo responderet. Dico, ꝙ in casu illo nõ reciperet sacramentum: quia non consentiret neq; actu: neq; uirtualiter: nec habitualiter. Primum patet: sequẽtia duo probantur: quia is tantũ uirtualiter, uel habitualiter cõsentit: ut dicit Richar. qui sic est dispositus, ꝙ sic actualiter & deliberarè recogitat de illa re, ꝙ actu cõsentit in eã: & ideo in casu (si interrogatus fuerit) requiritur actualis consensus. ¶ Corollarium. Si quis uerũ cathecuminum non actu de susceptione baptismi cogitantẽ ablueret sub debita forma uerborum intendens eum baptizare, uerè baptizaret & cathecuminus ille characterem susciperet baptismalem. Sic ponit Richar. Coro.

¶ Tertia conclusio. Carens usu rationis si baptizatur: sacramentum suscipit: nisi prius immediatè actu positiuo dissensetit. Hæc conclusio quantum ad ambas partes satis clare determinata est ab Inno. iij. c. maiores. de baptismo. ubi dicitur quærendo. Utrum dormientibus, & amentibus sacramenti saltem character in baptismate imprimatur, ut excitati à somno, uel ab ægritudine liberati, non sint denuo baptizandi. Partem affirmatiuam astruit Cõcl. 3. F Carens usu rationis si baptizatur sacramẽtũ suscipit.

cum moderamine, quod sequitur. Dormiẽtes autem, & amentes, si prius quam amentiam incurrerent, uel dormirent in contradictione perstiterent: quia in eis intelligitur contradictionis propositum perdurare: si sic fuerint immersi characterem non suscipiunt sacramenti. secus autem si prius cathecumini extitissent, & habuissent propositum baptizandi. Vnde tales in articulo necessitatis consueuit ecclesia baptizare. Tunc ergo characterem sacramentalis imprimit operatio: cum obicem uoluntatis contrariæ non inuenit obsistentem. Hęc ibi. Dicitur in conclusione: nisi prius immediatè &c. quia si aliquando (dum talis usus est) rationi contrariam uoluntatem habuisset: & tamen ante somnum, uel amentiam illam correxisset deliberans baptizari: non impedit contraria uoluntas prę uia post correcta: quia immediatè ante priuationem usus rationis, illam contrariam non habuit. ¶ Dicitur autem immediatè dissentire ante priuationem usus rationis: quando inter illum dissensum non interuenit consensus illi contrarius. Vnde ille actus dicitur in proposito immediatus ante usus rationis priuationem, inter quem, & illam non interuenit actus contrarius: etiã licet ille diu ante priuationem usus rationis cessasset. Vnde generaliter nunc non utens ratione, qui tamen aliquando usus est iudicatur cum non utitur ratione habitualiter consentiens, uel dissentiens secundum Scot. iiii. quęst. huius distinct. secundum ꝙ habuit se actualiter in sanitate ante illud impedimentum usus rationis immediatè, puta si tunc actualiter consensit & iudicatur nunc habitualiter consentiens. Si tunc actualiter dissensit: iudicatur nunc habitualiter dissentiens. Et ita uniuersaliter habitualiter se habens: potest recipere, uel non recipere sacramentum: sicut potuit prius quando actu sic, uel sic se habuit. Quid autẽ potuit actualiter se habens: patuit in duabus conclusionibus premissis, & in sequentibus. ¶ Dicitur notanter, actu positiuo: quia si tantum negatiuè dissenserit: ita ꝙ ante impedimentum rationis nunquam respectu baptizationis actum positiuũ habuerit: tũc aut semper priuatus fuit usu rationis: sicut infantes, & fatui, & furiosi a natiuitate: & tunc si baptizatur, recipit sacramentum, & characterem. Si uero prius usus fuerit ratione: nihil recipit: quia si fuisset in statu illo, quo usus est ratione, baptizatus, nihil recepisset. Defecisset enim cõsensus actualis, & habitualis. Et ille secundus casus excipiendus est a conclusione tertia. ¶ Si queritur: quid de re sacramenti. Verum in tali impedimento rationis baptizati, qui recipiunt sacramentum, & characterẽ, recipiant etiam rem sacramenti, gratiam, & uirtutes &c. Respondetur de pueris infantibus, ꝙ recipiunt plenè rem sacramenti. Vnde sicut creditum est: ꝙ paruulo in baptismo originale peccatũ dimittitur: ut habetur in ca. maiores. de baptismo: ita & creditum est sibi gratiam infundi: quia deus pro statu naturæ lapsæ nulli remittit culpam, nisi cui dat gratiam. Nullum enim liberat a perditione: nisi quem assumit in filium regni. Et sicut dictum est de paruulis: ita per omnia dicendum est de furiosis a natiuitate, & fatuis. ¶ De his uero, qui post usum rationis ipso priuati sunt: dicendum sicut de consensu habituali: si immediatè ante impedimentum usus rationis aliquis talium fuit dispositus ad recipiendum gratiam: puta non posuit obicem: breuiter quemadmodum talis tunc temporis fuit, sic dispositus: ꝙ tunc si baptizatus fuisset, rem, & sacramentum recepisset. Ita & nunc etiam existente tali impedimento, quod est defectus usus rationis: si alias ritè baptizatur: recipit sacramentum, & rem: si uero tunc non recepisset: nec modo recipit. Et ideo ualde cauenda sunt peccata mortalia: ne si quis in mortali incideret furiam, uel mentis insaniam aliudue periculum, sibi non esset uia salutis. ¶ Sed quærit hic Sco. quæstio. iiij. distinctione. Expeditne tales baptizari: multa enim

licent, quæ non expediunt. j. Cor. vj. Respondet, & consonat Pe. de. pal. q. iiij. art. ij. præsentis dist. Si speretur ipsum rediturum ad usum rationis: magis expedit tempus expectare, quo utatur ratione: puta de dormiente tempus uigiliæ: & de furioso tempus lucidi interualli. Si uero non speretur: puta de eo, qui incidit in perpetuum impedimentū: uel si imminet mortis periculum: expedit eū baptizare: quia alias exponeretur periculo damnationis: & hoc si fit capax baptismi: puta si non fuit dissentiens contraire usq; ad horam impedimenti usus rationis.

Cōcl. 4. G ¶ Quarta conclusio. Accedens fictē secundo modo ad baptismum uolens tamen baptizari, sacramentum recipit: sed non rem, neq; effectū sacramenti. Per effectum intelligo gratiam, & consequētia eam, & non characterem: quia quicunq; recipit sacramentum: recipit ēt characterē: ut infra dicetur. Probatur secundum Sco. q. v. dis. iiij. quia habens actualiter obicem contra gratiam: puta infidelitatem, uel aliquod peccatum mortale, quod tunc actu uoluntatis cōmittit, uel prius commisit: & nullo modo displicet: nullo modo recipit gratiam: secundum illud Aug. de pœnitentia. capit. j. & ponitur in litera. Omnis, qui iam suæ uoluntatis arbiter constitutus est: cum accedit ad sacramentum fidelium: nisi pœniteat eum ueteris uitæ, nouam non potest inchoare. Ab hac pœnitentia, cum baptizātur, soli paruuli immunes sunt. Et de talibus fictis intelligitur illud Sap. j. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. Ad idem adducit magister aucto. Hiero. & Ambro. concludens; ꝙ adultis sine fide, & pœnitentia uera in baptismo non confertur gratia remissionis: quia nec paruulis sine fide aliena (qui propriam habere nequeunt) datur in baptismo remissio. Si quis ergo fictē accedit non habens cordis ueram contritionem: sacramentum sine re accipit. ¶ Sed nota, ꝙ fides aliena, sine qua paruulis non datur remissio: non est fides offerentium paruulum ad baptismum: nec etiam baptismus: quoniam si heretici offerāt, & hæretici baptizēt seruātes debitam formam cum intentione conferēdi, & accipiendi baptismum: uerē baptizant: & puer baptizatus remissionē originalis peccati recipit: ut dist. sequenti dicetur: sed est fides ecclesiæ. Et sic intelligendum est illud Augu. super Ioannem homil. v. Accedat uerbū ad elementum: & fit sacramentum. Et sequitur pau cis interpositis. Non quia dicitur: sed quia creditur; creditur non a baptizante, aut baptizato: sed ab ecclesia militante: alias dixisset: non quia dicit: sed quia crediderit. In adultis tamen requiritur fides propria: non ut recipiant sacramentum: sed ut consequantur gratiam, quæ est res sacramenti.

Accedens fictē secū do modo sacramētum recipit, sed non rem.

¶ Sed his opponitur. si in adultis baptismus ut habeat effectum suum, requirit præuiam fidem, & contritionem siue pœnitentiam in baptizato: quomodo confert gratiam ex opere operato: immo quomodo confert gratiam: nam gratiam præsupponit: ergo eam non confert. Præsupponit enim fidem, & contritionem, quæ non sunt sine gratia. quoniam etsi fides possit esse informis: sed non contritio: quia contritio includit gratiam, sine qua non meretur dici cōtritio: sed attritio. ¶ Præterea sacramentum pœnitentiæ non præsupponit contritionē: nec bonum motum interiorem pœnitētis: sed dumtaxat obicis remotionē: alioquin nō esset sacramentum nouæ legis: nec secunda tabula post naufragium: ut arguit Sco. dist. iiij. q. iiii. Ergo multò magis sacramentum baptismatis, quod est prima tabula: & efficacissimum remedium contra peccatum: non requirit præuiam contritionem in adulto: sed tantum intentionem recipiendi baptismum in fide ecclesiæ. ¶ Ista replica inducitur contra Sco. & suam opinionem de pœnitentia. Nam uidetur sibi ipsi contrarius: In eo, ꝙ hic expressē dicit, ꝙ ad consequendum effectum baptismatis, requiritur displicentia peccati mortalis cōmissi: allegans ad hoc Augu. ubi supra in probatione conclusionis: & hoc negat de pœnitentia: cum tamen baptismus sit efficacior ad delen-

H

Quō baptismus cōfert gratiam ex opere operato

delendum peccatum, quam pœnitentia: & minorem requirit dispositionem prævium in suscipiente, quam pœnitentia: quia habet effectum suum in paruulis, & usu rationis priuatis, in quibus pœnitentiæ sacramentum locum habere non potest. Sed posset dici saluando opinionē: q ad effectum baptismatis in adulto nō requiritur contritio propriè dicta, quæ peccatum tollit: sed aliqualis displicentia peccati commissi, uel ad minus non placētia in peccato: quia hoc scilicet habere complacentiam in peccato, esset ponere obicem: & hoc intelligendū est in nomine pœnitentiæ & contritionis in auctoritatibus allegatis. Sed hæc solutio uerbis sanctorum obuiat, & intentionibus, qui dicunt requiri ueram contritionem. Sed de hoc magis infra. de pœnitentia. Tenendo ergo opinionem magistri, q pœnitentiæ sacramentū non delet peccatum: sed præsupponit eius remissionem per cōtritionem preuiā: q q; sacerdos absoluendo non remittit peccatum: sed pronuntiat ipsum esse remissum: ratio illa non obuiat conclusioni. ¶ Ad primā autem replicam satis uisum est supra. q. præcedente. quō cōfert gratiam ex opere operato: non q non requirat præuiā dispositionem suscipiētis: sed quia super gratiā dispositioni suscipientis correspondentem gradū gratiæ addit præcisè correspōdentem sacramenti perceptioni. Est etiā prima tabula non sine dispositione præuia ad dignam eius susceptionem requisita: & cum inclusione huius dispositionis restituit, naufragū portui gratiæ: uerum in paruulis illud agit immediatè in fide ecclesiæ. ¶ Quinta conclusio. Accipiens baptismum secūdo modo nō fictè recipit rem sacramenti: scilicet gratiam & remissionem culpæ, & pœnæ. Probatur: quia aliqui baptizati recipiūt rē sacramenti: alioquin non esset sacramentum: sed hanc nō recipiūt ficti: ergo illā recipiūt nō ficti. Cōsequentia tenet a sufficienti diuisione. Omnis enim accedens aut fictus est: aut nō fictus. Maior probata est. Minor est conclusio præcedens. Quod autem gratia ac remissio pœnæ & culpæ sint res huius sacramenti: patet ex questione præcedenti. ¶ Sexta conclusio. Effectus baptismi sacramentalis in omnibus non fictè accedentibus est æqualis. Probatur: quia deus instituens baptismū tanquam signū efficax gratiæ, aliquam gratiam disposuit regulariter conferre cum illo signo præcisè propter susceptionem huius signi: in subiecto disposito i. nō ficto: ita q nulli minorē. Et dicitur effectus sacramentalis: ut dictū est in primo articulo: & ille est equalis in omnibus non fictis: ergo. Cōsequētia nota. & maior patet: quia deus instituit baptismum tanquā signum certum gratiæ, & uniuocū: ergo est certum eius signatum: & ita certa gratia per ipsum significata: cum baptismus in se sit eiusdem rationis in significando. Minor probatur: quia quando aliquid datur præcisè propter aliud: in quocūq; illud, propter quod datur, est eiusdē rationis ibi & datū est æquale: alioquin non daretur præcisè propter illud; sed aliqua gratia datur præcisè propter baptismum: & illa est eiusdem rationis in omnibus nō fictè accedentibus: ergo gratia talis erit in omnibus equalis. Præterea. Deus non est acceptator personarū: ergo ubicunq; est eadem dispositio in subiecto, ratione cuius dat aliquod bonum: ibi erit equale donum. dispositio autem gratiæ sacramentalis est eadem: quia sacramentū baptismatis. ergo equale donū, quod est gratia. Probata conclusione de gratia, probata est de alijs effectibus, qui sequūtur gratiam: ut patet ex notabili ultimo primi articuli. De charactere autem nō habet dubium: ut infra dicetur. ¶ Sed dices, Remissio culpæ, & pœnæ est effectus sacramentalis baptismi: quia consequitur opus operatum: & tamen non est æqualis in omnibus suscipientibus: quia minor in paruulis, quibus solum remittitur originalis culpa: in adultis uero maior, quibus remittitur cum originali actualis: sic uni maior pœna remittitur, quam alteri. Respondetur: q effectus baptismi quantum est ex parte sui quantum ad remissionem culpæ, & pœnæ est equalis: quia remittit oēm culpā, & pœnā, quā inuenit in subiecto. Quod

[Left margin: Cōcl. 5. I]
[Right margin: Cōcl. 6. Effectus sacralis baptismi in oibus nō fictè accedentibus est æqualis.]

ueto uel plures: alij pauciora, uel nulla recipiuntur: est ex parte subiecti, & non sacramenti: quia plura, uel maiora debita inuenit, in uno subiecto, quàm in alio. ¶ Conclusio septima. Contingit inæqualem gratiam conferri non fictè recipientibus baptismum: propter diuersitatem causarum, per se, & per accidens ad baptizationem, uel eius effectum inæqualiter concurrentium. Probatur quantum ad causam effectiuam principalem, quę deus est: quia licet deus instituerit sacramenta ad determinatum effectum: ut dictum est: non tamen potentiam suam alligauit sacramentis. Potest ergo uni maiorem gratiam infundere ex sua bonitate, quā pręcisè exigit sacramentum, dum nulli dat minorem: & dicere. Tolle, quod tuū est, & uade. Volo autem & huic nouissimo dare, sicut & tibi. An nō licet mihi quod uolo facere: an oculus tuus nequam est: quia ego bonus sum. Matth. xx. ¶ Neq; propter hoc acceptor est personarum: dum nulli deberabit, ex suo pacto debitum. Et forte sic maiorem gratiam contulit Paulo, quam eunucho in utriusq; baptismo: istius per Ananiam: huius per Philippum: ut habetur Act. ix. & viij. Similiter ut ait Sco. Deus prædestinauit suos electos ad diuersos gradus gloriæ: & ordinato ad maiorem gloriam, rationabiliter potest conferri maior gratia. Et potest deus alicui suscipienti conferre gratiam præcisè illam, ad quam baptismus est determinatus. Et alteri maiorem, quem determinauit ad minorem gloriam: sed ille ulterior gratię gradus non confertur uirtute baptismi: nec regulariter: sed de speciali beniuolentia diuina. ¶ Si quantum ad causam meritoriam, quę est passio Christi. Nam illa potest efficacius operari ad gratiam in uno, quàm in alio. Vel quia specialius oblata pro uno quantum ad intentionem offerentis quàm pro alio. Vel quantum ad executionem pro uno oblata in effectu: pro alio non, nisi in præuisione diuina. Primo modo, cum Christus communiter ponitur nosse omnia, quæ deus scientia uisionis: per consequens nouit omnes electos, & ad quem gradum glorię sint electi. Potuit ergo pro prædestinato, ad maiorem gloriam offerre plenius passionem suam. & pręcipuè cum se obtulit pro genere humano: ad hoc ut impleretur prędestinatio diuina. ¶ Secundo modo passio christi efficacius operatur pro nobis, qui sumus in lege euangelica: quàm pro patribus in lege moysi: quia obsequium pręstitum ad maius bonum retribuendum acceptatur, quàm obsequium preuisum. Et propter hoc est inęqualitas in suscipientibus gratiam per circumcisionem, & per baptismum propter inęqualem approximationem, seu applicationem causæ meritoriæ ad istos, & illos. Etiam secundum quorundam opinionem in baptizatis ante passionem, & post. ¶ An autem primo modo scilicet propter specialem oblationem in uoluntate Christi sit inęqualitas gratię in modo baptizatis, dubium est de facto: sed possibilitas est ostensa. Similiter quantum ad suscipientes, si comparetur paruulus ad paruulū: nulla erit ex hac parte inæqualitas: quia nullum habent motum liberæ uoluntatis proprium, propter quem in uno esset maior dispositio, quàm in alio. Potest tamen esse inæqualitas in parentibus, patrinis, & cæteris assistentibus: etiam in baptizante quantum ad deuotionē, & orationes, & affectus pios pro paruulo domino oblato. Et propter horum merita deus potest uni paruulo conferre maiorem gratiā, quam alteri in eius baptismo: nō quidē uirtute baptismi præcisè, sed diuersitatis meriti assistē tiū cęterorū. Et forte hoc mō parentes beati Nicolai, suis orationibus meruerunt sibi maiorē gratiā, quę erat principiū in eo paruulo tā mirabilis effectus, q duobus diebus in hebdomada unica tm lactatione cōtentus manebat. Et quātū ad hoc magis optādū est pueros baptizari a bono, ac deuoto sacerdote, quam a malo: quia propter psonale meritū sacerdotis, & eius oratione, cū affectu ante, & post lectas, gratia puero augetur plus, quàm si a sacerdote indeuoto baptizaretur. Sic etiam eligendi essent patri-

Cōcl. 7.
K
Cōtingit inęqualē gratiam cōferri nō fictè accedētibus.

Deuotio baptizātis patrini auget paruulo gratiā.

hi, homines iusti, & deuoti. Admonendi quoq; essent circūstantes, ut semotis leuitatibus assisterent deuotione, & orationibus baptizatori cooperantes ad gratię augmentum paruulo impetrandum. Hæc autem inæqualitas gratiæ nō est ex uirtute baptismi, sed meritorum. ¶ Quantum uero ad adultos: cum illi per motum proprium possunt esse inæqualiter dispositi: & motus magis meritorius maiorem consequatur gratiam: sequitur inæqualitas gratiæ propter inęqualem dispositionem baptizandorum.

Coroll. ¶ Ex quo sequitur corollarie, φ ceteris paribus adultus baptizatus non fictus consequitur maiorem gratiam, φ par uulus. Patet; quia paruulus non consequitur gratiam, nisi eam, quę infunditur præcisè ratione sacramenti. i. operis operati: sed adultus eandem consequitur: & cum hoc gradum gratiæ respondentē merito proprio .s. bonę uoluntati, qua uult suscipere baptismum in fide ecclesię: fidei quoq; & contritionis peccatorum cōmissorū: etiā quantumcunq; remissus fuerit ille motus. Si .n. talē motū nō haberet: & iam fictus accederet: nec rem sacramenti acciperet: ut patet ex præmissis. ¶ Sed dicit. pono, φ adultus toto tempore baptismi uenialiter peccet: tunc uidetur esse aliquantulum indispositus: paruulus autem nullam habet indispositionem: ergo in illo casu paruulus habet ęqualem gratiam, uel maiorē, quā adultus. Tenet consequentia: quia sicut dispositio bona baptizandi auget gratiā: ita dispositio mala eā minuit; quia contrariorum contrarij sunt effectus. Respondetur: admisso casu dicitur, φ propter illam indispositionem non minuitur gratia adulti: quia peccatum ueniale non phibet gratiam infundi; neq; etiam simul habere actum meritorium. Siquidē gratia nō minuitur: sed totaliter tota aufertur: & hoc nō nisi per peccatū mortale. Attamen quia anima nō potest pluribus actibus ęqualiter perfectè intendere: actus bonus, cum quo concurrit ueniale peccatum, est minus intēsus: & per consequēs minus meritorius, quā esset, si esset sine illo ueniali. Et per hoc patet, φ adultus si non posuit obicē peccati mortalis (quia in susceptione baptismatis consentit &c.) habet bonum motum, & meritoriū, quo caret paruulus: licet propter uenialia remissum, cui correspondebat gratia, qua similiter caret paruulus. ¶ Sequitur secundò: φ stāte lege ordinata, φ infantes in baptismo innocentia defuncti inæqualem gloriam sortiantur in beatitudine. Patet: quia stat eos inæqualē gratiam consequi in baptismo: sed gratię correspōdet gloria: ergo. ¶ Octaua conclusio.

Cōcl. 8. Licet baptizati baptismo flaminis, seu pœnitentiæ recipiant effectum baptismi aquæ quantum ad remissionem culpæ, & infusionem gratiæ: non tamen regulariter quantum ad remissionem pœnę. Prima pars probatur: quia sicut natura non deficit in necessarijs ad saluandam uitam naturalem: sic nec deficit deus in necessarijs ad uitam spiritualem. Ideo facienti quod in se est, assistit, conferendo necessaria ad salutem: habens ergo fidem, contritionem, & desiderium baptizandi, in casu impossibilitatis recipiendi baptismum, facit, qđ in se est: ergo ei assistit dñs in necessarijs. Hęc aūt sunt gratię collatio: & peccatorū remissio. Patet idem per auct. a magistro in textu adductas.

Baptizati baptismo flaminis aut pœnitētię recipiūt effectū baptismatis.

Coroll. ¶ Corollarium. Baptizatus baptismo pœnitentię non recipit ęqualē effectū tam quoad peccati remissionem, quā quoad gratiæ infusionē cū baptizato tantum baptismate aquę. Patet: quia exceditur, & excedit. Exceditur quoad primū: quia baptizatus aqua recipit remissionem omnium peccatorū quoad culpā, & quoad pœnā: ut patuit q. pcedēti. Sed baptizatus baptismo pœnitētiæ cōsequitur remissionē pctōrū quātū ad reatū culpę: & secundū quantitatē cōtritionis: nō autem regulariter quoad reatū pœnę: nisi esset tanta contritio, φ in diuina acceptatione æquaret satisfactionem sufficientē pctōrum, quę rara est. Itē scdm Pet. de pal. q. iij. huius dist. Cathecuminis nō dat ecclesiastica sepultura, quę tamē datur pueris baptizatis licet pro eis oret ecclesia. Excedit autem quantum ad infusionem

gratiæ: quia gratia contritio infusa maior est gratia baptismali, eo quod ad illam concurrit motus bonus uoluntatis tanquam meritum de congruo, quo caret baptizatus tantummodo baptismo aquæ. Quod dico tantummodo, dico ad exclusionem adulti, qui contritus baptizatur in aqua. Hic habet duplicem baptismum pœnitentię, & aquæ: ergo recipit gratiam utriusq;, quæ maior est gratia tantum per unum eorum tradita. ¶ Nona conclusio. Baptismus sanguinis est sanctum baptismatis sacramentalis nedum ęquat: sed abundanter uincit, & superat. Patet conclusio: quia baptismus sanguinis tollit omnem culpam: tollit etiã omnem pœnam: adimit recidiuam: confert sine mora pręmium: & tribuit maiorem gratiam: & per consequens gloriã ampliorẽ. Primum patet: quia qui martyriũ propter deũ suscipit, se totũ deo offert, & facit quantum põt: quia maiorẽ charitatem nemo habet, quãm ut animã suam ponat &c. Et per hoc maiorem gratiã cõsequitur: quia gratia infunditur secundũ proportionẽ dispositionis ad eã de cõgruo in suscipiente: & per consequẽs liberat ab omni culpa. Et per hoc patet secũdũ, quod s. tollit omnẽ pœnã: quia deus nõ exigit ab homine ultra id, quod põt. Nihil. n. impossibile requirit ab homine, secũdũ Hiero. in explanatione fidei: sed offerẽs se martyrio totum exhibet, quod põt: ideo nihil ultra ab eo exigit: sed martyrio plenẽ satisfacit. Quòd etiam adimat recidiuã: patet: quia transfert hominẽ de statu præsentis uitæ per mortẽ ad futurã: & ita de statu meriti, & demeriti. Non. n. accipitur hic martyriũ pro qualibet pœna pro christo passa: sed pro morte uoluntariẽ, aut patiẽter pro nominis christi cõfessione: siue pro iustitia acceptata. ¶ Per idẽ patet quartũ. Nã martyres euolãt ad patriã. Vnde beatus Aug. Qui orat pro martyre, iniuriã sibi irrogat: in eo utiq;, quod eum nõdũ putat beatũ, & de suffragio indigẽte. ¶ Quintũ patet ex primo. Et illa conclusio quãtũ ad collationẽ maioris gratię uera est, & intelligenda de martyrio propria uoluntate passo: propter martyrium paruulorum in uteris matrum cum matribus pro fide Christi extinctorum: quia licet gratiã consequantur, per quam saluentur: tamen certum non est, an maiorem consequantur, quã consequerentur per baptismum aquæ: quia ratio ad conclusionẽ in illis locum non habet. Verum quantum ad characterẽ deficiunt sanguinis, & pœnitentię baptismi: quia hunc solum imprimit baptismus aquæ, qui solus est sacramentũ. Cõsonat Pe. de pal. dist. præcedenti. q. iij. Ex illis patet, quis horũ baptismatum sit alio præstãtior in ordine ad suos effectus. Nam habent se, ut excedentia, & excessa. Baptismus pœnitentię excedit cæteros: quia solus iterabilis. Baptismus aquę excedit: quia solus imprimit characterem. Baptismus sanguinis; quia solus meretur aureolam: cõsummat gratiam: & introducit ad gloriam: habet etiam in ecclesia honorabiliorem sepulturam: quia paruuli non uenerantur: ut innocentes martyres: secundum Pet. de palude. ¶ Si quęris de sanctificatis in utero, quo baptismate baptizantur. Dicunt quidam: quod baptismo flaminis extendendo nomen, ita quod baptismus flaminis dicatur generaliter iustificatio impij, & secundum hoc includitur in baptismo aquę, & sanguinis. Sed quia baptismus est uia ad iustificationẽ, & iustificatio effectus baptismi: uidetur magis congruum: quod sanctificati in utero non sanctificantur per aliquod genus baptismi: sed per miraculum, & potentiam spiritus sancti, qui suam potentiam sacramentis non alligauit. ¶ Quãtum ad articulum tertium est primum dubium. An iustificati in utero, uel pœnitentię baptismo sint baptizandi: quod mouet Sco. q. vj. dist. præsentis. & Pe. de palu. dist. vj. q. j. ar. ij. & iij. Et uidetur, quod non: quia non est opus ualentibus medico Matth. ix. ergo nec medicina: baptismus est medicina: igitur. Item nihil in dei operibus debet fieri frustra: sed iustus baptizatus nihil recipit per baptismũ: cum prius habet, quod baptismus præstare solet: immo uidetur iniuria fieri sacramento: quia assumitur ad significandum lotionẽ animæ a peccato: quę tũ tũc nõ

Cõcl. 9. Baptismus sanguinis excedit baptismũ fluminis suo effectu.

Quid de paruulis martyrio in utero

mattum cõsecutis.

Arti. 3. Dub. 1. M An iustificati in utero, uel pœnitẽtia baptismo sine baptizãdi

fit & sic erit signum falsum. In oppositum est illud Ioann. iii. Nisi quis renatus &c. ¶ Respondetur cum Scot. quod post baptismum per modum præcepti promulgatū, quilibet uiator quātūcūq; iustificatus, qui non est baptizatus in aqua: & cum quo christus specialiter nō dispensauit: tenetur ad baptismi susceptionem affectu: & pro loco, & tēpore effectu. Huius ratio est mandatum christi uniuersale neminē excipiens. Lex.n. uniuersaliter promulgata omnes obligat uniuersaliter. Et illa lex promulgatur uniuersaliter, quæ nullum excipit. Talis fuit lex de baptismo suscipiendo. Nisi quis renatus fue. &c. Probatur idē congruitate. Cōgruum fuit, & rationabile omnes de lege christiana habere signum, in quo cōuenirent inter se, & distinguerentur ab alijs: ut sup. dictum est de institutione sacramentorum in genere. Vnio, & discretio hæc fit in genere secundum iudicium ecclesiæ militantis per susceptionem baptismi, per quā fideles de ecclesia esse iudicantur tanquā per signū exterius sensibile: de quo iudicat ecclesia militans: per ecclesiā uero triūphantem fit hoc discretionis iudicium per characterem: ut dicit Rich. quē nō recipiunt iustificati in utero, uel baptizati baptismo pœnitentię. Qđ uero baptizati baptismo sanguinis non tenētur, ratio est: quia non manēt uiatores ipso enim martyrio uitam hāc finiunt: & ad terminum uitę perueniūt: si tamē p miraculū resuscitarētur: tenerentur ad baptismū aquę eadē ratione, qua cęteri: ita tenet Holkot q. j. & iiij. ¶ Præterea, ut arguit Scot. ibidē. Quilibet uiator tenetur esse membrum ecclesiæ militantis: non tantum in notitia diuina: sed etiā quantū ad notitiā aliorū mēbrorū: cū quilibet habet cōmunicare in his, quæ pertinent ad obseruantiā legis: & eos non scandalizare. Si autem non acciperet sacramentum, per quod fit membrum ecclesiæ secundum eius iudicium: non esset aptus ad cōmunionē cum aliis membris in multis actibus pertinētibus ad ecclesiā: scandalizaret etiā actiue alia mēbra, quæ haberent occasionē iudicādi eū tāquā cōtēptorē cōmunitatis, uel gratiæ. ¶ Præterea: qui pōt ex actu facili magnā gratiā acquirere: si negligit illum actū, uidetur gratiam cōtemnere: uel saltē eam non appręciari, quantū est appręciabilis: sed p baptismū, qui est actus facilis, pōt gratiā magnam nō baptizatus acquirere: quia quantumcūq; perfecto, & per pręuiā contritionē iustificato, si accedit ad baptismum: de lege cōmuni augetur gratia: & per consequens si negligit, uidetur contemnere gratiam: & alijs dat occasionem iudicandi se, ut gratiæ contemptorem. ¶ Et ista ultima argumenta uidentur concludere: quod utens ratione, & baptismi gratiā cognoscens: tenetur non differre baptismum: dū opportunitatem accipiendi habere poterit. Declaratur etiam cōclusio exemplis apostolorum, qui post eorum electionem, & iustificationem: priusquā mitterentur ad baptizandum baptizati sunt: ut sup. dictum est q. ij. dist. ij. ¶ Item Cornelius centurio cum suis baptizatus est a Petro: post eorum iustificationem, & acceptionem spiritus sancti. Vnde ait Petrus Actuum x. Nūquid aquam quis prohibere pōt, ut non baptizentur hi, qui spiritū sanctū acceperūt, sicut & nos: & iussit eos baptizari in nomine Iesu Christi. Sic Actuū viii. de eunucho candacis reginæ, qui prius corde credidit, & iustificatus fuit: & post a philippo baptizatus. ¶ Et dicitur notanter nisi deus dispensauerit &c. ꝓpter uirginem gloriosam: quia de illa dubium est: an sit baptizata: licet probabilius sit eam esse baptizatā, quā eius oppositum: quod si baptizata non est: dispēsatum fuit cum ea. Et fuit ratio dispensandi: quia forte habuit in conceptione filii istā plenitudinē gratię, ad quā dispo suit eam peruenire. Nulla uero uidetur ratio fuisse dispensandi eum apostolis. Nec ulla utilitas consecuta. Non enim baptismo carentes fuissent per hoc deo gratiores: aut ecclesiæ utiliores: Immo minus grati, & minus idonei. Item fuerunt a Christo sacerdotes facti: ergo meritō prius habuerunt ianuam omniū sacramentorum baptismū,

An uirgo gloriosa sit baptizata.

ut arguit Scotus, & patuit supra dist. j. q. iiij. H. Conformiter respōdet Petrus de pal. dist. vj. q. j arti. ii. ad dub um mo tum: & late prosequitur Sco. ubi supra. ¶ Per hoc ad rationes dubii dicitur, quod volentibus non est opus medicina curatiua: sed opus est medicina præseruatiua, & perfectiua: baptismus autem non solum curat morbum peccati, sed etiam gratiam auget: & fomitem minuit, ac charactere animam perficit, & eam consignat, & distinguit. ¶ Ad secundam patet: quod iustus non frustra suscipit baptismum: quia gratia habita augetur, & obedientiæ meritum recipit etiam characterem, & fomes peccati minuitur. & pena debita peccatorum tollitur: nec fit iniuria baptismo: nec est signum falsum: quoniam significat gratiam in fieri, aut inesse. Unde est uerum signum quantum ad utrumque, quantum scilicet ad gratiam præexistentem, quæ inest: & quantum ad gradum augmenti gratiæ, quæ infit. ¶ Et si quis ante baptismum peruenisset ad plenitudinem gratiæ, ad quam pręuisus é in uia: ponamus ita; tñ in eo augetur meritum obedientiæ præcepto diuino: potest. n. habens huiusmodi plenitudinē gratiæ addere opa meritoria. Vñ & uirgo gloriosa: si in cōceptione uerbi recepit totā gratiā: & peuenit ad terminū gratiæ: nō tñ ad terminum meriti: siquidem meruit usque ad terminū uię. ¶ Dubitatur secūdō: an paruulus in utero matris sit baptizandus. Dicendum breuiter quod in utero matris puer nō pōt baptizari: licet possit in eo sanctificari. Cuius ratio est secundum Alex. Tho. Sco. & cæteros: quia puer in utero matris nō potest aqua lauari, nec contingi: quāuis Alex. & Tho alias rationes quorundam recitent, a quibus tñ recedunt: stantes in dicta ratione. sicut enim paruulus in utero matris potest habere baptismum flaminis: ut patet de sanctificatis in utero Hieremia: Ioanne: uirgine Maria: & etiam baptismum sanguinis. Nam si quis persequitur matrem grauidam: persequitur, & paruulum in utero: ergo similiter sicut mater occiditur pro iustitia: ita paruulus pro iustitia occiditur: etiam si intentio interfectoris non feratur nisi ad interfectionem matris: ut dicit Rich. Nam una occisione mater, & paruulus occiduntur. Concordat (ut uidetur) Pet. de palud. distinct. vi. q. j. arti. iii & Sco. distin. præsenti. q. iii. Si autem paruulus extra uterum occideretur pro fide, uel iustitia non baptizatus: fusione sanguinis haberet effectum baptismatis: & saluaretur; ergo ex dem ratione si occiditur in utero matris, ex simili causa. ¶ Et dicitur notāter pro fide, uel iustitia: quia si occideretur ex alia causa, ut odio parērū, uel patriæ uel mutiplicationis: non censeretur baptizatus baptismo sanguinis. Unde si paruulus ad baptizandum portatus occideretur, ne baptizaretur: creditur baptizatus baptismo sanguinis: non autē si ex alia causa occiditur non propter christi legem: si etiam si ablui posset in utero matris suę debita forma uerborum, reciperet uerum baptisma. Unde si de matre uiua in periculo mortis scinderetur: quod tamen fieri non debet propter præceptum. Non occides. Vn de Pe. distin. vi. q. j. arti. j. Mulier uiua non debet scindi, ut puer uiuus baptizetur. Et si mulier est ad mortem damnata: differatur executio usque post partum: ne pereat innocens cum nocente. ff. de penis. l. pręgnantis. Nec licet matrē sic damnatam occidere, ut puer uiuus inde extrahatur. Et si mortua est, sepeliri non debet, donec fętus extrahatur. Si uero (ut aliquibus placet) puer adhuc latens in utero matris, quamuis matri coniunctus, aqua corpus eius contingente ablueretur, uel aspergeretur cum debita intentione, & forma: uerē puer baptizaretur, & saluaretur: ut innuit beatus Thom. reddens rōnem, quare mater scindi non debet: si tamen mater mortua, præsumeretur puer adhuc uiuere, aperienda esset mater; & puer baptizandus: ut dicit Alexanus. ¶ Ex illo sequitur: si puer corio inuolueretur: & in aqua uolutus perfunderetur: ita quod aqua non tangeret pueri nudū corpus cæteris adhibitis intentione

Dub. 2.

N An paruulus in utero matris sit baptizandus.

Mater uiua scindenda non est

scilicet, & forma, puer nō baptizaretur. ¶ Sed quid, si nō totus est clausus in utero: sed secūdum aliquā partē apparet: ita q̄ illa aqua aspergi possit. Dicūt cōcorditer doc. Si apparet pars principalis, ut caput, uel pectus, potest in illa parte baptizari. Et hoc simpliciter dicit Scot. dist. præsenti. q. ij. ita q̄ si postquā nascitur, non debet rebaptizari. Non. n. est uerisimile, q̄ in die pentecostes baptizati. (Actuum. ij.) numero. 3000. fuerint toto corpore abluti: sed secundum faciem aqua aspersi: uel quantum ad caput perfusi. Si autem apparet pars minus principalis, puta manus, uel pes, quā uis quidam dicant, q̄ uel illa pars, uel paruulus secundum illam partem non sit capax baptismatis: dicit tamen Scot. q̄ illa pars sit baptizāda: quia in illa parte est tota anima licet non omnis sensus, sicut in capite. Si autem nasceretur, ad cautelam sub conditione rebaptizādus esset. Satis consonat Thom. dist. in. v j. art. j. Credendum est autem, quòd deus suppleret id, quod impotentia impediretur. Talis etiam si mortuus nasceretur, sepeliendus est in poliandro benedicto. ¶ Sed contra responsionem de puero secundum se totum in utero clausum arguitur. Nulli statui hominis præcluditur uia salutis ab eo, qui uult omnes homines saluos fieri, qui quoq; prōptior est ad miserendum, quàm ad puniendum. Sed paruuli in uteris maternis clausi homines sunt cum iam sint animam rationalem sortiti: & sunt in periculum animarum propter originale peccatum contractum, & corpusculi teneritudinē: ergo illis sicut cęteris statibus est de remedio salutis prouisum: sed non nisi per baptismum: uel assignetur aliud remedium. Ad hoc respondent Alexan. & sanctus Thom. ubi supra dist. v j. ar. j. q̄ quia paruulis in utero matris nō est prouisum de remedio: non est ex defectu misericordię dei. sed quia non sunt capaces illius remedij: puta baptismatis ordinati, secundum legem communem contra originale peccatum. ¶ Sed hæc solutio non satisfacit: quia admittit, quòd paruulis pro isto statu non est prouisum de remedio salutis: quod uidetur repugnare misericordiæ diuinæ: quę, ut communiter loquuntur doctores, nullo unquam tēpore post lapsum reliquit hominem sine remedio. Vnde si paruuli non sunt capaces remedij baptismatis in utero: debuit aliud remedium institui, cuius possunt esse participes, & capaces, sicut in lege Moysi: quia fœmellæ non fuere capaces remedij circumcisionis, pro eis aliud fuit remedium; ut supra habitum est. Quòd ergo erit remedium generale pro paruulis in utero existentibus: nullum manifestat ecclesia Sed sensum domini quis cognouit: aut quis cōsiliarius eius fuit. Ex sua misericordia dominus pdito homini remedia cōstituit, quę, & quando, & quomodo uoluit, quē sine remedijs iuste dānare potuit. Et qs dicit ei. Cur ita facis: aut figmentum fictori suo: cur me fecisti sic. Nam quęcunq; uoluit, fecit: & q̄ uoluit: eo quo luit, iuste uoluit, & fecit. Voluit itaque remedia instituere contra morbum peccati in ecclesia: per sacramenta dispensāda, his, qui nati esse poterāt ecclesię. Eorum uero, q nondū in lucem notitię prodierunt: remedia in sua ptāte sola constituit, quos cum uoluerit sine exteriori remedio, & sanctificare, & saluare potest: sicut factū de qbusdā scriptura testatur: insuper q̄ paucis in priuilegiū factū est: pōt quibuscūq; uoluit impartiri, qui potentiā suam sacramentis non alligauit. ¶ Hinc consulit Ioannes Gerson parentibus: quatenus deuotis orationibus, ac bonis operibus paruulis suis gratiam impetrare nitantur. potens enim est dominus in utero sanctificare, quos nouit ad natiuitatis ortum non peruenturos: licet de hoc certitudinē non habeamus, miseret. n. cui uult, & quem uult, indurat. ¶ Quòd uero sancti dicūt nullum nisi regeneratū saluari posse: loquuntur secundū legē communem: non præiudicando specialibus priuilegijs, ac diuinis dispēsatiōibus. ¶ Et si quęrit an baptizata matre, infans in utero tanquam pars eius baptizetur. Dicendū, q̄ nō; ut dicit Aug. cōtra Iulia

Quod remediū pueris in utero p̄ originale peccatum.

Notandum.

An baptizata matre baptizę

quo opus mortuum reuiuiscit. tuum. idest in mortali peccato factū, nū quā reuiuiscit quātū ad meritū operantis; quod meretur si non in mortali fieret, sed quantum ad effectum, quem aliunde habet potest reuiuiscere. Exempli causa. Eleemosina in peccato mortali facta non reuiuiscit quantū ad meritū dātis: reuiuiscit tamen quantū ad orationem pauperum eleemosynam recipiētiū, qui bus impetrant gratiā dantis. Sic abstinentia, & corporis castigatio in mortali facta non reuiuiscit, quo ad meritum abstinentis. Sed quia castigatio ex ipso ope habet carnē subijcere spiritui: quātum ad illum effectum reuiuiscit: quia cedente fictione caro subiectior est spiritui, quā si non præcessisset castigatio. Sic susceptio baptismatis quantū ad meritum, quod mereretur, si susciperet cōtritus, non reuiuiscit: sed quantum ad effectum, quē habet ex opere operato per diuinam adsistentiam reuiuiscit: nec ut sic est opus suscipiētis: sed dei suo signo adsistentis. Et tantum de illa quæstione.

QVAESTIO. II.

A SECVNDO quæritur utrum omnes suscipientes baptismū æqualiter accipiant sacramētalem eius effectū. Tres articuli respondebūt quæstioni.

¶ Quantum ad primum, primò notandum: quod duplices sunt baptismum suscipientes: quidam paruuli nondum rationis capaces: alij adulti: & hi multiplices. Nam quidam actu utuntur rōne: quidā actu non utuntur; sed prius usi sunt: ut dormientes, uel qui ex infirmitate, aut accidente casu ratione priuati sunt: ut fatui, aut furiosi a natiuitate: & de illis per omnia dicendum sicut de paruulis. Item adultorū quidam sunt ficti, quidā non ficti. Ficti sunt, qui aliud prætendunt foris: aliud intus habent. ¶ Et hoc in suscipiente baptismum pōt dupliciter contingere. Vel quia ostēdit se uelle suscipere baptismū eo modo, quo ecclesia intendit dare: & tñ oppositū habet in

Arti. 1. Not. 1. Duplices sunt suscipiētes baptismū paruuli, & adulti.

anima. Vel secundo, ostendendo se esse dispositum ad suscipendum baptismum & tamen nō est dispositus in animo: aut quia nō habet rectā fidem, aut quia habet pc̄m mortale in actu: uel in proposito: uel complacentiā, uel nullā displicētiā de pctō. Et illo secundo modo cōiter loquuntur sancti, & doctores de fictè accedentibus ad baptismum: qui scilicet accedendo ponunt obicem gratiæ .s. infidelitatē: aut mortale pctm̄. quod tunc actu uoluntatis committūt: aut de quo commisso nullam habent displicentiā. ¶ Item adultorum quidam consentiunt suæ baptizationi, qui. s. actu elicito uolunt id in eis per baptismum, quē recipiunt fieri, quod ecclesia credit: seu ppter quod a christo institutus est: licet fortè nō credant ualere baptismum: ut si quis animo diceret: uolo baptizari, ualeat quātum ualet ¶ Alij sunt dissentientes, quod potest intelligi negatiuè tantum: uel cōtrariè. Negatiuè negat actualem consensum, sed non ponit contrarium dissensum. hoc est, non uult baptismum: nec habet uoluntatem baptizandi: & hic dissensus potest esse in dormiente, & non aduertente baptismum. Cōtrariè ponit actualem dissensum: & hoc simpliciter, uel scdm̄ qd. Simpliciter, quod uult non baptizari: hoc est, habet in se nolle baptizari. Scdm̄ quid, quod uult baptizari: nollet tamen sub cōditione .s. si assequi posset illud sine baptismo, quod per baptismum assequitur: ut qui uult baptizari, ut uitam redimat; nollet tamen, si sine baptismo uitam posset conseruare: sicut in simili de proijciente merces in mari, qui uolens proijcit. Voluntate enim membra mouentur ad proijciendum: nollet tñ proijcere, si alio modo posset uitam conseruare: & sic dicitur nolle sub conditione. ¶ Ex quo ad primum membrū nolle simpliciter nihil refert ad propositū. Verum hūc nolitionē uerbo, uel signo protestetur: an sola uoluntate teneat: etiamsi foris oppositum simulet, quia in rei ueritate, si est dissensus talis in animo, omnino idem est, quo ad deum, & quo ad baptismi ueritatē siue reclamet, siue non signo ex

Duplex fictus accessus

Aliquis uult baptismū uel simpliciter uel secūdum qd

teriori, tñ quãtũ ad iudicium ecclesię, q iudicat de manifestis: & eum qui tacet, præsumit consentire. Quo ad deum, & ueritatem differentia est: quia per eam nõ cogitur reclamans ad obseruationẽ religionis christianę: cogitur aũt nõ reclamans. ¶ Nec in hoc põt argui ecclesia, quod isti nolenti, nec tamen reclamãti fieret iniuria. Minus enim malum est sibi, quod inuitus seruet legem christianã: quàm quod impune permittatur agere cõtra eam: quia minus malum est aliqua bona agere, & mala fugere, quàm liberum, & impune mala perpetrare, & bona omittere. Hęc omnia Sco. q. iiij. huius dist.

Not. 2. ¶ Secundò notandum, quod sicut B tangit magister in textu.

Triplex est baptismus. Triplex est baptismus. s. fluminis, sanguinis, & pœnitẽtiæ: qui dicitur generaliori nomine baptismus flaminis. ¶ Pro cuius intellectu notandum, quod loquendo propriè de baptismo, prout est sacramentum nouæ legis: non est nisi unus baptismus secũdum speciem; quæ fit in aqua sub determinata uerborum forma: prout supra descriptus est dist. iij. de quo apostolus ad Ephes. iiij. Vnus dominus: una fides; unum baptisma. Cętera, quę dicuntur baptism⁹: dicũtur baptismus æquiuocè: & secundum quandam attributionem: sicut urina, medicina, & dieta dicitur sana per attributionem ad sanitatem animalis. Vrina, quia est signum sanitatis. Medicina, quia est causa sanitatis efficiens. Dieta, quia est causa sanitatis conseruans. ¶ Et sic aliquid dicitur baptismus: quia signũ, aut figura ueri baptismi. Et sic diluuium dicitur baptisma: quod propter saluationem fidelium, & submersionem infidelium in ipso factam, figurat baptisma: quod extinguit uitia: & liberat baptizatum à dęmonis potestate.

De multiplici baptismo secundum Dam. ¶ Propter eandem rationem submersio Aegyptiorũ in mari rubro: & liberatio populi dei baptismus dicitur. Vnde. j. Corint. x. Patres nostri omnes sub nube fuerunt: & omnes mare trãsierũt, & oẽs in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari. ¶ Sic & quædam oblationes ueteris testamenti baptismata dicebantur: ut in aqua lustrationis, & in uasis ablutis. ¶ Dicitur etiã quandoq; baptismus: quod est quędam dispositio, uel pparatio ad baptismum: sicut baptismus Ioannis: & baptismus, quo christus baptizatus est à Ioanne, quo sanctificatæ sunt aquæ: ut supra dictum est. ¶ Dicitur etiam baptismus attributiuè: quia habet effectum similem baptismo: & hoc modo baptismus pœnitentiæ, uel flaminis, & baptismus sanguinis dicuntur baptismi: non quod sacramentum baptismi fiat nisi in aqua: sed quia ipsius uirtus, & sanctificatio datur non tantum per aquam: sed etiam per sanguinem, & pœnitentiã: ut dicit magister: qa p hęc pctã remittũtur, & pęnæ: in toto, ut in martyrio: uel in parte, ut pęnitentia, si non fuerit perfecta, & sufficiens. ¶ Est autem baptismus flaminis, uel pęnitentiæ, contritio cordis, aut præparatio sufficiens ad gratiæ infusionẽ, per quam de congruo meretur peccatorum remissionẽ. Et baptismus sanguinis, est martyriũ p christo, seu iustitia susceptum: dummodo non fuerit contemptus baptismi: sed imposs bilitas suscipiendi. Susceptũ, intellige uoluntate propria, uel principij coniuncti: quod dicitur propter paruulos in matrũ uteris p fide christi extinctos. ¶ Dicitũ aũt martyriũ baptismus sanguinis: licet non semp sanguis fundatur in martyrio: qa tñ semp uita extinguitur in martyrio: q scdm legem est in sanguine. ¶ Nullũ aũt pręmissorũ est baptisma sacramentũ, ut clarè patet ex diffinitiõe baptismi: qa in omnibus his deficit forma, & intentio: & in plerisq; elementum sensibile sicut in ultimis duobus. ¶ Hos septem modos ponit Dama. lib. iiij. c. j. addẽs octauum, q est in spũ, & igne. De quo dominus ait. Vos autẽ baptizabimini in spiritu sancto non post multos hos dies. Act. j. Et Ioannes de christo. Vos baptizabit in spiritu sancto, & igni. Luc. iij. ¶ Nominat etiam Dam. uerum baptisma dicens. Baptizamur etiam, & nos perfecto domini baptismate per aquam, & spũm sanctũ. Et ita nouẽ ponit baptismatis modos: quorum solus ultimus nunc noiatus est baptismus propriè, & sacramentũ. Doc. aũt

communiter tantum loquuntur de tribus, quos magister ponit, ut supra: ad quos etiam præsens quæstio est retorquenda.

Not. 3. C ¶ Tertiò notandum: quod secundum magistrum, differentia est inter sacramentum, & rem sacramenti. Nam dicit quosdam accedentes ad baptisma suscipere sacramentum, & rem sacramenti: quosdam sacramentum tantum, & non rem: quosdam uero rem, & non sacramentum. Et posset addi quartum scilicet quosdam neq; accipere rem, neq; sacramentum.

Differẽtia iter sacramẽtum, & rem sacramenti.

Pro cuius intellectu aduertendũ; quod per sacramentum intelligitur operatio exterior exhibita corpori humano sub debita uerborum forma: uel signum sensibile ex institutione diuina significans operationem interiorem, quam deus operatur intus in anima, uel effectum gratuitum. Illud uero, quod significatur. i. effectus ille, quẽ deus inuisibiliter operatur scilicet gratia, uel gratuitus effectus: dicitur res sacramenti, siue effectus sacramentalis. Et est duplex: quia quidã præcisè sequitur opus operatum idest sacramentum foris adhibitum, semoto impedimento circumscripto deuotionis merito suscipientis, uel conferentis. Quidam uero sequitur non tantum opus operatum: sed etiam opus operãs, idest dispositionem seu meritum conferentis sacramentum, uel suscipientis: prout supra. q. iij. dist. j. declaratum est. Et primus effectus sequens opus operatum propriè dicitur effectus sacramentalis: & de illo intelligenda est principaliter præsens quæstio. ¶ Sed adhuc talis effectus est duplex: quidam est res, & sacramentum: & in proposito est character baptismalis: de quo dicetur distin. ix. Et ideo de illo effectu nihil hic dicetur. Alius est res tantum: & est gratia animæ suscipientis infusa: & cæteri effectus gratiã consequentes, de quibus dictum est. q. præcedenti. Et illi effectus gratiam consequentes, uirtutes scilicet & fomitis remissio, habent se proportionaliter ad gratiam quantum ad intẽtionẽ, & remissionẽ. Ita quod si gratia fuerit intensa: & ipsi sũt intẽsi: si remissa

Not. 4. remissæ. ¶ Vltimò notandum: quòd ad effectum baptismi cõcurrunt plures causæ scilicet principalis effectiua gratiæ, quæ est deus. Meritoria, quæ est passio christi, unde sacramenta trahunt efficaciam. Et dispositiua subiecti: & est dispositio suscipientis baptismum. Posset addi congruitas, siue habitudo, aut dispositio ministri, & circumstantium: & secundum quodlibet horũ potest uariari gratia in baptismo collata. ¶ Quantum ad secundum articulum est prima conclusio. Baptizatus dissentiens contrariè simpliciter nolens baptizari: nec sacramentum suscipit: nec rem, sacramẽti. Probatur conclusio aucto. Innocentij. in. c. maiores. de baptis. & eius effc. Qui nunquam consentit: sed pœnitus contradicit: nec rem nec characterem suscipit sacramenti. Et ratione probatur secũdum Rich. quia per susceptionem baptismatis, intrat homo ecclesiã militãtem: & adscribitur exercitui eius. Ad hoc autem requiritur consensus actu, uel habitu: si est in statu, in quo possit consentire. Probabile enim est, quòd ad hoc plus requiratur ab illo, qui consentire potest: quàm ab eo, qui consentire non potest: sicut in catechismo respondent patrini, & tamen sicut dicit magister, si adultus est, debet respondere pro ipso. Vnde August. lib. iiij. de baptismo. de conse. dist. iiij. cum pro paruulis. Cum pro paruulis alij respondẽt, ut impleatur erga eos celebratio sacramenti: ualet utiq; ad eorum consecrationẽ: quia ipsi pro se respondere non põt. At si p eo, quod rñdere põt, alius respõdet: nõ itidẽ ualet. Et quia regula illud euangelij dictum est (quod oẽs cum legitur, naturaliter mouet) ętatem habet ipse, pro se loquatur. Et statim sequitur. Nemo ex aqua, & spiritu renascitur nisi uolens: quod non de paruulis, sed de solis, & adultis, & suæ uoluntatis arbitrijs intelligẽdum est. Item Prouerb. xxiiij. Præbe mihi fili cor tuum. Vnde nõ uult deus aliquem inuitum adscribi familiæ suæ. ¶ Et nihil refert, si sola mente dissentiat: an mente, & uoce dissensum exprimat: immo si mente dissentit actu positiuo: licet uoce se consentire mendaciter

Arti. 2. Cõcl. 1 D Dissentiens cõtrariè simpliciter non recipit rẽ nec sacramẽtum.

citer asserat: baptismum non susciperet: quia homo uidet ea, quę parent: deus autem intuetur cor. j. Regũ. xvj. ¶ Dicitur notanter: nolens simpliciter: quoniam si nollet conditionaliter: cũ tamen uult simpliciter: suscipit sacramentum baptismi: licet non rē. Et de illis loquitur concilium Toletanũ de baptismo, & eius effectu. c. maiores. ꝙ illi, qui iãpridem ad christianitatem tracti sunt: quia iam constat eos diuinis sacramentis associatos, & baptismi gratiã suscepisse: & chrismate unctos esse: & corporis domini extitisse participes: oportet, ꝙ fidem, quam necessitate susceperũt, tenere cogãtur: ne nomē domini blasphemetur: & fides, quã susceperunt, cōtēptibilis habeatur. & uideatur totum illud capitulum clarē loquens ad propositum. Hi. n. non simpliciter uiolentati sunt: sed metu pœnę inducti. Qui ergo, ut pœnam euaderent, baptizati consenserunt: licet uellent magis non baptizari, si euadere pœnas possent: sacramentum accipiunt ¶ Et nota, ꝙ dicitur notanter baptizari: quoniam si quis consentiret metu, uel promissione inductus in illam lotionem tã quam in quoddam balneum, non ut in baptismum: nec in eam illo modo, quo illam intendit facere ecclesia: non recipit sacramētum: sicut nec is: qui pro ludo se baptizare consentiret. ¶ Qui ergo consentit se baptizari; hoc est le lauari eo modo, quo ecclesia baptizat: etiam si non credat habere effectum aliquem: uerē baptizatur: sicut si quis nō credit uerba incantationis aliquem posse habere effectum: tamen concedit incantatori, ꝙ dicat illa uerba incantationis super eum ea intentione, qua solet ea dicere, dicens in corde suo: ualeat quantum ualere potest; iste uerē diceretur incantatus. Et si incantatio super aliquo diceretur consecratio diaboli: ille esset diabolo consecratus. Sic similiter ad propositum. Sic cōsentiens se baptizari: uerē baptizatus est, & characterē recipit: & ideo si postea mutatus uerē credit: non uenit iterũ baptizandus: sed pœnitētia purgãdus. Qui uero dissentit simpliciter baptizatus non est: & si postea incipit consentire, & ecclesię obedire, rebaptizandus est. ¶ Ex hac conclusione sequitur corollarié, ꝙ accedens fictē ad baptismum secundum primum fictionis modum simpliciter, non recipit sacramentum. Patet: quia talis est dissentiens mente actu positiuo nolens baptizari: & ita cedente fictione erit iterum baptizandus. Licet beatus Aug. lib. viij. de unico baptismo non determinet, an sic baptizatus receperit baptismi sacramentum, uel nō: sed dicit in tali casu diuinum iudicium per alicuius reuelationis oraculum con cordi oratione gemitibus implorandũ. Illud uerō, quod glos. in. c. solet. de cōse. dist. i ij. super eisdem uerbis Augustini, dicit: ꝙ si quis baptizans intendit baptizare: qualemcunq; baptizatus intentionem habeat: recipit sacramentum: non tenetur: neq; uerum est: ut dicit Rich. & communiter tenent doctores. Et licet sic fictus non recipiat sacramentum: ecclesia tamen, quę de exterioribus iudicat: ipsum censet baptizatum: & consensisse in sacramentalem ablutionem: quia præsumit partem meliorem. Et ideo cogeret eum ad obseruãtiam legis christianæ: ut in. c. maiores. de baptismo. Item. xlv. dist. de Iudęis. ¶ Secunda conclusio. Habens usum rationis dissentiens actu negatiuē: & quoniam nec habitualiter: nec uirtualiter consentit: neq; baptismum, neq; baptismi rē ullam suscipit. Probatur secundum Sco. dist. præsenti quæstio. iiij. iuxta finem quęstionis: quia oportet, ꝙ utens ratione deuotionem aliquam habeat ad sacramentum: si debet sibi ualere: aliter uidetur contemnere. ¶ Præterea sicut secundum August. Qui creauit te sine te: non iustificat te sine te: sic nec adscribit te suæ familię sine te. Sed negatiuē dissentiens, nullum actum habet respectu baptismatis: nec dissentit: (ut pono) neq; consentit. & ita sine suo actu christi familiæ adscriberetur. Et hoc est, quod Augustinus dicit: ut supra allegatum est: & concordat Rich. Nemo ex aqua, & spiritusancto renascitur nisi uolens: quod non de paruulis;

Coroll.

Cōcl. 2. E Dissentiens negatiuē nec uirtualiter consentiens nō baptismum, nec rem baptismi suscipit.

sed seiolis, & adultis, & suæ uoluntatis ar bitrijs intelligēdum est. ¶ Dicitur notan ter: nec habitualiter, nec uirtualiter cō sentiens. Dicitur enim habitualiter con sentire, qui quandoq; consensit: & post actum contrarium non habuit. Et uirtua liter: qui ex consensu prius habito ad re cipiendum baptisma se applicat: licet tunc actualiter (quia distractus) non consentiat. Habens ergo consensum uirtualem sine actuali, recipit sacramen tum: & si obicem non ponit, etiam rem sacramenti: licet non consentiat actu negatiuè. Probat hoc Sco. quia noluit deus hominem ligare ad impossibile: uel secundum statum huius uitæ ad nimis difficile. Nunc autem non distrahi ni mis uidetur difficile homini pro statu isto: quia secundum August. iij. de lib. arbi. non est in potestate nostra, quibus uisis tangamur. Noluit ergo deus ho minis salutem ponere in ista conditio ne; si non distraheretur. Non ergo uo luit ligare baptizandum, ꝙ in susci piendo baptismum non distrahatur: & per consequens ꝙ actualiter intendat: immo generaliter: ita est in omnibus alijs sacramentis ministrans ea non obli gatur necessariò: ut ministrando non sit distractus, ut infra dicetur de sacra mento eucharistiæ. Similiter habens consensum habitualem (licet utens ra tione) recipit sacramentum: quia non uidetur propter aliquam conditionem minus capax (si utitur ratione), quam si prius usus est ratione: nunc uero non utatur: sed in tali non utente nunc: ta men prius usus ratione, sufficit habi tualis consensus, ut dicetur: ergo. Et quamuis intentio habitualis tantum nō sufficiat in baptizante ad causandum effectum, idest ad ministrandum sacra mentum: potest tamen esse sufficiens dispositio ad suscipiendum sacramen tum: ut dicit Richar. Maior enim actua litas requiritur in agente, quàm patien te. ¶ Requiritur tamen quandoq; inten tio actualis in suscipiente per accidens scilicet, uel ad remouendum prohi bens. Vnde si in accidente ad baptis mum est actu, uel habitu intentio non recipiendi baptismum: huiusmodi intē tio: quia (ut dictum est) prohibet sacra menti susceptionem: necessarium est il lam intentionem expelli per contrariā intentionem in actum uolendi recipere baptismum: ad hoc, ut recipiat sacramē tum. Similiter si prius nunquam actuali ter cōsensisset: necesse foret, ꝙ tūc actua liter cōsentiret: quia sine cōsensu actua li præsenti, uel preterito in habēte usum rationis, non suscipitur sacramentum. Item interrogatus tenetur pro se respō dere: ut uult magister ca. ult. huius dist. Si adultus est, debet respondere prose ip so. Ad idē Aug. lib. iiij. de baptismo. ut supra allegatur. Ergo tunc tenetur habe re actualem consensum baptismum re cipiendi: quoniam tunc obijcitur sibi ba ptismus: & tūc uel consentit, uel dissen tit secundum impedit: ergo primum re quiritur. ¶ Si dicis: posset habere actū su spensiuū: & sic nec assentire, nec dissenti re etiam quicquid foris uerbo responde ret. Dico, ꝙ in casu illo nō reciperet sa cramentum: quia non consentiret neq; actu: neq; uirtualiter: nec habitualiter. Primum patet: sequētia duo probantur: quia is tantū uirtualiter, uel habituali ter cōsentit: ut dicit Richar. qui sic est di spositus, ꝙ sic actualiter & deliberatè re cogitat de illa re, ꝙ actu cōsentit in eā: & ideo in casu (si interrogatus fuerit) requiritur actualis consensus. ¶ Corolla rium. Si quis uerū cathecuminum non actu de susceptione baptismi cogitantē ablueret sub debita forma uerborum in tendens eum baptizare, uerè baptizaret & cathecuminus ille characterem susci peret baptismalem. Sic ponit Richar. ¶ Tertia conclusio. Carens usu ratio nis si baptizatur: sacramentum susci pit: nisi prius immediatè actu positi uo dissenserit. Hæc conclusio quan tum ad ambas partes satis clare deter minata est ab Inno. iij. c. maiores. de baptismo. ubi dicitur quærendo. Vtrum dormientibus, & amentibus sacramen ti saltem character in baptismate impri matur, ut excitati à somno, uel ab ægritudine liberati, non sint denuo ba ptizandi. Partem affirmatiuam astruit

Coro.

Cōcl. 3. F

Carens usu rationis si baptizatur sacramētū suscipit.

cum moderamine, quod sequitur. Dormientes autem, & amentes, si prius quam amentiam incurrerent, uel dormirent in contradictione perstiterent: quia in eis intelligitur contradictionis propositum perdurare: si sic fuerint immersi characterem non suscipiunt sacramenti. secus autem si prius cathecumini extitissent, & habuissent propositum baptizandi. Vnde tales in articulo necessitatis consueuit ecclesia baptizare. Tunc ergo characterem sacramentalis imprimit operatio: cum obicem uoluntatis contrariæ non inuenit obsistentem. Hęc ibi, Dicitur in conclusione: nisi prius immediate &c. quia si aliquando (dum talis usus est) rationi contrariam uoluntatem habuisset: & tamen ante somnum, uel amentiam illam correxisset deliberans baptizari: non impedit contraria uoluntas prętuia post correcta: quia immediate ante priuationem usus rationis, illam contrariam non habuit. ¶ Dicitur autem immediate dissentire ante priuationem usus rationis: quando inter illum dissensum non interuenit consensus ille contrarius. Vnde ille actus dicitur in proposito immediatus ante usus rationis priuationem, inter quem, & illam non interuenit actus contrarius: etiã licet ille diu ante priuationem usus rationis cessasset. Vnde generaliter nunc non utens ratione, qui tamen aliquando usus est iudicatur cum non utitur ratione habitualiter consentiens, uel dissentiens secundum Scot. iiii. quęst. huius distinct. secundum φ habuit se actualiter in sanitate ante illud impedimentum usus rationis immediate, puta si tunc actualiter consensit & iudicatur nunc habitualiter consentiens. Si tunc actualiter dissensit: iudicatur nunc habitualiter dissentiens. Et ita uniuersaliter habitualiter se habens: potest recipere, uel non recipere sacramentum: sicut potuit prius quando actu sic, uel sic se habuit. Quid autẽ potuit actualiter se habens: patuit in duabus conclusionibus pręmissis, & in sequentibus. ¶ Dicitur notanter, actu positiuo: quia si tantum negatiue dissenserit: ita φ ante impedimentum rationis nunquam respectu baptizationis actum positiuũ habuerit: tũc aut semper priuatus fuit usu rationis: sicut infantes, & fatui, & furiosi a natiuitate: & tunc si baptizatur, recipit sacramentum, & characterem. Si uero prius usus fuerit ratione: nihil recipit: quia si fuisset in statu illo, quo usus est ratione, baptizatus, nihil recepisset. Defecisset enim cõsensus actualis, & habitualis. Et ille secundus casus excipiendus est a conclusione tertia. ¶ Si quęritur: quid de re sacramenti. Vtrum in tali impedimento rationis baptizati, qui recipiunt sacramentum, & characterẽ, recipiant etiam rem sacramenti, gratiam; & uirtutes &c. Respondetur de pueris infantibus, φ recipiunt plene rem sacramenti. Vnde sicut creditum est: φ paruulo in baptismo originale peccatũ dimittitur: ut habetur in ca. maiores. de baptismo: ita & creditum est sibi gratiam infundi: quia deus pro statu naturæ lapsæ nulli remittit culpam, nisi cui dat gratiam. Nullum enim liberat a perditione: nisi quem assumit in filium regni. Et sicut dictum est de paruulis: ita per omnia dicendum est de furiosis a natiuitate, & fatuis. ¶ De his uero, qui post usum rationis ipso priuati sunt: dicendum sicut de consensu habituali: si immediate ante impedimentum usus rationis aliquis talium fuit dispositus ad recipiendum gratiam: puta non posuit obicem: breuiter quemadmodum talis tunc temporis fuit, sic dispositus: φ tunc si baptizatus fuisset, rem, & sacramentum recepisset. Ita & nunc etiam existente tali impedimento, quod est defectus usus rationis: si alias rite baptizatur: recipit sacramentum, & rem: si uero tunc non recepisset: nec modo recipit. Et ideo ualde cauenda sunt peccata mortalia: ne si quis in mortali incideret furiam, uel mentis insaniam aliud ue periculum, sibi non esset uia salutis. ¶ Sed quærit hic Sco. quæstio. iiij. distinctione. Expedit ne tales baptizari: multa enim

licent, quæ non expediunt. j. Cor. vj. Respondet, & consonat Pe. de. pal. q. iiij. ar ti. ij. præsentis dist. Si speretur ipsum redi turum ad usum rationis: magis expedit tempus expectare, quo utatur ratione: puta de dormiente tempus uigiliæ: & de furioso tempus lucidi interualli. Si uero non speretur: puta de eo, qui incidit in perpetuum impedimentũ: uel si imminet mortis periculum: expedit eũ baptizare: quia alias exponeretur periculo damnationis: & hoc si sit capax baptismi: puta si non fuit dissentiens contraire usq; ad horam impedimenti usus rationis.

Cõcl. 4. ¶ Quarta conclusio. Accedens hõc secundo modo ad baptismum uolens tamen baptizari, sacramentum recipit: sed non rem, neq; effectũ sacramenti. Per effectum intelligo gratiam, & consequẽtia eam, & non characterem: quia quicunq; recipit sacramentum: recipit ẽt characterẽ: ut infra dicetur. Probatur secundum Sco. q. v. dis. iiij. quia habens actualiter obicem contra gratiam: puta infidelitatem, uel aliquod peccatum mortale, quod tunc actu uoluntatis cõmittit, uel prius commisit: & nullo modo displicet: nullo modo recipit gratiam: secundum illud Aug. de pœnitentia. capit. j. & ponitur in litera. Omnis, qui iam suę uoluntatis arbiter constitutus est: cum accedit ad sacramentum fidelium: nisi pœniteat eum ueteris uitę, nouam non potest inchoare. Ab hac pœnitentia, cum baptizãtur, soli paruuli immunes sunt. Et de talibus fictis intelligitur illud Sap. j. Spiritussanctus disciplinę effugiet fictum. Ad idem adducit magister aucto. Hiero. & Ambro. concludens; ꝙ adultis sine fide, & pœnitentia uera in baptismo non confertur gratia remissionis: quia nec paruulis sine fide aliena (qui propriam habere nequeunt) datur in baptismo remissio. Si quis ergo fictẽ accedit non habens cordis ueram contritionem: sacramentum sine re accipit. ¶ Sed nota, ꝙ fides aliena, sine qua paruulis non datur remissio: non est fides offerentium paruulum ad baptismum: nec etiam baptismus: quoniam si heretici offerãt, & hæretici baptizẽt seruãtes debitam formam cum intentione conferẽdi, & accipiendi baptismum: uere baptizant: & puer baptizatus remissionẽ originalis peccati recipit: ut dist. sequenti dicetur: sed est fides ecclesiæ. Et sic intelligendum est illud Augu. super Ioannem homil. v. Accedat uerbũ ad elementum; & fit sacramentum. Et sequitur paucis interpositis. Non quia dicitur: sed quia creditur; creditur non a baptizante, aut baptizato: sed ab ecclesia militante: alias dixisset: non quia dicit: sed quia crediderit. In adultis tamen requiritur fides propria: non ut recipiant sacramentum: sed ut consequantur gratiam, quæ est res sacramenti.

G Accedens fictẽ secũdo modo sacramẽtum recipit, sed non rem.

H ¶ Sed his opponitur. si in adultis baptismus ut habeat effectum suum, requirit præuiam fidem, & contritionem siue pœnitentiam in baptizato: quomodo confert gratiam ex opere operato: immo quomodo confert gratiam: nam gratiam præsupponit: ergo eam non confert. Præsupponit enim fidem, & contritionem, quę non sunt sine gratia. quoniam etsi fides possit esse informis: sed non contritio: quia contritio includit gratiam, sine qua non meretur dici cõtritio: sed attritio. ¶ Præterea sacramentum pœnitentiæ non præsupponit contritionẽ: nec bonum motum interiorem pœnitẽtis: sed dumtaxat obicis remotionẽ: alioquin nõ esset sacramentum nouę legis: nec secunda tabula post naufragium: ut arguit Sco. dist. iiij. q. iiii. Ergo multõ magis sacramentum baptismatis, quod est prima tabula: & efficacissimum remedium contra peccatum: non requirit præuiam contritionem in adulto: sed tantum intentionem recipiendi baptismum in fide ecclesię. ¶ Ista replica inducitur contra Sco. & suam opinionem de pœnitentia. Nam uidetur sibi ipsi contrarius: in eo, ꝙ hic expressẽ dicit, ꝙ ad consequendum effectum baptismatis, requiritur displicentia peccati mortalis cõmissi: allegans ad hoc Augu. ubi supra in probatione conclusionis: & hoc negat de pœnitentia: cum tamen baptismus sit efficacior ad delen-

Quõ baptismus cõfert gratiam ex opere operato

delendum peccatum, quam pœnitentia: & minorem requirit dispositionem præviam in suscipiente, quam pœnitentia: quia habet effectum suum in paruulis, & usu rationis priuatis, in quibus pœnitentiæ sacramentum locum habere non potest. Sed posset dici saluando opinionē: ꝙ ad effectum baptismatis in adulto nō requiritur contritio propriē dicta, quæ peccatum tollit: sed aliqualis displicentia peccati commissi, uel ad minus non placētia in peccato: quia hoc scilicet habere complacentiam in peccato, esset ponere obicem: & hoc intelligendū est in nomine pœnitentiæ & contritionis in auctoritatibus allegatis. Sed hæc solutio uerbis sanctorum obuiat, & intentionibus, qui dicunt requiri ueram contritionem. Sed de hoc magis infra de pœnitentia. Tenendo ergo opinionem magistri, ꝙ pœnitentiæ sacramentū non delet peccatum: sed præsupponit eius remissionem per cōtritionem preuiā: ꝙ quoq; sacerdos absoluendo non remittit peccatum: sed pronunciat ipsum esse remissum: ratio illa non obuiat conclusioni. ¶ Ad primā autem replicam satis uisum est supra. q. præcedente. quō cōfert gratiam ex opere operato: non ꝙ non requirat prçuiā dispositionem suscipiētis: sed quia super gratiā dispositioni suscipientis correspondentem gradū gratiç addit præcisē correspōdentem sacramenti perceptioni. Est etiā prima tabula non sine dispositione prçuia ad dignam eius susceptionem requisita: & cum conclusio ne huius dispositionis restituit, naufragū portui gratiæ: uerum in paruulis illud agit immediatē in fide ecclesię. ¶ Quinta conclusio. Accipiens baptismum secū do modo nō fictē recipit rem sacramenti: scilicet gratiam & remissionem culpç, & pœnç. Probaē: quia aliqui baptizati recipiūt rē sacramenti: alioquin non esset sacramentum: sed hanc nō recipiūt ficti: ergo illā recipiūt nō ficti. Cōsequētia tenet a sufficienti diuisione. Omnis .n. accedens aut fictus est: aut nō fictus. Maior probata est. Minor est conclusio præcedens. Quod autem gratia ac remissio pœnæ & culpæ sint res huius sacramenti: patet ex questione præcedenti. ¶ Sexta conclusio. Effectus baptismi sacramentalis in omnibus non fictē accedentibus est çqualis. Probatur: quia deus instituens baptismū tāquam signū efficax gratiç, aliquam gratiam disposuit regulariter conferre cum illo signo prçcisē propter susceptionem huius signi: in subiecto disposito i. nō ficto: ita ꝙ nulli minorē. Et dicitur effectus sacramentalis: ut dictū est in primo articulo: & ille est çqualis in omnibus non fictis: ergo. Cōsequētia nota. & maior patet: quia deus instituit baptismum tanquā signum certum gratiç, & uniuocū: ergo est certum eius signatum: & ita certa gratia per ipsum significata: cum baptismus in se sit eiusdem rationis in significando. Minor probatur: quia quando aliquid datur prçcisē propter aliud: in quocūq; illud, propter quod datur, est eiusdē rationis ibi & datū est æquale: alioquin non daretur prçcisē propter illud; sed aliqua gratia datur prçcisē propter baptismum: & illa est eiusdem rationis in omnibus nō fictē accedentibus: ergo gratia talis erit in omnibus çqualis. Prçterea Deus non est acceptator personarū: ergo ubicunq; est eadem dispositio in subiecto, ratione cuius dat aliquod bonum: ibi erit çquale donum. dispositio autem gratię sacramentalis est eadem: quia sacramentū baptismatis. ergo çquale donū, quod est gratia. Probata conclusione de gratia, probata est de alijs effectibus, qui sequūtur gratiam: ut patet ex notabili ultimo primi articuli. De charactere autem nō habet dubium: ut infra dicetur. ¶ Sed dr. Remissio culpç, & pæne est effectus sacramentalis baptismi: quia consequitur opus operatum: & tamen non est æqualis in omnibus suscipientibus: quia minor in paruulis, quibus solum remittitur originalis culpa: in adultis uero maior, quibus remittitur cum originali actualis: sic uni maior pœna remittitur, quam alteri. Respondetur: ꝙ effectus baptismi quantum est ex parte sui quantum ad remissionem culpç, & pœnæ est çqualis: quia remittit oēm culpā, & pœnā, quā inuenit in subiecto. Quod

Cōcl. 5. I

Cōcl. 6. Effectus sacr[a]lis baptismi in oibus nō fictę accedentibus est æqualis.

uero in pluribus: alij pauciores, uel nullæ recipiuntur: est ex parte subiecti, & non sacramenti: quia plura, uel maiora debita inuenit, in uno subiecto, quàm in alio.

Cõcl. 7. ¶ Conclusio septima. Contingit inæqualem gratiam conferri non fictè recipientibus baptismum: propter diuersitatem causarum, per se, & per accidens ad baptizationem, uel eius effectum inæqualiter concurrentium.

K Cõtingit inæqualē gratiam cõferri nõ fictè accedētibus.

Probatur quantum ad causam effectiuam principalem, quę deus est: quia licet deus instituerit sacramenta ad determinatum effectum: ut dictum est: non tamen potentiam suam alligauit sacramentis. Potest ergo uni maiorem gratiam infundere ex sua bonitate, quã pręcisè exigit sacramentum, dum nulli dat minorem: & dicere. Tolle, quod tuũ est, & uade. Volo autem & huic nouissimo dare, sicut & tibi. An nõ licet mihi quod uolo facere: an oculus tuus nequam est: quia ego bonus sum. Matth. xx. ¶ Neq; propter hoc acceptor est personarum: dum nulli subtrahit, ex suo pacto debitum. Et forte sic maiorem gratiam contulit Paulo, quam eunucho in utriusq; baptismo: isti usper animam: huius per Philippum: ut habetur Act. ix. & viij. Similiter ut ait Sco. Deus prædestinauit suos electos ad diuersos gradus gloriæ: & ordinato ad maiorem gloriam, rationabiliter potest conferri maior gratia. Et potest deus alicui suscipienti conferre gratiam præcisè illam, ad quam baptismus est determinatus. Et alteri maiorem, quem determinauit ad minorem gloriam: sed ille ulterior gratię gradus non confertur uirtute baptismi: nec regulariter: sed de speciali beniuolentia diuina. ¶ Si quantum ad causam meritoriam, quę est passio Christi. Nam illa potest efficacius operari ad gratiam in uno, quàm in alio. Vel quia specialius oblata pro uno quantum ad intentionem offerentis quàm pro alio. Vel quantum ad executionem pro uno oblata in effectu: pro alio non, nisi in præuisione diuina. Primo modo, cum Christus communiter ponitur nosse omnia, quæ deus scientia uisionis: per consequens nouit omnes electos, & ad quem gradum glorię sint electi. Potuit ergo pro prædestinato, ad maiorem gloriam offerre plenius passionem suam: & pręcipuè cum se obtulit pro genere humano: ad hoc ut impleretur prędestinatio diuina. ¶ Secundo modo passio christi efficacius operatur pro nobis, qui sumus in lege euangelica: quàm pro patribus in lege mosi: quia obsequium pręstitum ad maius bonum retribuendum acceptatur, quàm obsequium preuisum. Et propter hoc est inęqualitas in suscipientibus gratiam per circumcisionem, & per baptismum propter inęqualem approximationem, seu applicationem causæ meritoriæ ad istos, & illos. Etiam secundum quorundam opinionem in baptizatis ante passionem, & post. ¶ An autem primo modo scilicet propter specialem oblationem in uoluntate Christi sit inęqualitas gratię in modo baptizatis, dubium est de facto: sed possibilitas est ostensa. Similiter quantum ad suscipientes, si comparetur paruulus ad paruulũ: nulla erit ex hac parte inæqualitas: quia nullum habent motum liberæ uoluntatis proprium, propter quem in uno esset maior dispositio, quàm in alio. Potest tamen esse inæqualitas in parentibus, patrinis, & cæteris assistentibus: etiam in baptizante quantum ad deuotionē, & orationes, & affectus pios pro paruulo domino oblato. Et propter horum merita deus potest uni paruulo conferre maiorem gratiã, quam alteri in eius baptismo: nõ quidē uirtute baptismi præcisè, sed diuersitatis meriti assistētiũ cęterorũ. Et forte hoc mõ parentes beati Nicolai, suis orationibus meruerunt sibi maiorē gratiã, quę erat principiũ in eo paruulo tã mirabilis effectus, q duobus diebus in hebdomada unica tm̃ lactatione cõtentus manebat. Et quãtũ ad hoc magis optãdũ est pueros baptizari a bono, ac deuoto sacerdote, quam a malo: quia propter psonale meritũ sacerdotis, & eius oratione, cũ affectu ante, & post lectas, gratia puero augetur plus, quàm si a sacerdote indeuoto baptizaretur. Sic etiam eligendi essent patri-

Deuotio baptizátis patrini auget daru(?) gratiá.

hi, homines iusti, & deuoti. Admonendi quoq; essent circunstantes, ut semotis leuitatibus assisterent deuotione, & orationibus baptizatori cooperantes ad gratię augmentum paruulo impetrandum. Hæc autem inæqualitas gratiæ nō est ex uirtute baptismi, sed meritorum. ¶ Quantum uero ad adultos: cum illi per motum proprium possunt esse inęqualiter dispositi: & motus magis meritorius maiorem consequatur gratiam: sequitur inæqualitas gratiæ propter inęqualem dispositionem baptizandorum.

Coroll. ¶ Ex quo sequitur corollarię, q ceteris paribus adultus baptizatus non fictus consequitur maiorem gratiam, quā paruulus. Patet: quia paruulus non consequitur gratiam, nisi eam, quę infunditur, præcisę ratione sacramenti. i. operis operati: sed adultus eandem consequitur: & cum hoc gradum gratiæ respondentē merito proprio .s. bonę uoluntati, qua uult suscipere baptismum in fide ecclesię: fidei quoq; & contritionis peccatorum cōmissorū: etiā quantumcunq; remissius fuerit ille motus. Si .n. talē motū nō haberet: & iam fictus accederet: nec rem sacramenti acciperet: ut patet ex præmissis. ¶ Sed dist. pono, q adultus toto tempore baptismi uenialiter peccet: tunc uidetur esse aliquantulum indispositus: paruulus autem nullam habet indispositionem: ergo in illo casu paruulus habet ęqualem gratiam, uel maiorē, quā adultus. Tenet consequentia: quia sicut dispositio bona baptizandi auget gratiā: ita dispositio mala eā minuit: quia contrariorum contrarij sunt effectus. Respondetur: admisso casu dicitur, q propter illam indispositionem non minuitur gratia adulti: quia peccatum ueniale non phibet gratiam infundi; neq; etiam simul habere actum meritorium. Siquidē gratia nō minuitur: sed totaliter tota auffertur: & hoc nō nisi per peccatū mortale. Attamen quia anima nō potest pluribus actibus ęquè perfectè intendere: actus bonus, cum quo concurrit ueniale peccatum, est minus intēsus: & per consequēs minus meritorius, quā esset, si esset sine illo ueniali. Et per hoc patet, q adultus si non posuit obicē peccati mortalis (quia in susceptione baptismatis consentit &c.) habet bonum motum, & meritoriū, quo caret paruulus: licet propter uenialia remissum, cui correspondebat gratia, qua similiter caret paruulus. ¶ Sequitur secundò: q stāte lege ordinata, q infantes in baptismali innocentia defuncti inæqualem gloriam sortiantur in beatitudine. Patet: quia stat eos inæqualē gratiam consequi in baptismo: sed gratiæ correspōdet gloria: ergo. ¶ Octaua conclusio.

Cōcl. 8. Baptizati baptismo flaminis aut pœnitētię recipiūt effectū baptismatis.

Licet baptizati baptismo flaminis, seu pœnitentiæ recipiant effectum baptismi aquæ quantum ad remissionem culpæ, & infusionem gratiæ: non tamen regulariter quantum ad remissionem pœnę. Prima pars probatur: quia sicut natura non deficit in necessarijs ad saluandam uitam naturalem: sic nec deficit deus in necessarijs ad uitam spiritualem. Ideo facienti quod in se est, assistit conferendo necessaria ad salutem: habens ergo fidem, contritionem, & desiderium baptizandi, in casu impossibilitatis recipiendi baptismum, facit, qđ in se est: ergo ei assistit dñs in necessarijs. Hęc aūt sunt gratię collatio: & peccatorū remissio. Patet idem per auct. a magistro in textu adductas. ¶ Corollarium.

Coroll. Baptizatus baptismo pœnitentię non recipit ęqualē effectū, tam quoad peccati remissionem, quā quoad gratiæ infusionē cū baptizato tantum baptismate aquę. Patet: quia exceditur, & excedit. Exceditur quoad primū: quia baptizatus aqua recipit remissionem omnium peccatorū quoad culpā, & quoad pœnā: ut patuit q. pcedēti. Sed baptizatus baptismo pœnitētiæ cōsequitur remissionē pctōrū quātū ad reatū culpę: & secundū quantitatē cōtritionis: nō autem regulariter quoad reatū pœnę: nisi esset tanta contritio, q in diuina acceptatione æquaret satisfactionem sufficientē pctōrum, quę rara est. Itē scdm Pet. de pal. q. ii j. huius dist. Cathecuminis nō dat ecclesiastica sepultura: quę tamē datur pueris baptizatis. licet pro eis oret ecclesia. Excedit autem quantum ad infusionem

gratiæ: quia gratia contritio infusa maior est gratia baptismali, eo quod ad illam concurrit motus bonus uoluntatis tanquam meritum de congruo, quo caret baptizatus tātummodo baptismo aquæ. Quod dico tantummodo, dico ad exclusionem adulti, qui contritus baptizatur in aqua. Hic habet duplicem baptismum pœnitentię, & aquæ: ergo recipit gratiam utriusq; , quæ maior est gratia tantum per unum eorum tradita. ¶ Nona conclusio. Baptismus sanguinis effectum baptismatis sacramentalis nedum equat: sed abundanter uincit, & superat. Patet conclusio: quia baptismus sanguinis tollit omnem culpam: tollit etiā omnem pœnam: adimit recidiuam: confert sine mora premium: & tribuit maiorem gratiam: & per consequens gloriā ampliorē. Primum patet: quia qui martyriū propter deū suscipit, se totū deo offert, & facit quantum pōt: quia maiorē charitatem nemo habet, quàm ut animā suam ponat &c. Et per hoc maiorem gratiā cōsequitur: quia gratia infunditur secundū proportionē dispositionis ad eā de cōgruo in suscipiente: & per consequēs liberat ab omni culpa. Et p hoc patet secūdū, quod s. tollit omnē pœnā: quia deus nō exigit ab homine ultra id, quod pōt. Nihil. n. impossibile requirit ab homine, secūdū Hiero. in explanatione fidei: sed offerēs se martyrio totum exhibet, quod pōt: ideo nihil ultra ab eo exigit: sed martyrio plenē satisfacit. Quòd etiam adimat recidiuā: patet: quia transfert hominē de statu præsentis uitæ per mortē ad futurā: & ita de statu meriti, & demeriti. Non. n. accipitur hic martyriū pro qualibet pœna pro christo passa: sed pro morte uoluntariē, aut patiēter pro nominis christi cōfessione: siue pro iustitia acceptata. ¶ Peridē patet quartū. Nā martyres euolātad patriā. Vnde beatus Aug. Qui orat pro martyre, iniuriā sibi irrogat: in eo utiq; , quod eum nōdū putat beatū: sed suffragio indigēte. ¶ Quintū patet ex primo. Et illa conclusio quātū ad collationē maioris gratię uera est, & intelligenda de martyrio propria uoluntate passo: propter martyrium paruulorum in uteris matrum cum matribus pro fide Christi extinctorum: quia licet gratiā consequantur, per quam saluentur: tamen certum non est, an maiorem consequantur, quā consequerentur per baptismum aquæ: quia ratio ad conclusionē in illis locum non habet. Verum quantum ad characterē deficiunt sanguinis, & pœnitentię baptismi: quia hunc solum imprimit baptismus aquæ, qui solus est sacramentū. Cōsonat Pe. de pal. dist. præcedenti. q. iij. Ex illis patet, quis horū baptismatum sit alio præstātior in ordine ad suos effectus. Nam habent se, ut excedentia, & excessa. Baptismus pœnitentię excedit cæteros: quia solus iterabilis. Baptismus aquę excedit: quia solus imprimit characterem. Baptismus sanguinis; quia solus meretur aureolam: cōsummat gratiam: & introducit ad gloriam: habet etiam in ecclesia honorabiliorem sepulturam: quia paruuli non uenerantur: ut innocentes martyres: secundum Pet. de palude. ¶ Si queris de sanctificatis in utero, quo baptismate baptizantur. Dicunt quidam: quod baptismo flaminis extendendo nomen, ita quod baptismus flaminis dicatur generaliter iustificatio impij, & secundum hoc includitur in baptismo aquę, & sanguinis. Sed quia baptismus est uia ad iustificationē, & iustificatio effectus baptismi: uidetur magis congruum: quod sanctificati in utero non sanctificantur per aliquod genus baptismi: sed per miraculum, & potentiam spiritussancti, qui suam potentiam sacramentis non alligauit. ¶ Quā tum ad articulum tertium est primum dubium. An iustificati in utero, uel pœnitentię baptismo sint baptizandi: quod mouet Sco. q. vj. dist. præsentis. & Pe. de palu. dist. vj. q. j. ar. ij. & iij. Et uidetur, quod non: quia non est opus ualentibus medico Matth. ix. ergo nec medicina: baptismus est medicina: igitur. Item nihil in dei operibus debet fieri frustra: sed iustus baptizatus nihil recipit p baptismū: quod cum prius habet, quod baptismus præstare solet: immo uidetur iniuria fieri sacramento: quia assumitur ad significandum lotionē animæ a peccato: quę tū tūc nō

Cōcl. 9. Baptismus sanguinis excedit baptismū fluminis suo effectu.

Quid de paruulis martyrio in utero

matrum cōsecutis.

Arti. 3. Dub. 1. M

An iustificati in utero, uel pœnitētia baptismo sint baptizādi

sit: & sic erit signum falsum. In oppositum est illud Ioann. iii. Nisi quis renatus &c. ¶ Respondetur cum Scot. ꝙ post baptismum per modum præcepti promulgatū, quilibet uiator quātūcūq; iustificatus, qui non est baptizatus in aqua: & cum quo christus specialiter nō dispensauit: tenetur ad baptismi susceptionem affectu: & pro loco, & tēpore effectu. Huius ratio est mandatum christi uniuersale neminē excipiens. Lex.n. uniuersaliter promulgata omnes obligat uniuersaliter. Et illa lex promulgatur uniuersaliter, quæ nullum excipit. Talis fuit lex de baptismo suscipiendo. Nisi quis renatus fue. &c. Probatur idē congruitate. Cōgruum fuit, & rationabile omnes de lege christiana habere signum, in quo cōuenirent inter se, & distinguerentur ab aliis: ut sup. dictum est de institutione sacramentorum in genere. Vnio, & discretio hæc fit in genere secundum iudicium ecclesiæ militantis per susceptionem baptismi, per quā fideles de ecclesia esse iudicantur tanquā per signū exterius sensibile: de quo iudicat ecclesia militans: per ecclesiā uero triūphantem fit hoc discretionis iudicium per characterem: ut dicit Rich. quē nō recipiunt iustificati in utero, uel baptizati baptismo pœnitentię. Qđ uero baptizati baptismo sanguinis non tenētur, ratio est: quia non manēt uiatores: ipso enim martyrio uitam hāc finiunt: & ad terminum uitę perueniūt: si tamē p miraculū resuscitarētur: tenerentur ad baptismū aquę eadē ratione, qua cęteri: ita tenet Holkot q. j. & iiij. ¶ Præterea, ut arguit Scot. ibidē. Quilibet uiator tenetur esse membrum ecclesiæ militantis: non tantum in notitia diuina: sed etiā quantū ad notitiā aliorū mēbrorū: cū quilibet habet cōmunicare in his, quæ pertinent ad obseruantiā legis: & eos non scandalizare. Si autem non acciperet sacramentum, per quod fit membrum ecclesiæ secundum eius iudicium: non esset aptus ad cōmunionē cum aliis membris in multis actibus pertinētibus ad ecclesiā: scandalizaret etiā actiue alia mēbra, quæ haberent occasionē iudicādi eū tāquā cōtēptorē cōmunitatis, uel gratiæ. ¶ Preterea: qui pōt ex actu facili magnā gratiā acquirere: si negligit illum actū, uidetur gratiam cōtemnere: uel saltē eam non appręciari, quantū est appręciabilis: sed p baptismū, qui est actus facilis, pōt gratiā magnam nō baptizatus acquirere: quia quantumcūq; perfecto, & per pręuiā contritionē iustificato, si accedit ad baptismum: de lege cōmuni augetur gratia: & per consequens si negligit, uidetur contemnere gratiam: & aliis dat occasionem iudicandi se, ut gratiæ contemptorem. ¶ Et ista ultima argumenta uidentur concludere: ꝙ utens ratione, & baptismi gratiā cognoscens: tenetur non differre baptismum: dū opportunitatem accipiendi habere poterit. Declaratur etiam cōclusio exemplis apostolorum, qui post eorum electionem, & iustificationem: priusquā mitterentur ad baptizandum baptizati sunt: ut sup. dictum est q. ij. dist. ij. ¶ Item Cornelius centurio cum suis baptizatus est a Petro: post eorum iustificationem, & acceptionem spiritus sancti. Vnde ait Petrus Actuum x. Nūquid aquam quis prohibere pōt, ut non baptizentur hi, qui spiritū sanctū acceperūt, sicut & nos: & iussit eos baptizari in nomine Iesu Christi. Sic Actuū viii. de eunucho candacis reginæ, qui prius corde credidit, & iustificatus fuit: & post a philippo baptizatus. ¶ Et dicitur notanter nisi deus dispensauerit &c. ꝑpter uirginem gloriosam: quia de illa dubium est: an sit baptizata: licet probabilius sit eam esse baptizatā, quā eius oppositum: ꝙ si baptizata non est: dispēsatum fuit cum ea. Et fuit ratio dispensandi: quia forte habuit in conceptione filii istā plenitudinē gratię, ad quā dispo suit eam peruenire. Nulla uero uidetur ratio fuisse dispensandi cum apostolis. Nec ulla utilitas consecuta. Non enim baptismo carentes fuissent per hoc deo gratiores: aut ecclesiæ utiliores: immo minus grati, & minus idonei. Item fuerunt a Christo sacerdotes facti: ergo meritō prius habuerunt ianuam omniū sacramentorum baptismū,

An uirgo gloriosa sit baptizata.

ut arguit Scotus,& patuit supra dist. j. q.iiij.H.Conformiter respōdet Petrus de pal.dist.vj.q.j arti.ii.ad dubium motum:& late prosequitur Sco.ubi supra. ¶ Per hoc ad rationes dubii dicitur, quod uolentibus non est opus medicina curatiua: sed opus est medicina præseruatiua, & perfectiua: baptismus autem non solum curat morbum peccati, sed etiam gratiam auget: & fomitem minuit, ac charactere animam perficit, & eam consignat,& distinguit. ¶ Ad secundum patet: quod iustus non frustra suscipit baptismum: quia gratia habita augetur, & obedientiæ meritum recipit etiam characterem, & fomes peccati minuitur. & pena debita peccatorum tollitur: nec fit iniuria baptismo: nec est signum falsum: quoniam significat gratiam in fieri, aut inesse. Unde est uerum signum quantum ad utrumq;, quantum scilicet ad gratiam præexistentem, quæ inest:& quantum ad gradum augmenti gratiæ, qui in fit. ¶ Et si quis ante baptismum peruenisset ad plenitudinem gratiæ, ad quam prçuisus ē in uia: ponamus ita; tñ in eo augetur meritum obedientiæ præcepto diuino: potest.n. habens huiusmodi plenitudinē gratiæ addere opa meritoria. Vñ & uirgo gloriosa: si in cōceptione uerbi recepit totā gratiā:& puenit ad terminū gratiæ: nō tñ ad terminum meriti: siquidem meruit usq; ad terminū uię. ¶ Dubitatur secūdò: an paruulus in utero matris sit baptizandus. Dicendum breuiter quod in utero matris puer nō pōt baptizari: licet possit in eo sanctificari. Cuius ratio est secundum Alex.Tho.Sco.& cæteros: quia puer in utero matris nō potest aqua lauari, nec contingi: quāuis Alex. &.Tho alias rationes quorundam recitent, a quibus tñ recedunt: stantes in dicta ratione. sicut enim paruulus in utero matris potest habere baptismum flaminis: ut patet de sanctificatis in utero Hieremia: Ioanne: uirgine Maria: & etiam baptismum sanguinis. Nam si quis persequitur matrem grauidam: persequitur,& paruulum in utero: ergo similiter sicut mater occiditur pro iustitia: ita paruulus pro iustitia occiditur: etiam si intentio interfectoris non feratur nisi ad interfectionem matris: ut dicit Ricli. Nam una occisione mater, & paruulus occiduntur. Concordat (ut uidetur) Pet. de palud. distinct.vi. q.j. arti.ii. & Sco.distin.præsenti.q. iii. Si autem paruulus extra uterum occideretur pro fide, uel iustitia non baptizatus fusione sanguinis haberet effectum baptismatis. & saluaretur; ergo ex eadem ratione si occiditur in utero matris, ex simili causa. ¶ Et dicitur notāter pro fide, uel iustitia: quia si occideretur ex alia causa, ut odio parētū, uel patriæ uel multiplicationis: non censeretur baptizatus baptismo sanguinis. Unde si paruulus ad baptizandum portatus occideretur, ne baptizaretur: crederetur baptizatus baptismo sanguinis: non autē si ex alia causa occiditur non propter christi legem: licet etiam si abluipotesset in utero matris suę debita forma uerborum, reciperet uerum baptisma. Unde si de matre uiua in periculo mortis scinderetur: quod tamen fieri non debet propter præceptum. Non occides. Vnde Pe. distin. vi. q. j. arti.j. Mulier uiua non debet scindi, ut puer uiuus baptizetur. Et si mulier est ad mortem damnata: differatur executio usq; post partum: ne pereat innocens cū nocente. ff. de penis.l. prægnantis. Nec licet matrē sic damnatam occidere, ut puer uiuus inde extrahatur. Et si mortua est, sepeliri non debet, donec fetus extrahatur. Si uero (ut aliquibus placet) puer adhuc latens in utero matris, quamuis matri coniunctus, aqua corpus eius contingente ablueretur, uel aspergeretur cum debita intentione,& forma: uere puer baptizaretur,& saluaretur: ut innuit beatus Thom. reddens rōnem, qua re mater scindi non debet; si tamen, mater mortua, præsumeretur puer adhuc uiuere, apetienda esset mater; & puer baptizandus: ut dicit Alexanus. ¶ Ex illo sequitur: si puer cotio inuolueretur:& in aqua uolutus perfunderetur: ita quod aqua non tangeret pueri nudū corpus cæteris adhibitis intentione

Dub. 2.

An paruulus in utero matris sit baptizandus.

Mater uiua scindenda non est

scilicet, & forma, puer nõ baptizaretur. ¶ Sed quid, si nõ totus est clausus in utero: sed secundum aliquã partẽ apparet: ita quod illa aqua aspergi posset. Dicũt cõcorditer doc. Si apparet pars principalis, ut caput, uel pectus, potest in illa parte baptizari. Et hoc simpliciter dicit Scot. dist. præsenti. q. ii j. ita quod si postquã nascitur, non debet rebaptizari. Non. n. est uerisimile, quod in die pentecostes baptizati. (Actuum. ij.) numero. 3000. fuerint toto corpore abluti: sed secundum faciem aqua aspersi: uel quantum ad caput persusi. Si autem apparet pars minus principalis, puta manus, uel pes, quãuis quidam dicant, quod uel illa pars, uel paruulus secundum illam partem non sit capax baptismatis: dicit tamen Scot. quod illa pars sit baptizãda: quia in illa parte est tota anima licet non omnis sensus, sicut in capite. Si autem nasceretur, ad cautelam sub conditione rebaptizãdus esset. Satis consonat Thom. distin. v j. artt. j. Credendum est autem, quòd deus suppleret id, quod impotentia impediretur. Talis etiam si mortuus nasceretur, sepeliendus est in poliandro benedicto. ¶ Sed contra responsionem de puero secundum se totum in utero clausum arguitur. Nulli statui hominis præcluditur uia salutis ab eo, qui uult omnes homines saluos fieri, qui quoq; próptior est ad miserendum, quàm ad puniendum. Sed paruuli in uteris maternis clausi homines sunt cum iam sint animam rationalem sortiti; & sunt in periculum animarum propter originale peccatum contractum, & corpusculi teneritudinẽ: ergo illis sicut cęteris statibus est de remedio salutis prouisum sed non nisi per baptismum: uel assignetur aliud remedium. Ad hoc respondent Alexan. & sanctus Thom. ubi supra dist. v j. ar. j. q. quia paruulis in utero matris nõ est prouisum de remedio: non est ex defectu misericordię dei. sed quia non sunt capaces illius remedij: puta baptismatis ordinati, secundum legem communem contra originale peccatum. ¶ Sed hæc solutio non satisfacit: quia admittit, quòd paruulis pro isto statu non est prouisum de remedio salutis: quod uidetur repugnare misericordiæ diuinæ: quę, ut communiter loquuntur doctores, nullo unquam tẽpore post lapsum reliquit hominem sine remedio. Vnde si paruuli non sunt capaces remedij baptismatis in utero: debuit aliud remedium institui, cuius pos sunt esse participes, & capaces, sicut in lege Moysi: quia fęmellæ non fuere capaces remedij circumcisionis, pro eis aliud fuit remedium; ut supra habitum est. Quòd ergo erit remedium generale pro paruulis in utero existentibus: nullum manifestat ecclesia Sed sensum domini quis cognouit: aut quis cõsiliarius eius fuit. Ex sua misericordia dominus pdito homini remedia cõstituit, quę, & quando, & quomodo uoluit, quẽ sine remedijs iustè dãnare potuit. Et qs dicit ei. Cur ita facis: aut figmentum fictori suo: cur me fecisti sic. Nam quęcunq; uoluit, fecit: & q̃ uoluit: eo quod uoluit, iustè uoluit, & fecit. Voluit itaque remedia instituere contra morbum peccati in ecclesia: per sacramenta dispensãda, his, qui noti esse poterãt ecclesię. Eorum uero, q nondũ in lucem noticię prodierunt: remedia in sua ptãte sola constituit, quos cum uoluerit sine exteriori remedio, & sanctificare, & saluare potest: sicut factũ de qbusdã scriptura testatur: insuper quod paucis in priuilegiũ factũ est: pót quibuscũq; uoluit impartiri, qui potentiã suam sacramentis non alligauit. ¶ Hinc consulit Ioannes Gerson patentibus: quatenus deuotis orationibus, ac bonis operibus paruulis suis gratiam impetrare nitantur. potens enim est dominus in utero sanctificare, quos nouit ad natiuitatis ortum non peruenturos: licet de hoc certitudinẽ non habeamus, miseretur. n. cui uult, & quem uult, indurat. ¶ Quòd uero sancti dicũt nullum nisi regeneratũ saluari posse: loquuntur secundũ legẽ communem: non præiudicando specialibus priuilegijs, ac diuinis dispẽsatiõibus. ¶ Et si quęrit an baptizata matre, infans in utero tanquam pars eius baptizetur. Dicendũ, quod nõ; ut dicit Aug. cõtra Iulia

Quod remediũ pueris in utero puisũ cõtra mortale peccatum.

Notandum.

An baptizata matre baptizę

corpore in utero

num de conse. distin. iiij. Si quicquid. quã licet puer sit continuatus uisceribus matris propter eius nutritionem: non tamen pars matris: quoniam personaliter distinctus a matre uiuens uita sua: scilicet anima rationali infusa non anima matris: ut uult sanctus Tho. ubi supra. Nunc autem baptismus unius personæ, non habet effectum in alia persona essentialiter, & substantialiter ab ea discreta.

Dub. 3. De trina immersione an sit necessaria.

¶ Tertiò dubitatur, an necessaria sit trina immersio ad baptismatis ueritatem. Respondet Alexan. & Tho. cum baptismus sit lotio: lotio autẽ fieri põt immersione: superfusione: & aspersione. quocunq; modo aqua tangitur corpus baptizãdi: siue totum: siue pars: cum debitis intentione, & forma: uerum baptisma confertur. Vnde apostoli multa millia una die baptizãtes. Actuum. ij. & iij. non poterant omnes immergere: sed aspersione, aut superfusione baptizabant. Etiam nonnunquam immersio fieri non posset, nec deberet: ut habet Pe. de pal. dist. ix. j. q. iij. ut puta, si ecclesiæ illius consuetudo non habet immersionem. Si puer est propinquus morti, nec potest expectare trinam immersionem. Si forte puer propter teneritudinẽ non potest ferre immersionem: si sacerdos foret debilis manibus, non potens tenere puerum, Si fuerit aqua modica: sicut de sancto Romano legitur, qui attulit aquã in urceolo beato Laurentio, ut baptizaretur. Non enim refert: secundum Holkot. q. j. utrum parum, uel multum infundat de aqua de cõse. dist. iiij. Nec quemquam sufficit, quod possit fieri asper sio: si infans non fuerit plené natus: si natus propter nimiam debilitatem immersionem non posset sustinere: uel expectare propter periculum mortis. In omnibus his casibus, & similibus aspersio sufficit: alias seruanda est consuetudo ecclesiarum, in qua baptismus celebratur immergendo, aut aspergendo: etiam semel, uel tertiò immergẽdo, aut aspergendo: quia utraq; immersio una, & trina mysticas habet significationes, quæ tamen non sunt de necessitate sacramẽti. De hoc beatus Grego. ad Leã drum episcopum: de conse. distin. iiij. de trina.

Dub. 4. De paruulis expositis quid.

¶ Dubitatur quartó de paruulis expositis, siue inuentitijs, an sint baptizãdi. Respondetur secundum Sco. dist. præsenti. q. ult. & Robertum Holkot. q. j. quarti, & habetur casus de conse. distin. iiij. paruulos. &c. placuit, quod si inueniantur certa signa, quod non est baptizatus: sicut mulierculæ solent cum eo ponere sal: sicut cum deportantur ad baptismũ: & tunc absq; hesitatione baptizandus est paruulus absolute. Si autem non inueniantur aliqua signa: nec habentur uicinarum testimonia, quod baptizatus est: baptizãdus est: & tutius fit, si addatur conditio. Si baptizatus es: non te rebaptizo: ut de baptismo, & eius effectu. c. de quibus dubium est. & de hoc casu loquitur Leo de conse. distin. iiij. Si nulla. & in c. præcedenti. Cum itaq; (ubi dicitur) Non potest in iterationis crimen uenire, quod omnino factum esse nescitur.

Q. Si infantulus esset moriturus, & aqua non posset.

¶ Sed hic quæritur: si infantulus esset moriturus: & aqua haberi non posset propter putei altitudinem, aut fluuii. Vtrum si puer proijceretur in fluminẽ uel puteum intentione baptizandi, cũ debita uerborum forma simul prolata: an esset baptizatus. Respondet Scot. q. iii. distin. v. quærens generalius. An aliquis debeat ministrare baptismum, dum præsumitur baptizationem uergere in periculum uitæ eius, qui baptizatur. Et dicit: aut talis præsumptio est certa: & ex signis certis: ut in casu præmisso: ubi certum est ex ratione talis actus submersionis mortem subsequi. Et cum tali certitudine nullo modo proijciendus est paruulus in puteũ, uel flumen: quia hoc faciẽs peccaret mortaliter occidendo. Et quilibet tenetur magis uitare peccatum mortale in seipso: quã quærere salutẽ proximi: quia ordinata charitas magis est ad seipsam. Simile supra dictum est de incisione matris. ¶ Dicit secundó, quod puer in casu sic proiectus non sit baptizatus: ablutio enim dici non potest: sed submersio: quia ablutio ordinata est ad uitam abluti: non sic talis proiectio. Vnde in casu isto aliquis pannus demittendus esset in flumen, uel puteum, si non habe-

haberet uas, in quo posset hauriri: & si exigeret altitudo scindêdû esset pepulû, uel pallium: ut haberetur longitudo sufficiens ad tangendum aquam: & de illo pâno exprimenda foret aqua, qua asper geretur; & aspergendo baptizaret puer. Consonat Pe. de pal. dist. vj. q. j. arti. iij. ponens ad hoc certas rationes. Et Holkot. q. j. quarti. Si uero præsumptio de periculo mortis imminentis ex baptizatione paruuli non esset certa: sed leuis, aut irrationabilis: ut si paruulus esset debilis, & iam moriturus: & quis præsumeret, ꝙ per contactum aquæ moreretur. Est præsumptio erronea: qua non obstâte puerum debet baptizare. ¶ Sed quid, si quis habeat firmam conscientiam de acceleratione mortis talis infirmi per baptizationê eius. Respondet Scot. ubi supra. ꝙ si nullus alius adsit, qui baptizat. conscientia talis facit eum perplexum. Et licet nullus perplexus est ex lege diuina, potest tamen aliquis perplexus esse ex erronea conscientia. Et ita est de illo: si enim baptizat, damnatur: quia côtra conscientiam agit ad mortem tollendam pueri contra diuinum præceptum, ut sibi testatur conscientia. Si nô baptizat puerum morientem: reus est dânationis pueri, cuius uitam æternâ posset saluare: & non facit: Necesse ergo illi est dimittere illam conscientiâ: nec aliud est remedium uitandi peccatum mortale in tali casu. ¶ Et satis rationabiliter apparet: ꝙ illa præsumptio est fatua, & irrationabilis: quia non multum nocet infirmo grauiter: parum aspergi aqua in capite. Et si forte frigida noceret, saltem tepida non noceret: quia paruuli tenerrimi pro remedio balneantur aqua tepida. Et consequenter quærit Scotus. Nunquid baptizans cum ista erronea conscientia est irregularis, si puer moriatur. Respondet: non est: quia non est homicida, licet credat se esse homicidam. Ideo stante consciêtia, tenetur se tenere tanquam irregularem. Amota tamen conscientia, non oportet dispensationem quærere: quia nunquam fuit irregularis. Verum Holkot in casu sup

De conscitia.

Habens hanc cô scientiâ an sit irregularis.

posito de puero proiecto dicit, ꝙ si in casu necessitatis puer sic proijceretur, & moreretur: credo: ꝙ saluaretur: deo perficiête id, quod ab hominibus fit imperfectè. Si autem euaderet mortem, esset sub conditione rebaptizandus. Rich. & communiter alij consentiunt Scot. addit, & Pe. de palude cum Richardo aliâ rationem: quia in casu non est ablutio pueri. Nâ quia aqua abluitur, ptimô aqua operitur in toto, uel in parte: & postea discooperitur. Et propter primum, baptizatus repræsentat christi sepulturam; & propter secundû resurrectionê. ¶ Sed rô illa patû concludit: quia per solam aspersionem, potest fieri baptismus: & tunc uel pars non operitur primô: & postea discooperitur. Quia possunt guttulæ asperse adherere corpori: nec est de necessitate, ꝙ abstergantur. Vnde lotio in diffinitione baptismi dicit generaliter oêm contactû aquæ fluidæ, quæ humectat nudum corpus, uel eius partem. Et per hoc etiâ posset solui ratio Scoti, cui etiâ innititur Rich. & Pe. scilicet ꝙ actus ille proiectionis nô est ordinatus ex sui natura, ut puer abluatur: sed ut submergatur, quoniâ diceretur, ꝙ sufficeret. ꝙ ex intentione proijcientis ordinetur ad ablutionê, quem proijciens intendit. ¶ Et uidetur dictû Holkot non improbabile. Nam posset casus nô omnino dissimilis contingere: posset enim puer de manibus sacerdotis dum immergeret in fontê; & uerba cum intentione proferret, elabi: & priusquam de fontis profundo leuaretur, extingui: puto, ꝙ non negaretur baptizatus: licet actus ille etiam ad submersionem ordinaretur. Vide hic Panor. de bap. & eius effectu. c. nô ut apponeres. ¶ Si quæris: quid si puer in cribro, uel calatho cum fune submitteretur in puteum: ita ut aqua subintrans corpus pueri tangeret: cum intentione, & forma debita: & inde extraheretur: an esset baptizatus. Respondent omnes, ꝙ sic: quia non est de necessitate baptismi, ꝙ baptizans puerum manibus suis contrectet: sufficit, ꝙ abluat immersione, uel aspersione: dum tamen idem sit, qui abluat, & uerba

Si dimittatur in puteum an sit baptizatus.

proferat: ut infra dicetur. Nec est cura si multum, uel parū aquę habeatur, scdm Holkot. q. j. quarti. de cōse. dist. iiij nec quemquam. Vnde de cribro tantūdem potest exprimi, ut puer aspergatur. ¶ Dubitatur ultimò. Vtrum infantes infidelium inuitis parentibus sint baptizandi: & adulti ad baptismum compellendi.

Dub. 5. R

Opinio

Vtrum infidelium infantes sint baptizandi inuitis parētibus.

¶ Circa primum recitat Durandus tres opiniones cū suis motiuis, quas etiam recitat. Pe. de palude. distinctione præsenti. quest. iiij. arti. ij. & rationes earundem soluit late multum. Prima opinio duo dicit. Primum, quód principes terreni possunt licitè, immo meritoriè auferre pueros iudęorum, qui sunt in dominijs suis, & eos baptismo offerre. Secundum, ꝙ puer sic baptizatus recipit uerum baptisma. Primum probat: quia magis occurrendum est periculo mortis æternæ, quàm periculo mortis temporalis: sed puero existente in periculo mortis temporalis subueniendum est etiam inuitis parentibus: etiam si ex malitia uellent puerum occidere: ergo &c. Hæc autem subuentio fit per baptismū: q̄re licet eos inuitis parētibus baptizare. ¶ Præterea quilibet homo magis est dei, a quo habet animam, & corpus, quàm parentum, a quibus solum habet corpus: ergo iniustum non est, si pueri auferantur de parentibus, & consecrētur deo. ¶ Præterea specialiter probant quoad pueros iudęorum. res, & bona seruorum sunt dominorum suorum (extra de iudæis, & sarra. sicut iudæi.) sed filij sunt res quædam parentum: ergo sunt in potestate parentum: possunt ergo eis uti, ut rebus suis offerendo eos ad baptismum. Et confirmatur: quia principes christiani (ut domini iudęorum) possunt eorū filios uendere in seruitutem terrenam: ergo a fortiori ratione possunt eos offerre in seruitutem diuinam: quod fit per baptismum: immo uidetur: ꝙ in hoc merentur: si hoc faciant propter dei honorē, & puerorū salutē. ¶ Scdm probat: q̄a ad susceptionem baptismi sufficit, ꝙ nō inueniatur in suscipiente obex contrariæ uoluntatis: ut patet in paruulis christianorum: qui ante baptismum pares sunt paruulis iudęorum. Hic autem obex non est in paruulis ratione earentibus: ergo suscipiunt uerum baptisma. ¶ Secunda opinio est huic contraria quantum ad utrumq;, quam ex animo uidetur amplecti Petrus ubi supra: saltem quoad primam partem. Sed de secunda suspensus manet, Sicut & Durandus. Ponit autem opinio ista: quód nō licet paruulos auferre inuitis parentibus, & offerre ad baptismum quoad primum. Et si de facto baptizentur, nihil fit: nec suscipiunt sacramentum. Primū probant: quia quamuis aliquis posset ēe seruus aliorum quantum ad opera ciuilia: in his tamen, quę eis competunt iure naturali, uel diuino, non sunt serui sed liberi; pōt. n. seruus comedere, & bibere, & matrimonium contrahere inuito domino: ut habetur de cōiugio seruorū. c. i. & hoc iure naturali. Potest ēt inuito dn̄o credere in deum, & hmōi, q̄ pertinent ad ius diuinum: ad q etiā spectat baptizari. Cum ergo cura paruulorum iure naturali, & diuino quantum ad hoc competat parentibus: non possunt eis licitè auferri, ut baptizentur: licet possint eis auferri: ut uēdantur ad opa ciuilia. ¶ Pręterea nō habet dominus tēporalis maiorem potestatem in filios, q̄ parentes: quoniam a seruitute parentum deriuatur seruitus filij: sed princeps non habet cōpellere iudęum adultum ad susceptionem baptismi: ut habetur. xlv. dist. c. de iudęis. ex concilio toletano ubi dicitur. De iudęis, pręcepit sancta synodus: nemini deinceps ad credendum uim inferre. Et eadem distin. Qui syncera. dicitur. Qui syncera intētione extraneos a christiana religione ad fidem cupiūt rectam producere, blādimentis debet non asperitatibus studere: ne quorum mentem reddita ratio a plano poterit reuocare, pellat procul aduersitas. ergo non debet eis inferri uis aufertendo filium, ut baptizetur: cum uoluntas filij paruuli sit uoluntas patris, quousque peruenit ad usum rationis. ¶ Præterea arguunt: si hoc licitum esset probabile est, ꝙ primi

tiui sancti, & rectores ecclesiæ: hoc cō suluissent terrenis principibus, quos habuerunt sibi ualde fauorabiles: ut Syluester Cōstātinum: & Ambrosius Theodosium: quod tamen nullib. legitur factum. ¶ Secundum probant: quia ad susceptionem baptismi non sufficit ex parte suscipientis, ꝙ non inueniatur obex contrariæ uoluntatis: sed requiritur intentio suscipiendi baptismum directa, uel interpretatiua. Quod patet: quia si aliquis adultus nunquam intentionem baptizandi habuisset: nec de fide, aut baptismo aliquid audiuisset: & esset in solo originali, & dormiens baptizaretur, nihil fieret: ut patet ex præmissis: quamuis in uoluntate eius non esset obex. Requiritur ergo uoluntas suscipiendi baptismum directa in adulto: & interpretatiua in paruulo. Sola autem uoluntas parentum est uoluntas paruulorum interpretatiua: antequam habeant usum rationis. Ideo si contra uoluntatem parentum baptizarentur: nō est ibi uoluntas: nec directa, nec interpretatiua. ¶ Tertia opinio est quasi media: hæc tenet, quoad primū: ꝙ nō sit licitū filios iudæorū baptizare inuitis parentibus: cū secūda opinione: & tamen dicit, ꝙ si fiat, est uerū sacramentū: & uere baptizati sunt paruuli. Primum probat rationibus secundæ opinionis. Secūdum sic ostendit. Nā nō maius ius hēt infidelis filiis suis, q̄ christianus in suis: sed filius parētis christiani si baptizatur inuitis parentibus, recipit uerum baptismā: ergo similiter si filius infidelis baptizatur inuitis parentibus, recipit baptisma uerū. Et pro illo est cap. paruuli alio de cōse. dist. iiii. ubi dicitur. Paruuli alio profitēte baptizātur: quia adhuc loqui, uel credere nesciunt: sicut etiā ægri: surdi, & muti, quorū uice alius profitetur: ut pro eis respondeat, dum baptizātur. Vbi nulla fit mentio de parentibus, nec determinatur persona, quæ pro eis respondeat. ¶ Durādus cū Petro, ut supra assentit secundæ opinioni quoad primū dictū: s. ꝙ nō licet principibus paruulos iudæorum auferre parentibus, & eos baptismo offerre. Sed secundum, scilicet

Opin. 3

si de facto baptizantur: an sit uerum sacramentum dubitat: & dat uiam soluendi rationes probantes, ꝙ sit uerum sacramentum. ¶ Richardus dicit dist. vi. art. iij. q. iii. ꝙ non est consuetudo in ecclesia: nec esse debet, ꝙ paruuli iudæorum, & paganorum, inuitis parentibus baptizentur: non tamen hoc dicit ea ratione, qua opinio secunda prædicta: sed alia. Quæ est: quia aut baptizati restituerentur parentibus ad nutriendum: aut non. Si sic: parentes eos inducerēt, & assuefacerent ad suos errores: & ad christianæ fidei contemptum: ita ut etiā adulti contemnerent sacramentum, qđ ignorantes inuitis parentibus recepissent; quod esset in sacramēti fidei dehonorationem. Si autem non restituerentur parentibus: esset periculum pro paruulis: ne parentes eos interficerent: ut non fierent christiani. Et præterea fieret eis iniuria: quia ius habent in corporibus eorum, quamdiu usu lib. arb. carent: postquam autem habent lib. arbit. incipiunt esse sui: & tūc possunt, si consentiunt, inuitis parentibus baptizari. ¶ Subdit, ꝙ posset dici secundū aliquos; ꝙ si esset cōsuetudo in ecclesia: ut deo consecrati nutrirentur de facultatibus ecclesiæ: nec parentibus restituerentur: tunc bonū esset eos inuitis parentibus baptizari: ac per baptismum eos superiori domino consecrare: sed consuetudo ecclesiæ non est talis. Ex quo dicto uidetur consentire primæ opinioni in secundo eius dicto; ꝙ si paruuli infidelium inuitis parentibus baptizarentur: uerum baptisma perciperent. ¶ Scot. uero quæst. ultima huius distinct. primæ opinioni consentit, secundum quem respondeo ad dubium, ꝙ principibus non solum licet: sed debent auferre paruulos a dominio parentum uolentium eos educare contra cultum dei: dum hoc facere poterunt cum bona cautela: ne parentes cognoscentes hoc futurum: occident paruulos suos. Pro batur. Nam in paruulo deus habet maius dominium, quam parentes. Et uniuersaliter in potestatibus ordinatis: potestas inferior non obligat in

Opinio Richar.

Opinio Scot.

S Principes debēt auferre pueros a parentibus infidelibus.

bis,quę sunt contra superiorem: ut dicit August. de uerbis domini homil. vi. & allegat Magister dist. ult. lib. ii. Si illud iubet potestas, qđ non debes facere: in hoc contemne potestatem: timendo potestatem maiorem. & declarat in exemplo de curatore, & proconsule: & de proconsule, & de imperatore : & de imperatore, & deo. Et per hoc magis cōpellendus est quilibet obedire dño superiori, quā inferiori, immo cōpellendus est obedire domino superiori contra inferiorē. Et ideo si Titius seruus sit Petri: & Titius uti uoluerit seruo suo cōtra dominum Petri: magis cogēdus est seruus Titii seruire Petro (quia superior est Titio) quā Titio. Maximè ergo debet princeps zelare pro seruando dominio supremi domini. s. dei: & per consequens auferre paruulos &c. ❡ Et dictum est notanter princeps: quia forte singulari, ac priuatę personæ non licet, quæ nullā habet superioritatem in parentes: sicut nō liceret priuatę personæ iniustè ab alio detenta propria auctoritate recipere, & uero domino restituere: nam ad iudicem, & reipublicę rectorem hoc pertinet. ❡ Dicitur etiam: dummodo facere cū bona cautela potest &c. quia nisi caueretur periclitatio puerorū : magis nocumentum afferretur paruulis, quā salus. Et quia satis graue est cauere hoc periculum: ideo ęstimo ecclesiam hanc consuetudinem non habere: & per hoc soluta est ratio Richar. Faciūt etiam pro responsione rationes primę opinionis. ❡ Per hoc ad rationes secundę opinionis. Ad primam posset reduci cōtra opinantem: quoniam in his, quę sunt iuris naturalis, & diuini, non est seruitus. Paruuli (quoad cultus diuini applicationem) non sunt sub domino parentum; ideo non fit eis iniuria, si eis inuitis baptizentur: & uero domino consecrentur. Et cum infertur, ꝙ cum cura paruulorum iure naturali, & diuino competit parentibus &c. Est penitus impertinens illatio: sed concesso, ꝙ cura paruulorū, & quantum ad corpus, & etiam animam ante rationis usum commissa sit parentibus: manifestum est, ꝙ cura salutis utriusq;, non interitus commissa est. Non enim habent parentes tale dominium in filios: ut eos possint interficere, aut mala inferre. Et si quis uideret patrem uelle interficere filium: tenetur eum uiolenter (si potest) eripere de manibus patris: quantò magis tenetur, dū uidet paruulū periclitari a parēte quoad animam, quæ maior est corpore. ❡ Præterea iure diuino, & naturali tenetur homo eo ipso, quo homo cognoscere suū creatorem, & illi seruire: ut dicit Greg. in principio moralium. Et ideo non debent parentes contra suum creatorem filios in errorē inducere: quod cum faciunt: licitè ab eis auferri possunt filij tanquā abutentibus iure suo, non minus, quā si abuterentur corporibus eorum. ❡ Ad secundā rationem respondebitur statim infra. Ad rationem pro secundo dicto, scilicet ꝙ si baptizaretur paruulus inuitis parētibus, nihil haberet: dicitur, ꝙ si uoluntas interpretatiua requireretur: eo modo requiritur, quo fides aliena. Hęc autem non est fides parentum: sed ecclesię: ut dictum est. Neq; requiruntur de necessitate baptismi offerētes ad baptismum, & patrini: sed ad ornatum, & congruitatem: alioquin si quis inueniret paruulum expositum, morientem non posset eum baptizare, si non adesset offerens eum: quod nullus concedit. Et pro illo facit ratio tertiæ opinionis. ❡ Præterea supra ostensum est: ꝙ ad ueritatem baptismi paruulorum sufficit aqua, forma, & intentio ministri, & fides ecclesię, quę omnia concurrunt in proposito: ergo est uerum baptisma. Et si diceretur (ut Durā. & Pet. tāgūt) ꝙ paruuli infidelium non sunt de ecclesia, sicut paruuli fideliū: ideo non est simile de utrisq;. Dicendum; ꝙ quantū ad illa: ita hi, sicut isti sunt de ecclesia. Nam & parentes infideles tenentur esse de ecclesia: qa oēs uocati: & in oēm terrā exiuit sonus eorū. Et sicut oēs tenētur recipere baptismū, si uolūt saluari: ita & esse de ecclesia: quia si esse nolūt: de sua malitia, non debent reportare commodum : ut maius ius habeant in paruulis suis, quàm fideles in suis.

❡ Ad

T ¶ Ad secundam partem dubij. An infideles adulti ad fidē sint compellēdi. Dicitur communiter doc. q non. habēt pro se allegata superius in secunda opinione, & quędam alia: ut latē deducit Pe. ubi supra Rich. uero dis. vj. arti. iii. q. j. adducit hāc rationem. Non possunt homines licite cogi ad ea, quæ nec illis prosunt, neq; ecclesiæ: quia illa coactio penitus esset inutilis: sed compellere homines ad profitendum fidem ore: & ad suscipiendū baptismum foris nihil proficit coactis, nisi adhiberēt actum interiorem uoluntatis, ad quem cogi non possunt. Nec ecclesię: quia plus possunt nocere ecclesię infideles occulti, quàm manifesti: quia sub simulatione christianitatis possunt ueros christianos facilius seducere. Nec per coactiones ad actus exteriores: redduntur proniores ad bonū actum interiorem exterioribus concordantem: quia naturaliter homo refugit, & odit ea, ad quę cōpellitur: iuxta illud. Nitimur in uetitum. Et si in contrariū allegetur illud Luc. xiiij. Exi in uias, & sępes, & cōpelle intrare. Respondetur, q nō est intelligenda auctoritas de uiolēta cōpulsione: sed de efficaci admonitione, & uocali inductione. Et q August. ad Vincētiū dicit. Ad fidē auctoritate legū cōpellendū esse. Rñdet, q loquitur de hęreticis, q fidē receperūt, & apostatarūt. Aliter respondet Scotus q. ulti. dist. iiij. Crederem religiose fieri, si ipsi parētes paruulorū cogerentur minis, & terroribus ad suscipiendū baptismā: & ad seruādū post susceptū: quia esto, q id si nō essent ueri fideles in animo: tñ minus malū est eis: non posse impune legē suam illicitā seruare, quā posse eam liberē seruare. Item filii eorū si benē educarentur in tertia, & quarta generatione, essent uerē fideles. Et secundū hoc probare uidetur concilium toletanum supra allegatum: quod cōmendat Sisibertū religiosissimū principem, qui infideles coegit ad fidem. Et secundum hoc pōt responderi ad canones allegatos, q ecclesia nō cōpellit infideles propter pacē ecclesię seruādā, & cauēdā eius turbationē, qui sequeret, si generaliter omnes infideles ad fidem compellerentur. Pet idem ad aliud de sanctis Syluestro, & Ambrosio: quia tēpore Syluestri pauci fuerunt christiani. Et tempore beati Ambrosij plures hæretici Arriani: propter quæ tunc congruē fieri non poterant generales compulsiones. Omnia enim suo tempore, & modo actitanda sunt.

An infideles adulti ad fidē sint compellendi.

DISTINCTIO. V.

POST hoc sciendum est. Egit magister de baptismo quantū ad eius quidditatem: & quantū ad effectum eius quoad suscipiētē. In hac dist. v. agit de eius effectu quantum ad conferentē. Et summatur sententia textus in his tribus conclusionibus. ¶ Prima. A bonis, & malis, baptisma uerum, & sanctum bonis, & malis datur, sed baptismi munus equale tantum bonis cōicatur. ¶ Secunda. Habet nō tantū boni: sed & mali ministerium baptizandi: sed neutri accipiunt potestatem baptismi. ¶ Tertia. Potestatem baptismi in remittēdo peccata: quā dominus reseruauit sibi seruis concedere potuit: ut secum concurrerent nō ut auctores, sed ut ministri.

QVAESTIO VNICA.

CIRCA hanc distinctionem quæro. Vtrum peccet mortaliter, qui a malo ministro uerum baptisma suscipit scienter. ¶ Tribus articulis soluetur nodus huius quæstionis. ¶ Quantum ad primum notandum, secundum Durant. & palu. quæstio. ij. arti. ii. refert dicere de malo, siue bono simpliciter, siue secundum quid: nam bonus simpliciter secundū cōmunē acceptionē dicit bonus moraliter: & malus simpliciter dicitur uitiosus. Petrus inquit: bonum bonitate moris est bonitas simpliciter. Esse bonum artificem: est bonitas secūdū quid: sed bonus secūdū qd: dicit bonus secūdū id, quod sibi addit: ut bonus faber, bonus

A

Arti. 1. Not. 1. An referat accipere sacramētū a bono uel a malo ministro.

grammaticus. Et patet differentia: quia aliquis est bonus faber, aut bonus grāmaticus, qui non est bonus simpliciter: nec bonus homo. & econuerso: aliquis ē bonus homo, qui nō bonus faber: nec grammaticus. ¶ Verum hoc posset magis logicè sic exprimi. Bonus, & malus sunt termini connotatiui: quia adiectiua: quia in oratione posita determināt sua substantiua appellantes suam bonitatem, aut maliciam adiacere principali significato sui determinabilis, dum ponuntur cum eis a parte eiusdem extremi. Et si determinabile fuerit terminus connotatiuus: sicut faber, dominus seruus &c. appellat bonitatem, aut malitiam adiacere connotato. Id enim est significatum principale termini connotatiui: unde cū dicitur: bonus faber, denotatur bonitas artis fabrilis. Bonus dominus, intelligitur bonitas potestatis dominandi: & sic de similibus. Per hoc cum dicitur: baptismus dari a bono ministro, aut malo ministro, de rigore uerborum importatur bonitas, uel malitia: nō hominis ministrantis: sed ipsius ministerij. i. modi ministrandi. Subdit aūt Duran. & Pe. de pal. ubi supra, ꝙ nullus est malus minister, inquantum minister: nisi qui deficit in aliquo particulari requisito ad suum ministerium. Qui autem deficit in aliquo requisito ad suum ministerium, nō potest ipsum perficere. ¶ Ad ministerium aūt generaliter requirūtur hęc tria: scire, uelle, posse secundum eos dē. Et sic malus minister baptismi esset: qui nesciret modum, & formā baptismi: aut nollet. i. non intenderet baptizare: aut nō posset: q̄a nō posset proferre uerba: aut non posset aspergere, aut imergere, ut mutus, aut mancus. Et ita accipiendo terminos, certū est malū ministrum nō conferre uerū baptismā: quia aut deficit in notitia baptizandi: aut in intentione: aut in forma: uel materia ꝓpinqua s. lotione: quia nō pōt lauare: & iō si attētaret, nihil faceret. Sed quia illo mō nō loquūtur doc. nec attendūt hūc rigorē uerborū; sed p malū ministrū intelligunt ministrū, qui est malus malitia morū. i. q est in peccato mortali cōstitutus, & de

Ad ministeriū tria requiruntur.

illo accipienda sunt, quę dicentur. Et talis est duplex: quidam est præcisus ab ecclesia: ut hæreticus, aut excommunicatus: suspensus, uel interdictus: aut nō est præcisus: sed adhuc habetur ut mēbrū ecclesię numero: etsi nō merito. Et secūdū hoc uariabitur responsio in sequētibus. ¶ Secūdò supponit hic: ꝙ sacramenta habeant efficaciā suā ab instituente. s. christo, nō a ministrante. Itē ex opere operato: nō ex deuotione operantis: de quibus satis sup. dictū est. ¶ Notandū tertiò: ꝙ per uerū baptisma intelligitur baptisma, cui nihil deficit requisitū ad esse sacramēti: licet forte nō habeat omnē effectū, quem posset cōferre semoto impedimento. Vnde fictē suscipiens baptismū secundò modo fictionis, uerē recipit baptismi sacramentū: licet nō recipiat gratiam, & alia gratiā concomitantia. Vnde (ut breuiter dicā) Verum baptisma est, quod imprimit characterē, de quo infra. ¶ Quantū ad secundum articulū est hæc cōclusio prima. Baptismus a ministro quātumlibet malo ritè secundū formā ecclesię collatus, uerus est, & efficax cuiuslibet suiesectꝰ: nisi fuerit ꝑ malitiā suscipientis impeditus. Hæc cōclusio est de mēte omniū doc. Sco. Pe. & aliorum. ¶ Dicitur notāter: ritè secundum formā ecclesię: per quod intelligo, ꝙ nihil desit eorū, quę ad substantiā requiruntur: hoc est, qui fit in debita materia elemētari. s. aqua, ac integra uerborum forma simul cum ablutione prolata: ac baptizātis intentione, qua uelit baptizare. Tunc probatur cōclusio quoad primā partē: quia ita deo placuit instituere: ut malitia ministri nō impediret sacrm̄, nec eius effectū. Quod sic instituerit Aug. colligit ex auctoritate Ioānis baptistæ. Sup quē uideris spm̄ sctm̄ descēdentē: hic est, q baptizat: ut deducit magister in textu. additis pluribus alijs auctoritatibus. ¶ Adducūr ad idē doct. plures rōnes cōgruitatē hmōi institutionis declarātes. Vna est: Rōnabile est deū adsistere signo suo practico ad causandū signatū, ex determinatione uoluntatis suę pręcedente omnē conditionem ministri: ut sicut illa determinatio, qua tribuit suo signo certitud

Not. 2.

Not. 3

Arti. 2. Cōcl. 1. B

Baptismus uerus est a quocūq; ministro collatus fit

në:est ab illo immediatè oino,& primò: ita & adsistentia cōsequens illam determinationem ad cooperandum sit ab ipso immediatè. ¶ Preterea arguitur ex illa congruentia,quæ sumitur ex fine. Si baptismus non posset conferri nisi a bono:non esset magnum remediū uiatoris: sed quasi communiter incertum. Cum enim quasi nullus possit esse certus de bonitate propria: multò magis, nec de bonitate alterius. Ergo si ex bonitate ministri dependeret baptismus: nunquam posset aliquis esse certus se recepisse uerè baptismum: quod esset magnum inconueniens. ¶ Et si replicatur, ꝙ etiam modo nullus potest esse certus:quoniam etsi quis possit esse certus de intentione propria, qua uult recipere baptismum:tamen de intentione ministri certus esse non potest:quę tamen requiritur ad ueritatem baptismi. Respondetur: ꝙ licet non possit esse certus certitudine euidentiæ: & demōstratiua: tamen probabiliter præsumi potest:ꝙ minister baptizans intēdat illud facere, ad quod actus ille secundū se est ordinatus: quid enim mouere deberet ministrum ad habendum sinistrā intentionem:cum nullum ex hoc consequeretur commodū. Sed non sic pōt haberi certitudo de bonitate,ac sanctitate ministri:cū ualde multa sint foris insensibilia,quę sanctitatē ministri tollunt. Itē ex parte suscipientis est congruētia:quia omnino iniustū est alterū pro alterius iniquitate puniri: dū punitus non communicat cū iniquitate alterius:ita ut possit sibi imputari. Si ergo baptizandus disponit se ad gratiā,quantū pōt:& malitia ministri impediret:ille puniretur propter culpā alienam nullo mō sibi imputādā. ¶ Ad idē arguit Durād.& Pe.ea,quæ sunt maximè necessaria ad salutē,debēt esse cōmunissima,& notissima:baptismus est sacramentū maximę necessitatis:maximè quo ad paruulos,qui non habēr aliud remediū suæ salutis:bonitas aūt ministri moralis, q̄ est p gratiā est rara,& ualde ignota:ergo nō cōgruit,ut sit necessaria ad ueritatē baptismi.¶ Prętere a secūdū eosdē sacramētū,qd cōsistit in opere operato nō uitiatur ex demerito operantis:dūtamen cōcurrāt,quę sūt de necessitate operis: sed omne sacramētū consistit in opere operato:ergo nō uitiatur ex malitia,uel demerito ministri operātis;dū concurrūt &c. Et hoc est,qd Aug.ait sup Ioan. homil.v.& habetur de cōsec.dist.iiij.baptismus. Baptismus talis ē:qualis ille est, in cuius potestate daē. Et sequitur. Ego dico,& nos dicimus oēs: qa iustos oportet esse oēs,per quos baptizatur. Iustos oportet esse tāti iudicis ministros:si ministrare iustè uoluerint:si aūr noluerint esse iusti,qui in cathedra Moysi sedēt:se eurū me fecit magister meus, d̄ quo spiritus eius dicit:hic est,qui baptizat. Nō timeo adulterū: ebriosū: nō homicidā: qa columbā attēdo,per quā mihi dicitur. hic est,qui baptizat. Itē eadē dist. Romanus pōtifex;& pluribus aliis locis ¶ Secūda pars cōclusionis: quę est exceptio a prima parte: nisi fuerit p malitiā suscipiētis impeditus patet ex dist.precedēti q. ii.quoniā si recipiēs ponit obicē cōtrarię intentionis nolens recipe baptismū: non est uerū baptisma: nec sacramentū secūdū distinctiones ibi positas. Si uero ponit obicē pcti mortalis: uolēs tñ baptizari:baptismus uerus est:& tamen tū nō iterandū: caret tñ effectu salutis: qa nō confert gratiā ficte accedenti:ut ibi sufficienter dictū est.¶ Secūda cōclusio. Sine pctō in necessitate Ineuitabili: baptismus a quolibet sumi pōt fideli: & infideli. Est aūt ineuitabilis necessitas: quando mora baptizādi est in periculo: ut nisi statim baptizetur, periret: & nō est,qui uelit, aut possit baptizare: nisi (gratia exēpli)unus ab isto recipi pōt, & debet baptismus. Si tñ in forma ecclesię baptizare uelit, siue ille sit gentilis, idololatra,siue hęreticus:aut alias ab ecclesia pcisus pperuō, uel ad tēpus: siue bon⁹,siue malus.¶ Hæc cōclusio quo ad pcisos ab ecclesia,ponitur cōtra quosdā tenētes,ꝙ in nullo casu recipiendus est baptismus a pciso: qd sic nituntur ostendere:qa prohibitū est cōmunicare cum tali,& maximè in sacramentis xxiiii q.j. omnis &.c.seque.Itē c.schisma.vii.q.j.

Col. 2. C Baptismus sine pctō pōt sumi a quolibet in necessitate.

deniq; j.q.j.si quis.inquit:Recipiens ergo ab eo baptismũ scienter cõtra præceptũ ecclesiæ:cõmunicat cũ præciso in sacramentis:ergo peccat mortaliter. Idẽ de offerente paruulum pręciso.¶ Et si dicitur:tũc tali baptizãdo pręcluditur uia salutis. Dicitur, ꝙ si adultus est, sufficit sibi baptismus flaminis:cũ nõ possit habere ministrũ baptizantẽ:& in proposito nõ põt habere:quia prohibitũ est sibi cõmunicari cũ tali pciso. Si uero fuerit paruul⁹:baptizet,& ipse offerẽs, si põt: si nõ põt:quia forte mancus est:nec aliũ habere põt: cogitur paruulũ relinquere sine baptismo:quia nõ sunt faciẽda mala,ut eueniant bona. ¶ Cõtra hãc opinionem cõcordant beatus Tho. Dur. Richar. Scot.& Palu. Et probatur:quia baptismus est sacramentũ necessitatis:iõa nullo debet omitti,dũ põt suscipi: sed a pręciso põt suscipi uerus baptismus:ideo ab eo est suscipiẽdus in necessitate. Nec impedit mandatũ ecclesię de non communicando pręciso:quia plus ligat præceptũ superioris,quàm inferioris: & inferioris cedere debet pcepto superioris: deus aũt pcepit baptismũ suscipi : ecclesia aũt prohibet cõmunicare cũ eo, quẽ præscindit:ergo magis tenetur obedire pcepto diuino,ꝙ́ precepto ecclesiæ:immo uerius obediendo præcepto diuino nõ trãsgreditur præceptũ ecclesiæ: quia omnia præcepta ecclesiæ intelligenda sunt obligare:inquãtũ nõ obuiãt pręceptis legis diuinæ,aut legis naturę: etiã si nõ semper exprimatur in pręcepto. Non .n. intẽtio ecclesiæ est (quę spõsa christi est) aliquid cõtrariũ sponso præcipere. Et per hoc patet, ꝙ suscipiens in necessitate baptismũ a pciso : aut paruulum offerens pręciso : licet cõmunicet cum eo in sacramẽto: nõ tñ facit cõtra mãdatũ ecclesię: qđ intelligi debet extra casum necessitatis.¶ Et ad hoc arguitur simul,& pro cõclusione. Plus tenet fidelis procurare salutem animę proximo,quã corporis;sed,ppter salutem corporis:tenetur in necessitate cõicare pręciso in humanis quãtumcũq; sibi inhibita sit communio:ergo etiã licet sibi cõicare in spũalibus in necessitate ppter

In pręceptis ecclesiæ pcepta diuina, & naturę intelligũtur excepta

D

salutẽ aiæ.Tenet cõsequẽtia:qa si ,ppter salutẽ corporis licet cõicãdo pterire pceptũ ecclesię:multò magis hoc licet ,ppter salutẽ aię.¶ Nec impedit,si arctius sit pceptum de nõ cõicando in spũalibus,ꝙ́ in humanis:qa neutrũ exit limites ecclesię pręcepti. Antecedens ,pbatur: qa in casu,ꝙ præcisus ipse esset in periculo corporis:aut famis,teneor eũ eruere, si possum: ac cibare, & potare ex diuino mãdato: alioquin fierẽ homicidij reus: iuxta illud Amb. Pasce fame morientẽ: si nõ pauisti,occidisti. Similiter si alius esset in famis periculo, quem pascere non possem:nisi emendo panem a pciso,teneor,emere panem ab eo:& hoc sibi cõmunicare,nõ obstãte ,phibitione ecclesię.¶ Pręterea:teneor ipsi pciso impendere subsidia salutis aiæ in necessitate: ut si pcisus nõ baptizatus incideret furiã:& ante desiderasset , aut cõsensisset baptizari se: & in furia imminet sibi mors,baptizãdus esset secũdũ pmissa nõ obstãte sua excõicatione : ergo multò magis teneor per præcisum in necessitate subuenire saluti alterius nõ pcisi.¶ Itẽ oẽs ecclesiasticę censurę sunt ,p salute,& non contra salutem eius,ꝙ incidit:quia sunt medicinales:ergo nullo casu debẽt uergere in impedimẽtũ salutis proximi. ¶ Et per hoc rñdetur ad motiua opinãtiũ cõtra cõclusionẽ.¶ Ad primũ dr, ꝙ in casu necessitatis nõ trãsgreditur præceptũ ecclesiæ:quia ille intelligitur exceptus:cũ etiã cõmunio in humanis in necessitate est excepta:ut dictũ est. Sed quod additur de adulto, ꝙ quantum ad illum non est articulus necessitatis:quia ei sufficit baptismus flaminis. Dicitur secundũ Scot.q.ij.dist.pręsentis:ꝙ adulto licet recipere baptismum a pręciso: si alius minister haberi non põt. Et ideo, quia in casu necessitatis recipiendi baptismũ:quia habet pcisum, ꝗ põt dare : iõ baptismus flaminis nõ sufficit:nec pceptum ecclesię excusat:quia in illo casu cum sit cõtra pręceptũ superioris.s. christi,non ligat:ut dictũ est. Et pro isto est August. de baptis. contra donatistas. Baptismum potest tradere separatus: sicut põt habere separatus; sed pernicio-

E

sé tradere. Iste autem, cui tradit, potest salubriter accipere: si ipse non separatus accipiat (sicut plerisq; accidit) in catholico animo, & corde ab unitate pacis non alienato: aliqua necessitate mortis ingruente ad hereticum uenit: & ab eo baptismum christi sine peruersitate percipit: & hic defunctus, hic liberatus nequaquam apud eos maneret, ad quos nunquam corde transierat. ¶ Et subdit. Potest etiam fortasse adultus nō recipere: qa baptismus flaminis sibi sufficeret: si propter reuerentiam ecclesiæ talem uitet. Redit tamen Scot. ad sententiam priorem. nam addit: sed omnibus tamen pēsatis, melius, & tutius uidetur, ꝙ a tali recipiat, quā ꝙ de uita sine baptismate decedat. hęc ille. Et per hoc patet solutio secundi. non.n. precluditur uia salutis: ut patet. Tho. uero dist. presenti q.ij.ar.ii.in fi. Durā. & Pe. q iii.ar.j dicentes adulto sufficere ad salutem, si petat baptismū: loquuntur nō in casu nostro: sed in casu alio, de quo mox dicetur: ideo nō cōtradicūt Scot.

Quid si sacerdos nollet baptizare nisi ꝓ pecunia.

¶ Si dicis. Ex illo sequitur, ꝙ in casu necessitatis sacerdos nollet baptizare nisi data pecunia: etiam baptismus recipi deberet: quod tamen communiter doctores negant. Patet cōsequentia: quia cum ab excōmunicato licet recipere: licet etiam a simoniaco recipere. Huius enim pena est excōmunicatio, quæ in casu non impedit. Respondetur secundum doctores in casu, aqua posset emi a sacerdote: non autem baptismus: nec impedit, ꝙ aqua est sanctificata: quia illa sanctificatio non est de essentia baptismi. Sicut etiam calix benedictus uendi, & emi potest licitē non habito respectu ad benedictionem: sed ad materiā. Et addit hic Scot. Si sacerdos nitatur uendere actum baptizationis: potest ille, qui offert paruulum emere, non intendens actum illum, inquātum sacramētalis: sed sacerdotis laborem in actu. Sicut conducuntur sacerdotes ad celebrādum missas: ut non ipsi uendāt, & alij emant actum celebrationis, inquantum est sacramentalis: sed ipsi uendunt laborē, & alij emūt eū: qa oportet unumquenq; de suo labore taliter, qualiter uictitare. Hec Scot. q.ij. huius dist. in fi. Clare similiter loquitur Pet. dist. presenti q. iii. art. j. docens aquam, ut talem precisē non habito respectu ad consecrationem debere emi. Cōsonat sanctus Tho. q.ij. art. ii. præsentis dist. in fi. Et hoc ualde notandum pro conscientiarū serenatione. Et ita rarō, & uix casus cōtingere potest, quin paruulus possit sine uicio simoniæ baptizari. ¶ Si uero tam peruersus esset sacerdos, ac temerarius, ꝙ non uellet baptizare nisi pro pecunia: cum ementes, & uendentes sacramenta sint simoniaci: nequaquā esset talis baptismus recipiēdus. Et in hoc casu adulto sufficeret baptismus flaminis: quia non posset habere ministrum secundum legem dei. Siquidem contra diuinā legē est simonia. Gratis, inquit dominus, accepistis: gratis date. Mat. x. Si uero fuerit paruulus, offerens cum tali pacto simoniacus est: & peccat mortaliter: & ideo offerre non debet. Sed si potest, ipse baptizet paruulum: si non potest, magis dimittēdus est puer mori sine baptismate, quā peccādū mortaliter. Ibi locum habet uerbum Apostoli. Non sunt facienda mala, ut eueniant bona. Magis enim tenetur quis uitare peccatum in seipso, quā in alio damnationem. ¶ Verum si paruulus baptizaretur: quamuis in casu uterq; baptizans, & offerens peccaret mortaliter: paruulus tamen uerū baptisma acciperet, & saluaretur. Nec est ille casus similis priori: de quo tangitur in argumento: quia in priori casu baptizatus, uel offerens non communicat cum præciso in crimine: neq; in casu præcisus, nec offerens baptismum petens peccat, ut patuit. In secundo autem casu simoniæ petens baptismum pro se, uel paruulo, cum sponsione, uel datione etiam participat in crimine simonię cum sacerdote contra legem diuinam: quod nullo casu faciendum est.

Notādū

¶ Conclusio tertia. Extra casum necessitatis scienter petēs baptismum a præciso, non excusatur a mortali pctō. Probatur secundū Richar. quia quātū est in se, contēptibilē reddit

Cōcl.3. F

Peccat mortaliter qui

scienter a præciso baptismũ petit. sententiam ecclesiæ: quod scienter sine peccato mortali non potest fieri. ¶ Præterea: secundum Durã. Eodem præcepto, quo præcipitur excõmunicato, aut cuicunq; ab ecclesia præciso, ne se ingerat diuinis: præcipitur cuilibet alteri, ne sibi communicet in eisdem: sed præcisus ingerendo se diuinis peccat mortaliter faciens contra præceptum ecclesiæ: ergo petens, & recipiens ab eo sacramentum peccat contra idem præceptum. Ad idem est illud Augu. ad Orosium de conse. dist. iiij. quãuis. Quamuis unũ sit baptisma hæreticorum (qui in nomine patris, & filij, & spiritus sancti baptizãt) & ecclesiæ catholicæ: tamen qui foris ecclesiam baptizantur, non sumunt baptismum ad salutem: sed ad perniciem: & per consequens mortaliter peccant.

Cõcl. 4. ¶ Conclusio quarta. Extra necessitatis articulum potest quilibet a suo sacerdote nõ præciso petere baptismum: quã uis probabiliter eum æstimet esse malũ. In hac conclusione doctores omnes cõcordant. Et probatur conclusio: quia nõ peccat, qui a malo debitum petit, & accipit: sed sacerdos suus, scilicet sacerdos parochialis suæ parochiæ debitor est omnibus suis parochianis in sacramentis ministrandis. Et habet cõclusio ueritatem etiam si fuerit notoriè malus puta fornicator, aut lusor, uel usurarius publicus: quia de occulto malo, cuius uita nõ est scandalosa: nõ est dubium, quin a tali sine peccato possit recipere sacramẽta: immo ut dicit Sco. xix. dist. pñtis: non solum potest, sed debet ab eo recipere baptismum, si alias debeat: quia propter peccatum, quod non est notorium, non debet aliquis uitare proximum in actibus notorijs. Nec ille, qui petit baptismum a malo sacerdote non præciso, directè cooperatur ei in peccato mortali, quod committit, indignè ministrando sacramentum: petit enim ab eo debitum; & in hoc non delinquit: quia sua malitia non excusat eum a soluendo debitum, quæ tenetur alteri. Etiam huius reddit sanctus Tho. quæstio ij. in fine duas rationes. Consonat Petrus distinctio. præsenti, quæsti.

Sine peccato petitur baptismus a suo sacerdote licet malo.

Cõcl. 5.

iiij. ar. j. & ii. Vna: quia petens non potest esse certus, q sacerdos sit in peccato mortali: cum in uno instanti spiritus operetur iustificationem impii. Secundò: quia iste petit, quod iustum est: quia a suo sacerdote debet sacramenta percipere: nec propter hoc cogit eum ad peccandum: quia sacerdos potest reddere, quod debet non peccando: immo ut dicit Sco. quantum est ex actu petentis magis necessitat sacerdotẽ ad pœnitendum, quàm ad actum peccandi. Si autem ille non pœniteret: non est imputandum petenti illum actum: quia non petit, inquantum peccatum est: sed inquantum est debitum. ¶ Dictum est notanter in conclusione a suo sacerdote: quia si non fuerit suus sacerdos parochialis: si possit habere alium, cui incumbit ex officio baptizare: puta sacerdotem, aut alium curatum meliorem, peccat: ut dicit Sco. quia ab illo recipit, cui non incumbit sacramenta ministrare. ¶ Sed quid, si non possit haberi alius curatus, uel sacerdos nisi æquè malus, posset tamen haberi aliquis bonus laicus. Dubium est. Respondet Sco. quis sit cui præferendus in illo actu: an bonus laicus sacerdoti publicè malo, an econuerso. Et breuiter, quia officium dispensandi sacramenta in ecclesia competit sacerdotibus: uidetur dicendum, q quantum ad istum actum magis eligendus est malus sacerdos. Hæc Sco. ¶ Quantum ad tertium articulũ, dubitatur primò cõtra conclusionem primam auctoritate Ambro. de initiandis rudibus. & habetur. j. quæstione. j. non sanat. ait. Non sanat baptismus perfidorum: non mundat, sed polluit: qui in diluuio aquarum ad dominum non approximabunt: quia, ut per apostolum dicitur, quicquid non est ex fide peccatum est. Roman. ix. Et ex ipsis, qui faciunt, & quibus faciunt: non solum nihil prodest: sed ad iudicium est. Item beatus Augustinus in de uerbis domini. & habetur eadem. q. corporalia. dicit, q segregati ab ecclesia formam habere pietatis, possunt. Virtus uerò spiritua-

G

Arti. 3 Dub. 1.

H

sis, & inuisibilis in eis esse non potest, quemadmodum sensus non sequitur mēbrum, quando amputatur a corpore. ¶ Et ex hoc potest argui ratione. membrum separatum, uel aridum non potest esse causa influendi uitam in aliud: membrum: sed minister malus est membrum separatum ab ecclesia, uel aridum, & mortuum: quia sine gratia, quę est uita ecclesiæ: ergo per tale non potest fluere uita gratiæ. ¶ Præterea: beatus Cyprianus martyr in ista sententia, q̄ hæretici non uerè baptizarent, usq; in finem uitę perdurauit: ut habetur j. quęst. j. si quis v. & de consecr. distinct. iiii. quomodo exaudit. & tamen fuit sanctus Martyr: ergo non errauit. Tenet consequentia: quia omnis errans in fide damnatur, si in errore perseuerat: quia error non stat cum fide: & sine fide impossibile est placere deo. ad Heb. xi. Aliter autem sentire de sacramentis, quā ecclesia Romana sentit, est errare: propter quod tales uinculo perpetui anathematis innodantur. de hęre. ad abolendam. ¶ Ad illa respondetur. Ad auctoritatem Ambr. & August. q̄ loquuntur quantum ad suscipientes sacramenta ab hęreticis animo eos sequendi: & qui sic suscipiunt: licet sacramenta suscipiant: non tamen sacramenti uirtutem. Et licet pręcisus sit membrum mortuum carens uita: tamē per ipsum potest dari uita suscipienti.

Cyprianisententiaerronea.

Vnde ad rationem dicitur secundum Scot. quęst. prima. distinctio. pręsenti: q̄ in toto corpore humano uita una est omnium partium: & participatur ab eis ordine quodam: quia primò in corde: secundò in alijs: secūdum q̄ propinquius se habēt ad illud principium uitæ. & ideo per unā partem nō potest uita deriuari ad aliam: nisi illa pars deriuans prius uiuat eadem uita. Non sic est in corpore mystico, quod est ecclesia: quia non est in eis una uita numero. ¶ Nec oportet, q̄ illud membrum, quod ministerialiter dat uitam alteri: sit propinquius principio uitę in participando uitam: sed tantum in gradu ministrandi. Hæc ille. Breuiter in corpore naturali est operatio naturalis, qua unum membrū per uirtutem sibi insistentem, & propriā operatur in aliud: non sic in corpore mystico: ubi operatio ministri dispēsantis sacramenta non est naturalis: sed ex uoluntaria ordinatione: nec minister agit ad effectum gratiæ uirtute propria: sed ministerium tantum exhibet. & christus sacramentorum institutor suo signo adsistit ad producendum eius effectum. ¶ Ad aliud de sancto Cypriano respondet Scot. ibidem, ponens bonam distinctionem credendorum, dicens, q̄ aliqua sunt simpliciter de substantia fidei: quæ omnes post perfectum usum rationis tenentur explicitè credere: sicut sunt articuli de incarnatione christi, eius passione &c. de quibus sunt solēnitates in ecclesia: & quos potest populus concipere: quia sunt de humanitate christi. Aliqua sunt explicitè de substantia fidei, credēda a maioribus ecclesię: utpote, q̄ deus est trinus, & unus: & huiusmodi spiritualia. Alia sunt, quę non sunt necessariò explicitè credenda: nec ab istis, nec ab illis: quia non adhuc ab illo tempore sunt declarata ab ecclesia. cuiusmodi sunt multę conclusiones necessariò inclusę in articulis creditis: sed tamen priusquam sint per ecclesiam declaratę: & explicatę non oportet quemquam eas credere: oportet tamen circa eas sobriè opinari: ut scilicet paratus sit opinans eas credere pro tempore, quo fuerint per ecclesiam determinatæ. Hoc modo baptismum esse sacramentum nouæ legis necessarium ad salutem statim erit de ueritate fidei christianæ: quia expressè continetur in euangelijs. Sed q̄ ab hęretico poterat conferri: non statim expressum est: nec tempore beati Cypriani fuit declaratum: propter quod circa illam ueritatem declarandam multum laborauit August. in libris suis: & ideo licet Cyprianus sensit baptismū non dari ab hæreticis: quia tamen promptus erat animo sentire cum ecclesia: cum circa hoc aliquid determinaret, non errauit pertinaciter: & solum errans pertinaciter, & in errore permanens dam-

natur: & talis error pertinax contra fidem non stat cũ fide. ¶ Dubitatur secũdò: utrum malus baptizans in mortali peccet mortaliter. Respõdet beatus Tho. & Rich. distinguendo: quia malus aut baptizat cum solennitate, ut minister ecclesiæ, cui hoc competit ex officio: & tunc si in mortali baptizat, peccat mortaliter: si peccatum suum mortale recolit, & non pęnitet: ut dicit Richar. Ratio secundum Petrum, & Durã. quia irreuerentia sacramentorum uidetur esse mortale peccatũ: sed baptizans in mortali irreuerentiam facit sacramẽto. Est enim irreuerentia; cum uasa sanctitatis tractãtur ab immundis. Unde Diony. in de ecclesiastica hierarchia. Immundis sacra symbola, & signa sacramentalia tangere nefas est. ¶ Præterea: magis obligantur ad munditiam ministri nouæ legis, quàm ministri sacramentorum ueteris legis: sed in ueteri testamento qui cum immunditia tractabãt illius legis sacramenta, mortaliter peccabant: ergo. Consequentia nota. Maior patet: quia lex perfectior, & sanctior maiorem sanctitatem, & munditię perfectionẽ requirit in suis ministris. Minor probatur per illud Leuit. xxii. Omnis homo, qui accesserit de stirpe uestra, ad ea, quæ consecrata sunt: & quę obtulerunt domino filij Israel: in quo est immunditia: peribit coram domino. Ubi glos. Qui accesserit, mundus ad munda debet accedere. Et Aug. j. q. j. remissionem. §. si ergo. Sacramenta in mundum luce ab immũdis coinquinari non possunt: si bi tamen inutiliter & perniciosè habẽt: alijs autem utiliter, & salubriter eadem administrant. Idem lib. ii. contra epistolam Perminiani eadem. q. per Esaiam. Omnia sacramenta cum obsint indignè tractantibus, prosunt tamen per eos dignè sumentibus. Si uero quis baptizat simpliciter in articulo necessitatis: non quasi minister ecclesiæ: sed sicut uetula baptizare posset sine solennitate: non peccat mortaliter. Sed quia talis non baptizat, ut minister: sed quasi ut uetula baptizaret: & ideo nihil uidetur agere indebitum contra ministerium

Dub. 2. An malus ministrando sacramenta in mortali peccet mortaliter.

suum. Excusat etiam casus necessitatis. Sed contra illud arguit Duran. & Pe. quęstio. ij. arti. ii. probans. Quia in nullo casu quis potest baptizare, quin baptizet, ut minister: quia quod non potest aliquis facere nisi minister: quicunq; hoc facit, facit ut minister: sed administrare quodcunq; sacramentum non potest nisi minister: nam minister est necessarius, sicut materia, & forma ad hoc, ut sit sacramentum ex institutione diuina: licet, solennitas constituta ex ordinatione ecclesiæ non sit necessaria: nec solẽnitas dat esse ministris: sed est magis signũ ministerij sui. Etiam casus necessitatis non excusat: quia casus euitabilis non est casus necessitatis excusans aliquem a peccato: quia non tollit rationem uoluntarij: sed semper potest baptizans cauere, ne in mortali baptizet: potest enim intus conteri de peccato commisso cum proposito abstinendi, & confitendi: quod cum fecerit, iam non erit in peccato. ¶ Et ideo rationes probantes primam partem responsionis, similiter concludunt contra baptizantem sine solennitate, sicut contra istum, qui cum solennitate baptizat. Et subdit Duran. ꝙ securum esset sic facere prius, scilicet se purgare per internam pęnitentiam. Sed addit, ꝙ durum est dicere: ꝙ ad hoc teneatur: quia posset talis necessitas baptizandi occurrere, quando non haberet memoriam cuiuscunq; peccati mortalis: nec uacaret ei conscientiam suam scrutari. Hæc Duran. Eadem fere uide in Petro ubi supra. ¶ Potest dici, ut sequenti distinctione dicetur, ꝙ nulli licet baptizare nisi sacerdoti extra casum necessitatis: & quia in casu necessitatis rarò est congruentia scrutandi conscientiam: ideo tunc necessitas excusaret: si tamen non esset in actuali proposito peccandi mortaliter: uel peccatum mortale continuandi: quod si fuerit actualiter peccans: non uideo magnam differentiam inter laicum baptizantem, & sacerdotem, quin uterq; cum ministrat sacramentum baptismi teneatur illud mun

dos ministrare. Vile enim reputaret sacramentum, cum tanta uilitate peccati præsumeret ministrare. Vide ad hoc dubium opinionem, & responsionẽ me
Dub. 3. K diam in Pe. q. ij. art. ij. ¶ Tertio dubitatur. Quam potestatem christus habet in
Quã potestatẽ habet christus in baptismo. baptismo: & quam communicauit ministro. Pro responsione notandum, ꝙ per potestatem baptismi nihil aliud intelligitur, nisi potestas conferendi effectum baptismatis. hic autem est remissio peccatorum, quæ fit per gratiam: ut patet ex præmissis: licet hæc concomitentur: charakter, illuminatio, incorporatio &c. hi tamen sunt principales. Vnde potestas baptismi est potestas cõferendi gratiam, & remittendi peccata. Hæc duo se inseparabiliter concomitãtur: & neutra est sine alia in iustificatione impij. ¶ Consequenter notandũ, ꝙ beatus Tho. post Alexand. quæstio. xv. par. iiij. & Pe. quæst. j. ar. j distinguit triplicem potestatem scilicet auctoritatis, excellentiæ, & ministerij. Et hanc ultimam Duran. & Richar. partiuntur in duas scilicet in ministerium respectu institutionis sacramenti, & ministerium respectu dispensationis. Potestas auctoritatis est, qua quis ex se principaliter, non ab alio superiore potest remittere peccatum: & hæc est solius dei: communis tamen patri, & filio, & spirituisancto. Et licet filius, & spiritussanctus hanc potestatem habeant a patre: a quo habent, & essentiam: & ita ab alio non tamen habent a superiore: eo quód pater non est superior, neque maior filio, & spiritusancto: ut patet ex primo. Potestas excellentiæ est potestas quodammodo inferiori delegata cum prærogatiua: Et hæc in proposito consistit in quatuor prærogatiuis, quæ sunt mereri efficaciam sacramentis: conferre effectum sacramenti sine sacramentis: instituere sacramenta, & in eius nomine conferre sacramenta. ¶ Potestas ministerialis, est potestas dispensandi, uel etiam ministerialiter instituendi sacramenta. ¶ Et per hoc patet responsio ad primam partem dubij: ꝙ christus habuit hanc triplicem potestatem sacramenti. Auctoritatis secundum naturam diuinam tantum, siue ut deus. Excellentiæ secundum humanitatem coniunctam diuinitati: & ita secundum ꝙ homo, qui tamen est & deus: nam secundum humanitatem meruit sua passione efficaciam sacramentis. Potuit etiam secundum humanitatem, ut instrumentum coniunctum diuinitati conferre effectum sacramenti sine sacramentis: sic remisit peccata Mariç Magdalenæ, & quibusdam alijs: sic & per humanitatẽ conceditur: ꝙ operatus est miracula: principaliter quidem per diuinitatẽ: tamen per humanitatem uerbo uocali præcipiendo, uel tangendo, uel aliquid operando, ut lutum faciendo ex sputo, & liniendo: ad quod diuina uirtute sequebatur sanitas animç, & corporis. ¶ Ipse etiam instituit sacramenta (ut dictum est) principaliter uirtute diuina: ministerialiter scilicet promulgãdo uirtute humana. Collata etiam fuerunt sacramenta in primitiua ecclesia in nomine christi: ut sup. patuit, quod est nomen dei, & hominis importantis hypostasim in utraq; natura subsistentem: ut dictum est in tertio. ¶ Habuit etiam potestatem ministerialem dispensandi sacramenta secundum humanitatem: nõ ut coniunctam: cum illam etiam habuerunt apostoli, quibus præcepit. Ite &c. baptizantes eos &c. Ipse creditur baptizasse apostolos: confecisse eucharistiam: & certa sacramenta personaliter exhibuisse. ¶ Quantum ad secundam partem dubij dicitur, ꝙ potestatem ministerialem scilicet dispensandi sacramenta fidelibus communicauit ministris ecclesiæ tantum: non excellentiç, neq; auctoritatis. ¶ Sed est dubium: an etiam hominibus potuerit communicare potestatem excellentiæ: quoniam de potestate auctoritatis manifestum est, ꝙ non potuit communicari homini puro. Et dicitur cõmuniter, ꝙ sic: non autẽ congruebat. Primũ patet: quia quicquid cõmunicatur naturç humanæ coniunctæ: potuit cõmunicari ei separatç. Nihil enim poterat cõmunica

ti coniunctę: nisi cuius ipsa erat capax: sed eadem est capacitas omnium humanarum naturarum: cum sint eiusdem speciei: & capacitas sequitur naturam specificam. ¶ Verum de merito generali, & uniuersali beatitudinis toti generi humano quidam dubitant, putantes, quod illud non possit communicari naturę humanę non coniunctę: quia meritum illud contrahit quandam infinitatem ex coniunctione naturæ infinitæ, propter quam sufficit pro infinitis. Sed probatum est in tertio, quòd tantum ualet meritum, quantum potest acceptari. Potest enim deus meritum in se finitum acceptare pro infinitis: ideo motiuum hoc non subsistit. ¶ Sed adhuc uertitur in dubium, an possit communicari homini potestas cooperandi ad remissionem peccatorum, & infusionem gratiæ, quæ difficultas in hoc consistit: an creatura possit concurrere cum deo ad effectum creationis; quia gratia creando infunditur: de quo supra. q. j. dictum est, & in secundo: ideo nihil hic superadditur.

Dub. 4. L [Quam potestatē christus potuit cōmunicare.

¶ Quòd uero non congruebat potestatem excellētię communicare ministris: rōnes plures assignantur: ne. s. baptismus, qui unus est, diuideretur. & diceretur baptismus Petri: baptismus Pauli: sed baptismus christi. Nec ēt spes salutis in ministro constitueretur: ne putaretur, quod in uirtute puri hominis inuocati suscipiens sacramentū interius mundaretur. Et ne auctoritas ministri minueretur. ¶ Ex illo patet; quòd licet de rigore uerborum, uerum est, quod filius hominis potestatem habet dimittendi peccata: quia filius hominis: non tamen intelligendum est cum reduplicatiua, idest non inquantum filius hominis: sed inquantum filius dei: quia illud conuenit ei secundum naturam diuinam principaliter: & ideo uera est sicut cæteræ propositiōes, in quibus quod dei est: homini attribuitur per idiomatum communicationem. &c.

DISTINCTIO. VI.

VNC quibus liceat baptizare. ¶ Postquā magister egit de baptismi quidditate, & effectu quo ad suscipientem, & ministrantem in tribus precedentibus distinctionibus: in hac distinct. vj. agit de congruo baptismi ministro, & hoc principaliter. Adiungit ēt diuersarum quęstionum responsiones: baptizandorum preparationes per catechismum, & exorcismum incidentaliter. Et colligitur sententia textus in sequentibus tribus conclusionibus. ¶ Prima baptizare extra casum necessitatis solis congruit sacerdotibus: a quocunque; tamen datur in forma ecclesiæ: uerus est baptismus, & nullatenus repetendus ¶ Secunda. Trina immersione baptismus non multiplicatur: nec qualibet uerborum corruptione: nec tempore: nec finis indebiti intentione uitiatur. In matris utero, aut ioco, seu ludo baptismus non traditur: baptizatur tamen, cuius baptizatio ignoratur. ¶ Tertia. Tam patrinę, quàm patrinorum responsiones baptizandum obligant. Catechismus autem, & exorcismus non necessariò: sed de congruo ad dignam sacramenti susceptionem præparant.

QVAESTIO. I.

VAERITVR primò: utrū ad ueritatē baptismi ex parte baptizantis requiritur certus gradus, conditio, & qualitas ministrantis. ¶ Tribus articulis expedietur solutio quęstionis. Quantū ad primum notandum primò, quod ad ueritatem baptismatis aliqua dupliciter intelligūtur requiri. Vno modo necessariò, siue de necessitate sacramenti, sine quibus non esset sacramentum, neque baptismus. Secūdo modo de congruo: & sic illa requiruntur, sine quibus non seruaretur debita honestas: aut impediretur aliquis fructus, & utilitas sacramē-

A Arti. 1. Noc. 1. Ad ueritatē baptismi quod requiritur ex parte baptizātis.

ti: & utroq; modo aliqua requiruntur ex parte sacramenti in se, quæ respicuit materiam, & formam sacramenti. Aliqua ex parte suscipientis baptismum: aliqua ex parte ministrantis sacramentū:
Not. 2. de primis duobus dictū est: de alio nunc dicendum ❡ Secundò notandum, q cū baptismus sit ablutio facta in aqua sub certa uerborum forma, ad necessitatē sacramenti baptismatis ex parte ministri requiritur actio, qua corpus baptizandi contingatur ab aqua: & hoc uel per motionem corporis ad aquam, ut pote immergendo: uel per motionem aquæ ad corpus, puta ipsum perfundendo, uel aspergendo: quam actionem dicimus lotionem: uide Palu. distin. iij. q. iij. Et ideo ut dicit Sco. necessariò requiritur in baptizante uirtus motiua, qua potest aliquo illorum modorū actiue abluere ❡ Et quia ad substantiam baptismatis requiritur forma uerborum: necesse est ministrum posse loqui. Et q a locutio est actus naturę rationalis requirens intentionem in eo, qui loquitur: ut sit perfecta, & intelligibilis locutio: necesse est baptizantem habere rationem, per quam possit intendere agere ea, & proferre, quę ad baptismum requiruntur. ❡ Sunt autem uarij gradus rationalis creaturæ. Est enim quædam purè spiritualis: ut natura angelica, extendendo ad angelos apostaticos. Et quędam composita ex spirituali, & corporali: ut homo. Et horum quidam uiatores: quidam extra uiam. Item uiatorum quidā in ordinibus constituti: quidā nō habē-

Varij gradus creaturę rationalis.

Not. 3. tes ordinem. Hoc quo ad gradū. ❡ Quo B ad conditionem baptizantis est intentio: sicut ad qualitatē respicit modus baptizandi. ❡ Igitur de intentione notandum tertiò, q cum intentio est actus potentię liberæ, quo fertur in aliqd. Dupliciter pōt ferri in aliquid: uel, ut in obiectum: uel ut in terminum, aut finem: ut dictum est in secūdo dist. xxxviij. sic intentio baptizantis potest ferri in actum baptizandi sicut in obiectum, & sic nihil aliud est, quā uelle actū istum perficere. ❡ Potest etiā ferri in aliquid ut in finem scilicet in illud, propter q

Quid intentio, & quotuplex.

uult baptizare, ut uelle fieri illud, ꝓpter quod baptismus est institutus. Et hęc intentio est duplex. s. specialis, qua intendit, ut baptizatus fiat filius regni, qui est finis remotus, uel propinquus, qui est remissio peccati originalis, ac gratiæ infusio: aut q fiat Christianus, & membrum ecclesiæ militantis. Vel generalis: ut fiat, quod ecclesia intendit: licet non cogitetur, aut ignoretur: uel etiam non credatur id conferri per baptismū, quod ecclesia intēdit. ❡ Et quęlibet harum intentionum est triplex secundum Sco. ut in secundo dist. xli. tactum est, scilicet actualis, uirtualis, & habitualis. Actualis est dum intendens habet actum elicitum respectu eius, quod intendit. Gratia exempli Qui actualiter uult baptizare, in se habet actum uolendi baptizare. Habitualiter intēdit, qui habet habitum inclinantem ad talem actum. ❡ Intētio uirtualis est, quando aliquis ex uirtute intentionis actualis pręuię procedit ad aliquos actus: non intendens actualiter ad illud, ad quod primò intendebat. ita q ad tales actus non procederet, nisi præcessisset prior intētio actualis. Exempli gratia: ut quicunq; intendit aliquid actualiter, ad cuius executionem requiruntur aliqua media in processu ad ista media: quamuis non actualiter intēdat ad illud, ad quod media ordinantur: tamen in medijs illis manet intentio eius uirtualis: unde qui primò actualiter intendit finē aliquem, ad quē consequendum ordinat media; in omnibus illis manet intentio uirtualis finis: eo q intentio finis actualis primò habita est principium, & radix omnium intentionum actualium mediorum. Vnde uolens ire ad limina apostolorum, habet intentionem actualem eundi Romā: ex qua intentione disponit uestes, & c. arripit uiam: in omnibus his manet uirtualis intentio eundi Romā: quia ex illa intentione eundi Romā: omnia illa media sunt sumpta: nec aliquod eorum fieret; si non actualis intentio eundi Romam præcessisset. ❡ Vnde si quęritur: cur pręparas uestes, pecunias & c. respondet: uolo, seu intendo ire Romam; licet in dispo-

Quęlibet intētio est triplex actualis, uirtualis, habitualis.

aquæ, quæ ubiq; haberi potest: & ex parte ministri, ut quilibet hō baptizare possit. ¶ Probatur etiam quoad angelos bonos, & malos, & homines, & animas: quia deus sicut potestatem baptizandi cōcessit hominibus (quod certum est ex scriptura) ita potest eam dare cuilibet creaturæ intellectuali: nam sicut potentiam suam quantum ad effectum sacramentalem causandū sacramētis non alligauit: ita nec potentiam suam ministrandi sacraméta aliquibus ministris alligat: quin possit potestatem conferendi sacramenta concedere, cui uoluerit. Et tamen probabile est, q illam de facto non concessit nisi hominibus uiatoribus. Tum quia christus, qui instituit, homo fuit: & congruum est, q minister sacramentorū cōueniat cum uerbo incarnato, a quo sacramenta fluxerunt in natura assumpta. Tū quia in sacramentis est aliquid sensibile, & aliquid spirituale: & per hoc magis congruum est eius dispensationem committi sensu, & intellectu utenti, quā naturę purę intellectuali. Tum quia per susceptionē baptismi adscribitur aliquis, ut membrum ecclesię militanti: hoc autem congruit fieri per aliquē in illa ecclesia. Tum quartò: quia ad necessitatē nō proficeret potestas eis concessa: quia non sunt in prompto hominibus ad eos fieri posset recursus, ut baptizarent in necessitate. Tamen si bonus angelus baptizaret in corpore assumpto cum debitis forma, & intentione, ac aqua elementari: supponendum est uerum esse baptismum: quia non faceret, nisi de precepto dei, cuius uoluntati discordare non potest. Nec si baptizatus esset ab homine iterum baptizandus: dum tamen sufficienter constaret baptizantem fuisse angelum bonum. Sic angelus Michael prohibuit episcopo dedicare ecclesiam suam in monte Gargano, asserens eam a se fuisse dedicatam. ¶ Si etiam malus angelus in corpore assumpto baptizaret: & constaret, q hoc faceret de precepto dei: quia oporret angelum malum etiam inuitum obedire deo: talis habendus esset pro baptizato: nec iterum baptizandus: sed non esset sine certa reuelatione credendum, q malus angelus uerè baptizaret. Tū quia deus non ministrat sacramenta salutis per exclusos finaliter a salute. Tum quia si non esset arctatus præcepto diuino ad oppositum: supponendum esset ipsum fraudulenter agere, nec completè ea agere, quę essent necessaria ad salutem baptizati: quia odit salutem hominum. ¶ Nec existimandum esset, q tantum bonum spiritualis regenerationis procuraret homini: nisi forte ex fallaci nequitia, ut baptizatum post ad grauiorem lapsum deijceret, qui propter magnitudinis circumstantiam grauius peccaret, quā si baptizatus non fuisset. ¶ Et quod dictum est de angelis bonis: similiter est dicendum de animabus, & hominibus beatis. Et quod dictum est de dęmonibus, locum habet de animabus, & hominibus damnatis. si aliqui damnati essent in anima, & corpore. ¶ Corollarium. Nec mutus: nec mancus: nec usu carentes rationis, possunt esse ministri sacramenti baptismalis. Patet: quia primò deficit potentia proferendi: secūdò lauandi: tertiò intendendi. ¶ Corollariū secundum. In baptizante non requirit sexus certus nec fides, nec baptismus. Quod patet: quia quicunq; potest baptizandum intingere, seu lauare uerba formalia proferre: & intentionem baptizandi habere: siue sit uir, siue mulier, sacerdos, siue laicus: baptizatus, siue carēs baptismate: fidelis, siue infidelis, uel hæreticus, uerè poterit baptizare: ut etiam habet Pal. dis. v. q ij. ar. i. Patet ex conclusione: quia nulli horū deficit aliquid, quo non possit ministrare omnia ad uerum baptismum necessaria. Hinc dicit Augu. ad Fortunatum. In necessitate cū episcopi, aut presbyteri, aut quilibet ministrorum non inueniuntur: & urget periculū eius, q petit: ne sine isto sacramento hanc uitam finiat: etiā laicos solere dare sacramentum, quod acceperunt: solemus audire: de conse. dist. iiij. in necessitate. Itē ex cōcilio carthaginensi. Mulier quamuis docta, & sancta uiros in conuentu docere: uel aliquos baptizare nō præsumat, nisi necessitate

Margin notes: Angeli possunt baptizare. — Dęmon potest baptizare. — Coroll. — Mācus, mutus rōis usu carēs nō baptizat. — Coroll.

cogente.eadem dist.mulier.Item Isido. Romanus pontifex non hominem iudicat,qui baptizat;sed spiritum dei subministrare gratiam baptismi: licet paganus sit,qui baptizat.ea.dist. romanus. Simile habetur de Iudęo baptizante.c. seq ¶ Secunda conclusio. Extra casum necessitatis nulli licet baptizare, qui non habet ministerium sacerdotale.

Cõcl. 2 E Non licet nõ sacerdoti extra casum necessitatis baptizare.

¶ Dicitur notãter nulli licet baptizare: quia si alius a sacerdote baptizat,uerus est baptismus, sed baptizans peccat. Unde Richar.dist.v q.iiij.arti.j.dicit. Casu necessitatis excepto non debet baptizare nisi sacerdos:nec nisi in aqua sanctificata: si tamen tunc non ordinatus baptizaret siue in aqua sanctificata,siue non sanctificata,uerum baptisma conferret:sed mortaliter peccaret. Ordo enim ministri,& sanctificatio aquæ alia ab illa,quæ in actu baptizandi sanctificatur per inuocationem trinitatis.non requiritur de necessitate ad essentiam sacramenti.Nec ad hoc,ut ille, qui baptizatur, recipiat effectum sacramenti. Et dicit Ange.in sum. ꝙ non sacerdos sine necessitate baptizans efficitur irregularis.Contrarium tenet Palu.dist.v. q.ij.ar.j.& allegat Ange.c.j de cleri.nõ ordi.min. ubi.Ormisda Papa dicit. Si quis baptizauerit,aut aliud de diuinis officijs exercuerit nõ ordinatus: propter temeritatem suam abijciatur de ecclesia:& nunquam ordinetur. Probat hãc conclusionem Sco.ꝙ soli sacerdoti cõgruit baptizare,& illi præsertim,cui incumbit ex officio præsidere. Quia per baptismum recipitur baptizatus in collegium ecclesiæ militantis: receptio autem alicuius in collegium pertinet ad præsidentem, & habentem auctoritatẽ in collegio.Et ideo quantõ aliquis habet maiorem auctoritatem in ecclesia: tantõ magis pertinet ad eum recipere: & introducere in ecclesiam. Et per consequens baptizare uidetur magis competere episcopo,quàm simplici sacerdoti:si sufficere possent episcopi.Sed propter raritatem episcoporum, & pluralitatem baptizandorum regulariter conceditur omnibus sacerdotib⁹. Hęc Sco.

Efficitur irregularis.

¶ Probatur etiam conclusio auctoritate canonis de conse.dist.iiij constat.& xciij.dist in.diacones.ubi dicit Pelagius papa:& Isidorus. Constat baptismum a solis sacerdotibus esse tractandũ:eiusq; ministerium nec ipsis diaconibus explere est licitum absq; presbytero, uel episcopo:nisi his procul absentibus ultima languoris necessitas cogat:quod & laicis fidelibus plerunq; permittitur. Et dicit glos.absq; presbytero,idest licentia, uel auctoritate presbyteri,uel episcopi: nam in præsentia sacerdotis etiam si necessitas exigat,nisi iussus a presbytero: puta cum multi sunt,qui indigent baptismo: & presbyter non potest omnibus satisfacere,uel sufficere. Et dicit Astexanus in sum.lib.iiij.titu.v.ꝙ mulier in necessitate si adsit copia uiri nõ debet baptizare:nec laicus presente clerico,nec clericus præsente presbytero:qui tamẽ potest baptizare præsente episcopo: eo ꝙ hoc pertineat ad officium presbyteri.Consonat Pet.ubi supra.¶ Tertia cõclusio. Ad ueritatem baptismi requiritur intentio ministri:non tantum respectu actus baptizandi,ut obiecti:sed etiã respectu effectus eius ut finis,& termini Illa conclusio tres habet partes.Prima, ꝙ ad ueritatem baptismatis requiritur intentio ministri.Secunda, ꝙ non tantum respectu actus baptizandi,ut obiecti.Tertia,ꝙ etiam requiritur intentio respectu effectus baptismi, qui est eius finis,& terminus ¶ Primam partem probat sanctus Thom.& post eum Richar. Quia quando plura concurrũt ad unũ effectum:oportet,ꝙ aliquo modo uniãtur:nam ex duobus distinctis non constituitur tertium, nisi per aliquod tertiũ coniungens uniantur. Ad sacramentũ autem baptismi concurrunt elementũ, uerba,minister, & suscipiens, quæ sunt plura distincta:ergo requiritur aliquod coniungens. Illud autem non potest ẽe suscipiens:quia habet rationem materiæ,& suscepti:ergo oportet,ꝙ sit aliquid in ministro: tale autem non uidetur nisi intentio, qua ipse minister per potentias executiuas exteriores: puta motiuam,qua abluit: & expressiuã,qua

De diacono.

Cõcl.3. F Ad ueritatem baptismi requiritur intentio respectu actus,ut finis.

profert uerba, causet illa, ut distincta. ¶ Sed hanc rationem tanquam inefficacem impugnat Sco. dist. præsenti. q. v. quia in signo ad placitum instituto possunt multa concurrere ad rationem unius signi propter actum instituentis: licet nihil aliud sit, ꝓpter quod habeāt unitatem: sicut patet de circulo folijs uiridibus se intersecantibus ornato (& alijs quibusdam) multum significantibus. Sufficit enim ad unitatem signi ad placitum instituti, unitas institutionis ordinantis ipsum ad significatum. ¶ Et ideo aliter probatur hæc pars conclusionis, post Alexan. & Sco. Actus ministrandi sacramentum est actus humanus (propriè loquendo de actu humano) q per intellectum, & uoluntatem causatur ab homine: ergo requiritur intentio in agente. Tenet consequentia: quia actus casualis fortuitus, aut per impetum factus (& ita sine intentione) non est humanus: quia non a proposito, neq; a libero arbitrio factus. ij. Physic. Antecedens probatur: quia actus ille est actus, ad quem deus obligauit ministrum ex parte sui ad dispensandum: & suscipientem ex parte sui ad suscipiendum: sed super actu fortuito, non cadit obligatio. Ipsa enim obligatio est, ut homo intēdat ad illud, ad quod obligatur: & per consequens non potest esse actus fortuitus: sed actus a proposito, & ita humanus. ¶ Huius etiam Alexā. addit duas causas, scilicet propter reuerentiam sacramenti, & cautelam baptizati. Unde iniuria, & irreuerentia sacramento fieret: si sine intentione fieret ex impetu, temerè, & a casu. Similiter q periculū salutis est baptizato, si non rectè ministraretur cum bona cautela, & prouidentia. ne quid omittatur, quod ad ueritatem baptismi necessariò requiritur. ¶ Secunda pars conclusionis, scilicet ꝙ non tantum requiritur intentio respectu actus baptizandi, ut obiecti. Illa quidem requiritur, ut probant rationes ad primam partem conclusionis, alias non esset actus humanus: sed non sufficit: quia alias irrisoriè baptizans: & pro ioco, siue pro alia qualibet causa lauans, & proferens uerba, baptizaret. Consequens falsum ex prædictis, & patet consequentia: quia est intentio irrisoriè baptizantis respectu actus: qa uult lauare, & uerba proferre in irrisionem, & contumeliam christianæ fidei, & sacramenti, & nihil aliud deficit nec materia: nec forma. ¶ Tertia pars conclusionis: ꝙ requiritur intentio respectu effectus, qui est finis baptismi: probatur: quia deus uult istum actum exercitum esse humanum: & non tantum, ut est talis actus in natura: quia in hoc non distingueretur a quacunq; alia ablutione cum alijs uerbis ioco prolatis: sed inquantum est actus ministri exercentis signum dei. Habens autem actum humanum intendit finem illius actus, ut est sibi impositus. Illud enim est rationabile uniuersaliter in usu signi practici. Si quis enim legislator instituerēt in politia sua tactum manus esse signum amicitię, non intenderet, ꝙ utentes isto signo præcisè haberent actum humanum circa illud, inquantum est tale signum institutum. Et si determinasset se ad tale signum aliquid daturum, uel facturū: non daret, nec faceret illud, nisi homo exerceret illud signum, ut est institutū ad talem finem. Sic in proposito non sufficit intentio exercendi baptismum, ut est talis actus in natura: sed ut est signum ad certum finem institutum. ¶ Ec confirmatur: Intentio ministri requirit̄ ex prima parte cōclusionis actus, & nō sufficit intentio actus talis, ut est talis in natura ex secunda parte: ergo requiritur intentio actus, ut ordinatus ad finē aliquem, finem uiiq; illum, quem fideles (qui hoc signo utuntur idest ecclesia) intendunt. Tenet consequentia: qa nihil aliud assignari potest, quod intendi debet ultra actum illum, ut est talis in natura. ¶ Corollarium, quod sequitur ex conclusione. Quòd ebrius, furiosus, & generaliter carens ratione pro tempore, pro quo non utitur rōne, nō potest baptizare: quia non habent tūc libertatem, nec intentionem illam, quę dicta est. Nec hoc est contra Aug. homil. v. super Io. Non curo ebriosum. Nō Coroll.

enim dicit: nō curo ebrium: sed ebriosū Ebriosus autem non semper est ebrius: nec furiosus semper furit. Tales enim baptizare possunt, cum habent lucida interualla: non tempore ebrietatis, aut furie. Ad hoc enim dicit Augu. non curo ebriosum. Malitia enim sacerdotis non impedit effectū sacramēti.

Cōcl. 4 G ¶ Quarta conclusio. Ad ueritatem sacramenti non requiritur intentio ministri respectu effectus baptismatis in specie: sed sufficit intendere, quod ecclesia intendit in genere. Probatur: quia infideles, & hæretici etiam circa hunc articulum baptismi, & laici, ac mulieres possunt baptizare ex prima conclusione, quorum quidam non credunt baptisma habere effectum aliquem circa animę purgationem, quidam non intelligunt, qui sint effectus baptismi: & tamen omnes possunt habere intentionem baptizandi, ut baptismus institutus est: uel ut christiani eo utuntur. Et hoc est dicere: intendere, quod ecclesia intendit, etiam si non credant, ꝙ aliquid efficiat, quod dictum est.

Cōcl. 5 H ¶ Quinta conclusio. Ad baptismi ueritatem non exigitur dicta intentio actualis: nec sufficit habitualis: sed requiritur intētio uirtualis.

Ad baptismi ueritatem nō exigit dicta intentio actualis.

¶ Prima pars probatur, ꝙ non requiritur intentio actualis; quia deus instituens sacramentum baptismi tanquam sacramentum necessarium ad salutem, non obligauit hominem ad impossibile, uel nimis difficile: sed non distrahi in quocūque actu humano, quo interrumpitur, uel tollitur actualis intentio: uel est impossibile, uel ualde difficile: quia secundum beatum Augu. ij delibe. arbi. non est in potestate nostra, quibus uisis tangamur: ergo non obligauit baptizantē, ut in actu baptizandi nō distrahatur ad cogitandum aliud aliquid non pertinēs ad baptismum. Cum uero distrahitur, non actu cogitat: & per cōsequens nec intendit ad baptismum: quia nō potest homo simul plura cogitare, quorū unū non ordinatur in aliud: & ita nec intendere: quia intendere præsupponit cogitare: sicut actus uoluntatis actum intellectus. ¶ Secunda pars, ꝙ non sufficit habitualis intentio, probatur: quia ista potest esse in dormiente: immo in habente cōtrariam intentionem actualē: sed neuter horum baptizat. Nam si qs plebanus habens habitum baptizandi, in somno baptizaret puerum: quod nō est impossibile: quoniam quidem in sōno quidam ambulant: & mirabiles operationes exercent. Similiter si talis ex malitia (licet exterius ablueret) intēderet actualiter non baptizare, neuter baptizaret: quamuis uterq; haberet intentionem habitualem. Item propter solū habitum inexistentem actus non dicitur humanus: licet sit cōformis propter habitum actui humano. Probatur, quia actus procedens ab habitu sine intētione actuali est actus purè naturalis, & nō libe. arbi. quia habitus non liberè: sed purè naturaliter inclinat ad actum: & ꝑ cōsequēs actus talis nō est humanus: cū omnis actus humanus est actus lib. arbi. Et adducit Sco. exemplum. Si aliquis haberet habitum inclinantem ad desideriū sanitatis: si currat non intendens, nec cogitans de sanitate: sed intendens ludere: ille si ex cursu consequitur sanitatem, non dicitur consequi eam per actū humanum: sed causaliter, uel fortuitè: non magis, quàm si non habuisset in se habitum desiderandi sanitatem. Idem patet in furiosis: qui in furia operātur ex habitu prius acquisito: & tamen tales operationes non sunt humanæ. Tertia pars, ꝙ requiritur intentio uirtualis: ꝓbatur uia diuisiua: quia intentio requiritur ex conclusione tertia: & non sufficit habitualis, ut nunc probatum est: ergo requiritur uirtualis. Tenet consequentia a sufficienti diuisione. Sufficit ergo in baptizante, ꝙ aliquando habuit intentionem actualem baptizandi, ex qua descendit actus baptizandi, siue in illo actu habeat intentionem actualē baptizandi, uel non: quia forte intendit circa actum lauādi, ut est talis actus in natura: aut aliquid impertinens. Intelligendum tamen est, ꝙ descenderit ille actus absq; oi motu uoluntatis contrario: sicut si induēs se ad missam intēdit celebrare secundum usum romanæ

ecclesiæ:

ecclesiæ:& ex illo procedat cōtinue for te ex aliquo habitu derelicto in phātasia cū magna distractione: ita tamen ꝙ faciat ea,quæ necessaria sunt ad consecrationē uerē cōficit eucharistiæ sacramentū. Hęc Sco.

Cōcl.6. I ¶ Sexta cōcl. Si plures eūdē baptizent:uerū cōferūt sacramentum:dū tamen eorum quilibet perficit totū.

Si plures eundē baptizent:dū quilibet totum facit est baptizatus.

Probat:quia unus totū faciens non anihilat p hoc factū alterius. Sed si un' faciūt totū,qđ plures faciūt:baptizatus esset nihilominus alio similiter faciēte. ¶ Dicitur notanter: dū eorū quilibet totū facit .i.dū quilibet abluit, & uerba cū intentione baptizādi integrē profert: quia si unus ablueret,& alter uerba proferret:nihil facerēt: ut ponitur cōmuniter casus. Si duo cōcurrerent mutus, & mancus:mutus ablueret, & mancus proferret:& uterq; baptizare intenderet: nō esset uerum sacramentū. Cuius ratio (secundum Sco.) nō est nisi institutio diuina,quę sicut uoluit esse unum principale agens:ita uoluit habere unū ministrum in collatione integra sacramenti: qđ patet ex forma, qua nos utimur: nā proferens eā,significat se abluere:non aūt debet oratio esse falsa in forma sacramentorū ueritatis. Similiter etiā debet intelligi de uerbis gręcorum dicentiū: baptizetur:qđ nō est tantum deprecatio: sed quasi qđam efficax opatio; ut sit sensus:per istum actum meū circa istum baptizetur iste. Hæc Sco. uide Pe. de pal. dist.iii.q.ii.ar.ii. ¶ Sed illa congruētia de ueritate uerborū parum, uel nihil facit: quia si plurium quilibet baptizet, dicens. Ego te baptizo &c. oratio uera est,cūm quilibet baptizet. ¶ Si di. quid si duo baptizantes unum dicant. Nos baptizamus te in nomine patris &c. Respōdet Alex. par.iiij.q.xvj.memb. vii.ꝙ nō baptizant:quia sic mutaretur forma. Itē baptizans minister significat christum: unus autem est christus, qui principaliter baptizat: & iō debet unus esse minister.

Cōcl.7. K ¶ Septima cōclu. Quāuis unus plures perfundens,uel aspergēs simul dicēs. Ego uos baptizo in nomine &c. uerē omnes aspersos baptizat: extra tamen necessitatis casum hoc faciens mortaliter peccat.

Qđ un' pōt plures baptizare dicēdo. Ego uos baptizo.

Probatur conclusio pro prima parte: quia nemini prēcluditur uia salutis. Sed posset occurrere casus,quo pluribus baptizandis immineret periculū mortis, si simpliciter baptizarētur:ideo necessariū erit eos simul baptizare. Nō aūt possunt simul baptizari, dicendo. Ego baptizo te:quia (te) singulari numero nō demonstrat,nisi unā personā: ideo oportet dicere,uos:nec illa mutatio uerbi importātis personā recipientis,mutat ueritatē,& efficaciam baptismi: ut habet Pe. de pal. dist.iii.q.ii. Et etiā uidetur factū fuisse in die pentecostes cū Petrus,uel apostoli baptizarunt multos. De hoc sup. patuit dist.iii. quia uerba significātia psonā cōferentis, & suscipientis non sunt determinata a christo: sed ab ecclesia: iō in eis pōt fieri aliqua mutatio. Nec uidetur; ꝙ ecclesia uoluerit aliquē precise ad istam formā arctare: ꝙ per hoc alicui prēcluderetur uia salutis. Secunda pars patet:quia nō conformāsse ecclesiæ in sacramentorum ministerio peccat mortaliter, nisi necessitas excuset. Excusat autē necessitas, cū imminet a peccato mortali. Alioquin in casu posito quis esset perplexus. nā si non baptizaret in necessitate,peccaret mortaliter:quia negligeret salutem proximi. Et si mutando formam (quod exigit talis necessitas) sic baptizaret: peccaret mortaliter: quod tamē falsum est: quia ex lege euangelica sine sui culpa nullus est perplexus. Facit ad hoc.c.quicunq; Martini papæ.de conse.distin.iiii. quod licet loquatur de sacerdote: tamē locum habet in omni potente baptizare:quia ratio legis in quolibet locū habet. Sed diceres: cur hæc mutatio formæ,qua,te mutatur in uos, nō tollit baptismi ueritatem: cum tamen mutatio pronominis ego, in nos tollit:ut statim sup.dictū est. Respondet hic Alex. ꝙ nō est par ratio: quia (uos) includit suum singulare geminatum: scilicet te, & te. nō sic (nos.) Cum enim dicitur nos,nō ualet tantum ego & ego: scilicet ego, & tu, uel ille. Et ideo cum dicitur.nos baptizamus,mutat forma: quia aliquid includit,quod forma non includit,eo ꝙ

non geminat singulare. Sed cum dicitur uos, non est mutatio formę: sed quædam geminatio. i. baptizo te, & te. Et quia christus unus baptizans sponsus est multarū animarū, & omniū animarū quæ rite baptizantur: ideo oportet baptizantem, qui significat christum esse unum: nō autem baptizatum. Verū Pe. de palu. dist. iij. q. j. art. iij. aliud sentit exemplificans de prælatis, qui solent se pluraliter nominare. Item de modo loquendi aliquorum, qui more patriæ semper nos denotant. ¶ Sed di. an in casu sit unus baptismus, uel plures. Et uidetur, ꝙ sint plures: q̄a plures baptizati: & ita plures baptizationes passiuæ: baptismus aūt est baptizatio. Sed oppositū uidet: q̄a est una forma: quia uerba eadem simul prolata. Forma aūt dat esse rei, & p cōsequēs unitatem. Respondetur, ut & Pe. tenet dil. iij. q. ij. art. iij. ꝙ si baptismus supponit pro lotione simul & omnibus, quę sunt de essentia baptismi, tunc sunt plures baptismi: tot, quot baptizantur: quoniam quando aliquid cōponitur, uel aggregatur ex pluribus, plurificato aliquo eorū, ex quibus componitur, uel aggregatur: quorū quodlibet cū cæteris cōstituit totū: totū plurificatur. unde si ex aceruo lapidū tollitur lapis, uel additur: non est idem, qui prius: & quia plures sunt baptizati, quorū quilibet cū requisitis cæteris facit baptisma: plures sunt baptismi. Si uero baptismus supponit pro sola lotione, & cętera connotat: est unus baptismus: quia una lotio: quia una perfusio, uel aspersio: & hoc capiendo lotionem actiuè. Si uero baptismus est lotio passiua: sic dici possunt tot baptismi, quot sunt loti. Vel breuius dici posset. habendo respectū ad baptismū, sic sunt plures: si ad baptizantē, & formā, & actionē est unus. Prima respōsio est magis formalis.

An in isto casu sit unus baptismus, uel plures.

Cōcl. 8. L

Ad ueritatē baptismi' talis simultas

¶ Octaua cōclu. Ad ueritatem baptismi talis simultas lotionis, formę, ac intētionis, requiritur, ꝙ neutrū eorū sine alijs perfectè finiat. Ratio huius cōclusionis est institutio diuina, quæ instituit, ut illa simul: lotio, uerba, & intētio, sint signū efficax interioris mūdationis: & neutrū sine alio Quandocūq; aūt aliqua plura requiruntur ad esse alicuius: nece esse est, ut sint simul: eo ꝙ neutrū sine alio sufficit. Sicut ad esse albū requiritur subiectum, & albedo: ideo nūquā est albū, nisi cum albedo est in subiecto. Nō tñ requiritur talis simultas, ut neutrū incipiat, uel desinat sine alio: sed sufficit simultas, quę requirit in actibus humanis. Noluit. n. dñs nos obligare ad tā subtilē simultatē, quā uix possit hō percipere, uel seruare. Iudicat aūt simultas inter factum hominis, & uerbū: ut dicit Sco. q. iij. huius dist. qñ incipit unum antequam totaliter finiat aliud: & hoc indifferenter: siue prius finierit hoc, quam aliud: siue econuerso. Verbi gratia, si quis dicat facias, & fricet barbā: siue incipiat fricationē ante prolationem, siue econuerso: dū tamen unum nō finiatur cōpleteante inceptionē alterius diceē: ille simul dixit hoc, & fecit hoc. Ita siue baptizās prius immergat, ubi cōsuetū est ter immergere: & incipiat uerbū cū secūda immersione: siue prius uerba incipiat, & ante finem uerborum abluat: ita ut prolatio non finiatur ante inceptionē ablutionis: nec immersio, perfusio uel aspersio finiatur ante inceptionem uerborū: est sufficiens simultas ablutionis, & uerborū. Intentio autem uirtualis est a principio utriusq; usq; in finem: ut patet ex dictis. Videtur consonare Pe. de pal. dis. iij. q. j. ar. j. Nec est opus tāta subtilitate canonistarum, quæ tangitur in glos. c. detrahe. j. q. j. quam inurbanitatē deridet Sco. ¶ Quantum ad articulum tertium: Dubitatur primò circa cōclusionem quintam, quo modo intentio uirtualis reducitur in actualem præuiam, tanquam in causam cūm ipsa non sit: quoniam causa simul est cū effectu. Respondent aliqui, ꝙ uoluntas actualiter intēdens imprimit uirtutē potentiæ motiuę: & quādiu manet illa uirtus impressa: uirtus motiua manet. ut si aliquis intēderet ire ad certū locū, per illā actualē motionē fit actualis impressio in potētiā motiuā: & quādiu illa impressio manet, mouet ad terminum uolitum: licet homo in uia cogitet de alijs, & non semper de termino, ad quē mouetur: & illa impressio paulatim

lotionis formæ ac intētionis requiritur.

Artic. 3. Dub. 1. M

Quō intētio uirtualis reducitur ad actualē.

minuitur, & tandem deficit & tunc cessat hô a motu. Et tûc dicitur, ꝙ cessat êt intentio uirtualis: hãc.n. nô habet nisi quãdiu manet illa uirtus impressa potẽtiæ inferiori motiuę. ❡ Sed mirũ est apud Scot. q. vj. huius dist. qño uoluntas possit esse uirtus factiua causans talẽ formã in potẽtia organica. Minuẽtiã uidetur, ait: si causaretur ibi: unde paulatim deficeret. Ideo aliter respondet Scot. q. vj. dist. vj. ꝙ in appetitu sensitiuo, siue in phãtasia, est aliqua dispositio, secundũ quã mouet, cessante actu uoluntatis imperantes eis. Vel aliter, ait, ad propositum, ꝙ siue uoluntas actu intendens aliquid relinquat in potentijs inferioribus, siue non: ordinate tamẽ habet suas uolitiones respectu finis, & eorũ, quę sunt ad finẽ. Et cũ ad aliquem illorum peruenit, & actũ potẽtiæ inferioris correspõdentis imperauerit: põt actus ille inferioris potẽtiæ imperatus permanere: licet intentio nec prima, nec secunda maneat: & dum manet ille actus uoluntate quantũcũq; distracta, dicitur manere intentio illa uirtualis. ❡ Et secũdum hoc dicitur ad rationem dubij, ꝙ uolitio actualis ordinate causat uolitionẽ, donec imperatur actus exterior: & quęlibet prior est causa sequentis in fieri, nõ in conseruari. & ideo sequens põt manere priore cessante: sicut & actus potentiæ inferioris imperatus potest manere, & continuari cessante actu interiori imperante. Multi .n. effectus exteriores causantur, quando actualis motio agentis per intellectũ, a quo producũtur nõ manet. Ponit exemplũ in natu ralibus: quia proiecto lapillo in aquã, primus circulus ẽ cã secũdi: & sic deinceps: nõ tñ semper manet primus, quãdiu cęteri. Ita etiã uniuersaliter in motu proiectorũ prius cessat pars motori propinquior, quã remota. Et secũdũ hãc respõsionem prima intentio est causa mediata: hoc est causa causæ respectu effectus ultimi sacramentalis. ❡ Secundò dubitatur iuxta eandem conclusionem. Si requiritur intentio in baptizãte, nunquã baptizatus erit certus de sui baptizatione: quia licet intentio sua sit sibi nota:

Dub. 2. N Si requiritur intentio

sed non intentio alterius: & ita semper erit dubius: & nunquã de sua salute securus: & ita semper erit in periculo. Respondetur secundum Alex. quæst. xiii. part. iiii. memb. j. ꝙ cum aliquis debet baptizari: adhibenda est diligentia, ꝙ baptizandus non cõmittatur alicui suspecto, & notato de hæresi: sed probato in fide: non ꝙ hęresis impediat baptismum, si fuerit intentio baptizandi: sed quia de suspecto magis timetur: ne malitiose intentionem subtrahat: dũ aũt nõ suspecto offertur: licet intentio baptizãtis nõ innotescat certitudinaliter, & euidenter: tamen innotescit uehementi pręsumptione: & hoc sufficit saluti baptizati adulti cũ propria fide, & intentione: & sic satis pręcauetur periculũ: quoniã & si nõ intenderet ministerialiter baptizare: & sic non esset sacramentũ, saluatur tamen adultus baptismo flaminis. ❡ Sed quid de paruulis si nõ intendit baptizãs: nõ est baptizatus paruulus: & si decedit ante usum rationis dãnabitur: & tamen nihilominus ecclesia facit, quod in se est: & paruulus nihil facere potuit. Igitur uidetur, ꝙ insufficienter prouisum est humanę saluti, cum scilicet paruulus damnatur: & ecclesia nihil negligit faciendo totũ, qđ in se fuit. Respõdet idem sine piudicio, ꝙ in casu isto pie supponi & credi põt, ꝙ summus sacerdos suppleat qđ deficit sacramẽto. Cũ.n. uirtus sua nõ sit alligata sacramentis: supponendũ est, ꝙ super abundantia liberalitatis, & gratiæ illius, ac merito ecclesię in nullo negligentis aliud remedium salutis adhibebit. Huic consonat Tho. & hoc bene notãdũ: quia ualde cõsolatorium Addũt tamen: ꝙ si deus hoc nõ faciat prouidendo de alio remedio: nõ pręiudicatum est ecclesiæ, nec paruulo: cũ sola gratia, & absq; ullo debito remittat dominus pctã: quocũq; modo, uel medio remittat. Nec præiudicatur diuinę iustitię si nõ remittit peccatũ paruulo. Non enim in hoc iniuste facit: sicut nec in eo, qui non subijcitur sacramento. Nulli enim debitor est, ut saluet: nisi quatenus libera, & misericordi. uoluntate debitorem se consti-

baptizatus qño baptizatus erit certus sui baptizatione.

Notandum.

Dub. 3. O Vtrum ebrius, balbutiens, & qui non perfectè profert uerba, possit baptizare.

tuit. ¶ Tertiò dubitatur circa hoc, qđ dictum est: ꝙ ebrius adhuc ratione utēs potest baptizare. Non .n. omnes ebrij penitus ratione carent, ut ex intentione agere non possint. Quid si talis temulentus baptizaret: & uerba non proferret perfectè: quia habet linguam ligatā: an esset uerū baptismа. Et uidetur, ꝙ sic: quia simile sumptū ab eo, qui per naturam habet linguam impeditā: quales sunt l, pro r, dicentes. In nomine patlis & filii, & spilitusfancti. Sed cōstat, ꝙ tales baptizāt: ergo similiter & ebrij habentes tale impedimentū, baptizāt. In oppositū est: quia nō obseruāt formā sicut instituta est a deo: nec habent, quod eos excusset: ergo nō baptizant. Respondent quidam: ut refert Alex. q. xvi. part. iiii. memb. iiii. ꝙ ebrius talis non baptizat: nec est simile de impotente per naturam, & ꝑ culpā. Qui .n. impotens est per naturam, culpā nō habet: & ideo baptizat: qui uero impotens est per ebrietatē, culpā habet: & ideo nō baptizat. ¶ Sed illa respōsio deficit, & falso innititur fundamento: quia nec uirtus sacramentalis: nec eius ministerij impeditur per culpā, uel peccatū ministri. Vnde dicitur, ꝙ si ebrius nō habet maius impedimentum linguæ, quā impeditus naturaliter: & baptizans, ita baptizat sicut naturaliter impeditus: licet habeat culpā: si tamen tantū impediretur ebrietate, ꝙ circūstantes nō possent capere sensum uerborū: nō baptizaret; sicut nec naturaliter sic impeditus baptizaret. Et ad illud, quod argutum est, dicitur ꝙ impeditus non seruat formā, sicut debet ex parte ministri: seruat tamen quantum debet, & quātum sufficit ex parte sacramenti. Illud enim indebitum non redundat in sacramentum: sed in ministrum.

Dub. 4. P Vnus nō pōt a duobus baptizari.

¶ Dubitatur quartò contra conclusionem sextā: ꝙ unus nō pōt a duobus baptizari: quia idem effectus nō pōt esse a duabus causis totalibus in eodem ordine. Sed si unus baptizatur a duobus, quorum quilibet exhibet totum ministerium: quilibet eorū causa est totalis in ordine causæ ministerialis: ergo uno baptizante, alius non baptizat. ¶ Præterea in casu neuter baptizantium erit causa: quia ad esse causæ requiritur, ꝙ ipsa non existente effectus non sequatur: ut dictum est q. j. sed hoc neutricō uenit: quia quolibet duorum baptizantium non existente, adhuc alter baptizaret. Respondetur, ꝙ in casu neuter est causa totalis: sed quilibet fit causa totius effectus in suo ordine causandi: q̄a causa totalis est causa, quæ sine alterius concursu in suo ordine causat: nunc autem neuter causat sine alio: quia ambo concurrunt: licet quilibet sine alio posset causare. Ad secundam rationem dicitur: ꝙ ad esse causæ requiritur, ꝙ sine ea effectus nō sequeretur, eo modo, quo sequitur. Nunc aūt lotio illa eo modo, quo fit ab utroq;, non fieret ab uno. Nam si fiat immergendo, ambo mouēt corpus baptizati uno motu causato a uirtute motiua utriusq;: & licet alter posset illum motum causare: tamen quādo simul mouent, neuter utitur tota sua uirtute motiua, quantum posset ea uti: sicut quando duo portāt unum pōdus, quod alter posset portare. Si uero fiat perfundēdo, uel aspergēdo: licet uterq; madefaciat aqua ꝑ se perfusa, uel aspersa: neuter tamen madefacit tota illa madefactione, quæ est per actionem amborum. ¶ Sed di. licet ambo sint causæ operationis exterioris, quæ non fieret illo modo altero remoto: tamē respectu effectus sacramentalis nullius actio exterior puta lotio, uerborū prolatio, & baptizandi intentio est causa: eo modo, quo sacramentum est causa effectus sacramentalis: quia ille æquè sequeretur ipsa remota: scilicet per actionem alterius: & ita non erit causa. Ad hoc dicitur, ꝙ utriusq; actio est causa effectus sacramentalis eo modo, quo sacramentū est causa. Et quādo dicitur: nihil est causa quo non posito nihilominus ponitur effectus. Dicendū, ꝙ addendū est: quo non posito, nec alio eiusdem rationis: nihilominus ponitur effectus: & sic in ꝓposito: nā posita actione unius, adhuc ponitur effectus, qui tamen non poneretur, nisi posita actione alterius, qui est eiusdē rationis. eiusdē rōnis dico in

causam

causando: & ita oportet intelligi diffinitionem causę sup. expositam. Si dicis (ut sup. quæst. j. distinct. j.) ad minus actio unius superfluit: quia sine ea æque causaretur effectus. Respondetur: quod aliquid superfluere in ratione causę respectu effectus dupliciter potest intelligi. Vno modo superfluit .i. non causat. Alio modo superfluit idest eo nō existēte nihilominus causaretur effectus. Primo modo neutrius actio superfluit: quia utraque causat, & hoc si præcise cōcurrūt: ita quod nullus uerba prius alio finiat: alioquin, qui prius uerba finiret, solus baptizaret: & sequens nihil faceret: & eius actio illo modo superflueret. Secundo modo conceditur: quod actio alterius superfluit. Si quęritur: cuius. Respondetur utriusque, singillatim posita alia: nō tñ simul superfluūt: quia sublatis utrisque non sequitur effectus. ¶ Si quæritur: an sit unū sacramentum, uel duo. Respōdetur, quod duo: quia actio unius nō est actio alterius: & quęlibet est sacramētum: ergo duo sacramenta. ¶ Sed contra: tunc ille bis baptizaretur cum effectu: & sic iteraretur baptismus, quod est impossibile. Respondetur (saluo melio ri iudicio) quod sunt duo sacramenta: sed unus effectus sacramētalis: quia sunt duo signa sensibilia: sed sunt causæ eiusdem effectus. Nec tñ sequitur: quod ille bis baptizaretur: quia nulla est hic temporis interruptio, quā tamē importat ly bis: sed semel a duobus baptizaretur: & duobus baptismis eundem tamen effectum causantibus. Nec tamen propter hoc baptismus est iterabilis: quia etiā iteratio tēporis interruptionē importat: & ita baptismus iterari non pōt cū effectu: licet exterior actio possit iterari. ¶ Dubitatur quintò: quid agendū esset de monstro, si aliquod nasceretur, de quo dubitaretur, an esset unus homo, uel duo. Respondet Sco. dist. vi. q. ii. si omnino dephendi non pōt, an sint duo homines corporaliter sibi conglutinati: siue habentes qdā mēbra cōmunia: uel an sit unus homo: puta quia tantū una anima intellectiua: qd quō deprehendi possit, ponit aliquas cōsiderationes, quas transeo. Si ergo manet dubiū, dicit, quod baptizandū est mōstrū illud in illis partibus, qui principaliter pertinent ad unā psonā: tamē in forma singulari. Et secūdò abluendæ sunt partes alię, quæ nō uidentur principaliter pertinere ad illum primū: & hoc cū forma, quę seruanda est in illis, de quibus dubiū est, quę ponitur extra de baptismo. de quibus. Si uero certitudo haberi pōt: & sunt partes, de quibus patet, quod pertinent ad distinctas psonas: separatim quęlibet illarū partiū abluēda esset, cū forma in singulari. Primò, una: post, alia: & ita siue mōstrū hoc esset una persona, siue plures, nō esset forma in plurali proferenda. ¶ Vltimò dubitatur: utrū ad ueritatē baptismi fides requiratur in suscipiente simul, & conferente. Respōdetur breuiter, quod de hoc habitum est. q. ii. dist. iiii. G. quod ad ueritatem baptismi nō requiritur fides psonalis: neque suscipientis: neque cōferentis: nec offerentiū baptizandū. Quòd nō suscipiētis patet in paruulis. Præterea & si suscipiēs adultus, cōferēs, & offerēs sunt infideles, aut heretici: etiam non credentes baptismū alicuius fore efficaciæ: si fuerit intentio conferendi, & suscipiendi baptismum in forma ecclesiæ, est uerū baptisma: ita quod recedente infidelitate, nō est talis rebaptizandus. ¶ Verum ad consequendum effectum baptismi, requiritur fides in adulto: nō autē in baptizāte, uel offerente: quia adultus alias fictè accederet: quo non fictè accedente, nihil obest infidelitas, & nequitia cōferentiū, & offerentium. ut sup. declaratū est. ¶ Requiritur tamen fides ecclesiæ. Nam baptismus est regeneratio spiritualis, in qua ecclesia mater est: deus pater. Ecclesia uero copulatur deo per fidē. Vnde Aug. Hęc mater ecclesia, quæ in sanctis suis est, facit: quia tota omnes, tota singulos parit. Datur ergo gratia fidei a deo patre, in qua iustificatur disponente fide ecclesię matris, ut sit sic conformitas geniti ad gignentē. Itē Aug. Offerētur paruuli ad percipiendū gratiā spiritualem: nō tā ab eis, quorū manibus gestantur, quā ab uniuersitate sanctorum. Ab omnibus enim rectè offerri intelliguntur,

Aliquid supfluere intelligitur dupliciter.

Dub. 5. Quid agendū de monstro.

Dub. 6. Vtrum ad ueritatē baptismi fides requiratur in suscipiente, & cōferente.

quibus placet, ꝙ offeruntur: & quorum indiuidua charitate ad communionem sancti spiritus adiuuantur. Sic ergo in fide ecclesiæ ministratur baptismus. Et addit Alex. Et si militans ecclesia erraret: quod tamen nõ contingit: nihilominus ipsa triumphans adiuuaret, in qua est fides largè sumpta; quia clarissima cognitio ueritatis. ¶ Si dicis, cũ baptismus specialiter dicitur sacramẽtũ fidei; uidetur, ꝙ non sufficit illa generalis fides ecclesię. Rñdetur, ꝙ baptismus dicit sacramentũ fidei: quia in illo datur signũ fidei, s. character, quo distinguuntur fideles ab infidelibus: quandoq; re, & nomine, qñ nõ indignè accipitur: quãdoq; nomine, & nõ re, dũ fictè acceditur. ¶ Si dicis, Intentio requiritur, ergo & fides: quia fides dirigit intentionẽ. Augu. super Psal. iij. Nec uidet, ꝙ id possit quis intendere, quod non credit esse. Rñdetur ad primum: ꝙ fides dirigit intentionẽ in operibus uirtutũ, qbus qs meretur opera dirigẽdo in ultimum finem: & ad hoc dirigit fides personalis exercẽtis huiusmodi opera. In sacramentis aũt dirigit fides ecclesię intẽtionẽ: eo ꝙ intentio requisita est intendere facere id, quod ecclesia credit, seu intẽdit. Vnde sic intendẽdo quod ecclesia intendit: baptizans fit minister ecclesię: etiã si fuerit hęreticus: facit. n opus ecclesiæ. Si. n. non intẽderet, quod intẽdit ecclesia: sed quod intenderet hęresis, nõ baptizaret. Sicut igitur, qñ baptizat fidelis, intẽtionẽ eius dirigit fides propria. Sic qñ baptizat hæreticus, intentionẽ eius dirigit fides ecclesię: quia intendit, quod ecclesia intẽdit. Ad secũdũ: non põt quis intendere, quod nõ credit esse: dicitur, ꝙ immo põt quis in genere intendere; & uelle, quod nõ credit in spẽ. Põt. n. intendere baptizare, eo mõ, quo ecclesia intendit: & uelle, quòd operetur, quod baptismus ecclesiæ operatur: licet, nõ intendat in particulari effectum baptismi: quia uel nescit eum: uel quia non credit, quod habeat effectũ: aut quia non cogitat in particulari de ipso effectu. Sicut in simili traditalicui medicina certa contra morbũ: & is, qui recipit, nõ credit, ꝙ medicina illa aliqd ualeat: aut ignorat eius esse ctũ: sumit tamen dicens sibi: ualeas, si ualeas: seu ualeas, quantum potes. Hic sumit eadem intẽtione, qua medicus dat: uult. n. per eam fieri illud, quod fieri potest; & hoc intendit medicus: licet non credat p eã aliquid posse fieri: aut nesciat in particulari, quid per eam fiet. Simile exẽplũ ponit Sco. de incantatione, si aliquis cõsentit se incãtari, ut ualeat, quãtum põt: credens tñ, ꝙ nihil ualeat, intẽdit in generali, quod incantatrix intendit: licet non intendat idem in particulari. Et tantum de illa quęstione.

QVAESTIO. II.

A SECVNDO quęritur de iterabilitate baptismi, & charactere. Vtrum characteris impressio sit initerabilitatis baptismi causa, uel ratio. ¶ Tribus articulis quæstio terminabitur. In primo supposito. In secundo quæsito. In tertiò dubijs mouendis respondebitur. ¶ Quantũ ad primum articulũ, quiã supponit quęstio: ꝙ per baptismum imprimitur charácter. Videamus primò de nómine, quid nomen character significet: & deinde de re significata: ¶ Quoad primum notandum: ꝙ nomen charácter non est multum usitatum in scriptura: nec apud originales doctores. Nam in toto canone biblię non inuenitur, nisi in Apocal. cap. xiij. & sequentibus: ubi fit mentio de charactere bestiæ in manibus, aut fronte habendo. Vbi secundum expositores per characterem non intelligitur aliquid impressum animę (ut hic loquuntur doc.) sed signum aliquod in exteriori conuersatione, aut professio sectæ erroneæ: aut etiam figura aliqua in fronte, uel manu, qua signatur illum pertinere ad sectam bestiæ. Deniq; magister, qui fuit diligentissimus collector auctoritatum originalium: nullam mentionem facit de charactere, nisi in dis. pręsenti. Vbi dicit, ꝙ qui ab hæreticis baptizati sunt seruato charactere Christi, rebaptizãdi nõ sunt: ubi per characterẽ intelligit formã uerborũ a christo tra

Arti. 1. Per baptismũ imprimitur character.

Not. 1.

ditam. Et ideo satis dubia est eius significatio. ¶ Potest tñ character dupliciter accipi. Vno mõ generaliter pro signo, uel figura: ut dicit sanctus Bonau. dist. præsenti. Et hoc modo literæ scriptæ dicuntur characteres. Et similiter ablutio baptismalis, etiã forma baptismi potest dici character, eo ꝙ est signum quoddã significatiuum. Alio modo, & in proposito accipitur pro aliquo signo impressiuo animę, quod est præuium gratiæ in susceptione sacramenti initerabilis: & secundũ hãc nominis significationem, intęligenda sunt, quę dicentur. ¶ Secundo notãdũ, ꝙ (ut tãgit Alex. de hales, par. iiii q. xix. membro ii. & post eum cęteri doc.) plures effectus, seu conditiones attribuuntur characteri, quas Ockã In iiii. q. i. reducit ad sex: quæ sunt significare: configurare, seu assimilare: distinguere: disponere: memorari: obligare.

Character.

Not. 2. B

Characteris effectus, & conditiones.

¶ Est primo signum gratiæ: non quidem ex natura: sed institutione diuina: sicut & sacramentum gratię .s. inexistentis: uel quia inexisteret: si non poneretur obex, seu impedimentũ impediens. ¶ Secũdo est signũ cõfiguratiuũ, seu assimilatiuũ christo, & cęteris characterẽ similiter habentibus. Cõfigurat christo: quia per ipsũ habens characterem adscribitur familię christi. Etiam (ut dicit Alex. & post eum sanct. Bonauent.) configurat christo per imitationem. Vnde notat, ꝙ triplex est similitudo: quedã ꝑ unius naturę participationẽ: secunda ꝑ imitationem: tertia per indiuisionem. Prima est creaturę ad creaturã, quę sunt eiusdẽ speciei. Secunda est creaturæ, ad deum. Tertia est unius diuinę ꝑsonę ad alterã. ¶ Assimilatio autem creaturæ ad deum creatorẽ: uel est perfecta: uel sufficiens: uel ad sufficientem disponens. Prima est in gloria, quę non compatitur dissimilitudinem culpę, neq; miseriæ. Secunda est in gratia, quę cõpatitur secum dissimilitudinem miseriæ nõ tamen culpæ. Tertia est characteris, quæ secum compatitur utrumq;: tamen disponit ad gratiam, in qua est similitudo sufficiens: licet non perfecta. Assimilat etiam omnibus similem characterem habentibus:

Triplex similitudo.

quod naturale est omni qualitati, & formę. Similia .n. dicunt, in quibus una est forma, uel qualitas secundum speciem. Similiter naturale ẽ characteri sicut cuilibet alteri rei, distinguere ab alijs talem non habentibus. ¶ Est etiam signũ dispositiuum ad gratiã sacramenti, per quod imprimitur tãquã causa sine qua non: & hoc solũ ex uoluntate, & ordinatione diuina: & non ex rei natura. ¶ Est & signum rememoratiuum, seu recordatiuum sacramenti præcepti. Similiter ex diuina ordinatione, qua per characterẽ inducere uoluit suscipientem in notitiã, seu memoriã sacramenti suscepti. ¶ Est sexto signum obligatiuũ ad obseruantiã diuinæ legis: eo modo, quo suscipiens sacramentũ per eius susceptionẽ plus obligatur, quam nõ suscipiens: sicut habitus religionis est signũ, ꝙ portans eum obligatur ad obseruandũ legem christi, & ordinis, siue religionis. Ponitur etiam, ꝙ character sit quid indelebile in anima redẽs sacramẽtũ, per quod imprimitur, initerabile. ¶ Tertio notandum, ꝙ character, ut hic sumitur, potest breuissime sic describi. Est signum spirituale a deo solo animæ impressum: in susceptione initerabilis sacramenti: manens indelebiliter de lege communi. ¶ Hæc descriptio habet tres particulas. Prima, ꝙ est signum spirituale animæ impressum: quia est quoddam spirituale, & indiuisibile productum in anima significans gratiam, & sacramenti susceptionem. Vnde sicut foris hominibus certi status datur, quandoq; certus ornatus, uel signum in corpore, uel ueste sicut clericis corona in capite: iudæis quandoq; circulus in ueste, quibus cognoscuntur esse illius status, siue sectæ. Ita per sacramenta, quibus ponitur homo in certo statu, imprimitur immediate a deo quoddam spirituale signum in anima suscipientis sacramentum: quo cognoscitur suscipiens esse in tali statu. ¶ Dicitur a solo deo animę impressum: quia respectu characteris nulla creatura habet aliquam causalitatem actiuam: non enim sacramentum foris susceptũ: cũ sit signũ sensibile: & ꝑ cõsequẽs mate

Not. 3. C

Characteris diffinitio.

riale. Nullum autem materiale attingit actiue aliquem effectum simpliciter indiuisibilem, & spiritualem in anima. Sed sicut gratia a solo deo creatur: ita & character a solo deo creatę animę imprimitur. ¶ Secunda particula est, quod character imprimitur in susceptione sacramenti initerabilis: quia tantum in illorum susceptione baptismi, confirmationis, & ordinis: & non aliorum imprimitur: immo nihil iterabile: nec uirtus: nec gratia imprimit characterem. Cuius ratio assignatur duplex. Vna, quia character est indelebilis: ideo non potest imprimi nisi per sacramentum, quod non iteratur: quoniam si iteratur sacramentum, non imprimit nouū characterem; alioquin duo characteres eiusdem speciei inessent eidem subiecto, quod de actibus non conceditur. Si uero non imprimit characterem, cum iteratur: ergo nec dum primò suscipitur: quia eiusdem uirtutis est sacramentum, cum iteratur cum eo, quod primò suscipitur. ¶ Sed hic facile diceretur infirmando istam rationem: quod uirtus productiua effectus in subiecto, si hunc inuenit in subiecto nō producit alium de nouo, sed priorem conseruat, uel intendit: ut si ignis, qui productiuus est caloris certi gradus: si applicatur passo, in quo inuenit calorem tanti gradus, non producit alium, uel intensiorem calorem: sed productum conseruat. Sic dicetur de sacramento iterabili, quod primò susceptum imprimit characterem: & dum iteratur; quia inuenit formā in subiecto: aliā non producit: sed iā impressum characterem conseruat. Nec ideo sacramentum iteratum est minoris potentiæ, quàm si fuerit primò adhibitum. Alia ratio: quia character est quædam spiritualis potestas ad agendum aliquid secundū certū statū. Nunc aūt tantū tria sunt sacramenta, quę ponunt hominem ad certum statum ad aliquod spirituale exercendū. Sic baptismus ponit baptizatum in statu fidelium, & membrorū ecclesię: quo distinguitur ab infidelibus. Cōfirmatio ponit in statu bellantiū: quo distinguitur ab infirmis. Et ordo ponit in statu ministrantium in tēplo domini, siue multiplicantium proles spirituales, & membra ecclesię: quo distinguitur a laicis. Et ideo tantū per hoc tria sacramenta imprimitur character. ¶ Vel (ut dicit sanctus Bonauē. & redit in idē) his sacramentis imprimitur character, quæ dicunt statum fidei determinatum. Sunt autem hæc tria: baptismus, confirmatio, & ordo: quia triplex est status fidei. s. genitę roboratę, multiplicatæ. Et secundum hoc est triplex distinctio in populo: scilicet bonorū a malis: fortium ab infirmis clericorum a laicis. Et quia tantum sunt ista tria sacramenta, quæ respiciunt statum fidei determinatum. Baptismus, in quo fides gignitur: & homo ab ægyptijs idest ab infidelibus separatur. Confirmatio, in quo fides roboratur: & in pugilem homo inungitur. Ordo, in quo multiplicandi fidelem populum datur uirtus: & ut homo sanctus idest ad ministerium templi, & altaris deputatus, a laicis separatur: ergo &c. Hęc Bonauent. ¶ Et per hoc uirtutes, & gratia in anima non imprimunt characterē: quia licet sint perfectiones animæ: tamen habens eas non constituitur per eas in certo gradu in ecclesia: quia sunt communia omnibus membris in quocunq; gradu. Hæc Sco. ¶ Tertia particula est manens indelebiliter: & per hanc excluditur uirtus, & gratia: quæ licet conferantur per sacramenta: non tamen manent indelebiliter: quamuis etiam per primā particulam possent excludi: quia non cōferuntur semper per sacramentum inite rabile: nec solum per tale. Vnde autem sit ista indelebilitas characteris: uarij uariè dicunt: ut recitat. & reprobat Alexan. q. xix. membro. v. tandem illam assignans: quia est in subiecto perpetuo nullam habens impositionem: & per consequens sicut subiectum non desinit: ita nec ipse deletur. Quòd non habeat aliquod oppositum simpliciter: nec demeritoriè: patet. Non simpliciter: quia cum character sit signum distinctiuum: cui licet oppo-

Distinctio triplex in populo.

natur signum oppositum significans: hoc tamen signum oppositum charactere non imprimeretur, nisi a deo, sicut nec character. Sed signum oppositum deus non imprimit: hoc enim non esset nisi character bestię: quod deus non imprimit: nec habet oppositum demeritorię: quia hoc maxime esset peccatum mortale: sed hoc non: quia actu mortaliter peccanti imprimitur character: ideo per mortale peccatum non tollitur. Quia ergo character non deletur uirtute creata: quia est forma supernaturalis. nec a deo: quia nihil donorum suorum infusorum tollit, nisi propter demeritum: & respectu characteris nullum est demeritum: sequitur, ꝙ sit indelebilis. Et illud potest sustineri de potentia dei ordinata: sed non de potentia absoluta: secundum hanc enim nihil a deo creatum, uel contingenter productum est indelebile: potentia enim, qua creat: potest & creata annihilare. Eadem potentia potest etiam omne positiuum creare, saltem, quod non est deus. Et sic etiam in eo, qui a fide, aut charitate recedit: posset aliqđ signũ ta le producere, uelut characterem bestiæ: quo discerneretur a fidelibus, & membris ecclesiæ. Et ideo ratio indebilitatis characteris, est sola diuina uolunt as, & ordinatio, qua ordinauit, ꝙ character post impressionem non deleatur: sicut ordinauit, ꝙ angelus, uel anima post sui productionem non desinat esse: licet ipsum annihilare posset. Et ideo additur in diffinitione: de lege communi idest secundum ordinatam dei potentiam. ¶ Quartò notandum, ꝙ de quidditate characteris plures fuerunt opiniones, supposito, ꝙ sit ponendus, quas recitat Alexand. ubi supra. Ipse tamen tendit ad illam opinionem, ꝙ sit qualitas absoluta, quem imitatur sanctus Thom. & sanctus Bonauent. ¶ Rationes, quibus probant characterem non esse relationem, sed qualitatem absolutam: in hoc fundantur. Tum quia relatio non est signum: quia non facit deuenire in cognitionem alterius: character uero est signum. Tum quia mutatio non est nisi ad formam absolutam v. Physic. sed ad characterem est mutatio. Nam si ficte baptizatus nihil nouum recipit in characterem: & ita ista baptizatio, quæ est mutatio quædã, est ad characterem. Tum tertiò: quia relatio non potest esse fundamentum relationis: alias esset processus in infinitum: character autem est fundamentum multarum relationum: scilicet distinctionis, configurationis, assimilationis, obligationis. Tum quartò: quia similitudo fundatur in unitate qualitatis v. Metaphysic. sed character fundat similitudinem. Tum quintò, quia relatio non est principium agendi, uel patiendi. character autem est potestas aliqua: utpote character baptismi, potentia passiua, per quam homo fit capax aliorum sacramentorum. Character uero ordinis est potestas quædam actiua ad multos actus sacros in ecclesia. Et potestas confirmatio nis ad militandum contra diabolum, carnem, & mundum. Tum sextò; quia in quolibet sacramento causatur aliqua relatio in anima suscipientis ad christum: & tamen non imprimitur in quolibet sacramento character. ¶ Quamuis autem conclusio sit uera illius opinionis ponendo characterem esse entitatem positiuam, ut dicetur: tamen rationes prędictæ hoc non probant: quia cum secundum illos opinantes relatio sit quędam entitas distincta a fundamento, & qualibet re absoluta: omnia, quæ dicuntur de charactere, ita possunt conuenire relationi, sicut absoluto. ¶ Nam quo ad primum, ita relatio potest esse signum sicut accidens absolutum. Patet: quia relatio potest esse signum naturale, & etiam ex institutione. Naturale: quia sicut per cognitionem intuitiuam accidentis absoluti deuenitur ad cognitionem subiecti suscipientis accidens. Ita si uideretur relatio aliqua intuitiuè: posset uidens deuenire in

Not. 4 D

De quidditate characteris.

cognitionem subiecti suscipientis relationem: quia magis dependet relatio a subiecto, quàm accidēs absolutum: nec solum dependet a subiecto: sed etiam a fundamento, & termino. Et per hoc dū intuitiuè uidetur relatio, inducit ad cognitionem fundamenti, & termini. Similiter potest significare ex institutione. quia ita potest quis relationem imponere ad significandū hoc, uel illud; sicut accidens absolutum. ¶ Similiter si relatio distinguitur ab absoluto: potest ad relationem fieri mutatio: sicut ad absolutum, sicut ad primum terminum: ut patet de unione, & generaliter de relatione extrinseca, quę non necessariò sequitur fundamentum posito termino. Illa enim relatio potest omnino esse noua sine quacunq; mutatione fundamenti, & termini: & ad illam potest esse mutatio: per quam ipsa relatio de nouo incipit sine inceptione, uel desitione cuiuscunq; absoluti. ¶ Quòd uero philosophus negat motum esse in ad aliquid, secundum ponentes relationes distinctas ab absolutis: uerum est quoad relationes intrinsecas; tales enim dumtaxat ponit in ad aliquid. Nam manifestū est, q ponit motum ad ubi: & tamen ubi est relatio extrinseca. Et ita ad characterem, quamuis esset relatio: posset fieri mutatio. Esset enim relatio extrinseca, quæ non necessariò sequitur fundamentum, & terminū: posset enim deus suspendere actionem suam respectu characteris in baptizato: & tamen causare gratiam sicut in alijs sacramentis: & tūc esset uerus baptismus sine charactere.

Relatio fundat relationem.

Similiter falsum est, q relatio non fundat relationem. Nam si ponitur relatio distincta ab absoluto: ipsa fundat distinctionem eius ab alia relatione, similiter ab alio absoluto. Item distantiam, propinquitatem, & plurimas alias habitudines relatiuas. Nec est conueniens in accidentaliter ordinatis esse possibilē processum in infinitum. Similiter q arguitur de similitudine, quę fundatur in unitate qualitatis. Dicendum, q similitudo quandoq; accipitur strictè; ut distinguitur contra idem, & æquale: ut idem præcisè fundatur in substantia: æquale in quantitate: & simile in qualitate: & tūc accidens non identificatur sibi ipsi: nec una quātitas esset similis alteri: nec qualitas æqualis. Alio modo accipiuntur illi termini largius: ut omni generi attribuuntur: quomodo dicimus accidentia distincta esse idē: & duas formas habentes uirtutes eiusdem gradus, siue eque intensas esse equales, siue equalis uirtutis, aut intensionis, & quātas; quarum neutra excedit aliam secundum intensionem esse similes: & hoc modo etc relatio fundat similitudinem. Et sic character configurat, & assimilat baptizatum christo: non primo modo. Philoso. v. metaph. loquitur secundum strictam terminorum acceptionem. Quòd quinto dicitur relationem non esse principium agendi, aut patiendi: si accipitur principium agendi pro causa propria sine qua non, posset fieri actio: sic character non est principium agēdi: quia quæcunq; actum potest facere characterizatus: eundem realiter posset facere nō characterizatus. Potest enim non baptizatus, nec ordinatus facere omnem actionem, quam potest facere baptizatus, & ordinatus: licet deus istis assistat ad productionem effectus, ut gratiæ, ad quem non assisteret illis. Tamen illorum effectuum nec baptizatus: nec, non baptizatus est principium propriè, actuum. Alio modo accipitur principiū agendi pro principio, seu potestate ministri, qua aliquis fit idoneus minister principalis agentis, talem potestatem non oportet esse formam absolutā: imo quandoque sufficit sola relatio rationis: sicut in iudice constituto a principe, qui est idoneus minister iudicādi: & tamen nihil recipit a principe nisi relationē rationis, qui orit ex uolitione, qua princeps uult illum esse iudicem. Quòd sextò arguitur; q in qualibet sacramēti susceptione oritur relatio &c. nihil aliud arguit, nisi q non quęlibet relatio orta ex sacramenti susceptione, in suscipiente est character. Sicut non quęlibet forma absoluta inducta per sacramentum est character. Nō enim or-

natus ille, quem secundum eos sacramẽta imprimunt iterabilia (licet sit forma absoluta) est character. Et ita patet, ꝙ rationes illæ sunt inefficaces ad probãdum characterem esse formam absolutam. ¶ His præmissis quantum ad istum

Cõcl. 1
E

Characterem esse ponendũ eo mõ quo est diffinitus.

articulum est conclusio prima. Characterem esse ponendum eo modo, quo diffinitus est: nec ratio necessaria demonstrat: nec euidens auctoritas probat: primum patet, ꝙ omnes auctoritates, quæ adducuntur ad probandum characterem siue ex Diony. siue Augu. siue Damasce. siue magistro uerẽ, & magis pertinenter ad mentem ponentium, ex ponuntur de baptismatis sacramento, aut forma sacramentali, quàm de aliquo realiter animæ impresso. Nam auctoritates Diony. qui adducuntur ex li. de ecclesiastica hierarchia. c. ij. ꝙ uenienti ad baptismum datur sacramenti signaculum a summo sacerdote: non per signaculum intelligunt characterem. Sed magis ad intentionem Diony. intelligit quoddam signum scilicet manus impositio, quo hierarcha ante baptismum signauit baptizandum, præcipiens sacerdotibus, ꝙ tam ipsum, quàm eius susceptionem describant, ut habuit ritus græcorum in primitiua ecclesia: ut latius ostendit Sco & clarè habet textus Diony. Quod etiam Alexan. allegat ex lib. de ecclesiastica hierarch. character est signum sanctum communionis fidei, & sanctæ ordinationis datũ a hierarcha. Dicit sanctus Tho. & uerum est: ꝙ hæc uerba non sunt a Diony. posita. sicut nec illa. character est signum communionis potestatis diuinorum, & sacræ ordinationis fidelium a diuina beatitudine. Vtraq; autem eliciuntur aliquo modo ex uerbis beati Diony. Sed non potest elici, ꝙ sit intentio sua, ꝙ signũ illud sit aliquid impressum animæ: sed magis, ꝙ sit signum aliquod foris adhibitum, ut impositio manus hierarchæ idest pontificis. Sunt autem hæc uerba Diony. secundum translationem nouam, ex quibus dictas descriptiones eliciunt. Hunc ita accedentem diuina maiestas in sui consortium interadmittit: eiq; lucem suam perinde, ac signum aliquod tradit, sanctum efficiens, & sanctorum sanctis, ordinisq; participem. Sed sicut patet ex contextu orationis cum prioribus: loquitur ibi de signo, qđ traditur ante baptismum. Vnde Diony. describens ritum baptismatis, bis facit mẽtionem de signo baptizando imposito. Primò dum baptizandus adducitur ad pontificem, præparandus ad baptismum pontifex imponit eius capiti manus, cõsignansq; illum sacerdotibus mandat, ut describant. Deinde postquam baptizatus est, rursus ad pontificem ducitur, qui tunc illum unguento signans, sacratissimę communionis participẽ facit: harum consignationum una præcedit baptismũ: altera sequitur. Vnde in neutra character imprimitur: ille enim secũdum ponentes eum in baptismo imprimitur: non ante: nec post. Vnde patet; ꝙ beatus Diony. per illas consignationes non intelligit impressionem characteris ¶ Similiter quod de Damas. allegatur ex li. iiij. c. j. ꝙ ponit sigillum in diffinitione baptismi. Sigillum autem nihil aliud est, quàm character: inconuenienter allegatur: tum quia non diffinit baptismum. sed hęc sunt uerba eius. Nunc quidem per baptisma primitias sanctispiritus accipimus: & principium alterius uitæ sit nobis regeneratio, & sigillum, & custodia, & illuminatio. Tum quia per sigillum intelligit impressionẽ signi crucis in fronte: ut expressè. cap. sequenti dicit. Hæc crux nobis signum data est super frontem: quomodo israeli circumcisio, per ipsam enim fideles ab infidelibus distamus, & cognoscimur. Hæc galea est, & scutum, & trophęum aduersus diabolum: hęc sigillũ, ut non approximet nobis ouium uastator. Vult ergo dicere: ꝙ crux nobis impressa sit sigillum contra inimicum, quod nihil est ad propositum de charactere. ¶ Præterea beatus Augu. qui diligentissime de baptismo scribit, nullam facit mentionem de charactere ad sensum, quo docto. de illo loquuntur: quoniam licet lib. vj. de baptismo contra donatistas aliquid dicat de charactere.

Ait enim. Eduxit ouem, quæ foris dominicum characterem accepit: uenientem ab errore ad salutem corrigit, quę tamen characterem multi lupi lupis infigunt, qui intus uidentur. Item sicut baptizatus, si ab unitate recesserit, sacramentum baptismi non amittit. Sic ordinatus, si recesserit, sacramentum dandi baptismum non amittit. Nulli enim iniuria facienda est: sed ibi character accipitur conueniter pro sacramento baptismi. Sic ergo patet, ꝙ neq; auctoritates sacræ scripturæ: neq; sanctorum patrum originali a cogunt ponere characterem ad hunc intellectum, in quo accipitur a recentioribus doctoribus. Est tamen una auctoritas canonis, de qua postea uidebitur in secunda conclusione. ¶ Quòd etiam ratio necessaria esse seu imprimi characterem non demonstret: sic patet: quia illud, quod solū dependet ex uoluntate diuina contingenter causante, & liberé, non potest probari ratione naturali esse, uel non esse, nisi sola experientia. Nam posita causa contingenter agente, & liberé: nō propter hoc necessarió sequitur effectus. Nulla. n. experientia probat characterē esse: qa oia q̄ attribuuntur characteri, puta significare, configurare, distinguere, disponere, rememorari, obligare, æque soluuntur sine charactere, sicut cū charactere. Omnia enim operatur sacramētum ipsum sine charactere. ¶ Præterea hæc ita inueniuntur in sacramento eucharistię: & cęteris non imprimentibus charac. in his, quę imprimunt characterem. Nam significare est de ratione sacramenti, & cōfigurare, distinguere &c. manifesté conuenit eucharistiæ, & cęteris sacramentis. ¶ Præterea hæc omnia cōueniunt circumcisioni, & tamen negatur, ꝙ circumcisio imprimat characterē: ut in dubijs dicetur. Et omnes rationes, quæ adducuntur: persuasiones sunt, non procedentes ex necessarij, ut patebit in sequenti cōclusione.

Cōcl. 2. F ¶ Secunda conclusio. Per rationes persuasiuas, & ecclesiæ auctoritatem osten-

Per rationes di potest probabiliter ponendum esse characterem. Persuasiones sunt illę: ut ponit Sco. Congruum est ad formam perfectam supernaturalem ponere aliquam dispositionem naturalem ex parte subiecti recipientis: gratia est forma supernaturalis perfecta: quia sufficiens ad salutem: ergo congruit ad eam ponere dispositionem supernaturalē: & hæc est character, & non sacramentum: quia sacramentum est quid naturale, quia operatio humana. Sed hęc congruitas ęque locum habet in sacramento pœnitentiæ: sicut in baptismate: quia utrūq; confert primam gratiam: & in alijs sacramentis sicut in confirmatione, & ordine: qui præexistentem gratiam augmētant. Secunda. congruit deum non instituisse sacramenta uana saltem pro tēpore nouæ legis, quæ est perfecta: ergo congruit, ꝙ semper sacramenta sua habeant aliquem effectū in suscipiēte: sed non semper habent gratiam: ut patet in fictē accedente: ergo aliquem alium, q est character. Sed ista congruitas sicut prior locum habet in omnibus sacramētis: quia omnia sacramenta nouæ legis sunt perfecta, etiam quia secūdum alios in omnibus sacramentis iterabilibus imprimitur quidam ornatus, & non character: ita dici posset de sacramentis interabilibus, ꝙ imprimerent ornatum, & non characterem. Tertia, q̄ est magis rationabilis: quia congruit, ut receptus in familiam christi, uel certum statum familiæ christi distinguatur a nō recepto per aliquid intrinsecum permanens in eo: quód licet christus posset distinguere sine tali intrinseco: tamen pfectior in se, & comparatione ad omnē ecclesiam militantem, & triumphantē; si fiet per aliquam formam intrinsecam permanentem: quàm si non sic fieret: ta lis autem formæ ponitur character. Auctoritas ecclesię habetur extra de baptismo, & eius effectu. c. maiores. ubi Innocen iij. dicit. Qui fictē ad baptismum accedit: characterē recipit christianitatis impressum. Et infra idest in fine. Tunc characterem sacramentalis imprimit operatio, cum obicem uoluntatis contrariæ non inuenit obsistentem. Et licet p characterem intelligi possit baptismus:

persuasiuas ostēditur ponendū esse characterē.

tamen quia loquitur de charactere, tanquam de aliquo impresso: uidetur, ꝙ per characterem intelligat aliquod impressum animę pręter sacramentum: uerum glossa nihil ponit circa illum terminum character. Illa ergo sola auctoritas aliquid facit, licet posset exponi, ꝙ per characterem intelligatur ipsum sacramentū, quod dicit̃ imprimi suscipienti, pro quanto natum est in suscipiente causare aliquid. s. gratiā.

Cōcl. 3. G ¶ Tertia conclusio. Character sacramētalis nō est relatio rationis, uel realis: sed forma absoluta de genere qualitatis. Prima pars probatur, quia nō est ponenda aliqua relatio ab omnibus absolutis distincta: ut deductū est in primo distin. xxxviii. Secunda pars probatur: quia character est forma absoluta, & non substantialis: manifestum est: ergo accidentalis. Sed omnis forma accidentalis est qualitas, ut alias deducetur: ergo propositū.

Cōcl. 4. ¶ Quarta conclusio. Opinio tenens relationē esse entitatem positiuā ab omnibus absolutis distinctam, ęque sustineri potest charactetē esse relationē realē: sicut qualitatem absolutā. Probatur conclusio: quia omnia attributa charac. ęquè conueniunt relationi, sicut qualitati absolutę: ut patet ex ultimo notabili: ergo conclusio uera.

Arti. 2. H ¶ Quā tum ad secundū articulū in quo responde bitur ad quesitū Notandū, ꝙ sacramē tū nō dicitur irreiterabile: quia idem numero nō iteratur: quia sic solū eucharistiæ sacramentū dicitur irreiterabile: tātum. n. hoc est idem numero, quoad cōtentum, quotiescūq;, & ubicunq; conse cratur: licet neq; spēs: neq; consecratio ipsa in diuersis missis sint eędē numero. Cætera uero sacramenta cum consistūt in operatione, quæ transit: quoties exhibentur alia sunt, & alia secundū numerū. Nec ideo: quia eadē specie nō iterat̄: quia sic baptismus non esset irreiterabilis: quia idē specie iteratur circa diuersos baptizādos. Sed dicit̃ iō irreiterabile, quia idē secūdū spēm & nomē: nō iteratur circa eandē personā, ita ꝙ una eadēq; persona non potest tale sacrm̄ pluries suscipere: puta eadē persona nō pōt bis baptizari, bis cōfirmari, bis eundē or

(margin: Quō sacrm̄ dicitur itera bile, & irreite rabile.)

dinē suscipere. ¶ Quo premisso est prima cōclusio ad hunc articulū. Tm̄ tria sunt sacramēta circa eandē personam irreiterabilia: quæ sunt ordo, confirmatio, & baptisma. Probatur: quia nullū horūpōt licitè eidē psone pluries exhiberi: potest dico licitè, & sine peccatō mortali: probatur de baptismate: de alijs duobus suo loco patebit per illud apostoli ad Heb. vj. Impossibile est. n. eos, qui semel sunt illuminati: gustauerūt et donū cæleste: & participes facti sunt spiritussancti: gustauerunt nihilominus bonū uerbū dei: uirtutesq; seculi uenturi: & prolapsi sunt: rursus renouari ad pęnitentiā: rursus crucifigentes sibimet ipsis filiū dei, & ostētui habentes. ubi loquitur de illuminatione per baptismum, quo consequunt̄ baptizati donū spiritussancti &c. ut exponit Damasc. lib. iiij. c. j. Et beatus Aug. in de uera, & falsa pœnitentia. c. iii. pulchrè, & efficaciter probans, apostolū de renouatione p sacramentū baptismatis locutū cōtra eos, qui mentiebantur pœnitentiā iterari nō posse post baptismū. Idem in epistola ad Maximum. & habet̄ de cōse. dist. iiii Rebaptizare. Rebaptizare hereticum hominē, qui hęc sanctę trinitatis signa suscepit quę christiana tradit disciplina: omnino peccatū est. Rebaptizare autē catholicū immanissimum scelus est. Sed quæretes: quia dictum est baptismum iterari non posse licitè: an simpliciter iterari posset: hoc est an si qs iteratō lauaretur in aqua cū debita uerborū forma, & intentione baptizandi: utrū hæc secunda lotio sit uerum baptisma. Solutio stat in quid nois: tñ pōt dici sine præiudicio melius sentientis, ꝙ illa iterata lotio non est baptisma simpliciter: sed analogicè: quia similis baptismo: & ita nominant sancti eā baptismum, sicut mortuum hominem, hominem. Ratio: quia illa lotio non significat ex diuina institutione efficaciter ablutionem animæ a peccatis. nō enim instituit deus huiusmodi lotionē secūdō factam ad significandū ablutionē efficaciter quā nūquā efficit: etiā subiecto qualitercunq; disposito: quoniā etsi aliquis baptizatus nesciēs se baptizatum: immo credens se

(margin: Cōcl. 1 I Tria sacramen ra irreiterabi lia.)

(margin: Vtrum baptismus iteratus sit dicēdus baptismus.)

non baptizatum, peteret cum deuotione se baptizari: si iteratur baptisma, non est uerum baptisma: quia nihil confert baptizato ex opere operato: quamuis subiectum sit bene dispositum. Si uero quis uti contendit, q sit baptisma: addens q illa lotio efficaciter significat gratiam quantum est ex se, si subiectum fuerit dispositum. Sed in casu subiectũ sicut in ficte accedente non est dispositum ad suscipiendum effectum baptismalem: nõ propter peccatum, quod inest: sed propter præcedens baptisma libens cedo: nolens seruire contentioni uerbali: dum satis de re ipsa constat. Secunda conclusio. Initerabilitatis sacramentorum principalis ratio nõ est charac. impressio: sed sola diuina institutio. Probatur conclusio: quia non impressio charact. quia cum non solum charact. sit effectum baptismi: sed magis gratia abluens animam a peccato; quę potest animæ infundi: & in ea conseruari, & augmentari sine charac. ut patet de baptizatis baptismo flaminis, aut sanguinis. item de iustificato per interioris pœnitentię contritionem. Ideo cum baptismus possit habere effectum principalem sine impressione charact. non ideo est initerabilis: quia iteratus non imprimit charac. sicut si baptizandus modo habeat omnem gratiam, ad quam est præuisus: nihilominus est baptizandus: licet baptisma in eo non habeat effectũ principalẽ, scilicet gratiæ infusionem, aut infusæ augmentationem pro eo, q habet effectum minus principalẽ, scilicet charac. impressionem. Minus ergo repugnat iterari, si potest habere effectum principalem: licet non habeat effectum minus principalem. Et posset ratio sic formari. Omnis causa, quæ iterari potest, dum effectum potest habere minus principalem: licet non habeat effectum principalem: etiam iterari poterit, dum habere potest effectum principalem: licet non habeat effectum principalem: talis est baptismus: ergo sibi nõ repugnat iterari, ex parte effectus: & sic non ex parte characteris. Item minus manifestum est characterem esse, quàm

Cõcl. 2 K

Ratio cur aliqua sacramenta sint initerabilia.

baptismum posse iterari. Secundum. a. ab instititutione baptismi fuit certum. Primum hodie non est euidenter certum. Secunda pars conclusionis patet: quia qui instituit sacramẽta eodem modo instituit: quo uoluit, nec est alia causa cur sic, uel sic instituit: nisi quia sic uoluit. Et diuinæ uoluntatis causa prior quęrenda non est. iij. de trini. Fuit tamen illa institutio rationabilis primò ex morbo, contra quem institutum est. Nam principaliter institutum est cõtra originale peccatum: quod non est nisi unicum: quod iterari non potest: ergo nec remedium. Etiam ex fine principali, ad quem est institutum: qui est plena remissio pœnæ, & culpę: quæ si sæpius haberi posset, per tale leue remedium, esset magnum delinquendi incentiuũ. Secus de pœnitentia, quæ non est leuis ut deleat utrumq; pœnam, & culpam: sed cũ magno labore, & digna satisfactione agenda, ut tollat utrumq;. Alia ratio ex sacramenti significatione, quam tangit August. & Damas. locis supra allegatis: quia per baptismum commorimur christo, & consepelimur: ut dicit Apostolus ad Rom. vj. Quicunq; baptizati sumus in christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus: consepulti enim sumus cũ illo per baptismũ in morte: ut quõ christus surrexit a mortuis per gloriã patris: ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Christus autem tantum semel mortuus est, & semel resurrexit. Et licet etiam cętera sacramenta efficaciam habeant ex passione, & morte christi: non tamẽ ita appropriatẽ illa significant, sicut baptismus. Nam immersio baptizati in aqua, similitudinẽ habet submersionis, & mortis. Et eleuatio, ac susceptio, similitudinem habet resurrectionis, & restitutionis uitę: q nõ ẽ i alijs sacramẽtis. Ideo subdit apostolus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius; simul, & resurrectionis erimus. Sumitur etiam rationabilitas ex propria ratione baptismi: quia per istud sacramentũ cum sit principium, & ianua per quod intratur in legem christianam: adscribitur aliquis familię christi: & fit membrum

ecclesiæ militantis: ideo non sæpius de nouo iteratur: nec adscribitur aliquis ut membrū ecclesiæ: licet sæpius si in ecclesia ostendit reconcilietur. Et licet quandoq; separetur ab ecclesia merito: non tamen numero: & ita bene frequēter fit reconciliatio: non tamen frequēter noua, & prima inscriptio. ¶ Quantū ad articulum tertium, est primum dubiū contra conclusionem secundam primi articuli: nam uidetur; ꝙ omnino charac. non sit ponendus per illam communem maximam in theologia, & philosophia. Nō est ponēda pluralitas sine necessitate: hoc est nihil ponendum est a theologo, cuius necessitas non apparet ex fide: sicut naturalis nihil ponere habet, cuius necessitas non apparet nisi naturaliter, siue secūdum rationem naturalem notis. Sed omnia credita tam circa ueritatem sacramēti baptismatis, quam circa alia credenda saluantur, nō ponendo charact. Similiter & illi effect⁹ supra characteri attributi saluari possunt æquè non ponendo charac. ut in primo articulo ostensum est. Et si diceretur, ꝙ character est dispositio necessariò præuia ad gratiam: hoc nō uidetur: quia baptismus nō est minoris uirtutis, quàm circumcisio, & tamen circumcisio contulit gratiam sine charactere: ut dicunt ponentes charac. ergo & baptismus: cum & illa, sicut, & ille sit sacramētum initerabile. ¶ Præterea gratia confertur sine sacramentis: confertur etiā per sacramenta iterabilia, ubi non imprimitur charactet, ergo character non est dispositio præuia requisita ad infusionem gratiæ. ¶ Ad hoc dubium respondetur: ꝙ theologus non habet aliquid ponere tanquam certum, cuius necessitas non apparet ex fide, idest ex creditis aut manifestis per rationem. Credita quæcunq; probantur ex scriptura canonica: aut per determinationē ecclesiæ: etiam si illud determinatè non habeat ex scriptura: quia non potest errare ecclesia in his, quę fidei sunt. ut promisit dominus petro. Ego pro te rogaui, ut nō deficiat fides tua. Potest tamē theologus aliquid ponere tanquam probabile: quod est consonum scripturę aut determinationi ecclesiæ: & in nullo cōtrarium, dum ad hoc habet rationes cōgruentię: licet non possit euidenter deduci, & necessariò ex his, quæ fidei sunt. Vnde in proposito magis uidetur consonare determinationi ecclesiæ ponere characterem, quam eius oppositum, & communiter schola theologorum tenet. Sunt etiam ad hoc congruentiæ ꝙ dictæ sunt: quare præsumptuosum foret negare characterem. Cui non placet hæc solutio, quærat aliam. ¶ Secundò dubitatur: in quo subiecto poni debet character. utrum in essentia animæ, an in potentia. Et si in potentia, in qua. Respondetur, cum secundum prædicta in ij. dist. xvj potentiæ animæ non distinguantur ab essentia animę, nec inter se: sed sunt idem omnibus modis. Ideo q̄a character est in anima subiectiuè: est & in essentia, potentia, intellectu, & uoluntate: quia omnia idem sunt. ¶ Si uero teneretur alia opinio, sunt diuersę opiniones. Posset tamen dici probabiliter, ꝙ est in essentia: quia cum potentiæ dicuntur in ordine ad operationes proprias sibi. Et character nullius actus est principium: nec intellectus: nec uoluntatis. Comparatur enim habitui religioni, per quem distinguitur religiosus a cōmuni populo: & obligatur ad certas regulas obseruandas. Ille tamen habitus exterior non est principium alicuius actus. Sic character est signum distinctiuum, & obligatiuum animæ: non tamen ponitur principium aliquod inclinatiuum ad operationem aliquam, seu actum: & per consequens conuenientius ponitur in essentia animæ, quæ non dicitur in ordine ad operationem. Si uero poneretur in potentia. conuenientius poneretur in uoluntate, in qua ponitur, & gratia: quæ est realiter charitas, ad quā disponit. Nam conuenit, ꝙ dispositio, & forma, ad quam disponit, sit in eodē subiecto. ¶ Tertiō dubitatur: supposito, ꝙ character sit qualitas absoluta: in qua specie est ponendus qualitatis, respondetur distinguendo. Aut dubium quærit de illo termino charac. aut de re signi-

Arti. 3. Dub. 1. L

Theologus pōt aliquid ponere probabiliter, ubi ratio necessaria non cōpellit.

Dub. 2. M In quo subiecto poni debet character.

Dub. 3. N In qua specie ē ponendus qualitatis.

ficata. Si de termino: sic dicit, ꝙ non sit in specie qualitatis: quoniam sic est in prędicamento ad aliquid, quia in eius quid nominis ponitur signum pro genere. Signum autem: quia dicit respectum ad signatum: est in ad aliquid: unde character supponit pro tali accidente absoluto, & connotat ipsum per modum signi configuratiui, & distinctiui: & ita est in ad aliquid sicut similitudo, diuersitas. Si de requiritur: cum res de se non sit in prædicamento, nisi inquantum significatur per terminum alicuius prædicamenti. Et cum eadem res potest significari per terminos diuersorum prædicamentorum, & diuersarum specierum eiusdem prædicamenti: sic charac. ponitur in diuersis prædicamētis, & speciebus: in tot. s. in quot possunt poni termini supponentes pro charactere: & habētes cōnotationes diuersorū prędicamētorū, & specierū. Et quia pōt significari per terminum connotantem ipsum, ut habitum, quendam idest qualitatem difficulter mobilem. Nam secundum Alexan. est habitus relucens in anima impressus perpetuō: non ad agendum, sed ad disponendum ad gratiā: & ad discernēdum ouem dominicam a lupis: & sic erit in prima specie qualitatis. Si autem ut quoddam infusum supernaturaliter disponens subiectum naturaliter ad suscipiendū cetera sacramenta: erit in secūda specie. Si ut qualitatem inhærentē præcisē, erit in tertia specie. Et si ut productū a deo pēisē, erit in prędicamento passiōis. Si ut obligatiuū distinctiuū &c. erit in prædicamento relationis. Ista logicalia uetis logicis sunt manifesta: ideo transeo. ¶ Dubitatur quartō de numero characterum, ut eorum distinctione Respondetur, ꝙ characteres multiplicantur, & distinguuntur secundum numerum, & distinctionem sacramentorū characterem imprimentium. ¶ Sunt autem tria sacramenta in genere, quę imprimunt characterem: ut dictum est scilicet baptismus, confirmatio, ordo. Ordo autem non est unus, sed sextuplex, specie: ut infra dicetur: secundum hoc sunt tres characteres in genere: scilicet

Dub. 4. O De numero characterū, & eorū distinctione.

baptismalis, confirmationis, & ordinis. Sed character ordinis est totuplex, quotuplex est ordo: & omnes isti distinguūtur specie: sicut & sacramenta, quę eos imprimunt. Quod ex eo patet: quia plus differunt character baptismalis, & character confirmationis, quam duo characteres baptismales duobus baptizatis impressi: sed duo baptismales differunt numero: ergo duo, baptismalis, & confirmationis differunt specie. Quod etiā ex eo patet: quia characteres eiusdem rationis non distinguunt inter suscipientes diuersa sacramenta: sicut character baptismalis, non distinguit a non confirmato, aut non ordinato: sed dumtaxat a non baptizato. Si ergo character confirmationis esset eiusdem rationis cum charactere baptismali: etiā ipse non distingueret a non confirmato: quod non est dicendum. ¶ Quintō dubitatur: utrum sacramentum circumcisionis. Item baptismus sanguinis aut flaminis impresserunt characterem. De primo tenet Alex. & post eum san. Tho. Pe. de palude. dist. iiij. q. iij. sanctus Bonauent. ꝙ non: cuius ratio duplex. Prima: quia circumcisio sacramentum est ue. le. quæ sunt sacramēta carnalia: character autem signum est spirituale. Secunda: tunc circumcisus non posset baptizari: quia cum character baptismalis omnibus alijs prę supponitur, qui habet characterem, iam non potest baptizari. Item uel character circumcisionis esset eiusdem rationis cum charactere baptismali: & sic baptismus non imprimeret charact. circumciso post baptizato: qa duo accidentia eiusdem rationis non sunt in eodem subiecto. Non possunt esse diuersæ rationis: quia gratia circumcisionis, & gratia baptismalis sunt eiusdem rationis: sicut dicit Be. ꝙ idem salutiferæ curationis remedium, quod confert baptismus, olim contulit circumcisio. ¶ Aliter dicit Sco q. ix. dist. vj. lib. iiij. Concedi potest inquit, de circumcisione, ꝙ imprimebat characterem sicut baptismus. ita enim circūcisio erat prima ianua salutis in lege moysaica; sicut baptismus in noua. Cōsequen-

Dub. 5. P Vtrum circumcisio impresserit charactere.

sequenter dici posset: quod character impressus in circumcisione esset eiusdem rationis cum eo, qui imprimitur in baptismo. Et per hoc dicitur, quod dum circumcisus baptizatur, nõ imprimitur nouus character: quia in subiectum habens actu in se formam non imprimitur iterum talis forma: etiam a causa, quę alias nata esset imprimere talem formam, ut supra tactum est. Et hoc ideo: quia subiectum non est in potentia: sed in actu secundum illam formam. Producens uero formam nouam in subiecto, requirit, quod subiectũ sit in potentia ad formam producendã: non in actu. Posset etiam dici, quod non obstante, quod circũcisio non imprimeret characterẽ: nihilominus & baptismus imprimeret characterẽ eiusdẽ rationis: quantum ad speciem essentialẽ: non autem accidentalem. Differt.n. iste ab alio, sicut perfectũ ab imperfecto: quemadmodũ gra illius differt a gratia istius. Et tunc in susceptione baptismi, quo baptizaretur prius circumcisus: non imprimeretur simpliciter nouus character: sed prior perficeret. Quod uero adductũ est pro opinione contraria: quod sacramenta ue. le. sunt carnalia, nihil facit: quia uel carnalia dicuntur: quia in carne exhibita: sic & baptismus esse sacramentũ carnale: quia caro lauatur. Si autem dicuntur carnalia tantum, propter carnalẽ effectũ: puta, quia nõ cõtulerũt gratiã: sed tm̃ ordinabantur ad emundationẽ carnis: ut loquit apostolus ad Hebre. ix. hoc non respicit circũcisionẽ (quę contulit gratiam circũciso ex opere operato) sed cęteras cerimonialia illius legis, quæ nõ fuerũt sacramenta propriẽ dicta. Alia ratio soluta est. Vtrũq; ergo dici potest. pro nulla parte sunt rõnes necessariç: sed tm̃ persuasiuæ & debiles: sicut in tota ista materia de charactere. ¶ De secũdo dicitur cõiter ab omnibus, quod baptismus sanguinis, & flaminis nõ imprimunt characterẽ: quia character nõ imprimitur, nisi per sacramẽtũ sensibile: sed baptismus sanguinis, & flaminis nõ sunt sacra sensibilia: nec illa traditur aliqua potestas actiua, uel passiua recipiendi alia sacra, neq; ad actus hierarchicos in ecclesia exercendos. Nã alia sacramẽta participare non põt baptizatus baptismo flaminis aut sanguinis: nisi prius baptizetur baptismo aquç. Vnde baptizati baptismo flaminis, & sanguinis: si post tẽpus, & cõgruitas accedit, baptizandi sũt baptismo aquæ. Et per idem dicitur, quod uirtutes & cætera dona spiritualia non imprimunt characterẽ. Non enim imprimitur character nisi per sacramentum sensibile. Cuius finalis ratio non est nisi institutio diuina. Sed unde illa institutio cognoscatur; seu reuelata sit, non est certũ. Sicut omnia de charactere dicta pro magna parte uoluntaria sunt: & modica ratione fulcita. ¶ Sexto dubitatur. Vtrum character fuerit impressus animæ christi, & beatæ uirgini in eorum baptizationibus, seu baptismatibus. Creditur enim uirgo gloriosa baptizata: licet non legatur ubi, uel a quo. Respondet de Christo quod non: quia baptizatus est baptismo Ioannis: qui non impressit characterem: quia non fuit sacramentũ, nec contulit gratiã ex opere operato: sed fuit quædã pręparatio ad baptismum christi. ¶ Pretetea cũ character sit quędam potestas spiritualis ad agendũ, uel recipiendum aliquid in ecclesia. Christus aũt ab instanti cõceptionis habuit plenitudinem omnis potestatis. secũdũ illud Ioann. i. Plenũ gratię, & ueritatis. Ideo licet fuit sacerdos in ęternũ secũdũ ordinẽ Melchisedech. non tamẽ propter sacramentũ ordinis. Non.n. indiguit sacramẽto sacramẽtorũ institutor: qui etiam sine sacramentis potuit alijs conferre omnem perfectionẽ, quã cõtulit mediantibus sacramentis: quia potẽtiã suã nõ alligauit sacramẽtis. Nec iõ minus pfectus fuit: q a charactere caruit: qm̃ sicut in natura creata sunt aliquę perfectiones nõ simpliciter: sed in tali natura, q̃ sunt pfectiones supplẽtes imperfectionẽ. Ita & in gratuitis dici põt: quod est perfectio supplẽs imperfectionẽ: & ideo talis nõ cõuenit simpliciter pfecto. Nec ẽt illi psonę in qua est aliqua maior pfectio supplẽs impfectionẽ, quã sit illa impfectio: & ita carẽtia charac. in talibus non est imperfectionis: sed argumen-

Dub. 6. R

Vtrum character sit impssus animæ christi, & beatę uirg.

tum maioris inexistentis perfectionis.
Et per idem potest dici de beata uirgine
propter perfectionem gratiæ, quam ha-
buit tantam, ꝙ baptismus nihil gratię ei
attulit; si ut pleriq; opinant in conce-
ptione consecuta sit omnem gratiã, ad
quã fuit præuisa. Et per hoc, quia baptis-
mus nullã gratiã addidit: charactere nõ
impressit. Nã ut arguit Tho. Character
est regeneratorũ accipientium aliquid a
sacramẽtis. ¶ Videtur, tñ, ꝙ æque proba
bile foret de btã uirgine, ꝙ etiã recepit
characterem baptismalem: licet non re-
cepisset gratię augmentũ in eius baptiza
Dub. 7. tione. ¶ Septimò dubitatur. Vtrũ sacra-
menta iterabilia imprimant animæ ali-
quẽ ornatum loco characteris. De hoc
dubio habitum est supra dist. j. q. j. cõclu.
Dub. 8. iij. ar. ii. & ideo ibi uideatur. ¶ Vltimò du
bitatur, quę sit pœna iterationis baptis
Quæ sit pœna iterationis baptismi. mi. Respõdet, post Sco. q. viii. dist. vj. præ
mittendo, ꝙ iteratio baptismi põt fieri
ignoranter, uel scienter tam ex parte su
scipientis, quam ex parte conferentis. Et
licet communiter distinguatur duplex
ignorantia iuris, & facti: hic tñ solũ de
ignorãtia facti. In proposito enim igno
rantia iuris positiui non excusat, etiam si
foret inuincibilis. Cuius ratio: qa igno-
rantia iuris positiui infligentis pœnã pro
transgressione legis diuinę neminẽ ex-
cusat, quin pœna canonica incurratur.
Quando. n. super aliquo, quod iure diui-
no illicitum est additur pœna canonica,
ut illud euitetur: amplius non est neces
sariũ ad hoc, ut illa pœna incurratur sciẽ
tia iuris positiui: sed sufficit, ꝙ teneatur
scire præceptum diuinum. Et si illud trãs
greditur, incurrit pœnã canonicã: etiã
si nesciat illam a iure positiuo inflictã:
hoc enim modo percutiens clericum:
quia facit cõtra diuinum præceptum de
fraterna charitate: & si nesciret excom
municationem latam a canone super ta
li facto, tñ incurreret eã. Sic occidẽs ho
minẽ: licet ignoret canonẽ punientẽ ho
micidã: tamẽ irregularis est. Et est ea-
dem ratio in omnibus istis: quia talis dat
operam rei illicitæ, quã scire debet esse
illicitam: ideo in proposito non oportet
distinguere, nisi de ignorantia facti. Va-
let ad propositum. Palu. q. iiij. dist. vj. qui
uidetur concordare cũ Sco. Distingui-
tur igitur: aut factum ignoratur, aut sci-
tur: hoc est, aut ignoratur illum prius es-
se baptizatum, uel non, & nunc baptiza
ri. Et secundũ hoc respõdetur ad dubiũ:
primò, ꝙ scienter suscipiens, uel confe-
rens iterato baptismum, est irregularis:
ut habetur de apostatis. c. ex literarũ. ubi
dicitur, ꝙ talis ad maiores ordines non
potest promoueri, si publicum est: nisi ad
religionem intrauerit: ut fauore religio
nis circa eum ualeat dispensari. Et hoc
uerum est, si fiat iteratio absolute. Si. n.
propter dubium probabile reiteret ba-
ptisma sub forma capituli, de qbus est du
biũ. de baptis. & eius effectu. scilicet: Si
baptizatus es, nõ te rebaptizo. Sed si nõ
dũ baptizatus es: ego te baptizo &c. Se
cundò dicitur si rebaptizatio fiat igno-
ranter: suscipiens iteratò licet ignoran-
ter, est irregularis, & non cõferens: ut ha
betur de cõse. distinct. iiij. qui bis. ubi di-
citur. Qui bis ignorãter baptizati sunt:
non indigent pro eo pęnitere: nisi ꝙ se-
cundum canonem ordinari non pos-
sunt, nisi aliqua magna necessitas co-
gat. In tali enim necessitate dispensari
posset. Et loquuntur. c. de ignorantia fa
cti: quia si esset sola ignorãtia iuris, opor
teret pœnitere. Verum cap. illud: quia
non est summi pontificis: qui solus ha-
bet infligere irregularitatem toti eccle
się tanquam caput ecclesię: sed Theo-
dori episcopi Cantuarien. non uide-
tur sufficere ad probandum, quod di-
ctum est: unde posset dici, ꝙ ignoran-
tia facti non trufatica, sed probabilis:
sicut totaliter excusat conferentem a
pœna illa irregularitatis: sic etiam su-
scipientem. Et de hoc latius uide Sco.

QVAESTIO III.

ERTIO quęritur utrum ad A
ritè suscipiendum baptisma
tis sacramentum cognata ca
techismo, & exorcismo prę
disponere baptizandum. ¶ More solı-
to tribus articulis terminabitur quęstio.
¶ Quantum ad articulum primum, no- Arti. 1.
tandum primò secundũ ritũ baptizandi Not. 1.

Vtrū ad rite suscipiēdū baptismi sacramētum cōgruat cathechismo prędicto sponete.

quędā pręcedūt baptismum: quędam cōcomitantur: quędā subsequuntur præcedentia: ut recitat uenerabilis Hugo lib. ij. de sacramentis. par. vj. c. iij. Tria sunt usq; ad susceptionem nouitatis. i. baptismi perficienda: hoc est tria sunt præcedentia baptismum, quo homo renouatur: quibus baptizandus ad ritē suscipiēdum baptismum, pręparatur. Et consequenter annumerat hæc, subdens quibus baptizandus quasi concipitur, & nutritur: & usq; ad integritatem nouę uitæ promouetur. Hæc autem sunt catechismi, exorcismi, & orationes. Primum itaq; cathechizatur baptizandus, ut ad fidem proprio moueatur uoluntatis arbitrio. Deinde exorcizatur: ut ab eo diaboli potestas iniqua pellatur. Additur etiam oratio: ut præueniat gratia, & subsequatur, quæ uires tribuat libero arbitrio: & qua procul fiat uniuersa maligni spiritus illusio. De concomitantibus, & sequentibus dicetur in dubijs.

Not. 2. Quid catechizare.

¶ Secundō notādum, q̃ catechizare græcum est, ualens tantū secundū magistrū Hugo. ubi sup. c. lx: id est instruere. Vnde catechizatus interpretatur instructus, uel audiens. Et accipitur quādoq; generaliter pro qualibet instructione: quādoq; specialiter pro illa, quādo baptizandi prius instruuntur, & docentur, quę sit forma fidei christianæ: in qua eos saluos fieri, & sacramentum salutis suscipere oportet. Exorcizare, & exorcismus similiter græca sunt: ut dicit Hugo ubi sup. c. ix. Exorcismus adiuratio dicitur. Exorcistæ enim sunt, qui supra catecuminos, seu energuminos .i. eos qui habent spiritum immundum: inuocant nomen domini nostri Iesu Christi, diuina uirtute obiecta adiurantes eū, ut egrediatur ab illis. Est autem ut ait Alex. q. x. parte iiii. alius ordo horum in adultis, & alius in paruulis. In adultis enim præcedit catechismus: ut ipsi instruantur: non solum ad baptismum suscipiendum: sed etiam exorcismum, qualiter .n. intelligerent exorcizatio nē supra se: nisi ipsi prius instructi intelligerent, quid eis fieret. Et hunc ordinem prosequitur Hugo. unde dicit. Restē post catechizationem exorcismus sequitur: ut ab eo, qui iam instructus est fide, aduersaria uirtus pellatur. Alius est ordo in paruulis, qui non habent usum rationis, nec intelligere possunt. Vnde primò datur exorcismus, ne diabolus impediat processum ad baptismum. Hæc Alex. ¶ Tertiò notandū, q̃ ut ex dist. j. patet hæc, quæ circa ritum baptismi adhibentur, siue præcedant, siue concomitentur, siue sequantur: non sunt sacramenta propriè dicta: quia ipsa non conferunt gratiam ex opere operato efficaciter ex diuina institutione. Sed sacramentalia dici possunt: pro quanto præparant ad congruam sacramentorū susceptionem: uel ad significationem effectus sacramenti: aut ad usum, uel exercitium gratiæ in sacramēto susceptę: uel impedientium remotionem, quæ effectum habent ex institutione ecclesiæ, & eius oratione: & hoc in lege gratię. ¶ Videndū est ergo de catechismo baptismū precedente. Vbi notādū, q̃ cū catechizatio sit instructio: triplex distingui pōt instructio. Vna ad cōuersionē fidelium. Alia ad dignius suscipiendū sacramētū baptismi, quę ex usu dicitur catechizatio. Tertia ad instruendum baptizatū. Et quamuis omnes illę fieri possint per sacerdotes: prima tamen maximè eis cōuenit: quia ad eorum effectū pertinet fidem prędicare: iuxta illud Aggei. ij. Interroga sacerdotes legem. Secunda etiā quōuis fuerat antiquitus per diacones exhibita: quando adulti ad baptismum ueniebant: & magna instructione indigebāt: ne impedirentur sacerdotes a maioribus, circa quæ erant occupati: tamē quia quicquid pōt diaconus, pōt & sacerdos: etiā talis cathechizatio ad sacerdotes pertinet: maxime mō: q̃a cōsuetū ē; unde de consec. dist. iiii. c. catechismi. Catechismi baptizandorū a sacerdotibus uniuscuiusq; ecclesiæ possunt fieri: sicut in hac sancta Romana ecclesia solenniter fieri comprobatur. Tertia pertinet specialiter ad anadochum .i. patrinum in particulari: quamuis pertineat ad prælatum in communi. Hæc Richar. ar. v. q. iii. Instructio aūt catechi-

Not. 3. B Huiusmodi pcedētia nō sunt sacramēta; sed sacramentalia.

De triplici instructione.

zandorum uarianda est secundum diuersas cōditiones eorū. Vnde ut dicit Alex. aliter rudes: aliter intelligentes: aliter paruuli rationis usum habentes: aliter adulti: generaliter autem habere debēt instructionem allectiuam ad baptismi susceptionem. Et si intelligentes fuerint, instruendi sunt, qualiter a principio mūdi, deo cura est de salute humana: & qualiter prefigurauit nostrā redemptionem, & salutem per sacramenta habendā: & pueri per baptismi sacramentum: & ad fidem nostre redemptionis factę p̄ christum, & glorificationis in anima, & corpore per ipsum futuræ. Et secundum hoc beatus Aug. edidit libellum de catechizandis rudibus ad quendam dictū, Deo gratias, qui frequenter instruxit conuersos ab infidelitate ad fidē: in quo ait. Narratio plena est: cum quisq; primò catecchizatur ab eo, qđ scriptum est. In principio creauit deus cælum, & terram. usq; ad præsentia tēpora ecclesię: & hoc in quodam summario, & generali sermone, nō reuoluēdo omnes libros bibliæ: secundū ꝙ tempus, ętas, personæ cōditio patitur: ut ibi ostendit. Et hoc quidē obseruādū esset hodię: dū Iudęus, uel gentilis ad fidē cōuersus baptizādus esset aliquot diebus ante baptismi susceptionē: ut ad quęstiones ante baptismū mouēdas. Credis in deū patrē &c. posset ex intētione respōdere. Modo uero cū paruuli baptizātur: sufficit formā seruare, q̄ in agēdis describitur. de quibus infra in cōclusionibus dicetur. ¶ Consequēter notādū quartò circa exorcismū, ꝙ diabolus, qui semp inuidet saluti hominū secūdū illud j. Pet. v. Tanquā leo rugiens circuniit quęrens, quē deuoret: propter peccatū hominis potestatē recepit in hominē, & in omnia, quæ ad usū hominis ueniunt in ipsius nocumētum. Vnde circa omnia, quæ ad hominis salutem ordinantur: insidiatur ad impediendum eorū effectum. Et ea propter quia nulla est conuentio christi ad Belial: quādocunq; aliquid sanctificandum est ad cultum diuinum: & ad hominis salutem conquirendum: illud prius exorcizatur, ne diabolus impedire possit sanctificationis effectum. sicut patet in benedictione aquæ, & salis ecclesiæ, fontis baptismalis, & cęterorum sanctificatorum. Vnde cum in baptismo homo propriè deo cōsecratur, lōge magis quā res inanimatę (que cultui diuino applicantur, ac benedicuntur) etiam baptismo exorcismus pręmittitur: ut diaboli potestas fugetur: ne baptismi perfectionem impediat. ¶ Sed utrum exorcismus, qui baptismo præmittitur, effugationē diaboli tantum significet, ut fiendā in baptismo: an etiam statim efficiat: fuere opiniones: ut recitat Alexand. part. iiii. q. x. membro ii. art. ii. Nam quidam dixerunt, ꝙ exorcismus tantum præmittitur ad significandum expulsionem dęmonis a baptizando: quæ fit in baptismate: eo ꝙ ibi tollitur causa. s. peccatū, per quod diabolus potestatem accepit in homines: & in ea quæ usui eius accōmodata sunt. Et effectus non tollitur manente causa. Vnde omnes auctoritates sonantes ad hoc, ꝙ per exorcismū expellatur, seu cohibeatur potestas dęmonum: exponunt, ꝙ loquuntur per significationem: ita ꝙ exorcismus significat expulsionem postea in baptismo fiendā: & ideo dicitur expellere. ¶ Alia est opinio contraria, quę tenet, ꝙ exorcismus non solum significat: sed etiam cohibet potestatem dæmonis, & dęmonem expellit a baptizando: aliter tamē quam baptismus. Nam baptismus (quia tollit culpam tam originalem, quam actualem) pœnitus aufert potestatem diaboli a baptizato: ita ut eum tenere non potest ad consortium suæ damnationis: nisi per subsequens actuale peccatum se sponte de nouo subdat eius potestati. Et sic non expellit exorcismus: quoniam exorcizatus si morietur ante baptismum: non est liberatus ab hac potestate diaboli. Non enim exorcismus tollit culpam: neq per consequens damnationem. Tollit autem exorcismus diaboli potestatem quantum ad impediendum baptismum: insidiatur enim diabolus baptizando: & quantum ualet, & permittitur, impedit ne baptizandus consequa

Not. 4. C

Diabolus pp p̄ctūm accepit p̄tātem in hominē, & iō pręmitti tur exorcismus.

D Duplex opinio, de uirtute exorcismi.

sequatur gratiam baptismalem: uel occidendo paruulum: uel mutando adulti propositum: aut alijs doli sui artibus. Et ideo exorcismus debet præcedere baptismum: ut tollatur potestas impediendi baptismum: licet non tollatur causa scilicet peccatū unde consecutus est dæmon potestatem. Nec uniuersaliter uerum est, quod non tollatur effectus manēte causa. Potest enim tolli effectus manente eā tam in naturalibus, quam in uoluntarijs. Vnde superueniente causa fortiore effectus contrarij tollit effectum, & non causam: sicut influentia frigefactiua tollit calorem inductum a sole, sole non sublato: sic ignis tollit frigiditatem a luna, & sideribus inductā, luna, & sideribus non mutatis. Sic in uolūtarijs, quod peccatum est causa, per quam diabolus recepit potestatem in hominem, nō est ex natura peccati: sed ex uoluntaria permissione diuina, propter demeritum peccati. Ideo potest cohiberi potestas dæmonis in nocendo homini sine dimis-

Arti. 2. Cōcl. 1. sione peccati. ¶ Quantum ad secundum articulum est cōclusio prima. Nec quā-

E tum ad baptismi substantiam: nec quantum ad eius effectum, necesse est præcedere catechismum, uel exorcismum. Patet: quia sine his uerus est baptismus, & efficax. Verus: quia sine his potest esse materia debita, ministet, & intentio requisita, ex quibus constat baptismatis sacramentum efficax: quia sine his tollit culpam, & pœnam: & confert regenerationis gratiam: alioquin non sufficeret ad salutem his, qui urgente necessitatis articulo: alias rite baptizantur: cōtra illud Marc. ulti. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit.

(Margin: Nec ea techismus nec exorcismus est de substātia baptismi.)

Cōcl. 2. ¶ Secunda cōclusio. Expedit eum prius catechizati, qui debet per baptismum ad uitam spiritualem regenerari. Patet conclusio tam de adultis, quam de paruulis rationis usu carentibus auctoritate, & ratione. Auctoritate Christi Matth. ulti. Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritussancti. Dicturus (baptizantes eos) præmisit: docete: ut notetur, quod instructio fidei præcedat baptismum. Vnde Hugo. Docete: ad fidem pertinet. baptizantes ad emundationem. Item Rabanus de institutione clericorum de conse. distinctio. iiii. ante baptismum. ait. Catechizandi debet hominem præuenire officium: ut fidei primum catecuminus accipiat rudimentum. Item in eodem: Christus prius cæci nati oculos luto ex sputo facto superliniuit: & sic ad aquas Siloe misit; quia prius debet baptizandus de fide incarnationis Christi instrui: & sic ad baptismum iam credulus admitti, ut sciat, cuius gratiæ in eo est particeps: & cui iam debitor fiat deinceps. Ratione probatur: quia dispositio præcedere debet id, ad quod disponit: sed per catechismum catecuminis disponitur: ut sit magis idoneus ad baptismi susceptionem: ergo. Item specialiter quantum ad adultos probatur conclusio post Durandum, & Pet. de palud. quia in baptismo fit obligatio ad obseruationem fidei, & eorum quæ ad fidem pertinent: sed nullus debitè obligatur ad aliquid nisi sciens: & uolens: ergo congruum est, quod ea quæ sunt fidei proponantur baptizando saltem in generali: ut ipse profiteatur fidem: & obligetur ad eius obseruationem: & hoc fit in catechismo: ibi enim est instructio ex parte catechizantis: & responsio, ac professio ex parte baptizandi: & sponsio de obseruatione eius. ¶ Ostenditur etiam congruitas ex parte paruulorum. Nam sicut paruulus potest consequi salutem ex fide aliena per sacramentum baptismi: sic congruum est, ut possit obligari ad ea, quæ sunt fidei obligatione aliena. Hæc autem fit per anadochum idest, patrinum, cui proponuntur rudimenta fidei: & obligatio obseruandi, quæ sunt fidei, quæ ex persona pueri respondet: profitetur, & ipsum puerum licet ignorantem, & non consentientem obligat. Et hoc quidem fieri potest in his, quæ sunt de necessitate uitæ: & per quæ conditio paruuli melioratur: & ad quæ generaliter omnes tenentur. Sicut etiam

tutor pupilli potest obligare pupillum in his, quę necessaria sunt ad conseruationem temporalium, secundum leges humanas: multò magis patrinus quasi tutor spiritualis obligare potest paruulum in his, quæ sunt necessaria ad uitam spiritualem ęternam: secus tamen in his, quæ non sunt necessitatis: sed supererogationis sicut ingressus religionis, ac peregrinationis. Ad hęc enim parentes paruulos suos ignorantes obligare non possunt. Nunc autem credere, & quæ fidei sunt, obseruare: necessaria sunt ad uitam spiritualem: ad quæ omnes tenentur, qui uoluerint saluari: etiam si speciali, & speciali uoto non obligarentur. Ideo ad hæc potest paruulus ignorans, & non consentiens obligari per alium: quia per hanc obligationem conditio pueri non fit deterior: sed melior. Hæc est sententia Alexan. & Thom. ¶ Tertia conclusio. Exorcizatio ne tam paruulis, quam adultis ante baptismum adhibenda, cohibetur potestas dęmonis: ne impediat sacramentum tradi baptizandis. Probatur conclusio quantum ad primam partem: quod exorcismus pręmitti debet baptismo auctoritate Cælestini papę de conse. distinctio. iiij. siue paruuli. dicentis. Siue paruuli, siue iuuenes ad regenerationis ueniant sacramentum: non fontem uitę prius adeant: quam exorcismis, & exufflationibus clericorum, spiritus immundus ab eis abigatur. Item Rabanus de institutione clericorum. eadem dist. postquam. ait. Postquam se baptizandus per confessionem ueræ fidei in alterius commendauerit dominium: & per abrenuntiationem prioris possessoris se alienauerit seruitio: exufflatur ab eo potestas sęua: ut per puti sacerdotis ministerium spiritui sancto cedat fugiens malignus spûs. Itē Aug. de symbolo lib. j. ea. dist. sicut nostis. Sicut nostis fratres charissimi, paruuli exorcizantur, & exufflantur: ut pellatur ab eis diaboli potestas inimica, quæ decepit hominem, ut possideret homines: non ergo creatura in infantibus exorcizatur, aut exufflatur: sed ille, sub quo sunt, qui sub peccato nascuntur. Ex his, & alijs pluribus sanctorum auctoritatibus patet etiam secunda pars cōclusionis: scilicet, quod per exorcismum cohibetur potestas dęmonis: ut non impediat baptismum conferendum. Quod etiam expressē dicit Rabanus ubi. supra. Exorcizatur baptizandus, ut diabolus suam nequitiam cognoscens iustū super se dei iudicium timens recedat ab homine: nec iam contendat eum arte sua subuertere, ne baptismum consequatur: sed magis honorē deo creatori suo exhibens, reddat opus deo factori suo. Et Greg. super Ezech. homil. xxiiij. Sacerdotes eū per exorcismi gratiā manū credentibus imponunt: & habitare malignos spûs in eorum mentes contradicunt: quid aliud, faciunt, nisi quod dæmonia eijciunt. Et idem probatur per uerba, quæ in exorcismo proferuntur per modū imperij, & non tantū per modum orationis. Vnde dicit. Exi immunde spiritus: maledicte discede da locum spiritui sancto &c. quæ frustra dicerentur, nisi aliquē effectū haberēt. ¶ Facit ad idē figuratio baptismi in submersione pharaonis in mari rubro. Nā pharao, qui diabolum significat: prius flagellatus est: & postea totaliter in mari submersus est. Vnde & Cyprianus. Per exorcismos uoce humana, & uirtute diuina flagellatur, uritur, & torquetur diabolus. Sic ergo per exorcismos tollitur aliquid potestatis diaboli: ut non tātum sæuire possit, quā tū faceret in non exorcizato: licet non penitus tollatur, sicut in baptismo, ut dictum est in notabili. Nec huic contrarium est, quod quandoq; fit exorcismus post baptismum: quando scilicet propter necessitatem iminentis periculi, paruulus continuo baptizatur non pręcedente catechismo, nec exorcismo: quia tunc non fit exorcismus ad tollendam diaboli potestatem, ne impediat baptismum, qui iam datus est: sed ut seruetur uniformitas in modo baptizandi: & tunc tantum significat. Vel, quod etiam tunc aliquo modo cohibet diabolum, non ut non impediat baptismum: sed ut minus impugnet baptizatū. Neq; enim baptismus sic ex-

Cōcl. 3.

F

Exorcismus debet præcedere baptismum.

cludit potestatem diaboli, ut nullo modo impugnet. (Non enim cessat insidiari baptizatis: habet enim fiduciam, ut iordanis influat per os eius (Iob. xl.) id est insidiatur, ut peruertat baptizatos) sed eo modo excludit, ut non ad damnationem trahat (ut sup. dictum est in notabili) & etiam insidiandi potestatem minuit. Propter hoc etiam per aquam benedictam baptizati aspergimur: ut potestas impugnandi reprimatur, non penitus tollatur: manet enim aliquo modo ad nostri exercitium: ut repugnando mereamur gratiæ augmentum, & gloriæ. Quod uero præpositiuus dixit: q exorcizatus ante baptismum discedens minores tenebras patietur: non est probabile: quia tenebræ istę in sola carentia diuinę uisionis consistunt: & hæc in omnibus paruulis absq; baptismo defunctis ęqualis erit: cum præter illam carentiam, nullam aliam pœnam sensibilem patientur. Vnde dicit Alex. q non intelligat, unde præpositiuus hoc acceperit. Et in talibus non sunt adinuentiones nouæ faciendæ.

Arti. 3. Dub. 1. ¶ Quantum ad tertium articulum dubitatur primò circa cathechismum: quomodo uera sit responsio patrini, qui respondet: credo, abrenuntio. Satis ad hoc uidetur respondere magister in textu. Vnde patrinus cum terù respondet, credo: respondet in persona pueri, & persona sui (ut dicit Alexand.) alio tamen & alio intellectu. Nam ut dicit: credo, in persona pueri. uel refertur ad tempus pręsens: & tunc ualet tantum (secundum Aug.) credo .i. sacramentum fidei recipio: & hoc uerum est. Nam paruulus recipit baptisma, quod dicitur, & est sacramentum fidei. Si uero refertur ad futurum. Et eum quæritur: Credis in deū patrem omnipotentem: tunc sensus est: quando ad perfectam ætatem peruenero, fidei consentiam: ut Dionysius exponit. Et hoc profiteri potest patrinus ex proposito solicitudinis circa ipsum exhibendę, ut instruatur, & credat. Itē in persona sua respondet patrinus: ut dicit Alexand. quoniam sic respondendo se obligat ad instruendum eum in fide: quando opportunitas se offert. Et est sensus. Credo, idest me & puerum ad credendum obligo. Me, ad instruendum eum in fide. Vnde si puer non instrueretur in fide ab alijs, puta parentibus cohabitantibus, uel sacerdotibus: patrini tenentur illos instruere rōtione necessitatis. Puerum uero obligat ad credendum, cum habebit usum rationis, ex hoc q sacramentum fidei suscipit. Sic de illo cum ait. Abrenuntio sathanæ, & pompis eius, idest obligo puerum ad abrenunciandum: & me ad procurandum possetenus, ut abrenūtiet cum ad usum rationis perueniret per informationem, & exhortationem. Et sic responsiones illę uerę sunt. Ex quo etiam patet obligatio patrini, qua obligatur pueto: dum non sint alij eius uicem supplentes. Nec moderno tempore periculum est patrinis: quia cū parentes pueri sint christiani: latis probabiliter potest æstimari, q eum in fide nutrient: & q ab alijs, quibus coniunctus est, fidem addiscat. Secus autem erat in primitiua ecclesia: ubi paruuli cū infidelibus conuersabantur. ¶ De hac patrinorū obligatione sic loquitur Hugo. lib. ij. de sacramentis parte vj. cap. xii. Patrini uocantur, qui paruulos ad baptismum offerūt: & pro ipsis spondēdo quasi fideiussores ad deum fiunt. Hi propterea patrini uocantur: quia regenerandos ad uitam nouam offerunt: & quodammodo auctores fiunt ipsius regenerationis nouæ: de quibus placuit patribus, ut per singulos baptizandos patrini singuli admitterentur .i. unus tantum: siue uir siue mulier: propterea fortaslis ne spiritualis cognatio, cui reuerentiam exhibere oportebat: passim diffusa in matrimonij copula obesse potuisset. Sed quædam ecclesiæ hanc consuetudinem non seruant plures ad susceptionem paruulorum admittentes: & hoc similiter sancitum est, ut alium in baptismate, uel confirmatione in filiolum non suscipiat: qui ipse baptizatus, uel confirmatus non est. Et sequitur. Patrini fideiussores sunt pro his, quos in baptis-

G Quō responsio patrino rū intelligenda pro pueris.

mo susceperunt: ut eos, cum ad legitimam ætatem peruenerint: admoneant fidem rectam, & conuersationem bonã custodire. ante omnia symbolum, & orationem dominicam ut ipsi teneant, & eis insinuent, pro quorum fide sponsionem fecerunt. Hæc Hugo. Et habetur de consecr. dist. iiii. uos ante omnia. Per quid autem contrahitur paternitas, quę impedit matrimoniũ contrahendum, & soluit cõtractũ: dicetur inf. dist. xlii. ¶ Secundo dubitatur circa exorcismum. Vtrũ exorcismus cohibeat potestatem dæmonis uirtute naturali, uel supernaturali. ¶ Circa hoc fuit opinio quorundam (ut recitat Richar. art. i. vj. quæst. j. & Pet. de palude q. iiii. iuxta finẽ) ꝙ exorcismi naturali uirtute expellunt ab eo, qui exorcizatur diaboli potestatem. Allegãt ad hoc, ꝙ sonus citharę expulit spiritum malũ a Saul: ut habetur j. Regũ xvi. & Tobię c. viii. habetur ꝙ odor incensi iecoris cuiusdã piscis fugabat dęmonem. Vigorosior autẽ est uox humana sono citharę, & odore iecoris. Item exorcismi Salomonis fugabant dęmones: ut dicit qdã glos. in actibus &c. ergo magis exorcismi ecclesię. Et Guido in sua musica uidetur dicere: ꝙ quidam dæmones sonos musicos sustinere non possunt. Modum etiam nituntur aperire. Nam quia sonus uerborum est ab homine composito ex corpore, & spiritu: ideo ex causa spirituali contrahit uirtutem aliquam spiritualem: ratione cuius potest agere in spiritum: .s. dęmonem. Etsi non potest totaliter uincere penitus auferendo potestatem diaboli: tamen potest eam debilitare, & impedire. ¶ Sed hæc opinio caret fundamento. Nam uirtus spiritualis non potest recipi in subiecto materiali. Nullibi enim hoc conceditur, nisi de corpore humano, quod informatur anima intellectiua, quę est spiritualis: & hoc ipsum est difficile intellectu. Præterea si uerba exorcismi naturaliter agerent in dęmones: tunc omnia uerba eiusdem speciei essentialis similiter agerent: quia actio naturalis consequitur speciem. Sed omnia uerba ab eodem prolata sunt eiusdem speciei essentialis: quia non sunt nisi aer fractus in ore loquentis. Aer autem est unus, & non diuersus secundum speciem. Pręterea non uidetur aliqua contrarietas in uerbis naturæ dæmonum: propter quam dæmon compelleretur fugare a possesso. ¶ Ideo illa opinione dimissa, dico cum Albert. & Richard. & Pet. de palud. quæst. iiii. iuxta finem: ꝙ exorcismus non expellit, nec cohibet potestatem dæmonis per aliquam uirtutem sibi tãquam subiecto inexistentem: neq; naturalem: neq. supernaturalem: sed ex diuina uirtute sibi ex decreto diuinę misericordiæ assistente. sicut etiam sup. dictũ est de sacramentis sic intelligendo (ut dicit Rich. & Pet. de pal.) ꝙ diuina uirtute arctatur diabolus, ne de cętero (cæteris paribus) tantum possit contra exorcizatum: quantum posset, si exorcizatus non esset: & hoc maxime (ut dictum est) impediendo baptizandum a susceptione baptismi, & eius effectu. Nec propter hoc exorcismus est sacramentum nouæ legis: quoniam non est signum efficax a deo institutum gratiæ ex opere operato conferendę. Non enim institutus est immediatè a deo, sed ab ecclesia, cui tamen Christus assistentiam promisit. Nec præstat gratiam: sed tollit impedimentum gratię per baptismum conferendę modo prędicto.

Dub. 2. H Vtrum exorcismus cohibeat ptãtem aduersarij per uirtutem naturalẽ, ac supernaturalem.

I ¶ Per hoc ad motiua opin. ad illud de cithara Dauid, & odore incensi iecoris, dicitur: ꝙ ista non fugabant dęmonia uirtute eis inexistente: sed fugatus fuit dęmon a Saule uirtute diuina, & merito futuro passionis christi, quę significabatur per citharam, & chordarũ tensionẽ in ea. Nam per citharam ligneam, figurabatur crucis lignum, & per tẽsionem chordarum extensio mẽbrorum christi in eo: uel merito Dauid, qui uexato Saule canebat laudes diuinas in cithara orãdo pro Saule, quo impetrauit quietem Sauli a diabolica uexatione. ¶ De odore iecoris dicitur: ꝙ odor ille non expulit dęmonem: sed meritum orationis Tobiæ: quod per fumi odorem significabatur. Vnde ibi dicitur

Quõ Dauid psallẽdo in cithara, & odor iecoris expulit dęmonẽ.

tur, ꝙ angelus Raphael apprehendit dæmonem, & relegauit in superioribus Aegypti. Vnde patet: ꝙ non uirtute iecoris: sed uirtute sancti angeli uoluntatem diuinam exequentis, fuit demon ille expulsus, & hoc merito orationis. quod etiam factum fuisset: si oratio eadem, & diuina ordinatio sine iecoris incensione facta fuisset: ut dicit Lyra ubi sup. Dicit tamen Lyra in postilla super cap. xvi. primi Regum: ꝙ duobus modis corporalia possunt naturaliter impedire afflictionem demonis. Nam demones non possunt res corporales pro libito suę uoluntatis transmutare: nec sua uirtute possunt: sed tantum applicare possunt actiua naturalia passiuis: ut dictum est in ii. lib. Actiua autem naturalia requirunt dispositionem suæ actioni conuenientem in patiente. Et cum hec dispositio per corporalia impeditur: impeditur etiã actio afflictiua per demonem comparata. Hinc lunatici secundum aliam, & aliam dispositionem humiditatis cerebri, quę influxum lunę sequitur: plus uel minus patiuntur demonum uexationes. & sic sonus, uel odor, aut aliud sensibile, potest causare aliquam dispositionem in homine, per quam minus aptus est suscipere afflictionem demonis. Secundo modo potest hoc contingere: quia afflictio, ut sentiatur, requirit perceptionem disconuenientis: sicut delectatio conuenientis. Vbi enim nulla est perceptio: nulla est afflictio: nec delectatio: ideo quod diminuit perceptionem conuenientis, uel disconuenientis etiam diminuit afflictionem, uel delectationem: & per hoc sonus, uel aliud sensibile attrahens attentionem afflicti ad se: auertit ipsum ad minus attendendum ac percipiendum afflictiuum, & hoc aliqualiter minuit afflictionem. ¶ Sed quia ad assistendum homini: dæmon non requirit aliquam dispositionem in homine: sed tantum ad operandum: ideo per nullam rem corporalem, uel sensibilem potest expelli ab obsello: sed solum uirtute diuina immediate, uel mediantibus angelis sanctis: quod fit quandoq; ex merito alicuius deuoti orantis: aut deum obsecrantis pro salute obsessi. ¶ Ad aliud de exorcismis Salomonis dicitur: ꝙ fecit eos tempore, quo habuit spiritum dei: tunc illis pellabatur dæmon uirtute diuina: sicut nunc per exorcismos ecclesię. Si uero fecerat eos, postquam factus est idololatra: & eisdem expellebantur dæmones: illud factum est arte magica, p quã dæmones fingunt se expelli quasi coactos, ut homines teneãt in errore. ¶ Ad illud, qđ adducitur de Guidone in sua musica dicitur: etsi Guido hoc dicit, nullius est auctoritatis in theologia: possunt tamen modi musici modo prædicto impedire operationes: demones non expellere: & ita posset exponi Guido, qui eum uoluerit in hoc dicto saluare. ¶ Dubitatur tertió de ritu baptizandi, & de eius ratione. Ad quod dicitur, ꝙ in ritu baptizandi quædam adhibemur ad disponendum baptizandum, ut cathecismus: quędã ad impedimenta remouendum, ut exorcismus: quædam ad significandum, & commouendum: quæ omnia cũ suis significationibus breuiter recitat uenerabilis Hugo lib. ij. de sacra. par. vj. x. & xj. cap. ita dicens. Signatur primó baptizandus signaculo crucis in fronte, in pectore, in oculis, in naribus, in auribus, in ore: ut totius corporis sensus hoc signaculo muniantur, cuius uirtute omnia nostra sacramenta cõplentur: & omnia diaboli figmẽta frustrãt. Postea datur sal benedictũ in os: ut sapientia conditus, fetore careat iniquitatis: & ultra non putrescat a uermibus uitiorum. Deinde exufflatur malignus spiritus foras: ut spiritus spiritui pellatur. Postea tanguntur & aures, & nares cum saliua: ut tactu supernę sapientiæ & aures eius aperiantur ad audiendum uerbum dei: & nares similiter ad discernendum odorem suauitatis uitæ, & mortis: hoc est sacramentum apertionis, quod dominus in euangelio Marc. vii. significauit: quando aures, & os tetigit surdi, & muti dicens. effeta, quod est aperire. Sequentia

De exorcismis Salomonis.

Dub. 3. K

De ritu & significatione eorũ, quę siũt in baptismo.

ex ca. xj. sumpta sunt. His completis uenit sacerdos ad fontem, & consecratur fons in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: ut sanctitas sacramēti nō ex eo, q ministrat: sed ex eo, qui sanctificat, constare sciatur: sicut scriptum est. Hic est, qui baptizat. Traditur etiam nouæ uitę auditoribus symbolum fidei: in quo apostolicę doctrinæ forma consistit. Postremō oblatus ad baptismum paruulus, & interrogatus a sacerdote si abrenūtiet sathanę, & omnibus eius operibus, & pompis. per ora gestantium respondet: abrenuntio: ut qui aliena iniquitate obligatus est: aliena fide, & confessione soluatur. Si autem fuerit adultus: respondet p seipso. Post abrenuntiationem factam, ungitur oleo sancto in pectore: ut tunc muniatur aduersus hostem: ne deinceps immūda, & noxia persuadere possit. Vngitur, & inter scapulas, ubi est uigor portandi onera: ut fortitudinem accipiat ad portandum onus domini. Deinde interrogatur, si credat in patrē, & filiū, & spiritumsanctum unam esse ecclesiā catholicam: remissionem peccatorum: & uitam æternam. Sub hac ergo fidei responsione, trina immersione, a sordibus abluitur uetustatis, & nouum hominem indutus, tridua ne morti christi consepelitur: sicut ait apostolus ad Roma. vj. Quicunq; in christo baptizati sumus: in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum christo per baptismū in mortem: ut quomodo christus resurrexit a mortuis: ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Trina etiam immersio est cogitationis, locutionis, & operationis emundatio. Completis sic baptismi sacramentis postquam baptizatus a fonte ascendit: sacro chrismate in uertice ungitur: ut spiritum christi participando merito deinceps christianus appelletur coheres regni & gloriæ sacra unctiōe effectus. Deinde tradit christiano uestis candida: ut qui primæ natiuitatis decorem uetustatis pānis offuscauerat: habitu regenerationis gloriæ præferat indumentum. Tegitur etiam post sacrā unctionem sacro uelamine eius caput: ut intelligat se diademate regali, & sacerdotali potiri. Ad ultimum datur cereus accensus in manus eius: quatenus implere doceatur illud euangelicū, quo dicitur Matt. v. Sic luceat lux uestra coram hominibus: ut uideant opera uestra bona: & glorificent patrem uestrum, qui in cęlis est. Hanc igitur lampadem si inextinguibilem seruauerit: inter uirgines sapientes cum sponso cœlesti ad nuptias introibit. Hæc Hugo. Et succinctē eadem recitat Pe. de. palu. q. iiij. In ecclesijs autem ubi est consuetudo, aliquod horū omittere, ait Richar. aut aliter ordinare, in his cerimonialibus seruanda est consuetudo: quia illa non pertinent ad essentiam baptismi, quia sine illis uerum conferri potest baptisma, sed pertinent ad sacramenti solennitatem. Peccaret tamen sacerdos hæc cum proposito omittens contra morem suæ ecclesiæ casu necessitatis excepto. Et tantum de illa quæstione, & tota materia sacramenti, fidei quo initiamur, ut simus christiani.

¶ DE SACRAMENTO confirmationis.

DISTINCTIO. VII.

NVNC de sacramento cōfirmatiōis &c. Supra magister determinauit de sacramento baptismi, quod est sacramentum intrantium ecclesiam, quæ est cetus fidelium. Consequenter in hac di. vij. agit de sacramento confirmationis: quod est progredientium ad fidei robur: & gratiæ profectū. Et continetur sententia textus in subditis tribus conclusionibus. ¶ Prima cōfirmationis sacramentum sub determinata forma est a solis episcopis conferēdum. ¶ Secunda in confirmatione datur spiritussanctus ad robur baptizatorum, qui in baptismo donatur ad remissionem peccatorum. ¶ Tertia sacramentum confirmationis initerabile a ieiunijs accipiendum, & dandum: dignius

est baptismo non utilitate: sed propter ministrum corporis membrum chrisma te unctum: ac collatę gratiæ augmentum. Has succinctèq prosequitur textus.

¶ DE CONFIRMATIONIS sacramento.

QVAESTIO. VNICA.

A Vtrum confirmatio sit sacramentum. CIRCA distinctionem istã quæritur. Vtrum confirmatio sit sacramentum nouæ legis irreiterabile, a solis episcopis dispensabile. ¶ More soliro præmissis notabilibus pro articulo primo: subiungenrur conclusiones pro secundo. & mouendorum dubiorum solutiones pro articulo tertio. ¶ Notandum

Arti. 1. Nota. 1 quoad primum: φ confirmatio hic non accipitur pro constanti firmitate in bono quemadmodum beati dicuntur confirmati: nec pro signo talis confirmatio nis. Sed hic accipitur pro quadam unctione, quæ dicitur esse unum de septem

Confirmationis diffinitio. sacramentis ecclesiæ. ¶ Et hæc potest sic describi conformiter ad diffinitionem baptismi supra dist. iij positam. Confirmatio est unctio hominis uiatoris baptizati aliqualiter consentientis: uel ante susceptionem rationis usum non habentis, facta in fronte in figura crucis cum chrismate sanctificato, a ministro idoneo, simul cum debita intentione, certa uerba proferente, ex institutione diuina: significans unctionem animæ per gratiam roborantem, ad confitendum fiducialiter christi fidem. Diffinitio hæc causalis est tangens materiam, ministrum, formam suscipientē, modū, & finem. ¶ Vnde dicitur primò: unctio, quo tãgitur materia propinqua: eo modo loquendi de materia: ut supra dictũ est de baptismo distinct. iij. q. j. quæ hic habere uolo pro repetitis. ¶ Tangitur ēt quidditas confirmationis: nam confirmatio non est res permanens, puta chrisma: sed operatio trãsiens id est unctio, seu actus ungendi in fronte &c. ¶ Dicitur hominis baptizati: quia non baptizatus confirmari non põt: sicut nec ordinari: nec aliud sacramentum in operatione consistens suscipere: cum baptismus est ianua, & fundamentum cæterorum sacramentorum: ut dicitur de conse. dist. iiij. cum itaq; in fi. ¶ Dicitur: in operatione consistēs propter sacramentum eucharistiæ: quia cum illud nõ consistit in operatione circa suscipientem, nihil præsupponit in eo: ideo non baptizatus: immo animal brutum si suscipiat species sacramentales eucharistiæ: uerum suscipit sacramentum: nam species sunt sacramentum, etiam non susceptæ. secus de alijs sacramentis. Illa enim consistunt in operatione circa suscipiētem: ideo prærequirunt baptisma in eodem, ut sint sacramenta. Etiam matrimonium etsi sit apud infideles: non tamen apud eos est sacramentum ut infra dicetur. Et de hoc uide Alexã. parte iiij. quæst. xxviij. membro. ij. arti. ij. concordat sanctus Bonauen. dist. præsenti arti. ix. & Tho. q. iiij. arti. iij. dist. vij. in scripto. iiij. ¶ Dicitur aliqualiter consentientis &c. eodem modo siquidem requiritur consensus in suscipiente sacramentum confirmationis: sicut requiritur in suscipiente baptismum: de quo supra di stin. iiij. ¶ Dicitur uiatoris: eadem ratione, qua in baptismatis diffinitione. ¶ Dicitur facta in fronte: ubi notatur determinata pars corporis, in qua si non fieret: non esset confirmatio Nam unctio cum chrismate (quæ fit in uertice baptizato pro uero a sacerdote baptizante) non est confirmatio. Cuius ratio est institutio diuina. Congruitas uero secundum Rich. hæc est: quia cum hoc sacramentum ordinetur ad fiducialiter sine timore, & sine erubescentia fidem confitendum quantum ad articulum mortis christi in cruce: & signa timoris, & erubescentiæ maximè appareant in fronte. Ideo qui cõfirmatur, ungitur chrisмate in fronte per modum crucis: ut sibi ostendatur, φ confiteri debet crucem christi sine timore, & erubescentia & ut ibi adhibeatur remedium, ubi apparet radix deficiendi: scilicet timor, & erubescentia. Nam propter hæc duo: scilicet timorem mortis, & timorem con- B

fusionis seu ignominiæ, qui dicitur erubescentia: impeditur homo ne liberè, & apertè confiteatur fidem nominis christi. Hæc autem duo apparent in fronte: quia (ut dicitur .iiij. Ethi.) timentes in fronte pallescunt: & uerecundati rubēt. Et quia frons magis patet: & est uicina imaginationi, ex qua procedunt passiones illæ: & etiam magis apta unctioni, quæ omnia simul nō inueniuntur in alio membro: scilicet corde, uertice, uel lingua. ¶ Dicitur in figura crucis: sic. n. concordat formæ: in qua dicitur. Signo te signo crucis: alioquin nisi sic fieret, forma non esset uera. De hoc etiam Stephanus papa (de conse. dist. v. Nūquid) ait. Nunquid non omnia chrismata sacerdotalis ministerij crucis figura perficiuntur. ¶ Dicitur cum chrismate: nā si fieret cum oleo sancto, aut oleo infirmorum non esset sacramentum. Cuius ratio principalis non est nisi institutio diuina. ¶ Adducuntur autē rationes cōgruitatis ex fine huius sacramenti significando. Chrisma est unguentū ex oleo oliuarum, ac balsamo confectum. Vnde Rabanus de naturis rerum lib xviij. c. vj. Balsamus in chrismatis confectione, liquore oliuæ commisceri, ac pontificali solet benedictione consecrari: quatenus fideles omnes in impositiōe manus sacerdotalis, qua spiritussanctus accipitur: hac unctione signentur. Chrisma itaq; conuenienter significat finē, siue effectum huius sacramenti. Nam (ut dicitur de sacra unctione. §. Per frontis.) per confirmationem spiritussanctus datur ad augmentum: ut liberè confiteatur, quod credit: quia corde creditur ad iustitiam: ore autem fit confessio ad salutem: ut ibidem præmittitur. Hæc autem includunt interiorem conscientiæ nitorem per puram fidem. ¶ Oleum uero cum sit pingue, & conuenientissimū ignis pabulum, & nitidum, conuenienter repræsentat gratiæ pinguedinē: charitatis feruorem: & fidei interiorem nitorem. Balsamus autem cum sit maximè odoriferus, & a corruptione præseruatiuus: conuenienter repræsentat bonum odorem famæ fidei, qui diffunditur per confessionem oris, qua audientes præseruantur a corruptione erroris. Et quoniā proprietates olei perfectius inueniuntur in oleo oliuæ, quam in alio: unde & antonomasicè oleū dicitur. Et ideo chrisma, quod est determinata materia huius sacramenti, non ex quocunque oleo: sed ex oleo oliuę, & balsamo conficitur. De hoc etiam de sacra unctione. §. ad exhibendum circa principium. ¶ Dicitur, sanctificato: quia ut chrisma sit materia cōfirmationis: non sufficit, ꝙ sit confectum ex oleo, & balsamo: sed necesse est, ut sit consecratū ab episcopo. Cuius ratio (ut supra) est diuina institutio. Ad quod adducitur congruentia quædam (ut dicit Richar. q j. arti. j. post sanctū Bonauen. & Sco.) quia hanc materiam christus tactu mundissimę carnis suæ non sanctificauit: sacto eam determinans ad hoc sacramentum, sicut facto determinauit aquam ad baptismum: & panem, & uinum ad eucharistiæ sacramentum: sed inspiratione, uel præcepto. Ideo episcopi non ualentes solo tactu suo hanc materiam consecrare, eam consecrant per benedictionem. ¶ Sed hanc congruentiā reprobat Pe. de palude. q. j. arti. ij. dist in. præsentis, & Duran. quia sic aqua baptismatis non deberet benedici: cū sit consecrata per contactum corporis christi quia sic fieret iniuria cōsecrationi christi: sicut ipsi aiunt, ꝙ christus non est usus uisibili, & exteriori unctione: ne fieret iniuria interiori unctioni, qua unctus est præ consortibus suis. Ideo dicit aliter Duran. & Pe. de pal. sequentes in hoc sanctum Tho. dist. præsenti. q. ij. ar. iij. ꝙ in quocunq; sacramento minister est determinatus aliqua ordinatione; requiritur etiam materia determinata aliqua benedictione: quia materia est, quasi instrumentum, quo utitur minister, quod debet congruere ministro. Ideo cum confirmatione determinatur minister certi ordinis; scilicet episcopus de necessitate: ideo oportet materiam eius scilicet chrisma determinatæ benedictione etiam de necessitate. Baptismus autem: quia potest ministrari ge-

Marginalia (left): In fronte tātū fit confirmatio, & quare sic. — Cur de oleo, & balsamo.

Marginal letter (right): C

ri generaliter per quemlibet: licet de solennitate eius sit, ꝙ ministretur per sacerdotē: ideo materia eius est qualibet aqua elementaris: licet propter eius solennitatem benedicatur: non tamen requiritē necessario aquę benedictio. ¶ Sed hoc minus ualet (ut etiam deducit Pe. de pal. ubi supra.) quia ex hoc sequeref, ꝙ eucharistia non posset confici nisi in pane, & uino prius benedictis. Similiter ordines conferri non possent nisi materia: puta urceoli, claues, liber euangelij, panis & uinum, quæ sunt materię ordinum: prius essent benedictæ: quod patet esse falsum. Et probatur consequentia: quia minister eucharistię, & ordinum est determinatus ordinatione: quia necessario est presbyter, uel episcopus: ideo magis placet prima congruentia. Et ad eius improbationem dicitur: ꝙ non propter iniuriam sacramenti cauendam requiritur necessario benedictio: sed quia non est necessarium, ut benedictum seu sanctificatū iterum benedicatur: licet hoc propter solēnitatē fieri posset. Sed nec in hoc fieret iniuria sacramento, uel rei consecratę: quia tunc dicitur fieri iniuria rei consecratæ: quādo idem genus cōsecrationis repetitur: non quando aliud, & aliud: maximè quādo unum ordinatur ad aliud: de hoc latè in Pet. de palu. ubi supra. Verū quicquid sit de his congruitatibus: ratio (ut dictū est) est institutio diuina. ¶ Dicitur consequenter in diffinitione confirmationis, a ministro idoneo: & non dicitur, ab episcopo: quia quis minister sit idoneus de necessitate sacramēti, sunt opi. apud aliquos, ut dicetur. Ideo ut diffinitio cuilibet opi. seruiat dicitur: a ministro idoneo, fine ulteriori determinatione. ¶ Dicitur simul cū debita intentione: quia sine debita intentione ministri (quæ est uelle facere, quod ecclesia intendit) nō est sacramentum per omnia: sicut dictū est in baptismo de intentione baptizantis. ¶ Dicitur certa uerba proferētis: ubi tangitur forma huius sacramenti, quæ est. Signo te signo crucis. Confirmo te chrismate salutis, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, amen. In qua forma tangitur finis huius sacramenti, ad quem institutum est quæ est confessio fidei christianæ: cuius tota summa consistit in passione christi: ut innuit apostolus. j. Cor. ii. Non iudicaui me aliquid scire inter uos: nisi iesum christū, & hūc crucifixum. Habet etiam huius articuli confessio maiorem difficultatem: quia sicut dicitur ibidē. c. j. Nos autem prædicamus christum crucifixum: iudęis quidē scandalum: gentibus autē stultitiam. Et hic finis tangitur, cum dicitur. Signo te signo crucis, ut crucis uerbum nō erubescat, sed publice confiteatur. Tangitur etiam sacramentalis actus, cum dicitur: confirmo. i. sacramentum confirmationis trado. Tangitur materia, cum dicitur: chrismate. Tangitur etiam res sacramenti, cū dicitur: salutis. Tangitur quoq; causa principalis sanctificans: in nomine patris &c. Quod aūt hæc sit forma: ratio est (ut in pluribus) institutio diuina. Verum quidam loco uerbi signo, dicunt consigno, (ut Pet. de pal. & alij) & loco dictionis salutis, dicunt sanctificationis. Et non refert: quia illa uerba eundem sensum habent. & manente perfectè eadem sententia: manet eadem forma, sicut supra dictū est de baptismate. ¶ Dicitur simul: quia necesse est ut concurrant pro aliquo instanti temporis: intentio, unctio, & uerborum prolatio, ita ut nullū horū pfectè finiatur sine alijs: quin ad minus alia sint incepta: ut in simili dictum est de batismo. ¶ Dicitur ex diuina institutione significans: ubi tangitur auctor, & institutor huius sacramēti. ¶ Verum de hoc recitat Alex. par. iiii. quęstio. xxii j membro. j. & post eum sanctus Thom. tres opi. Vna est, quam tenet Alexan. ꝙ sacramentum illud nouo est institutum neq; a Christo: neq; ab apostolis. Tum quia non legitur in scriptura, quando, uel ubi. Tum quia neq; Christus: neq; apostoli usi sunt hac materia: neq; hac forma: sed sola manuum impositione. Nam de Christo legitur Matth. decimonon, quòd paruulis sibi oblatis manus imposuit. Similiter de Apostolis Actuum. viii. &. xix. ꝙ apostoli ba-

De forma sacramēti cōfirmationis. D A quo hoc sacramētū institutum sit.

prizatis imponebant manus, ut acciperent spiritumsanctum: quod non potest intelligi de acceptione spiritussancti ad robur, qui est effectus confirmationis. Nam & in baptismate datur spiritussanctus non ad robur: sed ad remissionem peccatorũ: quę fieri nõ põt sine spiritus sancti acceptione. Sed dicit, ꝙ confirmatio instituta est ab ecclesia in concilio Meldensi. Vnde dicit Alexan. Sine praeiudicio dicendum: ꝙ neq; dominus hoc sacramentum instituit: neq; dispẽsauit: neq; apostoli. Ad cuius declaratio nem subdit. Post ascensionem domini congruebat apostolos confirmari: & illis spiritumsanctum dari ad robur. Vnde Ioan. vij. Spiritussanctus nondũ erat datus: quia Iesus nondum erat glorificatus. Nõ (inquam) in plenitudine, uel ad robur, sicut fuit datus in die penteco stes. Vnde apostoli confirmati sunt spiritusancto immediatẽ sine ministro, & sacramento: & ipsi deinde confirmabãt sine sacramento: sed postquam apostoli (qui erant bases ecclesiae: qui adhuc nõ erant praelati, & a spiritusancto confirmati) defecerunt: institutum fuit hoc sacramentum spiritussancti instinctu in concilio Melden. quantum ad formam uerborum, & materiam elementarem, cui etiam spiritussanctus contulit uirtutem sanctificandi. Haec Alex. Hanc opi. sequitur sanctus Bonauent. ¶ Secunda opinio tenet; ꝙ sacramentum illud sit institutum ab apostolis, & ab eis collatum, & ministratum, qui fuerunt quasi bases ecclesiae. Ambas has opiniones reprobat sanctus Tho. Nam cum fundamẽtum cuiuslibet legis in sacramentis consistat; sacramenta non possunt institui nisi per legislatorem. ¶ Sed quoniã neque ecclesia est legislatrix: neq; apostoli legislatores; licet dicantur ecclesiae bases: ideo sacramenta instituere non potuerũt. Sed illius est instituere, cuius est sacramentis efficaciam dare, quod solius dei est. ¶ Vnde est tertia opinio: ꝙ sicut cętera omnia sacramenta nouę legis: ita & confirmatio a christo instituta est. Huius opinionis ratiões supra habentur dist. i. q. ii. Hanc opi. approbat beatus Tho. quem in hoc imitatur Sco. Rich. Duran. Pe. de pal. Aliaco, & caeteri plures. Vnde dicendum, ꝙ christus sacramentum illud instituit: materiam, & formam determinauit: non tamen potentiam suam sacramentis alligauit. Vnde ipse, siue in terris, siue post ascensionem in cęlis existens, potuit apostolos cõfirmare immediatẽ sine tali materia, & forma. Confirmare (inquam) non sacramentum eis exhibendo (sine materia enim, & forma non est sacramentũ) sed rem sacramenti: hoc est spiritumsanctum dare ad robur. Potuit enim cũ apostolis in primitiua ecclesia dispensare, maximẽ in sacramẽto confirmationis: ut per solam manuum impositionem daretur effectus confirmationis: & praesertim ex eo: quia in confirmatione ab eis collata apparuerunt aliqua signa sensibilia: ut donum linguarum, quibus certẽ cognoscebatur aduentus spiritussancti: & ideo non fuit opus alio signo sensibili: sed cessantibus his miraculis, ministri uti debuerunt materia, & forma a christo instituta. An autem apostoli materia, & forma usi sunt, dubium est: cum hoc asserere non sit contra scripturam. Quod autem tempus institutionis, & modus non legitur in scriptura nihil probat, quia multa fecit deus, quae scripta non sunt. Ioan. xx. Multa deniq; tradita sunt ecclesiae ab apostolis, & per successionẽ episcoporum ad nos deriuata: quae non sunt scripta in canone bibliae: ut habet Innocen. de officio missę. & in c. cum Marthe. de celebra. missarum. Et haec opinio uidetur sanior, & permissis (dist. j.) conformis: & ideo in diffinitione dictum est: ex institutione diuina. ¶ Additur ultimò, efficaciter significãs unctionem animae &c. Vbi tangitur res huius sacramenti: quę, ut saepe dictũ est, est gratia animae collata ad constanter credendum, & ore intrepidẽ sine uerecundia confitendum fidem crucifixi. De quo Melchiades papa (de conse. dist. v. Spiritussanctus) ait, Spiritussanctus, qui super aquas baptismi salutifero descendit lapsu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam: in confirma-

E De effectu huius sacramenti.

tione augmentum præstat ad gratiam. Et quia in hoc mundo tota ætate victuris inter inuisibiles hostes, & pericula gradiendum est: in baptismo regeneramur ad uitam: post baptismum confirmamur ad pugnam: in baptismo abluimur; post baptismum roboramur. Et quamuis continuo transituris sufficiant regenerationis beneficia: uicturis tamen necessaria sunt confirmationis auxilia. Regeneratio per se saluat mox in pace baptismi, uel seculi recipiendos. Confirmatio armat, & instruit ad agones mundi huius, & prælia reseruandos. Qui autem post baptismum cum acquisita innocentia immaculatus peruenerit ad mortem: confirmatur morte: quia iam non potest peccare post mortem. Hæc ibi. Et de sacra unctione, dicit Innocē. Per confirmationem spiritus sanctus datur ad augmentum, & robur. ¶ Ex hac declaratione diffinitionis sacramenti confirmationis multæ dubitationes, quæ moueri solent, & argumenta sunt soluta. Posset tamen confirmatio breuius sic diffiniri. Est unctio frontis baptizati per sanctificatum chrisma efficaciter significans unctionem animæ per gratiam: ad robur, & ad liberè confitendum fidem crucifixi. Vltima clausula includit cæteras hic dimissas & in priori diffinitione positas, quoniam si aliqua earum defuerit ab unctione: iam nō efficaciter significabit unctionem animæ &c. & sic non erit sacramentum: ut si non fuerit minister idoneus, aut non

F deb ta forma uerborum. ¶ Consequenter notandum, quod de ministro idoneo

Quis sit minister idoneus

huius sacramenti duæ sunt opi. contrariæ propter apparentem canonum contrarietatem. Vna, quæ tenet, quod solus episcopus ē idoneus minister: ita ut nullus alius possit illud sacramentum conferre: & si attentet, nihil fit. Cui uidetur alludere canon Eusebij papæ de conse. distinct. v. Manus; cuius partem ponit magister in litera: qui sic habet. Manus quoque impositionis sacramentum magna ueneratione tenendum est: quod ab alijs perfici non potest: nisi a summis sacerdotibus. Nec tempore apostolorum ab alijs, quam ab ipsis apostolis legitur, aut scitur peractum esse: nec ab alijs, quam qui eorum tenent locum unquam perfici potest: aut fieri debet. Nam si aliter præsumptum fuerit: irritū habeatur, & uanum: nec inter ecclesiastica unquam reputabitur sacramenta. Et notentur uerba. dicit: nō potest, aut fieri debet: ubi omnino potestas conferendi negatur alijs a summis sacerdotibus, idest episcopis. Et declaratur irritū, si secus præsumptum fuerit. Item Melchiades papa in c. de his. de conse. dist. v. dicit: quod sacramentum cōfirmationis maioribus, idest summis pōtificibus est accommodatum, quod nisi a maioribus perfici non potest. Ad idem sunt multi canon. de conse. dist. iiij. presbyteris. & seq. Item dist. xxj. cleros. post mediū. & di. lxviij. quāuis. & de cōse. dist. v. nouissimè. & xcv. dist. pbyteros, & de consuetudine. quanto. ubi expresse dicit. Inn. iij. quod sacramentum confirmationis soli episcopi debent conferre. Et subdit contra presbyteros, qui confirmare præsūpserunt. Tutius est eā scilicet sacramenta sine periculo ex necessitate (quę legē nō habet) omittere. quā ut ab alijs, quibus ea conferre non licet, ex temeritate (quę lege damnatur) nō sine graui periculo inaniter conferatur: cū umbra quædam ostendatur in opere: ueritas autem non subeat in effectum. Huic expositioni consentit magister dist. præsenti Hugo. lib. ij. de sacramentis, parte. vij. cap. ij. & sanctus Bonauent. & quidam alij. Alia opi. tenet, quod alius ab episcopo potest confirmare. Omnis scilicet confirmatus, cui papa potest demādare (ut dicunt quidam) quod papa potest demandere solis clericis: quidam, quod etiā laicis confirmatis, & parifformiter diffēriunt de ordinibus conferendis: de quo suo loco uidebitur. Allegant ad hoc unicum textum canonis, Peruenit. dist. xcv. & est beatus Grego. Ad Ianuariū episcopū: ubi Grego. pro scandali uitatione concedit presbyteris, ut in frontibus baptizatos chrismate tangere debeant, idest confirmare, ubi episcopi desunt. Allegantur autem pro illa opi-

nione multæ glossæ, quæ etiam inter se in quibusdam sunt diuersæ. Huic opinioni consentiunt glossę canonistarum, & pœne omnes canonistæ. Cōsentit etiā Alex. Tho. Richar. & eorum imitatores. Et satis bonam distinctionem ponit ibi Beatus Tho. dist. præsenti. q. v. arti. iij. per quam prætendit saluare, ꝙ papa potest committere actum confirmationis sacerdoti, non autem inferiori: sed non potestatem conferendi ordines sacros: sed bene ordines minores, ualeat quantum potest. Idem habet Pet. de palude.

Arti. 2. Et hæc de articulo primo. ¶ Quātum ad secundum articulum est prima conclusio.

Cōcl. 1. G Confirmatio est nouæ legis sacramentum a baptismate, & cæteris sacramentis realiter distinctum. Quod sit sacramentum, probatur aucto. Melchiadis papæ (de conse. distinct. v. de his) dicentis. Scitote utrumque baptismum, & confirmationem magnum esse sacramentum. Probatur etiam ex diffinitione sacramenti supra dist. j. q. j. Nam est signum sensibile ex diuina institutione efficaciter significans gratiā confirmato conferendam: ut deductum est in priori articulo. Quod uero sit distinctum a baptismo, & cæteris sacramentis, patet: quia illa sacramenta sunt realiter distincta, quæ habent distinctas materiam, & formam, & distinctos fines proprios: sed confirmatio, & cætera sacramenta sunt huiusmodi, ergo. Maior est manifesta: minor similiter patet ex articulo primo, quo ostensa est materia, & forma, & finis proprius: alij autem a cęteris sacramentis.

Confirmatio ē sacramētū no. le.

Cōcl. 2. ¶ Secunda conclusio. Non est iterabile confirmationis sacramentum propter indelebilem characterem confirmato impressum. Probatur conclusio quoad primam partem auct. consilij Terraconen. de conse. dist. v. dictum est. ubi dicitur. Visum est nobis eandem confirmationem sicut nec baptisma iterari minime deberi. Et cap. sequenti dicit Grego. Ij. De homine, ꝙ a pontefice confirmatus fuerit denuo: illa talis iteratio est prohibenda. Sequēs etiam pars cōclusionis probatio est prioris. Nam (ut supra patet) sacramenta characterem imprimentia sunt initerabilia. Probatur autem secunda pars (quia est communis opi. ecclesiæ, & omnium doctorum) ratione quia illa sacramenta imprimunt characterem, per quę instituitur aliquis in determinato gradu ecclesiæ: ut supra dictū est, sed sic de sacro cōfirmationis, quia illo cōstituitur confirmatus in gradu bellantium contra persecutores fidei.

Cōcl. 3. ¶ Tertia conclusio, quā non pono asserendo: sed occasionem profundius inquirentibus dando. Stante opinione, ꝙ episcopatus semper fuit institutione christi a sacerdotio distinctus. Tenentes solos episcopos posse cōfirmare: uidentur ueritati magis appropinquare. Dixi stante opinione; ꝙ episcopatus &c. quia si teneretur, ꝙ in primitiua ecclesia nulla fuerit distinctio episcoporum a sacerdotibus: de quo infra uidebitur, tunc opinio contraria nō habet dubium, quin sic omni sacerdoti ex officio potuit competere, confirmare, & quicquid conuenit episcopo: cum non fuerit distinctio, quæ postea multiplicatis sacerdotibus, dum ad confusionem in ecclesia uitandam quorundam potestas restricta est, quantum ad aliqua quę reseruata sunt solis maioribus sacerdotibus, qui dicti sunt episcopi; inter quę est confirmatio. Et per hoc, post talem restrictionem potuit Beatus Greg. sacerdotes, Ianuario episcopo subiectos licentiare ad confirmationem ministrādam: quia per hoc non concessit eis potestatem non conuenientem eis, aut nouam; sed reuocauit prohibitionem prius factam. Supposito autem, ꝙ semper fuerit episcopatus a sacerdotio distinctus: tunc cōclusio uidetur esse problema neutrum Et potest sic persuadere: quia plus concordat scripturæ tam diuinæ, quam humanæ etiam plus ratio ni. Primum patet: quia (ut patet ex actibus) soli apostoli confirmauerunt per manuum impositionem, qui fuerunt episcopi: eorumq; loco successerunt episcopi, sicut septuaginta duobus discipulis succedunt sacerdotes: ut dicit Anacletus, qui fuit quintus a beato Petro papa romanus. xxj. distin. In nouo. Nec uidetur

H An soli episcopi possit confirmare.

videtur apostolos uiros humillimos hac potestate inferiores priuasse: & sibi soli eam arrogasse, si ea inferioribus a christo fuisset data. Quod etiam plus concordet scripturæ humane, patet per textus rotundos supra allegatos. qui plane negant hanc potestatem posse dari presbyteris minoribus: licet glossę addere uolunt propria auctoritate: uel nisi eis a papa concederetur, seu committeretur: quod si esset mens summorum pontificum, uel ecclesiæ, saltem in uno textuum expressum esset. Sic enim posset dici ad omnes textus, qui aliqua reseruant summo pontifici, quæ non potest alijs concedere, ꝙ intelligendi essent: ꝙ tali potestate inferiores uti non possent propria auctoritate: & ita candē concederetur, ꝙ laicus posset absoluere in foro pœnitentię: confirmare: infirmos inungere: ordines cōferre: immo & eucharistiam conficere: dū illud committeretur a papa: nec essent actus illi laici: sed magis committentis papæ: nec euasiones, quę ibi quęruntur, cogunt: qui facile soluantur. Hęc autem quam sunt absurda, manifestum est. Est autem unus dumtaxat textus. Peruenit qui allegatur pro opposita opinione: de cuius intellectu post uidendum. ¶ Persuadetur etiam ratione. Nam (ut supra est ostensum) omnia sacramenta sunt a Christo immediate instituta: nec ab alio institui poterant: licet ab alio poterant promolgari. Sicut ergo in singulis instituit determinatam materiā: ita & determinatum ministrum: uel generaliter omnes, ut in baptismate, & matrimonio: uel aliquos certos, ut in cęteris. Sed cum in sacramento confirmationis non determinauit generaliter omnes in ministros huius sacramenti, ut omnes concedunt: ergo aliquos specialiter: & non alios, quam eos, qui apostolorum tempore hoc ministrabant. Ab ipsis enim habemus & promulgationem, & usum huius sacramenti. Illo autem tempore non confirmabant nisi soli apostoli: ut patet ex supra allegatis: quare uidetur, ꝙ episcopi sint ministri huius sacramenti a Christo determinati. Circa eaue- co, quę christus circa sacramenta determinauit, neq; humana potestas: neq; ecclesia: neq, papa habet quicquam immutare: alioquin oporteret concedere: ꝙ ecclesia haberet instituere noua sacramenta: antiquata tollere, & immutare: sicut arguit beatus Tho. reprobando eos, qui tenēt hoc sacramentum ab ecclesia institutum. ¶ Sed nunc restat respondere ad canonem. Peruenit. quo expresse beatus Grego. concessit presbyteris sub Ianuario constitutis, ꝙ chrismate tangerent baptizatos in fronte. i. confirmarent. ¶ Ad hunc Sco. recitat quadruplicem solutionem, quarum duas reprobat. Prima, quandam fictionem prętendit, & simulationem: quę sancto Greg. in sacramentis attribuenda non est. Altera, ꝙ beatus Grego. ad uitandum scandalum hoc permisit ad tempus. Sed nec hoc ualet: quia utilius scandalum nasci permittitur, quam ueritas relinquatur. Relinqueretur autem, si aliquid tanquam sacramentum fieri permitteretur: quod tamen non esset sacramentum: & per hoc pberetur occasio sacerdotibus mortaliter peccandi, faciendi scilicet, quod eis non licebat. Ideo ponit tertium modum prius in conclusione declaratum, qui negat distinctionem episcopatus a sacerdotio: sed illo dimisso: quia oppositum supponit: conclusio ponit quartuor. Vnde dicit: ꝙ papa potuit quemlibet sacerdotem illius regionis episcopum facere, quantum ad istum actum: non tamen conferendo sibi simpliciter gradum episcopalem: quia non quantum ad alios actus: & tunc quilibet eorum uere confirmauit, tanquam episcopus. Et ratio conferendi taliter episcopatum, est uitatio scandali. Hoc autem, quod dicit (quo ad illum actum) non intelligo, ꝙ gradus episcopalis possit diuidi: & una pars sine alia conferri: sicut uerba sonant. Nam aut fecit eos episcopus: aut non. Si sic: contulit omnem potestatem ad hunc gradum pertinentem. Si non: tunc concessit non episcopo, ꝙ confirmaret. Sed intelligendo, ꝙ fecit

Adhuc de ministro.

eos uerè episcopos: sed quantum ad oẽs alios episcopales actus potestatem pręcepto restrinxit, & hunc solum actũ cõfirmandi liberè concessit. Si non poterit inueniri melior solutio: acceptetur illa. Videtur tñ, ꝙ posset dici, ꝙ beatus Greg. concessit nõ potestatẽ tradendo: sed factũ tolerãdo propter maiorẽ turbationẽ, & scandalũ uitandũ. Sicut ad duriciam cordis iudæorũ ad cauendũ parricidiũ cõcessit moyses libellũ repudij: non approbando, sed tolerando: & ideo in lege pfecta gratię dñs id reuocauit: ut habetur Mat. xix. ¶ Si di. Quid dicendum est ad glossas, quæ contrarium sentiunt. Dicẽdũ, ꝙ glossę illę uidẽtur corrumpere textus, & glossatores fuerunt alterius opinionis. ¶ Quantũ ad tertiũ articulum, dubitatur primò contra hoc, quod dictũ est; ꝙ confirmatio præsupponit baptismũ: nã beatus Paulus fuit con firmatus prius, quã baptizatus: unde legit Act. ix. ꝙ Ananias iussu domini abijt ad Paulum: & imponens ei manus dixit. Saule frater, dominus misit me, Iesus, qui apparuit tibi in uia, qua uenie bas: ut uideas, & implearis spiritusancto. & sequitur: & uisum recepit: & surgens baptizatus est: præcessit ergo confirmatio baptismum. Respondetur, ꝙ Saulus per impositionem manuum Ananiæ, non recepit sacramentum confirmationis: quia Ananias non fuit unus de numero duodecim apostolorum: sed impo suit manus Sauli tanquam catechumino: sicut & hodie fieri solet: ut dicit glos. interli. Nec per illam impositionẽ manuum impletus est spiritusancto: sed per baptismum: sicut exponit glos. ut repleatis spiritusancto, per susceptionem baptismi. ¶ Dubitatur secundò: cur unctio chrismatis in capite facta a sacerdote post baptismum non est sacramentum: sicut illa, quæ fit in fronte ab episcopo: non enim annumeratur illa in uertice inter ecclesię sacramenta. Respondetur, ꝙ aliæ unctiones in pectore, inter scapulas oleo catechuminorum, & in uertice chrismate non sunt sacramenta propriè: sed sacramentalia: quia non sunt a christo instituta tanquam gratiæ efficacia signa: sed ab ecclesia, ad disponendum ad gratiam baptismatis suscipiendam, uel significandam: & non principaliter ad conferendũ gratiam: sic enim ecclesia instituere non potuit. de hoc supra distin. vj. q. iij. in fi. ¶ Tertiò dubitatur utrum confirmatio sit de necessitate salutis. Respõdet Sco. ꝙ non est simpliciter necessaria ad salutem: sufficit enim baptismus cum fide: ut dicitur Mar. vl. Qui crediderit, & baptizatus fuerit. & hoc idẽ de cõse. dist. v. spiritussanctus. est tamen necessaria adulto, ꝙ non contemnat: & tunc iudicatur contemnere, quando oblata omnimoda opportunitate non susciperet. Et secundum hoc intelligitur illud Vrbani papę, de conse. distinctio. v. c. j. Omnes fideles per impositionem manus episcoporum spiritumsanctum post baptismum accipere debent: ut pleni christiani inueniantur. Accipere debent loco, & tempore congruis, & non contemnere. Vnde glo. ibidem. Si contemnerent, peccarẽt mortaliter. & hoc de adultis. Durandus dicit, licet oppositum teneat Palu. q. j. ꝙ licet non est necessarium simpliciter: est tamen necessarium, in casu, scilicet quando imminet persecutor, coram quo fides est confitenda: & habetur copia ministri confirmare uolentis, & ualentis. Quod sic probat: quãdo effectus est necessarius, & causa est necessaria: sed effectus confirmationis, scilicet confiteri fidem tẽpore persecutionis est necessarius ad salutem cuilibet fideli: ergo & sacramentum confirmationis necessarium est cuilibet fideli in casu tali, si habeatur opportunitas conferentis: qui enim in tali casu renueret accipere confirmationis sacramentum; peccaret mortaliter. Propter quod dicit Melchiades papa in. c. supra alleg. spiritussanctus. Quamuis continuo transituris sufficiant regenerationis beneficia: uicturis tamen necessaria sunt confirmationis auxilia. ¶ Quartò dubitatur: utrum gratia confirmationis differat a gratia in baptismo data: & similiter character impressus in confirmatione a chara

Arti. 3. Dub. 1. K Paulus per impositionem manus Ananiæ nõ fuit cõfirmatus.

Dub. 2. Cur unctio frõtis est sacramentum.

Dub. 3 L Vtrum sit de salutis necessitate.

Dub. 4. M Vtrum gratia

cōfirma tionis differat a gratia in baptismo.

Ɛtere baptismali. Respondetur, ꝙ cū gratia gratum faciens: de qua intelligitur dubiū: sit una specie specialissima: ut dictum est sup. dis. ii. q. j. patet. quia gratia confirmationis est eadem specie cū gratia baptismali. Differt tamen numero, sicut duæ partes eiusdem qualitatis: nam confirmatio non confert primam gratiam: sed augmentat præexistentem. Et quia augmentatio gratiæ sicut alterius qualitatis, fit per additionem gradus ad gradum: ut dictum est in primo distinct. xvii. de augmentatione charitatis: patet ꝙ cōfirmatio augendo gratiam præexistentem inducit nouū gradū gratiæ, qui præexistenti unitur: & cum ea unam gratiam totalē constituit maiorem intensiuè, quā fuerat gratia baptismalis præexistens. Et si replicatur. Alius est effectus gratiæ confirmationis: & alius gratiæ baptismalis: ergo & aliæ sunt hæ gratiæ: quia diuersi effectus requirunt diuersas causas. Respondetur, ꝙ uterq; effectus, peccatorū remissio, & cōstās fidei confessio, sequitur utramq; immo omnem gratiam: omnis .n. gratia peccatū, si inuenit remittit, & præseruat a mortali peccato, si nō sponte expellitur: repugnat enim omni peccato mortali. Et non confiteri fidē tempore persecutionis: dum id debitum fuerit, est peccatum mortale. Tamen quātō gratia maior, tāto magis inclinat uoluntatem ad confitendum fidem, & cauendum mortalia: sed non necessitat. Et ideo ut uoluntas magis inclinetur requiritur, & confertur maior gratia: & per hoc cōgruit gratiam baptismalem augere per confirmationem: ut uoluntas fortius inclinetur: & ne in tempore persecutionis, per oppositam inclinationem, uincatur. Non ergo ualet consequentia: alij effectus, ergo aliæ causæ: nisi sint effectus proprij, & præcisi: quia ab eadem causa procedunt diuersi effectus. ¶ De characteribus dicitur, ꝙ differunt specie: de quo satis dictum est sup. dist. vi. q. ii. & ideo nihil hic additur. ¶ Quinto dubitatur de pœna iterantium confirmationem. Respondēt hic canonistæ, ut refert Sco. similiter sicut de iterantibus baptisma: quod probant per locum a simili per illud c. de consec. dist. iiii. qui bis. Sed aliter tenet Sco. unde dicit. Vniuersaliter nulla pœna canonica, quæ non est inflicta a papa condente ius incurritur ipso iure: nec propter argumenta expo nentiū canon. siue a simili: siue a contrario sensu est aliquis astrictus tali pœnæ: quia expositores possunt exponere ius cōditū: non aūt condere nouū per suas expositiones. Vnde Inno. papa: cum fecisset magnū opus exponendo ius canonicū: requisitus ab alijs quale robur uoluit illum tractatum habere: dixit, ꝙ noluit ipsum esse authēticum: sed tantummodo magistralem. Cum ergo non inueniatur in iure canonico expressa pœna irregularitatis inflicta pro iteratione cōfirmationis: sequitur, ꝙ nō incurratur ipso facto: & hoc maxime: quia cōstitutiones pœnales sunt restringendæ, nō ampliandæ. Et cōfirmatur ex eo: quia capitulum illud de consec. dist. v. dictum nullam pœnam infligit episcopo iterū cōfirmanti: sed nec suscipienti: nisi ꝙ soli deo sub habitu religionis, uel clericali ipsum religiosissimè famulari decretū est. Hoc aūt nō innuit pœnā irregularitatis: sed magis eius oppositū: quia famulari deo religiosissimè in habitu &c. est famulari deo in ministerio sacramentorū, maximè in eucharistiæ celebratione. Hæc Sco. dist. præsenti. ¶ Dubitatur sexto: utrū sacramētū cōfirmationis sit excellentius baptismate, ac cæteris sacramentis. Pro cuius solutione notandū, ꝙ plura cōsiderantur in sacramentis .s. res cōtenta: effectus: & hoc uel in collatione boni, uel remotione mali. Significatio status, in quo cōsistit: & minister, qui dispēsat. Et secundū hoc diuersimodè possunt adinuicē cōparari. Et secūdū diuersas cōparationes habent se, ut excedentia, & excessa: nam qđ secundū unā cōparationem excedit: secundū aliā exceditur. Igitur si fiat cōparatio quoad contentum: eucharistia est dignissimū: quia realiter, & uerè continet gratiam substantialem siue effectum gratuitum, qui est uerum christi corpus, & sanguis deitati unitū: cætera nō cōtinent reali-

Dub. 5. De pœna iterātium.

Dub. 6. Vtrum sacramē to confirmationis sit excellentius baptismo.

tergratiam, nec substantialē, nec accidē talē. Si fiat comparatio quoad effectū, quem operantur in suscipiente in collatione boni: qđ est gratia gratū faciens: hoc pōt fieri dupliciter, uel quātū ad effectū gratiæ, qui præcise confertur uirtute sacramenti cū exclusione gratiæ, quā præsupponunt. gratia exēpli: cętera sacramenta pſupponūt baptismū, & sic gratiā baptismalē: & addūt aliquē gradū gratię. Vel secūdo quātū ad effectū gratiæ cū inclusione gratię, quā pſuppponunt. Primo modo excellit baptismus: & dein de pęnitentia: hæc .n. cōferūt primam gratiā, quę est gratia uiuificās per quā cōstituitur homo in esse spūali. Cętera cōferūt gratiā perficientem. Nunc aūt maior est gratia, per quā res habet esse spirituale simpliciter: q̄ illa precise per quā habet bene esse. Si uero fit cōparatio quātum ad effectum gratiæ, cum inclusione gratię presuppositę: sic cōfirmatio & cętera sacramēta excedūt baptismū: qa maior est gratia pfecta, q̄ gratia perficienda. Si fiat cōparatio quoad remotionem mali: sic excellentissimū est baptismi sacramentū, quod tollit omnē culpā, & pęnā. Et post hoc pœnitentia, quæ tollit omnē culpā actualē, mortalē, & uenialē: licet nō oēm pęnā: quia quis perpetuā: nō tamen oēm pęnā temporalem. Cætera tantū culpam uenialem, & pęnā tēporalē: licet nō omnem. Si fiat cōparatio quoad significationem: sic excedit matrimoniū: quia expressius significat incarnationem domini, unionē .s. diuinæ naturæ, & humanę in uerbo, que est dignissimum significatū. Propter qđ apostolus dicit matrimonium esse magnū sacramentum: & hoc in christo, & ecclesia. ad Ephes. v. id est in significando cōiunctionē christi & ecclesiæ: quæ facta est per incarnationem uerbi. Si fit comparatio quoad statum, in quo suscipientē instituit: sic ordo excellit: si penes ministrum, sic excellit cōfirmatio, & ordo: quæ cōferuntur a solis episcopis: cōparatio tamen quæ fit penes contentū: & effectū est magis propria sacramentis. Hęc est sententia Alexand. &

Dub. 7. omnium sequaciū. ¶ Dubitatur septimō de suscipientibus, qui possunt hoc sacramentum suscipere, & quo ætatis tempore. Respondetur, q̄ omnes suscipere possunt, & debent, qui sūt capaces effectus huius sacramenti. Est autem eius effectus (ut patet ex dictis) perfectio gratiæ & sanctispiritus ad robur pugnandi, & confitendi fidem &c. hoc autem omnibus baptizatis conuenit cuiuscunq; fuerint sexus, ætatis, aut conditionis. Conuenit enim omnibus, ut in eis baptismalis gratia augeatur: quo maioris præmij in beatitudine fint participes. Conuenit etiam omnibus roborari ad ferendum persecutionem præsentem, uel futurā: quia omnes qui piē uolunt uiuere in christo Iesu, persecutionem patientur ij. ad Timot. iii. Et per hoc nec mulieres excludūtur, quæ aptę sunt ad pugnam spiritualem. Nec pueri: licet ante usum rationis non sint in pugna: expectāt tamen futuram: & congruit armari ante pugnam. Nec transeuntes: quia in morte est pugna grauissima: & maximē necessarium est robur constantiæ in fide, & charitate. Nec muti: quia si non uerbo, tamen opere, & nutu confiteri possunt fidē. Et per hoc uterq; effectus conuenit omnibus baptizatis. Hinc de consec. dist. v. omnes. Vrbanus papa. Omnes fideles per manus impositionem episcoporum, spiritū sanctum post baptismum accipere debēt: ut pleni christiani inueniātur: quia cum spūssanctus infunditur: cor fidele ad prudentiā, & cōstātiā dilatatur. Dilatatur habitualiter per habitū charitatis (quo datur spūssanctus) infusum. Cōcordat Petr. q. iiij. ar. ii. ¶ Ex illo patet, q̄ sacramentū confirmationis statim post baptismum dare congruit: nā & apostoli baptizantes continuō per manuū impositionem cōfirmabāt: & episcopus baptizans statim confirmat: nec opus est, ut infantes habeant memoriā acceptæ confirmationis plus, quam baptismatis: sed sufficit, q̄ cum adoleuerint ex relatione patrinorum uel aliorum se sciāt confirmatos: ad cauendum iterationem huius sacramenti: & hoc haberi pōt ex c. Melchiadis papæ, de consecr. dist. v.

Qui, quo tēpore possunt suscipere hoc sacramētum.

Etiam post baptismū, cōfirmationem dari cōgruit.

distin.v. de his ubi dict. Ita coniuncta sunt hæc duo sacramenta: ut abinuicē nisi morte præueniente, nullatenus possunt segregari: & unum sine altero ritē perfici non pōt. Deniq; quia non paruo gloriæ priuatur prēmio, qui sine cō firmationis sacramento decedit: illo.s. gradu glorię qui respondet gratię con firmationis. Ideo quantum fieri pōt: differenda nō est confirmatio etiā infantũ: ne si nō confirmati decederent: tanto glorię gradu perpetuæ priuarentur: ut uult glos. in.c. ut ieiuni. de conse. dis. v. Hinc dicit Hug li.ij. de sacra. par. vij. c. iij. Ab hac uita, sine manus impositione.i. confirmatione migrare omnino periculosum est. Debet etiam tradi hoc sacramentum, & suscipi a ieiunis præula cōfessione: ut habetur de cōse. dist. v. ut ieiuni. & c. sequen. quod tñ consilij est, & honestatis, non præcepti: ut dicunt doc. Excipiātur tamē infirmi, & morte periclitantes, quibus nō ieiunis tradēda est. Cōsuetudo tamen habet, q̄ episcopo pręsente ieiunis, & nō ieiunis traditur, propter raritatem episcoporũ cōfirmātiũ.

Dub. 8. ¶ Vltimō dubitatur: utrũ necessarium sit in confirmatione ad confirmandũ teneri ab alio. Respōdetur, non est necessarium necessitate sacramenti: sicut nec in baptismate: quia uerũ est sacramentũ, si nullus teneat, est tamen necessariũ necessitate pręcepti. Statuit.n. ecclesia, q̄ confirmandus teneatur ab altero propter significationē: ut ostē datur in ipso impotentia standi per se in tentationibus sine gratia confirmationis: quia (ut dictũ est) uirtus, & potē tia stādi spūaliter in pugna tentationũ datur in confirmatione: sicut dicit Melchiades papa: in baptismate regeneramur ad uitā: post baptismum confirmamur ad pugnā. de cōse. dist. v. Spiritussanctus. Ex quo patet, q̄ nō cōfirmatus aliũ ad cōfirmationē tenere nō debet. de cōse dist. iiij. In baptismate. qm̄ non est cōfirmat⁹ (qa ipse impotēs est ad stādũ) impotēs est ad aliũ tenēdũ, uel suscipiendũ. Quod si fiat, nō cōtrahitur cōpaternitas: ut dicit glos. in c. allega. ¶ Et nota, q̄ quilibet cōfirmatus pōt nō confirmatam tenere eiusdem, uel alterius sexus: excepto, q̄ uir uxorem suam: & uxor uirum suum tenere nō potest: nec pares prolem: quia sic oriretur compaternitas inter coniuges. Nec plures unũ tenere debent: ut in.c. non plures. de cō se. distin. iiij. sed unus unum. Consonat Pal. q. iiij. Et tantum de hac quęstione.

Quis quē possit tenere ad cōfirmationē.

¶ DE SACRAMENTO Eucharistię.

DISTINCTIO. VIII.

POST sacramentum baptismi &c. Postquam in pręcedentibus distin. magister egit de sacramento baptismatis, quo datur gratia uiuificās ecclesiam catholicam intrantibus: ac de sacramento confirmationis, quo gratia roboratur ad pugnam progredientibus: consequenter in sex dist. sequentibus determinat de sacramento eucharistię, p quod gratia roboratа nutritur, & consumatur proficientibus: ordine, quo sequitur. Primō, agit de eucharistię materia, forma, re, & sacramento dist. pręsenti. Secundō, de diuerso manducationis modo dist. ix. Tertiō, de reali continentia christi sub sacramentalibus speciebus nō tanquam in signo. distin. x. Quartō, de modo existentiæ corporis christi, & panis in ipsum conuersione. distin. xj. Quintō, de specierum corpus christi continentium sublistentia, fractione, & partium significatione. dist. xij. Sextō de ministri ipsum sacramentum conficientis idoneitate. dist. xiii. ¶ Sententia autem præsentis dist. viii. in tribus conclusionibus colligi potest, quę sequuntur. ¶ Prima. Sacramentum dominici corporis, & sanguinis: qđ eucharistia.i. bona gratia dicitur: sicut per rubrum mare baptismus: ita per mãna deserti: quod tamen eucharistia excellit sublimiter: tanquam per oblationem Melchisedech figuratur. ¶ Secunda. Christus sacramentum eucharistię sub certis materia, & for-

mapoſt cœnam ultimã inſtituit: quod rãtum a ieiunis ſumi debere eccleſia rationabiliter ordinauit. ¶ Tertia. In euchariſtia ſpecies, ſeu forma panis, & uini eſt ſacramentum tantum: ſacramentũ uero, & res eſt corpus Chriſti uerũ: res tantũ, & non ſacramentũ: eiuſdem corpus myſticũ. Quarũ intellectũ textus diffuſius manifeſtat: quia materiã ſacroſanctæ euchariſtiæ ſacramenti in expoſitione canonis olim in Tubingẽ. gymnaſio edici, & ordinarie lecti, latius utcũq; potui ex uarijs collegi. Idcirco hic breuius procedam, frequenter ad dictam canonis expoſitionẽ tractanda remiſſurus. ¶ In hac ergo diſt. de tribus principaliter eſt quærendum, iuxta materias, trium concluſionum præmiſſarum. Primò, de ſacramento euchariſtię quantum ad rationem ſacramenti, & eius inſtitutionem. Secundò, quantũ ad eius prę figurationem. Tertiò, quantum ad eius integritatem, formam ſcilicet, & materiam, rem & ſacramentum. Circa primum quęritur.

QVAESTIO I.

A VTRVM euchariſtia nouæ legis ſacramentum conuenienter fuerit a chriſto poſt cœnã ultimã inſtitutũ. ¶ Solutũ proceſſum ſeruãs, tribus articulis. q. præſentem abſoluã, quorum primus ſuppoſitum; ſecundus quæſitum reſpiciens: tertius dubia mouenda breuiter abſol-

Arti. 1. ues. ¶ Quantum ad primum articulum

Not. 1. notandum, ꝙ euchariſtia ſic poteſt diffiniri. Euchariſtia eſt ſpecies panis, uel uini, corpus Chriſti & ſanguinem uirtute ſacerdotalis conſecrationis uerè, & realiter continens. Dicitur ſpecies: per quod intelliguntur accidentia ſenſibilia, color, ſapor, odor, humor, calor, pondus, & ſimilia. Et additur panis, uel uini: quia ſub eis, uel alijs, quibus illæ ſucceſſerunt, fuit ſubſtantia panis, uel uini. ¶ Ex illo ſequitur, ꝙ euchariſtia non eſt res ſimpliciter una: quia eſt realiter omnia illa accidentia: ſub quibus ante conſecrationem fuit ſubſtantia panis, uel uini. Vel quæ ſucceſſerunt accidentibus, ſub quibus fuit ſubſtantia

Diffinitio euchariſtiæ, nõ eſt ſimpliciter una.

panis & uini: ut ſi fiat tranſmutatio aliqua accidentium, puta caloris aut frigiditatis: uel etiam coloris poſt conſecrationem: ſub quibus tamen manſiſſet ſubſtantia panis, uel uini: ſi non fuiſſet facta conſecratio: illæ ſpecies prioribus tranſmutatis ſuccedentes eſſent euchariſtia: licet ſub illis non fuerat ſubſtãtia panis, & uini. ¶ Secundò ſequitur, ꝙ ſacramẽtum euchariſtię non eſt actio quędã tranſiens ſicut cętera ſacramenta: ſed eſt res permanens. ſ. illa accidentia panis, & uini poſt cõſecrationem remanentia. ¶ Tertiò ſequitur, ꝙ ſacerdotalis cõſecratio euchariſtiæ non eſt euchariſtia: quia tranſit: & illa non continet realiter chriſtum: ſed eſt uia ad ſacramentum euchariſtiæ: nam per ipſam conſecrationem corpus chriſti, & ſanguis incipit eſſe ſub ſpeciebus: & ideo additur: uirtute ſacerdotalis cõſecrationis: quia ſine illa pręuia nõ eſſet ibi corpus chriſti. Dicitur corpus chriſti, & ſanguinẽ realiter cõtinens: & in hoc includitur materia, forma, intentio requiſitę ad eſſe, uel fieri huius ſacramenti: nã quicquid horum deficit, nõ cõtinet realiter corpus chriſti, & ſanguis. Dicitur ẽt panis, uel uini disiunctim, & nõ copulatim: quia tã ſpẽs panis ſine ſpeciebus uini: quã uini ſine ſpeciebus panis ſunt euchariſtia: quia utrçq; cõtinet totũ chriſtũ. Etiã cõiunctim nõ plus cõtinẽt, quam altere ſolæ. Verũ aũt propter ſpecierũ panis, & uini diſtinctionẽ debeãt dici unũ ſacramẽtũ, uel plura: dicet in dubijs. ¶ Hac diffinitione premiſſa eſt hęc cõcluſio ad ſuppoſitũ reſpõſiua. Euchariſtia eſt ſacramẽtũ principale legis nouæ, & euangelicę. ¶ Qđ ſit ſacramẽtũ probat ex diffinitione ſacramẽti. ſup. diſ. j. q. j. quia eſt ſignũ ſenſibile ex inſtitutione diuina effectum gratuitũ efficaciter ſignificãs. Sunt. n. ſpẽs panis, & uini ſignũ ſignificans tã ex naturali ſimilitudine, quã inſtitutione diuina effectũ gratuitũ duplicẽ. ſ. gratiã ſubſtãtialẽ, & accidẽtalẽ: ſubſtãtialẽ principaliter, quę eſt corpus chriſti uerũ, quod realiter cõtinet ſub ſpẽbus. Repręſentãt aũt ſpẽs rõne panis, cuius fuerũt, uel uini. Sicut. n. panis ex multis granis: & ui

Non eſt actio quædã.

Cõcl. B euchariſtia eſt principale ſacramentũ no. l.

nũ ex multis racemis cõficit, & confluit: sic corp' christi uerũ ex multis mẽbris: & corpus christi mysticũ ex multis fidelibus psonis. ¶ Et licet sit maior dissimilitudo inter corpus christi tã uerũ, q̃ mysticũ: & panẽ, aut uinũ, quã similitudo: sufficit tamen aliqualis similitudo ad significandum, & maxime in proposito: nam species illæ magis significãt ex diuina institutione, quã ex naturali similitudine. Significant etiã gratiam accidentalem quæ digne sumenti in usu .s. sumptione huius sacramẽti cõfertur: quia sicut per panem, & uinũ corpus reficitur, & nutritur: ita per gratiam uita animę conseruatur, & fouetur. Ista tamen significatio gratiæ sumenti collatæ no est principalis, sed aduentitia: quia eucharistiã est sacramentũ uerũm, etiã si nõ sumeretur: licet ad sumptionem sit ordinatum. Significãt etiã species illæ efficaciter e corpus uerum: quia cõcurrunt ad præsentiã corporis christi sub eis contenti, tãquã causę sine qua nõ certitudinaliter ex assistentia diuina: qui pactus est cũ ecclesia semper exhibere suã presentiã: his speciebus ritè cõsecratis: sicut sup. dictũ est de aliis sacramẽtis in generali q. j. ¶ Qđ aũt sit sacramentũ principale patet: quia

C De quadruplici excellentia.

est simpliciter dignissimũ, & excellẽtissimũ sacramentorũ. Excedit .n. alia (ut dicit Sco. dist. p̄sẽnti q. j.) specialiter in quatuor: in significãdo: in significato: in cõtinendo, & cõtinẽdi mõ. In significãdo: quia certius significat aliis sacramentis: alia .n. certe significãt, quãtũ est ex se: tñ qñdoq; nõ habent effectũ, pter indispositionem suscipiẽtis: quia effectũ nõ habent nisi in suscipiente. Istud aũt nunq̃ caret suo significato .s. præsentia corporis christi: nec põt impediri p malitiã cõsecrantis: nec per indispositionem suscipientis: quia habet effectũ suũ nõ solũ in suscipiente: sed extra in speciebus illis in pixide reseruatis. In significato: qa alia significãt gratiã accidentalẽ, & creatã: istud significat gratiã substantialẽ increatã, & gratię cęterorũ sacramentorũ creatricẽ: qa christũ fõtem gratiarũ. In cõtinendo: qa alia sacramenta nõ cõtinent, qđ significãt: q̃ gratia nõ est formaliter in sacramẽtis cęteris: sed in suscipiẽtibus sacramenta: istud aũt in se realiter cõtinet gratiã substãtialem, q̃ significat. In mõ cõtinendi: quia cętera sacramenta nõ cõtinet gratiã, nisi in usu, sicut nõ sunt nisi in usu: istud aũt continet pmanenter etiã ante usum: ut ex dictis patet. ¶ Est etiã principale sacramentũ: quia ois deuotio ecclesiæ est in ordine ad hoc sacramentũ: pter hoc .n. clericus cũ maiori diligentia persoluit officiũ diuinũ. Propter hoc populus deuotius audit missam, q̃ quodcũq; aliud officiũ ecclesiasticũ. Propter hoc etiã singuli diligentius cõfluũt ad sacramentũ pœnitentię: dũ iuxta ecclesię ordinationem, uolũt saltẽ semel in anno cõmunicare. Et hęc de ar. j. ¶ Quãtũ ad scdm, de tpe institutionis hui' sacramenti fuit altercatio inter grecos, & latinos. Nõ quidem de hoc, q post cęnã ultimã dñs instituit: in hoc .n. cõcordãt: sed quota dię mensis cęna dñi celebrata sit: discordabãt dicentibus grecis, q dñs xiii. luna passus est: & ideo tãquã præscius suæ passionis cœnã anticipauit: & eam xiii. luna celebrauit. Et ad defendendum illũ errorem, plures alios errores inciderũt: ut diffuse tractatum est in expositione cano. lec. xxxiiii. quę hic non repeto ex causa dicta. ¶ Illo præmisso est cõclusio responsalis ad hũc articulũ. Eucharistiæ sacramentũ post agni pascalis esum, fuit a christo i ipsa cęna ultima luna .xiiii. prima die azymorum institutum. Probatur cõclusio quia Mat. xxvi. dicitur. Prima die azimorũ accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes, ubi uis paremus tibi comedere pasca &c. prout diffuse loco allegato deducitur. ¶ Quantum ad tertium articulũ: dubitatur de nominibus huius sacramenti, & nominũ rationibus. Respõdetur, post sanctũ Tho. dist. præsentis q. j. ar. iii. q sacramentũ illud nominatur eucharistia, sacrificiũ, uel hostia, sinaxis, & uiaticum: nõ quin significata per hæc nomina etiã alijs cõuenire possint: nã per omnia sacramenta cõfertur bona gratia: in omnibus etiam aliquid offertur deo: & omnia uirtutem habent ex sacrificio, quo se christus obtulit in

Arti. 2. D De tpe institutionis.

Cõcl.

Arti. 3. Dub. 1. B De nominibus huius sacramẽti.

cruce. Item per omnia confertur gratia, in quacõmunicat omnes fideles nõ non reprobi. Similiter omnia nos reficiunt: & uiatoribus tantũ dantur: ut per ueniant ad patriam. Sed huic sacramento conueniunt per antonomasiam, & ex cellentiã: ideo hoc sacramentum primũ dicitur eucharistia: ab eu quod est bonũ, & charis gratia, quasi bona gratia: quia excellenter per ipsum non solum præstatur gratia: sed etiã continetur fons gratiarũ. ¶ Dicitur & sacrificium, uel hostia: quia est simpliciter institutum in memoriã summi sacrificii in cruce oblati: & idẽ sacrificium cõtinet: & per ipsum iterũ filius patri offertur, & sacrificii fructus suscipienti applicatur. Dicitur sinaxis. i. cõmunio: quia per ipsum cõmunicant omnes fideles sumentes nedũ in eadem gratia specie, sed in eadẽ numero: quia ab oibus idẽ christus numero sumitur. Dicitur & uiaticũ: nõ solũ qa tantũ uiatoribus daẽ: sed quia a christo iã eunte ad patrẽ datũ est: & quia principaliter daẽ trãseuntibus ex hoc mundo ad patriã, tãquã cibus cõfortãs, & deducẽs ad mõtem dei beatitudinis: ut fuit figuratũ ꝑ panẽ subcinericiũ datum Heliæ: in cuius fortitudine ambulauit ad montem dei oreb. iii. Reg. xix. Cõsonat Pal. q. 3. dist. præsentis. Præter tñ illa nomina, habet hec propria quibus dicitur panis uitæ: panis angelorum: & sacramentũ corporis, & sanguinis christi. Et aliis diuersis respectibus plura alia nomina sibi attribuunẽ in ordine ad fructus, quos operatur: & finẽ, quo cõducit: & originem, unde procedit. Vnde dicĩ celeste edulũ: antidotũ spũalis uitæ: mirabiliũ memoriale: arra animæ: dotalitiũ spõsæ: & sic de aliis: de qbus latẽ tractaẽ lec. lxxxv. & lxxxvj. in cano. expo. ¶ Secundum dubium.

Dub. 2 F Verum consecratio eucharistiæ sit propriẽ sacramẽtũ. Quod sic uideẽ ex diffinitione sacramenti: quia est signũ sensibile, & efficax gratiæ siue effectus gratuiti. s. corporis christi sub speciebus contẽti: & hoc ex diuina institutione: ergo. nã tota diffinitio sacramenti sibi cõuenit. Itẽ ex diuina institutione habet determinatam materiã, & determinatam formã, determinatũq; ministrũ; intentionẽ debitam, & effectum gratuitum certissimum ex opere operato. Et illa sufficiuẽ ad sacramentũ propriẽ dictũ in opposituũ est: quia tunc essent plura sacramenta, quã septẽ: nã præter illa cõiter numerata, baptismũ, confirmationẽ &c. esset consecratio eucharistiæ. ¶ Pro dubii solutione notandum, ꝙ ut patet ex diffinitione eucharistiæ: cõsecratio realiter distinguiẽ ab eucharistia: nã cõsecratio est, quid successiuũ. s. ꝓlatio uerborũ super debita materia &c. sed eucharistia est qd ꝑmanens post prolationem uerborũ: quia species panis, & uini: q̃ etiã fuerunt ante cõsecrationem: licet ante cõsecrationem nõ fuerunt eucharistia, neq; sacramentũ: de hoc in cano. lec. xxxviii. unde in locutionibus de hoc sacramento cautẽ attendendum est, quid de eucharistia: quid de cõsecratione intelligatur, seu dicatur: ne unum pro alio accipiatur: ut cum quæritur de materia, & forma: aliud est q̃rere de materia consecrationis, & aliud de materia eucharistiæ. sic cũ loqmur de usu huius sacramẽti: aliud est loqui de usu cõsecrationis, q nõ distinguitur a cõsecratione: sicut nec usus baptismi a baptismo: nã utrũq; est lotio facta in aquis &c. sic usus cõsecrationis est ipsa cõsecratio: quia nihil aliud est, nisi prolatio uerborũ. Et aliud de usu eucharistiæ: hic. n. est perceptio, seu sumptio eucharistiæ. Et usus cõsecrationis seu consecratio uia dicitur ad sacramentum: ut dicit Sco quia in termino prolationis uerborum incipiunt species esse sacramentum. Vsus autem sacramenti, q est eius perceptio, est uia, qua sacramentum applicatur membro ecclesiæ: & est uia ad nõ esse sacramenti: & ad esse gratiæ gratũ facientis, q̃ datur suscipienti. Et quia tã cõsecratio, q̃ perceptio ordinatur ad hoc sacramentum, uel ipsum ꝓsupponit: ideo cõsecratio nominatur a doc. qd sacramẽtale: qa requisitũ ad esse sacramenti. Et sumptio eius dicitẽ actus sacramẽtalis: qa ad hũc actũ sacramẽtũ ordinatur. Sed ad dubium cũ timore respõdeo: quia nõ legi illud a doc. decisũ: non itaq; asserendo: sed tãquã examinã

Conse cratio euchari stiæ pro priẽ est sacramẽ tum.

dum, corrigendúq; peritioribus offero. Cōsecratio eucharistiæ est sacramentū propriè: quia oēs diffinitiones sacramē tidatæ a sanctis, & doc. sup. dist. j. q. j. p o sitę sibi cōueniūt. Est signum uisibile. i. sensibile, inuisibilis gratiæ, cuius similitudinē gerit, & causa existit, exponendo eā, ut exposita est. Et probatur idē rōne ante oppositū: nisi .n. dentur aliæ diffinitiones, quā magistri, Hug. Aug. Scot. & aliorū sacramenta nouæ legis describētiū: nihil inuenio: qđ nō coueniat cō secrationi. Et de quo pdicabitur diffinitio: de illo & diffinitū. ¶ Sed quid de usu sacramenti .s. eius pceptione. Videtur similiter dicendūex eisdem motiuis: nā ista pceptio sacramēti est quoddā signū significās gratiā ad spūalem nutritionē suscipienti collatā ex opere operato: & hoc ex institutione diuina: deus .n. instituens, ꝙ hac perceptione sacramenti percipiens spiritualiter nutriatur p gratiæ augmentū, dedit ipsi sūptioni significationē: sic in hoc instituit baptismū ad significādū gratiā regenerantē: quia instituit ipsum ad cōferendū huiusmodi gratiā eo mō, quo sacramenta cōferunt gratiā. Hęc aūt difficultas nō hēt locum in aliis sacramentis: qa in eis nō distinguitur sacramentū ab usu sacramēti; qui est eius perceptio. ¶ Sed ad rationē in oppositū dicif, ꝙ in ueritate, & simpliciter loquendo plura sunt sacramenta, quā septem: ut patet de sacramēto ordinis: qđ sub se cōtinet septem, uel octo sacramēta a seipsis distincta: sic & species panis, & species uini: ut inf. q. iii. dicetur: sed il la sacramenta, quę ad idem ordinātur: licet et in se sint plura: dicūtur tamen aggregatione, & ordine ad eūdē finē proximū unū sacramentū. Sic quia cōsecratio eucharistiæ, eucharistia, & sumptio eius ordinātur ad spūalē hois nutritionē, habenf, seu numerātur p uno sacramento. ¶ Tertiō dubitatur de causis cōgruentiæ institutionis. Ad hoc dicitur, ꝙ tot possunt reddi causæ cōgruitatis (nulla .n. est cā necessitatis: qa deus nihil ad extra necessariō agit) ꝙ sunt eius fructus. Sūt aūt illi duo in gūre. Unus pstatio cōuenientis nutrimenti aię ad uitā per baptismū regenerati. Secundus ordinatio cōuenientis placamēti iudicis, & satisfactio pro pęnis p pctō debitis. Primū cōuenit sacramento, ut est cibus aię uitalis: secūdū ut est sacrificiū, & hostia per peccatis. Quibus adiūguntur & alię: ut inuitatio ad gustum diuinitatis: excitatio ad christi reuerentiā, & deuotionem: ut dictū est in ar. j. hæc aūt reducūtur ad spiritualiū nutritionem. Item passionis christi cōmemoratio: & quotidiana norū pctōrum ablatio. Et hæc reducunt ad sacrificij efficaciā. Item figurarū, & scripturę impletio: & utriusq; appropriata significatio: & ad utraq; pmissa reducuntur .s. ad rōnem cibi, & ad rationem sacrificij. Et đ his i gñe habes lec. xxxv. & in specie latius lec. lxxxv. & lxxxvi. Quare aūt sub illis speciebus institutum est, quære ubi sup. lec. xxxv. ¶ Quare aūt post cęnā ultimā immediatē ante passionem institutū sit: btūs Tho. ponit quatuor rationes: & cōlonat Palu. q. j. ar. iii. Prima: quia ad perfectionem ecclesiæ cōgruebat, ꝙ caput ei realiter cōiungeretur. Et ideo quādiu sub propria specie cum hominibus cōuersatus est: nō oportebat hoc sacramētū institui. Sed quādo eius corporalis presentia subtrahenda erat: ut tāgitur in litera: nec tamē ideo ante christi incarnationem in ueteri testamento instituendū erat: quia nōdum erat corpus christi in naturali cōsistentia, q̄ pręcedit eius cōsistentiam in sacramento. Secunda ratio: quia ueritas sequi debet figurationem: & adueniente ueritate cessare debet figura. Christus autē legalia seruare uoluit, q̄diu fuit in terra: quia factus sub lege: ut eos, qui sub lege erant, redimeret. Et ideo post ultimam cęnam (quę figuram in comestione paschalis agni, quæ fuit figura huius sacramenti, terminauit) institui debuit: tunc .n. figuræ ac legalia terminanda erant. Tertia ratio est: quia hoc sacramentum est memoriale dominicæ passionis: & ideo congruē passione iam imminente instituitur, & conuenientius, quam post: quia discipuli magis afficiebantur ad ipsum, passione iam imminente, quam post passionem peractam propter gau-

G De differentia inter eucharistiam, & usū eius.

Dub. 3. H De causis congruentiæ institutionis.

I Quare post cęnam immediatē sit institutum.

dium resurrectionis. Quarta ratio: quia cum hoc sacramentum frequentandum erat: ideo ultimò iam domino recedente traditur: ut sic arctius memoriæ imprimeretur. Et quia est præcipuum amoris signum; ideo in recessu amici debuit institui: dum maior motus dilectionis sentitur. Principalis tamen ratio est diuina uoluntas, cui placuit tunc instituere: & quia sic placuit: bene, & congrue institutum fuit: uoluntatis enim diuinæ prior causa quærenda non est.

QVAESTIO. II.

A SECVNDO quæritur utrum cum figurarum præcedentium pluralitate salue tur unitas sacramenti eucharistiæ. ¶ More solito tribus articulis terminabitur hæc quæstio, scilicet notabilium præmissione: conclusionũ assertione: & dubiorum solutione. ¶ Quo ad

Arti. 1. Not. 1. Duplici ratione sacramẽta præfigurantur. primum notandum secundum sanctum Bonauent. q. j. huius dist. duplici ratione, sacramenta præfigurantur. scilicet ratione suæ dignitatis. & ratione difficultatis. Figura enim attestat dignitati figurati. Quo. n. res dignior: eo magis eã congruit præfigurari: & sic pcurrentibus figuris famosior fieret eius dignitas. Sic quomodò aliquid difficilius est creditu: eò magis indiget figurarum manuductione, quibus homines afficiebant ad credendum. Et licet omnia sacramẽta aliquo modo in lege fuerunt præfigurata: ista tamen duo baptismus, & eucharistia precipue præfigurari debuerunt: Tum propter difficultatem in credendo: quæ est in baptismo: qui est primum sacramentum: & sideiianua. In eucharistia propter plura miracula. Tum propter dignitatẽ, quæ est in baptismo propter efficaciam. In eucharistia propter continentiam. Tum propter ecclesiæ unitatem: in baptismo, quantum ad inchoationem: in eucharistia, quantum ad consummationem. Vel in baptismo quantum ad signaculum christianitatis: in eucharistia quantum ad cultum diuinitatis. ¶ Secundò notandũ, quantò

Not. 2. maior est perfectio figurati, & figurarũ imperfectio: tantò pluribus figuris opus est; ut plenius figurati perfectio aperiatur. Vnde cum ueuerabilis eucharistia sit omnium sacramentorum perfectissimũ: ideo pluribus, ac multiplicibus figuris est figuratum; & quantum ad materiam, & quantum ad contentum: quantum ad rem tantum: & quantum ad effectum: ut habetur in pe. ubi supra. De cuius latissima persecutione uide lect. lv. in qua plurimæ figuræ quantũ ad omnia præfata cum suis rationibus colliguntur. ¶ Tertiò notandũ, quod licet plures sint huius sacramẽti figuræ: magister tñ ex illis omnibus elegit quatuor, quas cõmemorat tanquam magis principales. s. manna: agnum pascalem: oblationem Melchisedech: & effluxum sanguinis de christi latere. Et hoc quãtum ad leges: & quantum ad figurata, quæ in hoc sacramento, uel sunt realiter, uel significantur per ipsum. ¶ Quo ad leges: nam in lege naturæ fuit figura oblatio Melchisedech. In lege Moysi agnus, & manna. In lege gratiæ, sanguis fluens de christi latere. ¶ Quantum ad figuratas nam in hoc est uisibilis forma, species uidelicet panis, & uini: & hoc figuratur in oblatione Melchisedech, qui panem, & uinũ obtulit. Gẽ. xiiij. Est & res cõtenta. s. corpus christi uerũ, & hæc in agno paschali figuratur, qui sua oblatione. & sanguine fuso, quo postes, & superliminaria domus liniebantur: & sic a percussore angelo liberabantur. Exo. xij. Sic corpus christi in cruce oblatum suo sanguine nos liberauit ab angelo exterminatore. Est & res significata, & non cõtenta, scilicet corpus chr. sti mysticum, quod est ecclesia: & hoc præfigurabatur in manna: nam manna erat tanquã semen Coriandri: quod collectum, & contusum coquebatur in panes: ut habetur Exo. xvj. Est etiam ibi uirtus, & efficacia: & figurata est in effluxu sanguinis de latere christi. Illud tamen ultimum: ut dicit sanctus Bonauen. magis tenet rationem causæ: tenet tamen etiã rationem figuræ pensatis circumstantijs: scilicet, quod de passio, & mortuo p-

Not. 3. B Inter alias figuras sũt quatuor principales.

fluxit sanguis, & aqua: unde August. super illud ad Eph. v. Sacramentum hoc magnum est: ego autē dico in christo, & in ecclesia. dicit. Dormit Adā, ut fiat Eua: moritur christus, ut fiat ecclesia. Dormiente Adā fit Eua de latere: dormientis christi percutitur latus, & profluunt sacramenta, quibus formatur ecclesia. Ideo autem magis dicuntur fluxisse de latere, quam de pedibus, uel manibus propter conuenientiam in significando: quia simul profluxit sanguis, & aqua, & de mortuo sanguis in redemptionis præcium: & aqua in lauacrum, quę uirtutem sortiuntur ex morte christi. Sunt & alię applicationes harū quatuor figurarum, quæ habentur in expositione cano. loco allega. ¶ Quartò notandum, q unum multipliciter, v. & x.

Not. 4. C De multiplici acceptione unius. Meta. accipitur. Vno modo propriissimè, ut dicit unitatem indiuisibilitatis: & hoc modo nullum diuisibile est unū: sed solum indiuisibilia: ut deus, angelus, anima. Alio modo accipitur propriè: ut dicit unitatem compositionis: & sic homo, & composita substantialia dicuntur unum. Tertio modo impropriè, ut dicit unitatem aggregationis, uel collectionis: quomodo multa separata ab inuicē loco, & subiecto dicuntur unū; ut unus populus, unus cumulus: & illi modi non sunt ad propositum. ¶ Sed adhuc accipi tur quinq; modis, ad nostrū propositū. Vno modo, ut dicit unitatem sacramenti: & sic quæcunq; requiruntur ad constitutionem sacramenti, sine quibus nō esset sacramentum, dicuntur unū sacramentum. Secundo modo, ut dicit unitatem significationis: & sic multa idē significantia: uel ad idem significandū ordinata, dicuntur unum significans. Tertio modo, unitatem cōtinentiæ: sic dicuntur idē, quæ idem cōtinent. Quarto modo, unitatem effectus: sic unū dicuntur, quæ idem efficiūt. Quinto modo, unitatem ordinis, seu finis: sic unū dicuntur, quæ ad idem ordinantur tanquam ad finem. Et hæc de articulo primo. ¶ Quantum ad secundum articulū

Arti. 2. Cōcl. 1. D est hæc prima conclusio. Secundum diuersas considerationes sacramenti eucharistię præcesserunt figuræ multiplices in omni lege. Patet conclusio: quia alijs figuris præfiguratum est consideratum, ut cibus: alijs ut hostia, uel sacrificium: alijs ut salutarium effectuum operatiuum: prout hęc late declarata sunt lect. lv. in expositione sacri canonis. Quod etiam aliæ præcesserunt figuræ in lege naturali: alię in lege Moysaica: & aliæ in lege gratię: iam dictum est in articulo primo. ¶ Secunda conclusio. Cōcl. 2

Sicut species panis, & species uini non sunt unū per se simpliciter, & propriè: ita nec sunt unum sacramentū unitate. A Prima pars est manifesta: quia non sunt unum indiuisibile, nec compositum per se unum: sed accidentia plura inter se realiter distincta: puta color, sapor &c. Secunda pars probatur: quia species panis sine speciebus uini sunt sacramentū, alioquin laicus communicans non acciperet sacramentum. Similiter species uini sine specieb' panis: sūt sacramē: alioqn sūpto sacro sub speciebus panis: species uini in calice no essent sacramētum, q̄ patent esse falsa: & per consequens non sunt unum sacramentum unitate sacramenti: eo q utræq; species tam panis, quam uini solæ sunt uerum sacramentum. ¶ Tertia cōclusio. Licet species panis, & uini non sint unum sacramentū unitate significati, & contenti per se, & primo modo: sunt tamen unum utroque modo loquendo de totali significato, & contento. Primum patet: quia species panis, & species uini habent diuersa, & non unum significatum, & contentum, per se, & primo. Nam significatum per se, & primò, specierum panis, est corpus christi: ut corpus non includit sanguinem: sed ut tantum dicit subiectum animæ immediatum. Et specierum uini, est tantum sanguis, quæ sunt diuersa, & non unum. Secūda pars probatur: quia utrarūq; specierum panis, & uini est unū significatum, & contentum totale, scilicet corpus christi: accipiendo corpus ut includit sanguinem: quia utrobique continetur corpus, & sanguis: deitas, & anima: nō quidem per se, & primò, idest ui consecrationis: sed quędam per se, q̄- Cōcl. 3

dam per concomitantiam: ut infra patebit: & de his require lec. liij. ¶ Quarta
Cōcl. 4 conclusio. Non solum species panis, & uini: sed ipse simul cum eucharistiæ cōsecratione, & sumptione sunt unum sacramentum finis proprij, & ordinis unitate. Probatur: quia omnia hæc ordinātur in spiritualem hominis refectionem & nutritionem tanquam ad finem proprium: ergo sunt hac unitate unum. Cōsequentia tenet ex ultimo notabili: & antecedens est satis manifestum. De unitate effectus dicitur, sicut de unitate
Arti. 3. significati, & contenti. ¶ Quantum ad
E tertium articulum est dubium. Vtrum
Vtrū sacramentum eucharistiæ possit consecrari: aut sumi a non ieiunis licitè. Notandum, q duplex est ieiunium: naturę & ecclesiæ: utrumq; describitur in expositione cano. lec. x. Quo præmisso respondetur, q tam ad celebrandum, quā ad manducandum licitè, & ordinatè. i. sine peccato requiritur regulariter ieiunium naturę. Probationem require ubi supra addito. c. nihil. vij. q. j. ubi dicitur. Nullus potest cibum, potumq; quemlibet minimum sumptum missas facere præsumat. ¶ Dicitur regulariter: quia in casu potest sumi, & consecrari a non ieiuno: & sunt casus duo. Vnus quantum ad sumentes est infirmitas, qua timetur periculum mortis. In hoc casu communicandus est infirmus: licet non sit ieiunus. ¶ Sed quid, si imminet necessitas alicuius morituri, & nō sit particula reseruata: & sacerdos iam sit pransus: nunquid potest consecrare non ieiunus, & prouidere infirmo. Credo, q in casu nō debet: sicut in simili pransus non debet supplere defectū sacerdotis in missa deficientis: quia suppletio fit tantum usq; ad horam nonam: ut dicit glos. vij. q. j. nihil. Nec tunc est infirmus in periculo, quia excusat eum impossibilitas sumendi: cui ipse causam non dedit. Sicut qui patitur uomitum, communicandus nō est: sed sufficit illi fides cum desiderio. secundum illud Augu. Crede, & manducasti. ¶ Secundus casus est, si sacerdos in calice post sumptionem aquam tantum in calice habuisse depræhendit: & ita

(margin: Vtrū sacramentum eucharistię possit consecrari a nō ieiunis.)

ipsum sumendo, ieiunium soluit: tenetur tamen tunc (ne sacrificium imperfectum relinquat) de nouo uinum consecrare, & sumere non ieiunus. De quo latius uide loco quo supra. ¶ Possent addi tres casus: ut si quis facta consecratione meminit se nō esse ieiunum: debet procedere, & missam perficere, quia in periculis, quod maius est: magis est cauendum: sed maius est relinquere sacramenta ecclesiæ imperfecta (hoc enim sacrilegium est) quam deficiente debita qualitate, seu dispositione sacerdotis sumere. Sic etiam si ante consecrationem recoleret, & immineret graue scandalum nisi procederet: in hoc casu procederet debet cum contritione cordis, & proposito confitendi. Si uero scandalū non imminet. tutius est cessare. Hæc Alexa nus in sum. lib. iiij. ti. xv. uide. Pet. q. i.

QVAESTIO. III.

TERTIO quæritur: utrum a christo instituta sit certa uerborum forma ad essentiam eucharistiæ: uel eius cōsecrationis necessaria. ¶ Notabilibus præmissis, conclusiones subnectentur cum dubijs. ¶ Quo ad primum præsupponitur: q multum refert loqui de eucharistia, & de consecratione: ut habitum est supra: q. proxi. dub. ij. ¶ Secūdō supponitur: q hic non loquimur de forma proprie, prout dicit aliquid inhærens materiæ uel subiecto. Sed accipitur hic metaphorice pro uerbis ad ueritatem sacramenti requisitis: sicut etiam materia accipitur pro signo sensibili, siue elemento cum uerbis ad esse sacramenti requisito: de quo supra dist. iij q unica. ¶ Tertiò notandum, q eucharistiæ nulla uerba possunt assignari pro forma: quia etsi sint quædam uerba requisita ad fieri eucharistię, id est ad hoc ut species incipiāt esse eucharistia: nulla tamen uerba requiruntur ad eius esse, quia sine uerbis manet eucharistia. Verba autem, quæ requiruntur ad eius fieri: sunt forma consecrationis, non eucharistiæ. ut dicetur. ¶ Et si di. In omni sacramento est assignare

(margin: A De forma. — Arti. 1. Not. 1. — Not. 2. — Not. 3.)

gnare materiã,& formã: secundũ illud Aug. Accedat uerbum ad elementum & fit sacramentum. per uerbum intelligit formam: per elementum materiam: ergo sic erit in eucharistia. Respõdetur. Dictum Aug. habet ueritatem de sacramẽtis cęteris, quę cõsistunt in usu, seu quadam operatione. Non autem de eucharistia, quę sola inter sacramenta habet esse permanens. Nã & ipse loquitur ibi de sacramento baptismi: nõ generaliter de omnibus: ut patet. j.q. j. detrahe. ubi ponitur hęc auctoritas. Vel dicitur, ꝙ ad fieri cuiuslibet sacramenti, requiritur materia & uerborum forma: & ad hoc sonant uerba Aug. dicit. n. Accedat &c. & fit sacramentum, non dicit: & est, uel ma

B het sacramentum. ¶ Sed si quæris: an in sacramẽto eucharistiæ posset aliqua forma signari: licet illa non sint uerba. Ad hoc dicitur, ꝙ solæ species post consecrationem sunt sacramentum eucharistię, omnibus alijs semotis: ipse autem species sunt formæ quedã simplices: nõ cõpositę, ex materia, & alia forma: quæ etsi naturaliter haberẽt materiã, in qua uidelicet subiectum, cui inhæreret: in sacramento tñ subiectũ nõ habent: ut infra dicetur. Nihil. n. ab eis distinctum est de essentia sacramẽti: & ideo huic sacramento eucharistię non potest assignari materia, neq; forma, quę sint de essentia sacramenti. ¶ Et si replicatur de significatione: quia illa sit forma: ut dicit Sco. Dicendum, ꝙ significatio actualis non est de essentia sacramenti. Significatio autem habitualis non distinguitur a speciebus: sed est ipsæmet species natæ significare ex diuina institutione. Idem autem non est forma sui ipsius: non enim pono relationem esse quid distinctum a rebus absolutis: sicut ponit ille doctor: & de hoc in expositione canon. lec. xxxviij. Et ideo consequenter loquendum est de forma consecrationis eucharistiæ. ¶ Quantum ad articulum secundum est conclusio prima. Consecrationis diuersarum specierum eucharistiæ, distinctę sunt uerborum formę. Probatur: quia alia est forma consecrationis specierum panis: alia specierum uini: ergo. Consequentia nota: & antecedens probatur: quia distinctarũ consecrationum distinctæ sunt formæ: sed cõsecratio specierũ panis, distinguitur a cõsecratione specierum uini: quod patet per earũ separationes: non. n. simul fit consecratio utrarũq;: ut patet: nec una quantum ad effectum consecrationis (quę est præsentia corporis, & sanguinis christi) expectat aliam. Nam cõsecratio specierum panis, & eius effectus tempore pręcedũt cõsecrationẽ specierũ uini: alioquin adorantes eucharistiã in eleuatione specierũ panis ante cõsecrationem calicis, cõmitterẽt idololatriam: quod falsum est: & contra ecclesiæ ritũ. Possunt tamẽ ambę consecrationes dici una cõsecratio: & duæ earũ formę una forma: eo modo quo hęc duo sacramenta, dicuntur unũ sacramentum, & una eucharistia: de quo quęstione præcedenti habitum est. ¶ Secunda conclusio. Forma necessaria ad cõsecrandũ panis sacramentum, his uerbis constat: Hoc est corpus meũ. Cõclusio hæc laté probatur in expo. cano. lec. xxxviij. Nã coniunctio (.n.) quę addit: nõ est de necessitate consecrationis: sed de necessitate cõsecrantis: quia ea etiã uoluntarie dimissa uera est consecratio: licet consecrans mortaliter peccet: ut ibidẽ patet. ¶ Tertia conclusio. Forma cõsecrationis specierum uini necessaria, & præcisa ex scriptura canonica nõ est sufficienter determinata. Probatur: quia dubium est: an aliqua uerba pręter illa: hic est calix sanguinis mei: sint de necessitate consecrationis. An etiam sequentia sint necessaria, scilicet noui, & ęterni testamenti: qui pro uobis, & pro multis effundetur in remissionẽ peccatorum. Certũ tamen est: ꝙ uerba christi in persona christi prolata in canon. missę, scilicet hic est calix. usq; ad illa: hæc quotiescunq; feceritis, continent in se formam consecrationis. Vnde certum est, ꝙ his a sacerdote debita intentione super debita materia prolatis, fit consecratio: & transsubstantiatio uini in sanguinẽ christi. Et de hoc require in expositione cano. lec. xv. & duj p totũ.

Margin notes: An in sacramẽto eucharistię possit aliqua forma assignari. — Arti. 2. Cõcl. 1. C — Distinctarũ cõsecratio nũ sunt formę distinctę. — Cõcl. 2. — Cõcl. 3.

Arti. 3 ¶ Quantum ad tertiū articulum, in quo D mouenda sunt dubia. Aduertendum; q̃
Expositio formarum. plura dubia hic occurrūt mouēda: quorum solutiones longum exigunt tractatum: & in dicta cano. expositione latè sunt tractata. Ideo dumtaxat mouebo quædam: & decisionem eorum remittam ad locum prædictæ expositionis in
Dub. 1. quo tractantur. ¶ Est ergo primum dubium de significatione singulorum uerborum in utraque forma contentorū: & de ueritate ipsarum formarum. Et an sint ut consecratiue uerè uel falsè: uel ut materialiter tente. de hoc habes lec. xlviij. & specialiter de forma consecra-
Dub. 2. tionis sanguinis. lect. liij. ¶ Secundum dubium de congruitate ipsorum uerborum in ordine ad rem sacramenti. de
Dub. 3. hoc habes lect. xlviij. ¶ Tertium dubiū. Vtrum illa uerba, quæ a celebrante in persona christi proferuntur (scilicet: Accipite, & mādücate ex hoc omnes: hoc est corpus meum: quo ad consecrationē specierum panis: & illa: accipite, & bibite ex eo omnes: hic est calix sanguinis mei noui, & æterni testamenti: mysterium fidei, qui pro uobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum: hæc quotiescunque feceritis: in mei memoriam facietis) sufficiant ad effectum consecrationis. Aut an etiam alia uerba canonis præcedentia, uel sequentia sint de essentia, seu necessitate consecrationis. Cuius solutionem re-
Dub. 4. quire lect. xxxviij. ¶ Quartum dubium de mutatione formæ, seu uerborum in forma contentorum: cuius decisionem habes lect. xxxviij. ubi latè habes, quæ mutatio tollit effectum cōsecrationis, & quæ non. Etiam simile habitum est supra de mutatione formæ baptismi. dist.
Dub. 5. iij. ¶ Quintum dubium. Vtrum christus hac forma usus fuerit in conficiendo hoc sacramentum in ultima cęna, dum ipsum instituit: de quo reqre lec. xxxvj.
Dub. 6. ¶ Vltimò dubitatur. Quid in sacramen-
E to eucharistię sit sacramentum tātum: quid sit res tantū: & quid sit res, & sacra
Quid in sacramento mentum. Ad hoc respondet magister in tex. q̃ forma, idest species panis, & uini, qua frequenter rerum quę ante fuerūt, scilicet panis, & uini uocabula tenent
Eucharistiæ sit scim tā tum. sunt sacramentum tantum: quia signa uisibilia effectus gratuiti inuisibilis: quorum officium est tantum in significando, & continendo. Non autem ipse sūt gratia uel effectus gratuitus: aut aliquid significatum per ipsum sacramentum: nam per rem nihil aliud intelligitur: q̃ id, quod significatur per sacramentum: & ita sunt sacramentum tantum, idest signa significantia, & non gratia significata. Corpus christi mysticum est res tantum: quia est id, quod significatur p̃ sacramentum, idest species panis, & uini: quia sicut panis ex multis granis cōficitur: & uinum ex multis racemis confluit: ita ecclesia ex multis fidelibus adunatur: significatur etiā per corpus christi ibi contentum, & uerum: quia sicut corpus christi ex membris diuersa officia habentibus constituitur: ita ecclesia ex diuersis fidelium gradibus diuersa officia habentibus aggregatur. Ipsa autem ecclesia significata non est alicuius alterius significatiua: & sic dicitur res tantum, & non sacramentum. Corpus autē christi, q̃ sub speciebus cōtinetur: est res cōtenta, & per species significata: & etiam signū corporis mystici: ut dictū est: & sic dicitur res, & sacramentum: non capiendo sacramentum propriè. Sic enim corpus christi sub hostia non est sacramentū: qa nō est uisibile signum: ut dictum fuit in diffinitione sacramēti. q. j. d. st. j. sed ē sacramētū largè. i. sacrū signum. Et per hoc patet: q̃ huius sacramenti est gemina res, una significata, & contenta. s. corpus christi uerum: & alia significata, & non contēta: scilicet corpus christi mysticum: & hæc planè declarantur in textu.

DISTINCTIO. IX.

T sicut duæ res sunt Distinctio nona, in qua magister agit de diuerso manducationis modo. Et comprehenditur sententia textus in subie-

stis tribus cōclusionibus. ¶ Prima. Duabus rebus sacramenti correspondēt duo modi eucharistiam manducandi. Hi sūt manducare sacramentaliter: & manducare spiritualiter. ¶ Secunda ab utrisque bonis, & malis, corpus christi uerè, & realiter sumitur: sed a malis sacramentaliter tantum: a bonis autem sacramentaliter, & spiritualiter manducatur. ¶ Tertia conclusio. Per distinctionem modorum manducandi sacramentaliter, & spiritualiter, exponendæ sunt sanctorū auctoritates catholicè, & fideliter. Has declarat planè textus. ¶ Circa hanc distinctionem de duobus quæritur scilicet de ipsa manducatione. Secundò de mā ducantium dispositione.

QVAESTIO. I.

A Vtrum manducatio eucharistiæ sit de necessitate salutis.

CIRCA primum queritur: Vtrum manducatio eucharistiæ sacramentalis, aut spiritualis sit de necessita e salutis. ¶ Tres articuli huius questionis: terminorum declarationes: responsiuæ cō clusiones: & dubiorum solutiones, submouebunt quæstionis difficultates.

Arti. 1. Not. 1.

¶ Quantum ad primum notandum, ꝙ licet magister in textu ponat tantū duos modos manducationis huius sacramenti, scilicet manducare sacramentaliter, & manducare spiritualiter, ex quibus elicitur tertius, scilicet manducare sacramentaliter, & spiritualiter: potest tamē addi quartus modus, scilicet manducare sacramentum: sed non sacramentaliter: ut tangit Sco. dist. viij. q. iij. Et sic in uniuerso erunt quatuor modi manducandi hoc sacramentum, scilicet manducare sacramentū, & non sacramentaliter. Manducare sacramentaliter, & nō spiritualiter. Tertiò, mānducare sacramētaliter, & spiritualiter. Quartò, manducare spiritualiter, & non sacramentaliter. Quintum, superfluerr et membrum, scilicet manducare, nec sacramentaliter nec spiritualiter: quia coincidit cū primo, quia quicuuq; manducat hoc sacramentum, & non sacramentaliter: etiam non manducat spiritualiter: quia in manducante sacramentaliter præsupponit manducare spiritualiter: licet mā ducare spiritualiter in non manducante sacramentum, non præsupponat mā ducationem sacramentalem, etiam nō potest poni sextus modus manducandi carnem christi corporaliter, seu carnaliter, per discerptionē corporis christi quomodo manducantur carnes emptæ in macello: quomodo Iudæi intellexerunt christum prædicantem. Nisi manducaueritis carnem filij hominis: & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Ioan. vj. quia illo modo non est in sacramento, ut describi possit, aut sensibus appræhendi: nec extra sacramentum datur alicui in cibum.

De multiplici modo manducatiōis eucharistiæ.

B. Manducatur non sacramentaliter.

¶ Manducare sacramentum, & non sacramentaliter, est manducare hostiam consecratam: quæ realiter, & uerè continet corpus christi: & tamen non ut talem, hoc est (secundum Richar.) sine intentione generali uel speciali implicita, uel explicita sumendi ipsam: ut signū tale continens corpus christi. Hoc modo sumunt bruta animalia, infideles, hæretici. Circa hoc sacramentum, etiam mali christiani sumentes cibum illum sicut alium non discernentes eum a communi cibo: de quibus apostolus. j. Cor. xj. dicit: ꝙ talis iudicium sibi māducat, non diiudicans corpus domini, idest nō discernens a communibus cibis: ut exponit Sco. Et hoc fieri potest ex ignorantia: ut si quis sumeret hostias nesciēs eas consecratas: quia forte inueniret eas expositas extra locum consuetæ reseruationis: uel ex infidelitate: sicut paganus, si daretur sibi. Et sicut mulier illa (de qua legitur in legenda sancti Grego.) quę panes cōsecratos coxerat: nec credidit ibi esse corpus christi: uel ex cō temptu etiam stante fide ut a malo christiano. Posset tamen capi manducare sacramētaliter largius: ut dicit Richar. pro manducatione speciei, quæ est sacramentum: & sub qua realiter continetur christus: secundum quem modum manducatur ab omni manducante species prædictas, siue homine, siue bruto: & sic non refert dicere: sumere sacramē

tum,& sumere corpus christi sacramentaliter. Sed ita nō accipitur cōmuniter: qa cum dr̃,manducare sacramētaliter, ly sacramentaliter magis determinat ly mādūcare quantūad modūmāducādi, quā ad rem manducatam. Sed manducare sacramentū sacramētaliter, est māducare sacramentum,ut signum corporis christi in eo realiter contenti, & ita recipiunt fideles credentes contineri sub speciebus,quas sumūt corpus christi siue sint boni,siue mali. ¶ Manducare sacramentū spiritualiter.dupliciter potest accipi. Vno modo ex parte modi: & sic est manducare corpus christi:non sub propria specie uisibiliter:sed sub tegumēto accidentiū panis iuisibiliter,& sic quicunq; sumit sacramentaliter,sumit spiritualiter. Alio modo ex parte effectus:ut est māducatio, quā sequit̃ spiritualis refectio, & nutritio animę quo modo sumūt qui dignè accedunt: & de hac dist. uide latius in expo. cano. lect. xxxvj. ¶ Sed nota,q̄ refert dicere:manducare sacramentū spūaliter: & manducare corpus christi spūaliter: qa manducare sacramentum spiritualiter,includit manducare species, quæ sunt sacramentum:sed manducare corpus christi spūaliter,non. Vnde spiritualiter māducāt, qui etiam sacramētum nō manducant. Et sic māducare spūaliter est christo incorporari:quomodo māducāt quicūq; in christū credunt:ac p charitatē ei uniūtur:& per hoc corpori suo mystico icorporātur:secūdū illud Aug. Crede,& māducāsti.crede fide firmata.¶ In manducatione corporali duo sunt masticatio, & incorporatio. In spirituali masticatur per fidē. Incorporatur per charitatem: nō cibus māducāti: sed māducans cibo .i.sumens christo:secundūillud August. Cibus sum grandiū:cresce, & manducabis me:non ego in te.sed tu mutaberis in me. lib. vij. confes. Et de hoc latius ubi supra. Et illo modo manducant spiritualiter,etiam qui non suscipiunt sacramentum:immo quicunq; sunt in gratia. Manducant etiā spiritualiter infantes baptizati,qui credunt in Christum fide formata, non eliciendo actū fidei aut charitatis: sed habendo fidem, & charitatem infusas.¶ Ex his patet, quid est manducare sacramentaliter tātum; & quid spiritualiter tantum,& manducare sacramentaliter,& spiritualiter simul:etiam quid est manducare sacramētum,& nec sacramentaliter, nec spiritualiter.¶ Secundo notandum post Duran.q̄ sacramentum esse de necessitate salutis dupliciter contingit. Vno modo ratione sui. Alio modo ratione præcepti. Ratiōe sui: quādo effectus eius ē necessarius ad salutem : siue communitatis:siue personæ singularis. Communitatis:ut ab aliquo.uel ab aliquibus de communitate suscipiatur: non autem a qualibet eius persona. Talia sunt ordo, & matrimonium. Nam effectus cuiuslibet istorum necessarius est communitati:quia sine ordine non esset, qui ministraret communitati sacramenta ad salutem necessaria:præsertim pœnitentiæ. Sine matrimonio non maneret cultus diuinus deficientibus fidelibus : nisi per matrimonium aliqui generarentur educandi ad cultum diuinum. Quia tamen communitati ad hos actus aliqui sufficiunt : ideo non quælibet persona ad hæc obligatur sacra nisi in casu ubi tota communitas deficeret: nisi persona hæc suppleret.¶ Quandoq; effectus sacramenti est necessarius cuilibet personæ singulari de communitate: ut eorum,qui ordinantur ad tollendum defectum saluti incompossibilem, aut conferunt effectum saluti necessarium. Defectus incompossibilis est peccatū originale,uel mortale:effectus necessarius est gratia iustificans , idest gratia, per quam iniustus fit iustus,quę etiā dicitur prima gratia:quia aliā nō prę supponit: qm̄ ipsa peccator iustificatur. Et sic sacramenta,per q̄ cōferrūr prima gratia, sunt necessaria ad salutē:ut baptismus, & pœnitentia. Baptismus quoad omnes: quia eo tollitur peccatum originale : quia omnes nascimur filij iræ,ad Ephe. ij. Pœnitentia uero his , qui lapsi sunt post baptismum in peccatum mortale : q̄ est incompossibile saluti: sicut:& originale . Sic ergo baptismus,& pœnitentia

C Manducatur spiritualiter.

Not.2. D Esse de salutis necessitate stat dupliciter.

tia sunt de necessitate salutis, ita ut actu suscipiantur: uel saltem uoto: cum susceptionem eorundem excludat articulus necessitatis. ¶ Sed ratione præcepti sunt necessaria ad salutem: quę non conferunt primam gratiam: sed gratiam præsupponunt, ut eucharistia, & confirmatio, & extrema unctio. Primò quidē ratione pcepti diuini: quia cū omnia sacramēta instituta sint propter salutem uiatorum: non uidetur, ꝗ absq; contemptu homo uiator possit talia totaliter omittere: habita copia ministri ea conferre ualentis, & uolentis. Vnde qui talia non recipit: puta eucharistiam, & extremam unctionem, quando probabiliter ei imminet exitus de statu uiatorum: uidetur contemnere præceptum diuinum, sicut etiam supra dictum est de confirmatione: dum confitenda est fides coram persecutore: qui enim tunc non susciperet sacramentum confirmationis, habita copia confirmantis: cum pro tunc indigeat effectu eius: uidetur contemptor sacramenti, quod est contrarium saluti. Item ratione præcepti ecclesię: quando de susceptione sacramenti ecclesia statuit decretum, aut pceptū. Hęc Durā. & Pet. de pal. q. j. dist. psentis idē recitat: sed non in omnibus consonat. ¶ Quantum ad secundum articulum est prima conclusio. Manducatio spiritualis eucharistię est de necessitate salutis. Probatur conclusio: quia illud est de salutis necessitate, sine quo salus nequit adipisci: talis est manducatio spiritualis: ergo. Maior nota. Minor probatur: quia incorporatio, qua homo incorporatur christo per fidem, & charitatem, per quas fit membrū corporis christi mystici est necessaria ad salutem: dicēte domino Io. iij. Nemo ascendit in cœlū, nisi qui descendit de cœlo: filius hominis, qui est in cœlo. Ascēdit autem totus. i. cum toto corpore, & omnibus suis membris: sed hæc incorporatio est spiritualis eucharistiæ manducatio: ut dictū est: ergo conclusio uera. Et hoc confirmatur auctoritate saluatoris Io. vj. Nisi manducaueritis carnem filij hominis &c. non habebitis uitam in uobis. quod

Arti. 2.
Cōcl. 1.
E
Manducatio spiritualis euchari stiæ ē de necessitate salutis.

secundum August. intelligitur de manducatione spirituali. ¶ Secunda conclusio. Manducatio eucharistiæ sacramentalis ratione sui effectus: non est de necessitate salutis. Probatur: quia nihil est de necessitate salutis, sine quo haberi potest salus: sed sine effectu eucharistiæ potest haberi salus: ergo. Minor probatur: quia effectus eucharistię non est prima gratia, qua iustificatur impius: sed illam pręsupponit: & prima gratia sufficit ad salutem: ergo alia non requiritur. Effectus enim manducationis eucharistiæ est gratię augmentum, qua anima deo grata nutritur, & crescit in gratia, ut ad perfectionem perueniat. Hęc autem perfectio non est simpliciter necessaria ad salutem: quia quicunq; gradus gratię gratificat: & reddit habentem dignum uita, & constituit heredem regni. ¶ Tertia conclusio. Manducatio sacramenti eucharistiæ est de salutis necessitate ratione pręcepti diuini, & ecclesię: Probatur conclusio quoad primam partem ratione præcepti diuini: quia pręceptum diuinum est, ꝗ nemo contemnat ea, quæ deus instituit pro consequēda salute, etiam si fuerint de consilio: quia consilium diuinum: licet non ligat ad sui executionem: ligat tamen ne contemnatur: sed non suscipiens eucharistiam dum eius effectus est homini necessarius, aut multum utilis, & promotiuus: uidetur contemnere sacramentum quasi inutile, & talis peccat mortaliter: ergo tenetur non contemnere &c. Ex illo sumitur; ꝗ uiator, dum probabiliter sibi imminet exitus de uia, tenetur sumere sacramentum eucharistię: quod institutum est pro uiatico exeuntium de ecclesia militante: dum adsit facultas percipiendi: quia alias uidetur contemnere. ¶ Pro secunda parte ratione pręcepti ecclesię patet per. c. omnis. de pęni. & remis. Vbi præcepit ecclesia omnibus fidelibus utriusq; sexus adultis suscipere eucharistiam ad minus annis singulis in pascate. Verum quia pręcepta illa sunt affirmatiua, non obligant pro semper, & in casibus iam expressis. ¶ Quantum ad ter-

Cōcl. 2.

Cōcl. 3.

Arti. 3. Dub. 1. F Vtrum christus manducauerit eucharistiam.

tium articulum dubitatur primò. Vtrum Christus manducauerit eucharistiam. Respondetur, quod in cœna ultima, in qua sacramentum hoc instituit: prius ipse suscepit sacramentaliter tantum: non tamen spiritualiter. Licet quidam dixerunt oppositum quantum ad utrumque: ut patet lec. xxxiiii. in exposi. canon. Suscepit eo modo sacramentum, quo circumcisionem, & baptismum, quę recepit sacramentaliter tantum: quia tantum signum & non rem. s. peccatorum purgationem. ¶ Si dicis. In christo fuit fides, & perfecta charitas: & summa unio ad seipsum: ergo spiritualis manducatio. Dicendum, quod in christo nec fuit fides nec incorporatio: sed euidens cognitio, & summa unio: primum repugnat fidei: secundum incorporationi. Nā incorporatio duo dicit: illud quod incorporatur: & illud, cui fit incorporatio, & distinctionem huius ab illo. Summa autem unio excludit omnem distinctionem: nā ubicunque est distinctio qualiscunque: ubi non est summa unio. Sumpsit ergo sacramentaliter: quia species, ut seipsum continentes: non spiritualiter: quia non sumpsit rem sacramenti. s. spiritualem nutritionem per gratiæ augmentū. ¶ Si dicis sumere sacramentaliter tantū, est tantū malorum. Respondetur negando: quia recipere sacramentaliter tantum, est recipere sacramentum, ut sacramentum, & non rem sacramenti. hoc autem scilicet non recipere rem sacramēti dupliciter contingit. Vel ex indispositione suscipientis: & sic tantū est malorum. Vel ex perfectione sumētis: quia habet gratiam in termino non ultra augmentabilem: & hoc est perfectissimorum: christi scilicet & uirginis gloriosę, stante opinione, quod in conceptione filij recepit totam gratiam, ad quam fuit pręordinata.

Dub. 2. G Vtrum Angeli manducant spiritualiter corpus christi.

¶ Secundò dubitatur: utrum angeli manducant spiritualiter corpus christi. Respondetur, quod angeli nō māducant corpus christi spūaliter: quia nō māducant sacramentum: manducare enim sacramētum nō conuenit angelis: neque secundū naturā propriā: manifestū est; neque in corpore assumpto: cū manducare sit actus aīæ uegetatiuę, quē angelus exercere non potest: ut uult Pe. q. j. ar. ii. Sed manducare christum, si dicit tantum unionem cū christo per gratiam: sic angeli manducant christum: quia christus secundum diuinitatem est caput angelorum, cui per gratiam consummatam, quæ est gloria: ut membra beatificē uniuntur: & secundum hoc sacramentum hoc dicitur panis angelorū: quia continet christum, qui est beatitudo angelorum. Si uero manducatio spiritualis christi dicit nutritionem per gratiæ augmentum: & conuersionem manducantis in christum per fidem operantem per charitatem: sic angeli non manducant christum: quia gratia angelorum est in termino: & non augmentatur: nec uniuntur christo per fidem; sed per uisionem, & perfectam fruitionem. nomina sunt ad placitum.

Dub. 3. H Quale corpus dedit christus discipulis.

¶ Tertiò dubitatur, quale corpus dedit christus discipulis, mortale, uel immortale. Respondetur: quod de hoc uariātur sententię doc. ut tractatur lec. xxxvij. in expositione canon. & lec. xlvj. Vnde probabiliorem opi. sequendo dicitur: quod dedit corpus tale, quale tunc habuit: id est mortale, & passibile: quod tamen per manducationem apostolorum nihil patiebatur: neque sui diuisionē: quoniā dentes manducantiū (qui species panis masticando diuiserunt) non peruenerunt tangendo ad corpus christi: quia non fuit ibi, ut tangibile, uel sensibile. Et quā tumcunque comminutæ sunt species: tamen sub qualibet particula fuit corpus christi integrum, & indiuisum. Et licet corpus sub speciebus contentum fuit passibile in se: sed non, ut ibi contentum: quia ut ibi attingi non potuit per agens ibi corporeum naturale. Verum pati potuit per agens naturale: applicatum corpori in sua naturali consistentia. Vnde si conseruatum fuisse sacramentum per triduum mortis: corpus Christi fuisset mortuum sub sacramento: dum moriebatur in cruce: ut infra dicetur.

507

QVAESTIO. II.

A Vtrũ solũ mortale pecatũ reddat accidentem indignũ.

Q VAERITVR secundò: utrum solum mortale peccatum reddat accedentem huius sacramenti indignũ. ¶ Tribus articulis ad quæstionem respondetur. per notabilia: conclusiones: & dubia. ¶ Quantum ad primum, primò notandum: q̃ tripliciter intelligi potest aliquẽ indignè accedere ad sumptionẽ huius dignissimi sacramẽti. Et similiter per oppositũ tripliciter dignè accedere. Vno modo per comparationem eius ad id, quod sumitur: & sic indignè accedit, cuius dignitatis non est proportio cõueniẽs ad id, quod sumitur, & sic accipiẽdo nulla creatura dignè sumit: quia dignitatis creaturę ad dignitatẽ creatoris, qui in hoc sacramento sumitur: sicut finiti ad infinitũ: nulla unquã esse poterit proportio. hinc Iob. xxv. Nunquid iustificari pot hõ cõparatus deo. & sequitur. Ecce luna etiã nõ splẽdet: & stellæ nõ sũt mũdę in cõspectu eius: quãtò magis homo putredo, & filius hominis uermis: de quo lec. lxxxii. Secũdo modo, p comparationem ad cõsecutionem effectus huius sacramenti: & sic indignè accedit, qui accedẽdo nõ cõsequitur spiritualẽ nutritionẽ per gratiæ augmẽtũ. Tertio modo, per cõparationẽ ad culpã, quã mãducãdo cõtrahit: & sic indignè accedit, qui accedendo mortaliter peccat: & ita nouo p̃cõ mortali se inuoluit: de quo lec. lxxx. in ex, ca. latius. Et distinguitur modus secundus a tertio: quia stat aliquem accedendo nõ recipere gratiam: non tamen incurrere offensam: ut dicit sanctus Bonauent. quæst. vii. huius distinct. & Alexand. part. iiij. quæst. xlvi. memb. iii. arti. ij. Cancellarius in de floribus de eucharistia. Item super magnificat tract. ix. par. iii. sanctus Thom. par. iii. quæst. lxxx. artic. iiii. in solutione rationis ultimæ. Vnde ait Bonauent. Dignè manducare est sufficienter se preparare. s. peccati omnis expulsione reuerentia, & dilectione. Et hic modus opponitur indignitati secundo modo dictæ: & sequitur in Bonauent. & idem habet Alexand. ubi supra. Quidam autem se sufficienter præparant secundũ ueritatẽ: quidã secundũ probabilitatem: quidã neutro modo se præparãt. Vnde contemnunt primi: mãducãt ultimi indignè: medij uero nõ mãducãt dignè: quia nõ secũdũ ueritatẽ præparãt se sufficienter: nec indignè: quia se præparãt probabiliter, & subdit, quod supra dictum est. Tales quamuis non recipiãt gratiam: non tamen incurrunt offensam. Et accipit ipse mãducationem indignam tertio modo supra dicto: & mã ducationem medio modo illam, quæ supra dicta est indigna secundo modo. Illa enim mediat inter dignam oppositã indignè secundo modo: & indignam tertio modo. ¶ Sed di. contra prædicta ille medius modus, siue secundus indigni accessus nõ est ponendus: quia nõ est possibile accedentem neq; mortaliter peccare nouo peccato mortali: neq; gratiam consequi. Probatur: quia cum ad accedendum requiritur præuia dispositio accedentis secundum apostolum j. Corinth. xi. Probet autem seipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat: uel ergo ꝓbãdo se facit, quod in se est: uel non. Si sic, iam sine mortali accedit: quia nemini deest deus ad salutem facienti, quod in se est: & per hoc facienti, quod in se est, remittitur peccatum; & infunditur gratia: & per consequens manducando consequitur nouam gratiam priorem augmentantem. Aut non facit, quod in se est: seipsum probando, & sic secundum apostolum. Iudicium sibi manducat, & bibit, & per consequens nouo mortali accedendo peccat. ¶ Respondetur conformiter prædictis: q̃ facere, quod in se est: dupliciter contingit: aut secundum ueritatẽ, qua diuino iudicio iudicatur ut sufficiens dispositio de congruo ad peccati remissionem, & qui sic dispositus accedit, gratiã consequitur. Contingit etiam facere, quod in se est secundũ probabilitatẽ iudicio proprię cõsciẽtię: ut uult Alex. & sãct. Bonauẽt. & illud nõ semp sufficit secũdũ ueritatẽ: quia nõnũquã discordat iudiciũ cõsciẽtię a iudicio

B Possibile est aliqui accedẽtẽ nec gratiã consequi nec peccare mortaliter.

Arric. 1. Not. 1. Indigne accedere accipitur tripliciter.

ueritatis diuinę. Nec facile potest iudicare homo se sufficienter contritum: & ita nescit homo secundum euidentiam, an odio, uel amore dignus sit: etiam secundum prędentem iustitiam: & tunc accedens non consequitur gratiam saltē ex ope operato: nec peccat nouo mortali peccato. Deus enim ex sua pietate sciens fragilitatem humanam: dūprçesſit probabilis sui probatio: licet non fuerit sufficiens secundum ueritatem: non imputatur sic accedenti ad nouum mortale: sed alterū de duobus sperādū. Quod autem illuminat accedentem ad cognitionē suę insufficientię, & peccati, quod latet: aut de sua benignitate remittit: & tunc confert gratiam sic accedenti: nō ex opere operato; sed ex sua benignitate. & sic saluatur dictū Alex. quo dicit: ꝙ sic accedenti confertur gratia: & san. Bonauen. ꝙ non consequitur gratiā: iste loquitur ex opere operato: ille ex diuina benignitate. Pe. de pal. q. ij. arti. j. dis. præsentis uidetur idem sentire, cum inquit. Si quis dubitat, an sit in mortali: uel credit se esse in eo: aut hoc est ex cōscientia scrupulosa, & temeraria: aut ex probabili coniectura. Si primum: debet conscientiam deponere, & ea deposita cōicare: sed nō contra cōscientiam accedere. Si secundū: debet cōteri, & confiteri, alias exponeret se periculo. addit Paulò ante: nisi necessitas urgeat: uel qa est dies pascę qua tenetur celebrare parochianis, aut cōicare. Nec habet, qui possit eum absoluere: uel parochianus habet casum episcopalē, a quo curatus non pōt absoluere: tunc. n. Potest cōicare cum spe postea confitendi. Si uero credit se non habere mortale, si fecit, quod debuit, non peccat: sed sibi dimittitur, forte ex ui sacramenti: pro quo allegat dictum beati Aug. in quodam sermone: nec sic accedendo peccat. si non fecit, quod debuit, peccat: sed minus, quā sciēs. Hęc ille.

Not. 2. ¶ Secūdò notādū, ꝙ secūdū Sco. aliquē esse in pctō mortali tripliciter intelligit: uel qa adhuc est in actu peccādi: aut quia de cōmisso pctō nō est absolutus: quia nō sufficienter cōtritus est; uel qa licet in foro cōsciētię: nō tñ in foro pęnitentiæ absolutus: quia nō confessus. ¶ Quibus præmissis, sequuntur conclusiones, quoad artic. secūdum quarum prima. Accedens ad sacramentum eucharistiæ manente in se mortali peccato, redditur indignus secundo, non tamen tertio modo. Probatur conclusio de eo, in quo manet mortale peccatum post sui probationem sufficientē probabiliter; quamuis nō secundum ueritatem talis enim indignus est secundo modo: quia gratiam nō consequitur saltē ex opere operato: & tñ nō peccat nouo mortali pctō: ut patet ex primo notabili, & latius in expositione c. lec. lxxx. Arti. 2. Cōcl. 1. C Peccat nouo mortali, qui indignè accedit.

C ōc. 2 ¶ Secūda cōclusio. Māducans eucharistiam in mortali alterum triū modorum sine sui probabili probatione: peccat nouo peccato mortali in sacramenti susceptione. Probaē quia talis est simpliciter indignus cibo uitę: cum sit spiritualiter mortuus. Est etiam cōtēptor dei, pro eo, ꝙ negligit se probare: & per cōsequens māducat ad iudiciū: & ita peccat nouo mortali: alias ꝓbationes require ubi sup.

Cōcl. 3. D ¶ Tertia cōclusio. Nō solū pctūm mortale: sed & quędā alia reddūt accedentem culpabiliter indignū. Probatur: quia accedens sine mortali contra prohibitionem ecclesiæ: quamuis non habeat in se culpam mortalem: id in multis casibus contingere potest, ut in excommunicato per errorē: tamen a suo iudice: qđ fieri pōt sine culpa iudicis: ut exēpli causa, quis cōtraxit matrimonium in facie ecclesiæ cum alia prius clādestinè ligatus: ecclesia compellit, ut cohabitet ei, cum qua publicè contraxit per excommunicationem: quo casu tenetur patienter sustinere excommunicationem, & non parere ecclesiæ: hac ergo excommunicatione stante, si communicat mortaliter peccat: quia contra prohibitionem ecclesiæ, cui potest sine interitu salutis obedire: & tamen ante accessum non est in mortali: quia pono, ꝙ de prioribus peccatis sit contritus, & absolutus. Sic qui contraxit cōtra interdictum ecclesiæ: occultè tamē quod probare non potest. Vnde Richar. q. iij. huius distin. ar. ij. dicit. Inter Quędā alia reddunt accedentē indignū

dicti,

dicti, suspensi, excommunicati, etiam in iuste: excluduntur a susceptione huius sacramenti. Itē si quis incidit infirmitatē, propter quam nō posset sumere sacramētū sine irreuerentia: & nihilominus sciēter sumeret, indignus sumeret. & de hoc uide supra lec. vij. viij. & ix. ubi habes casus, in quibus abstinendum est: licet ab stinens sit sine culpa. ¶ Quarta conclusio. Maior præparatio requiritur ad dignē cōsecrandū, quā ad dignē sumendū. Patet conclusio: quia quicquid requiritur ad dignē sumendū, etiam requiritur ad dignē cōsecrandū: quia consecrās tenetur sumere. Et ad consecrandū dignē multa alia requirūtur: s. ordo, uestes, locus, tēpus, orationes certæ, ieiuniū naturæ, & quedā alia: de quibus extēsē tractatum est in expo. ca. a lec. vij. usq; ad lec. xv. Et hec de articulo secūdo. ¶ Quātum ad articulum tertium, possent hic moueri dubia de uarijs impedimentis dignē communionis: ut puta de pœnis canonicis: de nocturnis illusionibus: de corporalibus immunditijs: sed quia de his latē habetur lec. ix. & x. Item de grauitate peccati indignē sumentium: & eius comparatione ad alia peccata: de quo lec. lxxxvij. ideo de illis supersedeo remittens ad loco præmissa. Similiter quia nemo debet se cōmittere periculo, qua his sufficiat certitudo ad reputandum se sufficienter dispositum: de quo habes lectione. viij. ¶ Sie an peccator uidēdo eucharistiam, seu eucharistiæ sacramentū, aut tangendo peccet: habes lec. l. ¶ Dubitatur de huius sacramenti dispensatione: & primō. Vtrū mortaliter peccet dispensans hoc sacramentum peccatoribus. Ad hoc respondet Alexan. par. iiij. quæstio. xlix. & post eum cæteri: clarius tamen Richar. & Duran. distinguentes de peccatore, & simul de dispensatore sacerdote. De peccatore, id est de eo, quem sacerdos scit esse in peccato mortali; quia aut petit sibi dari eucharistiam; aut non. Si non petit: peccat mortaliter sacerdos dando sibi sacramentum. Cuius ratio: quia quicunq; alteri sponte cōnsentit; seu cooperatur ad peccatum mortale: peccat mortaliter secundū illud apostoli Rom. j. Qui talia agūt; digni sunt morte non solum, qui ea faciunt: sed etiam, qui consentiunt facientibus. Si autem petit distinguendum est: aut enim peccatum eius mortale est occultum, aut manifestum. Si manifestum: tunc dispensans peccat mortaliter: quia quicunq; habet legitimam causam negandi, quod male petitur: nec sine mortali accipitur: si dat sponte, communicat accipienti in ipsa acceptione, qua mortaliter peccat & per consequens peccat sicut accipiēs: sed sacerdos habet legitimam causam negandi publico, seu manifesto peccatori: ergo & accipitur hic manifestum pro notorio: ut dicit Richar. Est autem peccatum notorium, uel per sententiam iudicis, uel per confessionem factam in iure: aut euidentiam rei, quæ nulla tergiuersatione celari potest: ut de cohabitatione cle. & mulie. cap. ulti. Non enim accipitur hic peccatum manifestum pro omni peccato, quod probari potest: quod magis propriē dicitur peccatum manifestabile, quam manifestum. Vnde si sacerdos sciret parrochianū suū esse in crimine, quod legitimē cōtra eū posset probare: ita q cum ipso pauci, tā tū duo, uel tres testes, p quos hoc probari posset, scirent non propter hoc debe ret eucharistiā negare illi in publico petenti: quia iam inferret sibi pœnam ante criminis probationem, quod fieri nō debet: ut habetur ex c. Damasi papę. xj. q. iii. eorū. hec Rich. dist. præsenti. q. iii. ar. j. Et hoc dictum est uerum: siue sacerdos sit curator petentis: siue non. ¶ Si uero peccatum non est manifestum modo dicto: aut petit in occulto: & tunc negari debet: quoniam sacerdos sic dando sibi peccaret, sicut supra: quia habet contra eum legitimam exceptionem, qua potest sibi obijcere peccatum in occulto: & ipsum monere debet, ne petat in publico. Si petit in publio, tunc distinguit Durā. de sacerdote: aut est eius curatus uel uicarius curati in dispensatione sacramenti. Et sic uel petit extra tempus generalis communionis: & tunc est ei negandum per uerba persua-

Cōcl. 4.

Arti. 3. E

Remissio de nocturnis illusionibus.

Dub. 1. Vtrum peccet mortaliter dispēsans sacramentū hoc peccatoribus.

soria: ut dicit Duran. petendo, quare ue lit recipere tali tēpore insolito, & absq; infirmitate, uel periculo imminente. & siquidem posset repelli sine scandalo bene. Si autem petat tempore generalis cōmunionis, dandum est ei: quia inferēs pœnam publicam propter peccata occulta, est reuelator confessionis, uel proditor criminis. Sed curatus negans eucharistiā peccatori occulto petenti in publico, tempore consuetę cōmunionis: infert pœnam pro peccato occulto: ergo. ¶ Item: nulli debet negari ius suū. ni si possit poni legitima exceptio contra eum: sed subditus fidelis ius habet petendi communionem sacramentorū a curato suo: ergo curatus non pōt negare, nisi habeat legitimam exceptionem, quā posset petenti obijcere: quod non est in proposito. Posset tamen sacerdos in generali monere: ne quis ad mensam domini accedat, antequā pœniteat, & ecclesiæ reconcilietur. ¶ Sed quid si in publico petat extra tēpus generalis cōmunionis: & non possit auerti a sacerdote sine scādalo. Hoc mēbrū nō determinat: licet ex sequentibus possit satis rēsponderi. ¶ Ideo dicūt alij concorditer sine distinctione: si petat occultus peccator in publico: tunc curatus suus tenetur sibi dare: quia contra eū non habet legitimam exceptionē, quā ei in publico obijcere possit. Ad hoc facit c. si sacerdos. de off. ordi. Si sacerdos sciat pro certo aliquē esse reū alicuius criminis, uel si cōfessus fuerit, & emendare noluerit: nisi iudiciario ordine q͂s probare possit, nō debet eum arguere nominatim; sed indeterminatē: sicut dixit christus. Vnus uestrum me traditurus est. Sed si ille, cui damnū illatum est, petierit iustitiā: potest excommunicare actorem damni: licet etiā ei confessus sit: sed tamen non nominatim potest eum remouere a cōmunione: licet sciat eum esse reum: quia non ut iudex scit: sed ut deus: sed debet eum admonere, ne se ingerat, quia nec Christus iudam a communione remouit. Amonere glos. secretē. ¶ Ecce, q͂ in publico nominatim nullus peccator occultus arguēdus est: nec confundendus: quod fieret, si occulto peccatori publicē petenti eucharistia negaretur. ¶ Nec curatus in hoc participat, aut consentit p̄ctō recipientis. Nec facit contra charitatem proximi, dādo quod nouit esse mortiferū accipienti: cū quia nō placet; q͂ peccator petit: neq; q͂ recipit: uellet .n. oppositū utriusq; uult tamen in casu dare. Nec hic peccat dādo: quia facit, quod debet: & cauet, q͂d cauendū est .s. proditionem criminis occulti, & scandalū proximorū. Et quāuis utilius esset recipienti publicē cōfundi, quā indignē sumere: est tamen utilius sacerdoti non reuelare crimen facto: & non confundere, nec punire nondum puniendum, quam cauere indignam sumptionem cum suo mortali peccato; quia ordinata charitas a se incipit. Plus enim cauendum est peccatum proprium; quā alienum. & sicut non sunt facienda mala, ut eueniant bona. ad Rom. iii. Ita nec sunt facienda mala, ad cauendum malum: quia cauere malum bonum est. Nec dando facit cōtra charitatem proximi: quia quod dat, nō est mortiferū ratione dantis: sed ex malitia recipientis, a qua posset mutari in ipsa receptione: & tunc non esset mortiferū: quoniam, q͂ eucharistia est mortifera recipienti, est ex peruersa uolūtate recipientis, quę est in eius potestate. Et incertum est danti: utrum peruersa uoluntas deponatur: an perseueret. Vnde nullus faciendo, quod debet, facit contra charitatem proximi: etiam si quod facit, proximo per accidens noceat: dum nocumentum non per se sequitur actum dantis: nec eius uoluntatem. Vnde non dixit dominus. Non dare sanctum canibus: sed nolite sanctum dare canibus. Mat. vii. Nolite .i. non habete uoluntatem, aut cōplacentiā dandi sanctum canibus, & immundis. ¶ Si quæris an in casu isto dari possit hostia non consecrata. Respondetur: q͂ in nullo casu unquā danda est hostia non consecrata, quasi consecrata: tum quia in sacramento ueritatis nō debet esse aliqua fictio: tum quia per hoc daret occasionem idololatrandi recipienti: quia secundum Aug. prius

Marginalia: Nulli debet negari ius suum. — F — Nullus p̄ctōr oc-[cultus nominatim arguendus] — Nō facit contra charitatē, q̄ facit, q̄d debet. — Declaratio nolite. — G — Si dari debeat hostia nō cōsecrata. — cultus nominatim arguēdus est.

debet lumens adorare: & sic adoratum recipere. ¶ Petrus de palu.q.iiii.art.j.huius dist. respondens ad hoc dubium ponit undecim propositiones in genere de diuersis peccatis. Et in substantia (correspondenter ad præmissum dubium) inquit: Aut sacerdos habet certitudinem: aut suspitionem de peccato alterius. Si certitudinem: uel ergo est eius curatus: aut non: seu aut tenetur sibi protunc ministrare sacramentum: aut non: utputa, quia est infirmus, aut instat tempus paschæ. Si non, tenetur sibi protunc dare. nec est eius curatus: debet ei non dare, & denegare: ut sic caueatur peccatum: posset enim non peccatori denegare protunc: ergo plus peccatori, non habenti ius petendi. Si uero instat tempus communionis, & petens petit a curato suo: tunc siue petat in publico, siue in priuato, deneganda est ei communio: cum scit eum esse in criminali notorio, & in eo perseuerare. Si autem crimen est occultū, debet ei negare eucharistiam in occulto, non in publico: quia alias esset proditor criminis: aut reuelator confessionis: ad hoc allegat c. præfatum de offi. ord. & de tempo. ordi. c. ex tenore. Et hoc dictum de peccato occulto, dicit esse uerum de peccato aliter noto, quam per cōfessionem: quia si nouit peccatū eius solum ex confessione, debet eū secretò admonere, ut desistat; si uero insolenter petit, ut debitum: dandum est ei. ¶ Si uero habet solum suspitionem; tunc aut illa suspitio leuis est: & sic debet exponi: aut probabilis: & sic non debet denegari: quia nec maritus propter huiusmodi suspitionem debet negare debitum: ut dicitur de sent. excom. c. inquisitioni. Si autem est uiolenta; debet negari, ubi propter certitudinem negaretur. hæc ille. ¶ Addit in propositione nona: q illud dictū de peccatore, intelligēdū est de nō pœnitēte: quia si pœniteret, & cōfiteretur: etiā suspendēdo nō negat: sicut de hæreticis, c. super eo. lib. vi. habetur: ubi pœnitētia, & eucharistia nō negātur relapso: cū iā paratus est ad incēdiū: & dist. lxxxvj. c. tanta. Etiam excōmunicato, & cuicūq; in morte nō negatur pœnitentia. Nec per cōsequens uiaticū: qd in pœnitentia inclusum intelligitur. de pœniten. & remis. c. q in te. ¶ Et in propositione decima inquit. Si aliquis est contritus, & confessus: sed nō absolutus: quia sacerdos non potest eū absoluere; non debet ei propter hoc in pascate negari communio: nisi esset uinculum sententiæ excōmunicationis: quia sicut sacerdos contritus: quia non habet confessorem: potest in necessitate celebrare, cū proposito cōfitendi, & prę uia peccati detestatione: sic & iste communicare. hæc omnia ex doc. illo. ¶ Ex quibus omnibus hanc infert propositionem in conclusione iii. Publicę meretrices, & publici usurarii, sūt omnino ab altari arcendi: nisi pœnitentiā egerint: ita q post pœnitentiam priuatā possunt admitti ad eucharistiam secretò: non autem in publico, nisi post publicam pœnitentiam propter scandalum: nam manifesta delicta non sunt occultè corrigenda: sed debent ædificari de pœnitentia, qui fuerunt scandalizati ex culpa. Vnde, uel sacerdos debet iniungere pœnitētiā publicam: uel debet publicare, q ipse est uerè pœnitens, ar. extra de peni. & remis. c. j. Idem habetur ti. de usur. c. iii. ¶ Consonat Antoninus parte iii. ti. xiiii. c. xii. §. ii. & Rich. dis. ix. quarti, q. iij. ar. ii. Astens. in sum. li. viii. ti. xvii. ar. iiii. sanct. Thom. dist. ix. quarti q. v. art. j. sanctus Bonauent. quæst. iiii. Alex. part. iiii. q. xlix. memb. j. Guido de monte Rotherii par. j. tractat. iiii. cap. ix.

¶ Secundum dubium similiter, & tertiū ex nunc dictis solui potest. Est autem dubium secundum an suspectis de crimine sit dandum. Pro cuius intellectu breuiter rememorandum post prædicta, q triplex, ut communiter ponitur. suspitio: ut dicit glos. xxxii. quæst. j. dixit dominus. & Richar. q. ii. ar. iii. dist. præsentis. Temeraria: probabilis: uiolenta. Temeraria dicitur, quando ex irrationabili causa consurgit: cuiusmodi est illa, quæ conficta est rumoribus maledicorum hominum, & detractorum: & hæc suspitio deponenda est: nec propter eā

Dub. 2. H An suspectis de crimine sit dā dum.

Triplex suspitio.

eucharistia subtrahenda. Probabilis est, quę ex signis probabilibus.i. uerisimilibus oritur: nec propter talem suspitionē subtrahi debet petenti eucharistia: nullū enim ante ueram, iustāq; probationem iudicare, aut damnare debemus. Violenta, est quę ex signis propè certis, & infallibilibus oritur: ut si quis uidet interfectum, & aliū solum secum stantem: & gladiū cruentum de sua uagina eductū remittere in uaginam. Et de tali dicendū sicut de facto secundum distinctiones supradictas.

Dub. 3. I Vtrum peccent dādo sacramentum histrionibus.

¶ Dubitatur tertiò circa idem: utrum peccent dantes sacramentum histrionibus, magis, sortilegis, duellatoribus, torneatoribus, aleatoribus: & generaliter artes prohibitas exercentibus: & infamibus personis. Respondetur secundum Richard. dist. pręsenti. arti. iii. quæst. ii. post Alex. ꝙ solutio huius quæstionis ex præcedentibus pendet: ut nulli infami, notorio, & manifesto in mortali peccato sordenti, danda est eucharistia: unde de talibus dicitur de conse. dist. ii. pro dilectione. Puto nec maiestati diuinæ: nec euangelicæ disciplinę congruere: ut pudor, & honor ecclesię tam turpi, & infami contagione fœdetur. Vnde quisquis cuicunq; exercitio, uel arti operā publicè impendit; quod sine mortali peccato exerceri non pōtad sacrosanctā eucharistiam admitti non debet: & hoc quamdiu in talibus perseuerat. Si tamē reuertatur ad dominum gratia, & reconciliatio non negetur: ut dicit seq. ca. scenicis. Scenicis, atq; histrionibus, ceterisq; personis huiusmodi uel apostatis conuersis ad deum gratia uel reconciliatio nō negetur. Quód tamen non sic intelligendum est: ut statim debeat eis dari eucharistia: quia propter reuerentiam sacramenti: & ut probetur conuersio non ficta: non debet eis dari usq; post peractam pœnitentiam: nisi aliquis articulus necessitatis, uel pietatis aliquando aliter fieri suaderet: ut supra patuit ex dicto Petri: & consonat Richar. uerum hoc dictum pet. dicit debere intelligi de histrione mago, cuius exercitium sine mortali peccato exerceri non potest. Non enim propter uenialia uidetur communio esse neganda.

Dub. 4. K Vtrum debeat dari energumenis.

¶ Dubitatur quartò, utrum debeat dari energuminis, phrænetícis, amenibus, & pueris. Pro responsione notandum: ꝙ quia secundum apostolum ad dignè suscipiendum, requiritur discretio in suscipiente, qua possit discernere inter hunc cibum, & alios cibos: ideo in quibuscunq; non est tanta rationis perfectio, qua di udicare possint & cognoscere per fidem in hoc sacramento contineri christum, deum uerum, & hominem, natum ex uirgine, passum, resurrexisse a mortuis, ascendisse ad cœlos, & inde uenturum iudicare uiuos, & mortuos: non debent accedere: ut de pueris dicit Alexan. memb. v. quæst. xlix. par. iiii. Et sic dicit, ꝙ pueris minoris ętatis puta, qui sunt decem, uel undecim annorū: si in eis uiget discretio iudicii, & capacitatis eius, qui in hoc sacramento continetur: potest quandoq; dari: nō autē infantibus: & tali rationis iudicio carentibus. ¶ Per hoc de singulis quæsitis in dubio dicit: ꝙ si energumini, phręnetici, amentes omnino usu rationis priuati sunt, ita ut discernere non possunt; nec aliquam deuotionem elicere: admittendi non sunt. Si uero lucida habuerint interualla, in quibus discretionem habent huiusmodi cibi: & alias nō habēt impedimenta: in his communicari possunt: unde concludit Pal. q. iiii. art. iii. huius dist. Si pueri habent aliquam deuotionem: ut circa. ix. uel. x. annum: quia innocentia recompensat ignorantiam, possunt communicari. Impuberes uero omnino carentes discretione ante septennium communicandi non sunt: licet græci contrarium faciant. ¶ Sed dist. xxvi. q. vi. is, q. dicit. Is qui in infirmitate pœnitentiam petit: si casu dum ad eum inuitatus sacerdos uenit oppressus infirmitate obmutuerit: uel si in phrænenesim conuersus fuerit: dent testimonium, qui eum audierunt; & accipiat pœnitentiam: & si continuò creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem: & infundatur ori eius eucharistia. Beatus Thom. parte

nil.quæst. lxxx. art. ix. uidetur concedere, q in casu illius c. danda esset eucharistia phreneticis, & amentibus: nisi timeretur periculum, & irreuerentia isti sacramento: ut periculum uomitus expuitionis, uel alterius insolentiæ. Et Pal. dist. iiij. q. iiij. ar. ii. inquit: q eucharistia phrenetico, qui prius sibi eucharistiam exhiberi petijt, confertur: dum tamen irreuerentiam non exhibet. Et dist. præsenti art. iii. quæst. iiii. in conclusione secunda dicit: q non debet dari, nisi dijudicanti actu uel habitu &c. Sed Alex. uidetur simpliciter declinare ad hoc, q nulli dãda est eucharistia, qui non potest habere deuotionem; nec fidem actualem: qua aliquo modo attendit, quid sumit: requiritur enim secundũ apostolum præuia probatio sui, & discretio huius cibi: unde licet in casu ca. præcessit probatio, dum petiit sacramentũ, ut supponitur: tamen adueniente phrænesi deficit secundum. s. dijudicando discernens corpus domini. Nec posset ta lis dari periculo: ideo saluo saniori iudicio: potest dici, q quidam sunt ita amentes, & phrænetici, q omnino carent rationis usu: & discretione: & illis dandũ non est. Alii non omnino carent: licet quandoq; obtundatur ratio: posset tamen aliquo modo ad excitationem circumstantiarũ appræhendere præsentiã sacramenti: & dum huiusmodi signa percipiuntur: & præcessit desiderium, & deuotio priusquã inciderint phrænesim, tunc potest eis dari: & hoc uoluit allegatum ca. & tenet hodie ritus ecclesię; & sic possunt cõcordari opiniones doc. Et talis modi distinctionem innuit sanctus Thom. par. iii. q. lxxx. art. ix. ut supra allegatum fuit: q aliqui dicuntur nõ habere usum rationis, ex eo, q habent comparatiue debilem, & modicum usum rationis: sicut male uidens quandoq; dicitur non uidens: & sic senes, & semifatui quandoq; dicuntur amentes, & non habere usum rationis. Alio modo: quia simpliciter, & totaliter carent usu rationis: & talibus nullatenus est danda communio; sed prius cęteris paribus. Volunt ergo canones, & quidam doc. q amentibus ex parte, & comparatiuè non ex toto ratione destitutis danda est eucharistia. Hinc expressè dicit Alexand. ubi supra par. iiii. artic. ii. memb. v. quæst. xlix. q requiritur actualis discretio quantum ad aliqua, quæ ipsum, qui sumere debet, ulterius præparent. Et idem credo uoluisse Petrum, & alios sidicta eorum debent esse uera. ¶ Si dicis uidetur; q infantibus usu rationis carentibus dari debeat. nam dicit canon de consecr. dist. iiij. hi qui apud illos. Si paruuli sunt, & hebetes qui doctrinam non capiant: respondeant pro illis, qui eos offerunt secundum morem baptismi: & sic per manus impositionem chrismate communicari, cum eucharistię ministeriis admittuntur. Respondetur, q ista clausula cum eucharistiæ &c. non refertur ad paruulos: sed ad adultos: de quibus præcedens litera loquitur: ut ubi dicit glos. & satis patet inspicienti textum illius cap. ¶ Dubitatur quintò, utrum possit dari eucharistia ad probationem suspectorum: & uidetur q sic quia ii. quæst. iiii. secundum aliam quotationem q. v. sępe dicitur. Sępe contingit, ut in monasteriis monachorum furta perpetrentur: idcirco statuimus, ut quando fratres de talibus se expurgare debent: missa ab abbate celebretur; uel ab aliquo ex pręsentibus fratribus: & sic expleta missa omnes communicentur in hæc uerba. Corpus domini sit tibi ad probationem hodie. ¶ Ad oppositum dare eucharistiam suspectis: ut crimen eorum non depræhendatur, est tentare dominum: sed deus tentandus non est. Deuter. vi. & Matth. iiii. Respondet glos. q canon ille abrogatus est. quia hoc modo quęrere purgationẽ criminis est tentare deum. Potest tamen dici secundũ Alex. par. iiii. q. xlix. memb. ii. art. ii. q non fuit intentio illius decreti: nec statuentis q fieret probatio, seu purgatio criminis per aliquod signum apparens in illo, qui crimen commisit: sed ut accedens ex timore accedẽdi ad corpus dominicũ cũ cõsciẽtia pctĩ cõteretur; & purgaret se a pctõ

Dub. 5. L
Utrũ dãda sit eucharistia ad probationẽ suspectorum.

commiſſo: unde non eſt intelligêdum; ꝙ hæc uerba corpus domini ſit tibi ad probationem hodie debeant ſic intelligi: corpus domini ſit tibi ad probationem criminis per aliquod ſignum apparens in re: ſed ſit tibi ad manifeſtationẽ uirtutis ſacramẽti: ut illo mediante purgeris ab hoc peccato, ſi peccaſti; & hoc intellectu ſtante non tentaretur deus: nec crimen proderetur: & poterat fieri hæc iuſtificatio hac intentione: ut per contritionem illius, qui furtum commiſerat, fieret reſtitutio furti. Hæc Alexã.

Dub. 6. ¶ Vltimò dubitatur; utrum euchariſtia dari debeat eis, qui adhuc ſunt in pœnitentia. Reſpõdetur, ꝙ eſt quedam penitentia publica, & ſolemnis: qua pęnitẽtes per epiſcopi ſententiam excluduntur ad tẽpus ab eccleſia: & in bona quinta feria per eundem reconciliantur: & ante hanc reconciliationem; pęnitentes ad euchariſtiam extra caſum neceſſitatis, admitti nõ debent: ſecus de alijs pęnitentibus: & de talibus ſolemniter pęnitentibus intelligi debent canones, & gloſſæ uetantes pęnitentes a ſacramenti communione. Et tantum de hac quæſtione.

M Vtrum dãda ſit his qui adhuc ſunt in pęnitentia.

DISTINCTIO. X.

SVNT item alij &c. In hac diſtinctione decima: poſtquam magiſter egit de euchariſtiæ inſtitutione: materia, & forma, & eius uſu, ac ſũptione: conſequenter agit de eius uirtute oſtendens corpus chriſti uerè contineri in ſacramento euchariſtiæ. Et colligitur ſententia textus in tribus cõcluſionibus, quiſequuntur. ¶ Prima. Reprobanda eſt hæreſis dicentium, corpus chriſti non contineri realiter in ſacramento: ſed tantum repræſentatiuè, tanquam ſignatum in ſigno. ¶ Secunda. Corpus chriſti in ſe uiſibile realiter, & uerè: inuiſibiliter tamen continetur ſub panis, ac uini ſpecie. ¶ Tertia. Veritas exiſtentiæ corporis chriſti in ſacramento altaris, manifeſtis probatur auctoritatibus, & exemplis. Harum proſecutio latius patet in textu.

QVAESTIO VNICA.

CIRCA hanc diſtinctionẽ quæro unam quæſtionem, quæ plures alias includit circa modum exiſtendi corporis chriſti ſub euchariſtia. Quoniã principalis concluſio huius diſtinctionis: uidelicet, ꝙ in ſacramento cõtinetur uerè, & realiter corpus chriſti, ꝙ ſũpſit de uirgine: pependit in cruce: & regnat glorioſum in cęlo: in ſede maieſtatis paternæ: eſt de ſubſtantia fidei catholicæ; & cunctis fidelibus nota: inſuper latiſſimè declarata in expo. ca. lect. xxxix. Ideo illa dimiſſa quero, utrum omnes proprietates corpori chriſti inexiſtentes in cęlo conueniant eidem in euchariſtiæ ſacramento. ¶ Tribus articulis ſolito proceſſu reſpondetur ad quæſtionem.

A Vtrum omnes proprietates chriſti in cęlo cõueniant ei in euchariſtia.

Arti. 1. ¶ Quantum ad primum notandũ, ꝙ hic non quæritur de modo, per quẽ corpus chriſti incipit eſſe in ſacramento ſcilicet de ipſa conuerſione panis, in ipſum, neq; quid præciſè contineatur ſub ſpecie panis ui conſecrationis: & quid per concomitantiam, de quo ſequenti diſt. determinabitur; ſed tantum de proprietatibus corpori inexiſtentibus in cęlo: ut de quantitate, qualitate, actione, paſſiõe, motu, ſitu, & ſimilibus.

Not. 1. ¶ Pro dicendis igitur notandum, ꝙ de proprietate inexiſtente corpori chriſti, dupliciter loqui poſſumus. Vno modo de proprietate reali inexiſtente per realem inhæſionem: ut ſunt qualitates primæ, & ſecundæ ſenſibiles et intelligibiles. Alio modo de proprietate logicali inexiſtente per prædicationem, quę proprietates ſunt termini accidentaliter p̃dicabiles de corpore chriſti, aut ſanguine, qui non ſẽper importãt accidens abſolutum diſtinctum a corpore Chriſti, uel eius ſanguine: ſed aliquam habitudinem, quæ a ſubiecto non omnino diſtinguitur, ſicut multa prędicata prædicamentorum accidentium: quæ non important accidentia realia a ſubſtantia

Not. 2. realiter distincta, de quo magis in logica. ¶ Secundo notandum procedendo
B secundum ordinem prædicamentorum
Quid intelligitur pro quantitatē cōtinuam. accidentium. Primò de quantitate corporis christi, quam habet sub eucharistia: de qua uariæ sunt opiniones, quæ maxime ex eo diuersificantur: quia nō est euidens, utrum quantitas continua dicat, quid absolutum distinctum a re quanta: cuius inquisitio magis pertinet ad metaphysicam: tamen omnes loquētes de quantitate continua, seu extensiua in hoc concordant, quod quantitas est illud, per quod res aliqua diuisibilis est extensa: id est habet partem extra partem localiter, seu descriptiuè: ita quod una pars determinat sibi aliquem præcisum locum, & adæquatum: & alia alium: ita quod duæ partes extensiuæ non sint simul in eodem loco adæquato. ¶ De hoc autem utrum id, per quod rei diuisibili formaliter conuenit habere partem extra partē localiter: sit accidens a re extensa distinctum: & partibus eius, atque loco inhærens partibus eius, & rei extēsæ: an res seipsa formaliter habeat partem extra partem: licet effectiuè ab alio dependet adhuc disputatio inter doctores: prout commemorat Beo. distin. xij. quarti. q. ij. & utramque opinionem reputat probabilem ubi supra. Ego autem salua semper maiorum sententia, reputo illam probabiliorem: quod quantitas non distinguatur a re quanta, ad intellectum expressum: & hoc ex duobus principijs, quæ ualde magnipendit Scot. & dicit ibi esse certissima: Primū est theologorum: & habetur dist. præsenti. q. ij. Deo est possibile quicquid non includit euidenter contradictionem: & ad quod non sequitur contradictio. Secundum est commune theologis, & prophetis: quod idem ponit dis. j. q. iiij. huius quarti. Non est ponenda pluralitas sine necessitate, aut auctoritate (cui non licet contradicere) hoc apertè asserente. Vnde semper paucitas: quando sufficit ad saluandum ea, qui ponuntur, amplectenda est. Ex illis duobus arguo sic. Si potest saluari extensio situalis partiū corporis sine accidente illi corpori inhærente, frustra ponitur tale accidens: sed ita saluari potest: ergo. Maior huius rationis manifesta est ex secundo principio. Minor probatur: tūque quia potest deus partes rei diuisibilis extendere extra se situaliter sine productione cuiuscunque accidentis naturæ permanentis: & tunc res illa est extensa, & quanta: & non per accidens formaliter inhærens: tum quia potest substantiam quantam, siue extensam conseruare in eodem loco, sine motu locali partium: & annihilare omne accidens inhærens posterius substantia, quo facto substantia: erit quāta, & extensa sine aliquo accidente inhærente. Vtrumque antecedentium probatur: quia neutrum eorum includit cōtradictionem: ergo neutrum eorum est a diuina potentia negandum ex primo principio. ¶ Ex illo sequitur, quod oē quantum, siue extensum (quod pro eodem accipio) est accidentaliter, siue contingenter quantum. ¶ Et confirmatur ratio: deus potest in corpore quanto conseruare omne accidens permanentis naturæ: & tamen partes eius ad se inuicem mouere usque ad punctum: & tunc corpus non erit quantum, nec extensum: & tamen habebit in se quantitatem, si fuerit accidens naturæ permanentis inhærens: & per consequens non fuit quātum per huiusmodi accidens. ¶ Et pōt clari⁹ argui de bipedali, quod deus potest reducere ad pedalitatem per solam partium approximationem sine corruptione accidentis cuiuscunque inhærentis: hoc enim non implicat: ergo manente bipedalitate si fuerit accidens inhærēs res non manet bipedalis; & per consequens bipedalitas non dat esse bipedale: quia impossibile est formam informare subiectum, & non communicare ei denominationem suam formalem. Vnde sequitur; quod res ex eo præcisè dicitur quanta, & extensa: quia habet partē extra partem localiter: hoc enim existente, omnibus alijs circumscripto, res est quanta: & omnibus alijs positis, illo circumscripto, res non est quanta. Nihil ergo superaddit quantitas extensiua toti, & partibus eius: nisi quod connotat or-

dinem partium ad locũ uerum, uel imaginarium: qui ordo nõ est accidens absolutum inhærens. ¶ Tertiò notandum, ꝙ supra probatum est in lib. j. dist. xxx. relationem, siue respectum non distingui a rebus absolutis: & per hoc nec motum a loco, & mobili: nec situm a re situata: nec actionem aut passionem ab agente, & passo: quoniam si respectus intrinsecus non distinguitur a fundamento, & termino: multò minus extrinsecus: solæ autem qualitates de prima, & tertia speciebus qualitatis important accidentia realiter a suis subiectis distincta, quæ nunc supponuntur tanquam logicalia: alibi latius deducta. ¶ Quartò notandũ, ꝙ in sacramento altaris possumus artẽ dete duplicia accidentia. Quædam, quę fuerunt in pane, & uino: & manent pane, & uino desinentibus, quę intelliguntur per species panis, & uini: & sunt ea, q̃ sentiuntur post consecrationem, quę nõ afficiunt corpus christi: sed continent lapsum per realem ipsius præsentiam: & illæ sunt realiter sacramentum eucharistiæ. ut d ctum est dist. viij. q. j. hæc sunt color, odor, sapor, pondus, humiditas, & similia, quæ ibi sentiũtur ita post consecrationem sicut ante: & de eorum habitudine, substanstia, actione, passione &c. dicetur dist. sequenti. Alia sunt accidentia corpori christi inexistentia p̃ inhęsionem, uel prædicationem, quę sicut corpus christi in sacramento p̃sens nullo sensu percipiuntur: qui etiam eidẽ corpori insũt in cęlo, uel inesse possũt: & de illis, & eorum habitudinibus, actionibus, & passionibus hic dicendum: de his enim quęstio præsens quærit. ¶ Quã tum ad secundum articulum, est hęc prima conclusio. Totũ corpus christi quãtum ad omnia sua substantialia, & accidentia sibi in cœlo inhærentia est in toto sacramento, & qualibet eius parte tam magna, quam minima. Probatiões huius conclusionis quære in expo. ca. lec. xliij. & locis ibi allegatis. ¶ Corollarium. Corpus christi non est in sacramẽto circumscriptiuẽ; sed tantum ut in loco diffinitiuẽ: eo. s. modo, quo anima intellectiua est in carne tanquam in loco,

Not. 3. C

Not. 4. D In sacramento altaris duplicia attendũtur accidentia.

Arti. 2. Cõcl. 1. E Totum corpus christi quantũ ad oĩa sua substantialia est in toto sacio.

capiendo locum largẽ: patet terminos intelligenti. ¶ Sc̃da conclusio. Quãuis in eucharistia sit quantitas, qua corpus Christi est quantum in cœlo: non tamẽ per eam est quantum, ut est in sacramẽto. Prima pars patet: quia quantitas corporis in cœlo, non est distincta a corpore christi: sed est realiter corpus christi habens partem extra partem in cęlo. Et hoc corpus habens partem extra partem in cęlo, idem numero est in sacramento: ergo quantitas, qua corpus christi est quantum in cœlo, est in sacramento. Tenet consequentia expositorie, sic arguendo: hoc corpus christi, quod est quantum in cęlo, est in sacramento, & hoc est sua quantitas, qua est quantum in cęlo. ergo quãtitas corporis xp̃i qua ẽ quãtũ in cęlo, est in sacr̃o. Secunda pars probatur: quia per illam quantitatem, idest seipsum, non habet partem extra partem situaliter in sacramento: ut patet ex conclusione prima: ergo per illã non est quantum in sacramento. Tenet consequentia ex quid nominis quanti supra arti. j. positi. ¶ Corollariũ. Hæ duę sunt concedendę: corpus christi quantum, longum, latum, sic uel sic figuratũ, est in sacramento: sed non illæ: corpus christi est quantum, longum, latum, figuratum: ut est in sacramento. Harum differentia patet ex logica: quia prima tantum ualet: corpus christi, quod in cęlo habet partes extra partes, secundum lõgum, & latum, extensas, & figuratas: hoc corpus est in sacramento. Secunda ualet tantum: corpus christi habet partes extra partes, & figuram in sacramento. Plura de hoc quære loco statim allegato ¶ Tertia conclusio. De facto nulla fit actio, uel p̃assio, aut quæuis mutatio in corpore christi, & eius accidentibus, per quam experimentum accipi possit præsentiæ ipsius sub sacramentalibus speciebus. Ratio: quia uoluit deus sacramẽtum illud, & mysterium esse sensui occultum, & parere fidei: ne sic fides careret merito: si humana ratio credenda cognosceret naturali experimento. Vnde etsi aliqua operatio naturaliter fieri posset per corpus christi, uel eius accidẽtia:

Cõcl. 2.

Coroll.

Cõcl. 3 F Nulla fit actio uel passio in corpore christi.

tia:ut in sacramēto,aut aliquis effectus, uel transmutatio in eisdem a causa natu rali:deus non cogeret, ne experimen tū de eorū præsentia sumeretur: & de
Cócl.4. hoc le.xlv. ¶ Quarta conclusio. Omnis operatio spiritualis ad quā nō requiritur ministerium sensuum quæ cōuenit christo:poterit ei primo inesse ut in sacramento. Primo.i. non solum per con comitātiā:sed etiā inesset,si tātū esset in sacramēto,& nō alibi,nec in cęlo: tales sunt operationes intellectus, & uolunta tis, ad quas eliciendas anima gloriosa non indiget ministerio uiriū sensitiuarū:unde in sacramento uidet uisione in tellectuali omnia sibi præsentia in proprio genere, quæ non uideret in cęlo propter distantiam improportionatam: potest etiam uideri ab intellectu separato,aut coniuncto,& beato: ut est in sacramento uisione intellectuali naturaliter,stante generali influentia dei. Huius declarationem require lec.xlv. ¶ Quinta conclusio. Si operatio sensitiua requi
Cócl.5. G
tit necessariò modū quantitatiuum tam in organo,quā in obiecto:nulla talis cō uenit christo primo ut in sacramēto. Patet,quia talem modum existendi non habet christus in sacramēto:unde sequitur, ꝙ in sacramento uideri non potest:nec uideri oculo corporali: & pariformiter nec tangere,nec tangi: aut alio sensu sentire,& sentiri. Simile est de actione corporali accidentiū corporis christi: si actio corporalis,& passio requirit modū existentię quantitatiuum in passione, &
Cócl.6. agente. ¶ Sexta conclusio. Si in actione corporali non requiritur modus quantitatiuus in agente, & passo: oēm actionem, & passionem corporis christi, & eius accidentium,quam haberent, si essent in sacramento circūscriptiuè: etiā habere possent secundum naturam, dum sunt in eo diffinitiuè. Dicitur habere possent: quia de facto non habent: quia suspendit deus omnem actionem, & passionem, per quam sumi posset experimentum: ut dicit conclusio tertia. Sed an motus quantitatiuus sit necessarius in agēte,& passo in actione corporali.i. qua producitur effectus

secundū naturā corporalis,seu extēsus: sunt opiniones contrariæ: ut recitatū est lect. sup. dicta xlv. una cum declaratio nibus duarū præmissarū cōclusionū. ¶ Se prima conclusio. Non solum in diuersis locis esse potest corpus christi diffiniti uè & sacramentaliter: sed etiā ipsum & aliud corpus quodlibet esse pōt per diui nam potētiā in pluribus locis circūscri ptiuè,& commensurabiliter. Primū patet: quia pōt cōsecrari a duobus præsbyteris simul in diuersis altaribus celebrantibus: & cōsecratū cōseruari in diuersis ac distantibus reseruaculis: & ubiq; est totus christus &c. Secunda pars patet: quia non est magis impossibile de existē tia in diuersis locis circumscripiiuè, quā diffinitiuè: cū in primo modo esset tantū unū miraculum.s. replicatio eiusdem corporis ad diuersa loca, in quorū quoli bet esset secūdū propriā naturā. In secū do aūt sunt duo miracula. Primū, quod dictum est.s. replicatio eiusdem ad diuer sa loca a se distantia: & secundū existē tia in quolibet eorū modo miraculoso contra naturam propriam. Corpus enim, quod secundum se est circumscriptibile esse in loco etiam uno solo incircumscriptibiliter, & diffinitiuè, totum scilicet in toto: & totū in qualibet parte admodum spiritus, est grā de miraculum. ¶ Præterea neutra pars conclusionis includit cōtradictionē: ergo neutra a diuina potentia est neganda: hanc conclusionem cum opinionibus oppositum asserentibus eorum rationibus, ac rationum solutionibus late disputatam require lect. lvi. ¶ Octaua conclusio. Quamuis in consecratione eucharistiæ, corpus christi incipit habere nouum locum sub hostia: non tamen deserit cęlum: nec mouetur descendendo per medios orbes, & aera. Prima pars patet: quia corpus christi facta consecratione incipit esse in lo co hostię, siue specierum panis diffinitiuè: hoc est totum in toto &c. in quo prius non fuit: ergo. Secunda pars late declaratur lect. xlvii. ¶ Corollariū. In consecratione eucharistiæ corpus christi mutatur locali mutatione.

Cócl.7. H Corpus christi non solū est in diuersis locis diffinitiuè.

Cócl.8. Corpus christi nō deserit cęlū, licet habere incipit nouum locū in eucharistia

Probatur: quia corpus christi in consecratione eucharistiæ mutatur mutatione acquisitiua: acqrit enim quod prius non habuit .s. nouum locum: & nō alia mutatione quam locali: nam motus, & mutatio specificantur, idest specificam denominationem sortiūtur a termino: sed terminus huius mutationis est locus: ergo est mutatio localis: non tamē potest dici motus localis: quia mutatio illa non est successiua: sed instantanea: id est tota simul. ¶ Nona conclusio. Ad motum localem hostiæ consecratæ, simul mouetur localiter corpus christi, & successiuè. Probatur: quia motis speciebus eucharistiæ eodem motu simul mouetur corpus christi sub eis realiter contentum: ergo. Assumptum probatur: qa sicut species per motum acquirunt nouum locum, ita & corpus christi sub eis contentum: & per consequens eodem modo mouetur. Antecedēs patet: quia idem est locus specierū, & corporis christi quamuis sit specierum commensuratiuè: & corporis christi diffinitiuè. Sicut idem est locus corporis humani, & animę ipsum uiuificantis: quamuis illius circumscriptiuus: istius diffinitiuus: sicut ergo anima mouetur moto corpore; sic corpus christi mouetur motis speciebus eucharistiæ: nam eo modo corpus christi est sub hostia, quo anima in carne uiuificata .s. diffinitiuè totum in toto: & totum sub qualibet parte. De hoc lect. xlvij. ¶ Decima conclusio. Corpus christi non mouetur a sacerdote hostiā mouente, nec per se, nec per accidēs, mediatè uel immediatè: sed a solo deo primò, & immediatè: uel ab anima christi cum deo concurrente. Primum patet: quia cum mobile est penitus improportionabile motori, nullo modo mouetur ab eo: sed corpus christi in hostia est improportionabile uirtuti mouētis: ergo. Secundum patet: quia deus, qui ordinauit, ꝙ corpus suum esset, ubicunque forent species: nec eis manentibus ab eis separaretur: assistit suæ ordinationi: & ideo motis speciebus ipse immediatè mouet corpus suum: sic & anima christi, quia gloriosa, & diuinæ uoluntati consentanea, habens corpus suū in plena potestate ipsum mouere potest ad omnem locum, in quo nouit deum ipsum uelle mouere. Huius declarationem latiorem require lect. xlvij. in expo. eano. Quando autem corpus christi incipiat esse sub speciebus: & quandiu maneat sub eis: sequenti dist. dicetur.

Cōcl. 9. I Ad localem motum hostię, mouetꝰ corpus christi.

cōc. 10 K Corpus Christi nō mouetur a sacerdote hostiā manente.

¶ Vltima conclusio. Nō omnis proprietas logicalis conueniens corpori christi ut est in cęlo: conuenit eidem, ut est in sacramento: & ecōuerso. Patet: quia in cœlo est localiter, & circumscriptiuè: in sacro non sic: sed diffinitiuè. Itē stat ipsū in cęlo moueri localiter, & in sacro quiescere, & uiceuersa. Item in cęlo sentit corporaliter, & organicè: non sic in sacramento: ut ex præmissis patet: & secundum hoc non eadem prædicata sibi conueniunt: ut est in cęlo: & ut est in sacramento, licet eadem cōueniant hic, & ibi: quia dum mouetur in cęlo, uerum est dicere, ꝙ corpus christi existens in sacramento mouetur, sed non ut in sacramento, & sic de alijs. Et tantum de articulo secundo. ¶ Quantum ad articulum tertium dubitatur primò, utrum cōcedi possit, ꝙ uidens hostiam consecratam corporali oculo; uideat Chr. stum, siue corpus Christi. Et quæritur de uisione corporalis oculi, qa non ē dubiū quin fidelis uidens hostiam consecratā, uideat Christum oculo fidei, quod nihil aliud est, nisi credere, ꝙ sub uisis speciebus continetur realiter christus.

cōc. 11.

Arti. 3. Dub. 1. L Vtrum uidens hostiam cōsecratam uide & christū.

¶ Sed pro responsione, de oculi corporalis uisione, notandum; ꝙ quadrupliciter aliquid dicitur uideri oculo corporali. Vno modo per se, quod non per aliud uisibile a se distinctum uidetur: quo remoto non uideretur. sic tantum lux, & color uidentur. Secundo modo, per accidens: quando accidenti per se uisibili subiectatur: sic corpus coloratum, uel lucidum uidetur. Tertio modo, propter specialem coniunctionē cū uiso altero primorum duorum modorum: sic deus uisus est in terris uisa christi humanitate, cui ipsa diuinitas speciali unione .s. hypostatica est unita. Quarto modo, propter specialem ordinē ipsius

ad uisum perse:ut contenti ad continens,uel annexi: aut adhærentis, non inhærẽtis:hoc enim pertinet ad secũdũ modũ:& isto quarto modo corpus christi uidetur oculo corporali, sicut contentum in continente, & non alijs tribus modis. Non enim primo, nec secundo manifestum est: nec tertio modo: quia corpus christi non habet specialem unionem ad species, quæ uidentur: cũ nec sint partes corporis christi: nec informent ipsum:nec supposititantur ab eo:neq; econuerso: sed dumtaxat continent: non sicut locus locatũ: sed sicut rem, ut per indistantiam sibi præsentem. de hoc lec.xlv.

Dub. 2. M christus seu corpus christi sub speciebus sacramentalibus an sit adorandas.

¶ Secundo dubitatur. Christus, seu corpus Christi sub speciebus sacramentalibus: an sub conditione sit adorandus, uel adorandũ. ¶ Duo hic essent uidenda. Primum utrum Christus, seu corpus christi sub sacramento sit adorandus, seu adorandũ:& refert dicere:christus adorandus: & corpus christi adorãdũ: sicut refert quærere, an homo christus sit adorãdus: uel an humanitas christi sit adoranda. De quo habitũ ẽ i.iij.dist.ix.& in ca.lec. xlix. & spiritualiter ad propositũ lect.l. ¶ Secundũ est, ꝙ error contingere pōt in consecratione, per quem effectus cõsecrationis impeditur:ita ut sub speciebus nõ sit uerum corpus christi: ut puta si fuerit error in forma uel materia, intẽtione, aut ministro, requisitis necessariò ad consecrationem, quæ a uidente sacramentum sciri non possunt; si ibi cõcurrant:& per consequens, an consecratio sit rite facta: utrum sub conditione sit adorãdum.s. si rite facta sit consecratio. Et de hoc dicitur secundum Scot. ꝙ adorandum est contentum in sacramento sub conditione statum posita: & hoc actuali:uel habituali, tacita, uel expressa. Non autem requiritur appositio actualis:sed sufficit habitualis, per quã uult adorare sub conditione:dum actualis cogitatio apponendæ conditionis occurrit. Nec forte utile esset maximè simplicibus semper apponere:ne dubitationi circa fidem sacramentum locũ dare assuescant; de quo lect.l.latius:ubi etiam tractatur, quid agendum in uisionibus alicui spiritualiter occurrentibus, in quibus frequenter angelus sathanæ transfigurat se in angelum lucis, in cuius adoratione necessariò est actualis appositio conditionis,& non sufficit habitualis:nec leuiter,& statim huiusmodi apparentijs est credendum: uide ibi.

Dub. 3. N Corpus quolibet potest esse in diuersis locis circumscriptiue.

¶ Dubitatur tertiò iuxta conclusionem septimam, ꝙ corpus quodlibet potest esse in diuersis locis circumscriptiuè, utrũ posito, ꝙ a esset hic,& Romæ: an posset simul tempore peccare mortaliter, & mereri:& uidetur, ꝙ sic:nam hic posset habere gratiam:& ex eius inclinatione dare eleemosynam:& sic mereretur: & eodem tempore posset Romæ committere furtum:& ita peccaret mortaliter. Sed in oppositum est: quia si meretur: acceptus est deo: si mortaliter peccat, non est acceptus deo:quæ sunt contradictoria. Respondetur; ꝙ secundum absolutam dei potentiam, illi actus dationis eleemosinæ, & furtum etiam cum gratia, possunt simul stare: quia peccatũ mortale, & gratia non opponuntur ex propria natura: sed tantum secundum ordinationem diuinam:nec est essentia le peccato mortali facere hominem dignum damnatione: nec essentiale est gratiæ reddere habẽtem acceptum deo ad uitam æternam:sed hæc conueniunt eis ex ordinatione diuina: unde hos actus posset sic replicatus ad diuersa loca: immo i eodẽ loco simul tẽpore facere, ad minus actu interiori uoluntaris: & tñ non sequit necessariò, ꝙ sic faciẽs utrumq;, uel alterũ eorũ sit acceptus, uel nõ acceptus deo: & non simul acceptus, & non acceptus:& ideo etiam secundum absolutam potentiam dei non potest simul peccare & mereri. Sed nec scdm ordinẽ institutũ, pōt qs simul mereri,& peccare:quia hoc includit cõtradictionem:ut argutum est:& tunc ad rationem conceditur, ꝙ quis posset hic dare eleemosinam, & Romæ furari:sed si peccat Romæ non potest dare eleemosynam ex gratia:quia ubicunq; quis peccat mortaliter:statim desinit informare gratiam peccantem: unde si a sit

Romæ,& hic:& gratia informet animā suam tantum hic: ita ꝙ gratia non replicatur,nihilominus est acceptus ad uitam hic existens,& similiter existēs Romæ: quia ordinauit deus; ꝙ quicunque habet gratiam acceptus est illi:& existēs Romę habet gratiam sibi inhærentem: licet non Romæ: & per consequens est acceptus deo . Si ergo a Romæ peccat mortaliter:in eodē instanti perdit gratiam hic informantem : quia & hoc ordinauit deus,ꝙ ubicunq; peccat homo mortaliter , perdit simpliciter gratiam ubicunq; habeat illam : & ita negandū est:ꝙ aliquis posset Romæ furari : & hic ex gratia dare eleemosinam: quia si furatur Romę perdit hic gratiam. ¶ Dubitatur quartò contra septimam conclusionem. Nam uidetur , ꝙ sacerdos mouens hostiam consecratam sua uirtute naturali:eadem uirtute moueat corpus christi sub ea contentum, & ita conclusio falsa. Antecedens probatur: quia quicunq; mouet aliquod mobile: mouet etiam omnia illi inseparabiliter adhærentia:nam mouens mouet contētum,& omnia sibi alligata : sed corpus christi inseparabiliter adhęret,siue continetur sub speciebus: ergo mouens species eadem uirtute , mouet , & corpus christi.¶ Et si dicitur : ꝙ uera est maior, quando id,quod adhęret est proportionatum uirtuti mouentis:sic autem non est in proposito.Contra, si corpus christi sub hostia est improportionatum uirtuti motiuæ sacerdotis:hoc est tantum propter eius grauitatem ponderantem: sed hoc non:quia uel ibi non est grauitas, uel si est non pōderat:& per consequens non reddit corpus christi ponderosum. Antecedens patet:quia deus suspēdit omnes qualitates corporis a suis naturalibus actionibus:unde sicut calor corporis non calet:nec siccitas circumstantialiter siccat:nec humiditas humectat:ita nec grauitas naturalis in sacramento ponderat. Etiam experientia manifestum est, ꝙ non plus ponderāt species post cōsecrationem cum omnibus contentis , quam prius ponderauerunt ante consecrationem Respondeo cum supportatione, ꝙ argumentum hoc cōcludit contra conclusionem : sed posui eam ad imitationem Scot. Ockam, & Petri de Aliaco. Vnde stante diuina uoluntate,quæ uult corpus christi non separari a speciebus: & suspensa naturali grauitate corporis in eucharistia a suo actu ponderandi,per cuius solam ponderationem corpus christi mobile redditur improportionatum uirtuti mouenti sacerdotis(non uideo , quin iam corpus christi est proportionatum) quia in nullo resistit mouenti : & per consequens mouetur a sacerdote. Nec impedit, ꝙ corpus christi contingenter per actum uoluntatis diuinæ coniungatur speciebus: quia quicquid coniungitur mobili, siue necessariò , & naturaliter, siue contingenter,& uoluntariē ,manē te coniunctione cum mobili : quicquid mouet mobile,mouet etiam coniunctū sibi, si non fuerit improportionatum: quod si fuerit improportionatum , nec mobile mouebit manente coniunctione:nec coniunctum per aliud moueretur. Et sic totus punctus in illo stat. An corpus christi sit proportionatum:quod utiq; uidetur:eo ꝙ non est in eo grauitas ponderans. Vnde uidetur conclusio intelligenda esse,dimissis qualitatibus corporis christi in suis naturalibus actionibus,& illo supposito puta, ꝙ grauitas corporis christi ponderat quantū naturaliter potest: tunc corpus christi esset mobile improportionatū uirtuti mouenti sacerdotis,& ita uolo moderari,quod in Can.expositione scripsi. lec. xlvij. ¶ Posset hic dubitari de uirtute uerborum formalium,quam habeant respectu effectus sacramentalis. ¶ Sed hic respondetur , sicut generaliter responsum est de sacramētis dis.j.q j.ꝙ in uerbis nulla est uirtus supernaturalis insistens,sed est uirtus diuina assistens,quæ operatur effectum ad prolationem uerborū super materia debita &c. Et p hoc uerba sunt causa sine qua nō , quia sine eis non fieret trāssubstantiatio uirtute diuina,quæ sic ordinauit, ꝙ nō sine uerbis &c.uult trāssubstātiare panem in corpus christi. Et tantū de hac quęstione.

Dub. 4. Sacerdos mouēs hostiam cōsecratā mouet corpus christi.

DISTINCTIO. XI.

I autẽ queritur. Egit magister de eucharistię sacramẽto, quãtum ad eius institutionẽ, usum, & ueritatem, in premissis tribus distinctionibus. In hac dist. xj. agit de eodem quantum ad existentiæ modum, & panis, & uini in corpus, & sanguinem christi conuersionem. ¶ Et colligitur sententia textus in tribus conclusionibus, quę sequũtur. ¶ Prima. Conuersio panis in corpus, & uini in sanguinem sine augmẽto utriusq;: non formalis: sed a quibusdam substãtialis dicit: quæ cũ uarijs modis a doct. exprimi inuenitur. ¶ Secunda. Ad cauendum fidei experimentum, sumendi horrorem, ac infidelium irrisionem, sub aliena specie christi corpus, & sanguis consecrantur: sub duplici tamẽ specie, sub quarum utraq; totus christus cõtinetur: ut in Christo animæ, & corporis susceptio significetur: & utraq; natura in nobis tueatur. ¶ Tertia. Non nisi de uino, cui aqua admiscenda est: & de grano frumenti in panem redacti, corpus, & sanguis tale, quale christus habet conficitur: quod tamen nulli intinctum ministrandum esse peribetur. Has materias textus quibusdã additis latius prosequitur. ¶ Circa hanc distinctionem de duobus quęrendum est. Primò, de ipsa conuersione, per quam corpus domini, & sanguis incipiunt esse in sacramento. Secundò, de materia: quæ ad conficiendu m eucharistiam requiritur necessaria.

QVAESTIO. I.

A CIRCA primũ quęritur utrũ substantia panis, & uini in corpus, & sanguinem christi conuersa, maneat cum eisdem sub sacramenti forma. ¶ Pręmissis notabilibus quoad articulum primum: & subiunctis conclusionibus quo
Arti. 1. ad secundum: mouebuntur ac soluentur
Not. 1. dubia quoad tertium. ¶ Quantum ad primum notandum, ꝙ conuersio est transitio unius in aliud: in quo duo notantur: scilicet desitio unius, & successio alterius. Nam si quid in se, aut in sua natura, ac proprietatibus manet: non conuertitur in aliud: & licet dum albũ conuertitur in nigrum: id quod conuertitur, scilicet subiectum albedinis manet: non manet tamen albedo, secundũ quam conuertitur. Igitur sine desitione unius: & successione alterius non est conuersio. ¶ Succedere autem est ad desitionem alicuius de nouo incipere esse: aut in esse suo cõseruari, quô nõ inciperet, uel in esse cõseruaret nisi aliud desineret. ¶ Vnde põt describi cõuersio. Est desitio alicuius entitatis positiuæ, ad quam sequitur inceptio, uel conseruatio alterius rei: alias non producendę uel conseruandę simpliciter, uel secundũ quid. i. quantũ ad aliquem modum se habendi. Ex quo sequitur, ꝙ cũ. a. conuertit in. b. non est. a. fieri. b. Nã aere cõuerso in ignem, aer non fit ignis: sed est aerem desinere, & ignẽ succedere. ¶ Secundò sequitur; ꝙ in rem simpliciter necessariam nihil põt conuerti. Patet: quia quod simpliciter est necessarium: nõ incipit nec conseruatur ad desitionem alterius non conseruandum: nisi aliud desineret: quia cum sit necessarium: semper manet immutabiliter, siue aliud desinat, siue nõ. Et quoniam solus deus est simpliciter necessarius: sequit; ꝙ in deũ non põt fieri conuersio cuiuscunq; creaturę. ¶ Sequitur tertiò, ꝙ quęlibet creatura potest per diuinã potentiã in quãlibet conuerti: quia potest deus quãlibet creaturam destruere: & ad eius destructionem aliam de nouo producere, aut productam conseruare. Et hæc omnia latius declarata inuenies lec. iij. in expo. can. ¶ Secundò notandum: ꝙ conuersio est duplex: quædã substantialis: quędã accidẽtalis. Accidentalis est, cũ ad desitionẽ alicuius, incipit, aut conseruatur aliquod accidens, uel accidentalis habitudo: ut in calefactione aquæ, ad desitionem frigiditatis aquæ, incipit de nouo esse calor in aqua: & sic conuertitur frigiditas in calo-

Cõuersio qd.

Successio qd.

Not. 2. B Cõuersio ẽ duplex.

rē. Similiter aqua frigida conuertitur in aquam calidam: sed frigiditas conuertitur simpliciter in calorem, quia simpliciter frigiditas desinit, & succedit calor. Sed frigidum conuertitur in calidū secundum quid: quia frigidum non desinit simpliciter. i. res, quę est frigida: puta aqua nō desinit simpliciter: nec aqua calida in casu incipit simpliciter: sed secundum denominationem accidentalem. Desinit enim aqua esse frigida: & incipit esse calida. ¶ Sed conuersio substātialis est, dum ad desitionem alicuius incipit esse substantia, quæ prius non fuit: uel conseruatur, quæ prius fuit. ¶ Et dicitur notanter in utraq; diffinitione: ad desitionem alicuius: & non specificat illud alicuius: quia siue sit substantia: siue accidēs, qđ desinit: conuersio dicitur accidentalis: si terminus, ad quem est accidens, & substantialis. Si terminus ad quē fuerit substantia: conuersio. n. sicut, & mutatio denominatur a termino ad quē. Verū: quia nomina sunt ad placitū: pōt etiam conuersio denominari ab utroq; termino a quo, & ad quē: & sic oporteret ponere quatuor species conuersionis. Vna, qua accidens conuertitur in accidens. Secunda, qua substantia conuertitur in substantiam. Tertia, qua substantia conuertitur in accidens. Quarta, qua accidens conuertitur in substantiam. de hoc lec. xl. ¶ Conuersio substantialis est duplex. Quædam fit secundum partem eius, quod conuertitur: & eius, in quod cōuertitur: & hoc contingit in his, quæ habent materiam communem: ut in generatione substantiali ignis ex aere: aer conuertitur in ignem: non secundum se totum: quia non secundum se totum syncathegorematicē. i. quodlibet sui desinit: quia non secundum materiam: materia enim eadem numero manet in utroq;, sed conuersio fit secūdū formas tm̄. ¶ Alia fit secūdū totū, quando illud, quod cōuertitē secūdū se, & quodlibet sui, desinit esse: & terminus ad quē secūdum se, & qđlibet sui recipit esse nouum uel cōseruatur in esse præhabito. Et illa cōuersio dicitur

Cōuersio substātialis duplex.

C transsubstantiatio. ¶ Et pōt sic describi secūdū Ockā, & dn̄m Petrum de aliaco, supplentē descriptionē. Ockam. Trāssubstantiatio est immediata successio substātiæ, ad aliquod positiuū desinens esse secundū se & quodlibet sui, sub eisdē accidentibus: uel loco eius, quod desinit esse ¶ Dicitur primò immediata successio: quia inter desitionē eius, quod transsubstantiatur: & successionē eius, in quod transsubstantiatur: non debet cadere tēpus medium: alioquin si aliquid ante cētum annos desijsset: & in locū eius nūc succederet aliqua substantia: esset transsubstantiatio: quod nō cōceditur: & forte hoc includere uoluit Ockā in ly successio. ¶ Dicitur successio: quia si substātia aliqua annihilata, alia crearetur non in ordine ad istam annihilatā: non esset ibi transsubstantiatio: quia nulla successio. ¶ Dicitur substantiæ, ad excludendū transaccidentationem. s. dum aliquid cōuertitur in accidēs. ¶ Dicitur ad aliquid positiuū: q̄a siue id, quod desinit, sit substantia, siue accidens: dum tamen succedit, substantia dicitur transsubstāntiatio. Verū Ockā uult dicere, ꝙ requiritur, ꝙ etiā terminus a quo sit substantia. Nam secundū eū transsubstantiatio est tantū inter terminos positiuos, quorū uterq; est substantia. Vnde loco illius termini, ad aliquid positiuū, ipse ponit, ad substātiam. Accipit itaq; transsubstantiationē strictius, quam hic diffinitur. ¶ Dicitur desinens secundum se, & quodlibet sui: propter generationem, in qua genitum non secundū quodlibet sui incipit esse. Manet. n. materia cōmunis utriusq;. ¶ Dicitur sub eisdē accidētibus: quia si aliqua substantia in cælo produceretur ad desitionē alicuius in terra: nō esset transsubstantiatio: licet huius oppositum teneat Sco. ¶ Additur, uel loco: quia si deus terminum a quo transsubstantiationis destrueret quantum ad se, & omnia accidentia sibi inhærentia: sufficit, ꝙ terminus ad quem succedat in eodem loco. ¶ Sed adhuc notandum, quód transsubstantiatio adhuc accipitur dupliciter. Vno modo communiter: & sic diffinita est. Alio modo strictius: & tunc prædictæ diffinitioni addatur

Diffinitio transsubstantiationis.

Not. 3. D

Transsubstantiatio du-

pliciter accipit. primo & principaliter intenti a conuertente: ut sic dicatur. Transsubstantiatio est immediata successio substantiæ primo & principaliter intente a cõuertente, ad aliquod positiuũ &c. ut prius. ¶ Dicitur aũt principaliter intendi a conuertente, qđ nõ intenditur: quia coniunctũ alteri intento: sed intenderetur tanquã terminus conuersionis, si esset per se ab alijs separatum. ¶ Cõsequenter supponitur, q̃ facta consecratione panis sub speciebus panis est uerũ corpus christi: tale, quale est in sua naturali cõsistentia pro tẽpore: hoc est modo tali quale est ad dexterã patris: uiuũ, immortale, gloriosum, coniunctũ deitati, cũ omnibus qualitatibus, & accidentibus sibi inhærentibus. Si aũt fuisset facta cõsecratio in triduo mortis: fuisset tale corpus, quale iacuit in sepulcro: .s. exãgue, & exanime: sed coniunctũ deitati. Suo modo de sanguine sub speciebus uini: de quo lect. xxxvii. Et dico notãter: corpus tale nõ tantum: quia non est in sacramẽto quãtũ: cum ibi non sit extensum, nec circumscriptiuè: ut priori distinct. tactum est. ¶ Quarto notandum, q̃ corpus potest tripliciter accipi, cum loquimur de corpore christi. Vno modo ut est genus subalternum prædicamenti substantiæ. Secundò, ut est species prædicamenti quantitatis. Tertiò, pro altera parte compositi substantialis .s. pro illo, quod immediatè subijcitur formę specificæ: siue sit materia nuda: siue materia organizata: siue compositum ex materia & forma nõ specifica secundũ ponentes plures formas substantiales in eodem indiuiduo. De quo latius uide lect. xlii. Et illo tertio modo pro eodem capitur corpus humanum, & caro. Vnde indifferenter dicitur, q̃ homo componitur ex corpore, & anima, & ex carne, & anima ut in symbolo Athanasii. Sicut anima rationalis, & caro unus est homo. Tertio mõ hic accipitur. Vltimò tememorandum, q̃ (ut tangit magister) olim plures fuerunt opinio. de quęsito, de quibus habes in lec. xl. in principio.

Not. 4. E

Corpus tripliciter accipitur.

Arti. 2.

Cõcl. 1. F ¶ Quantum ad secundum articulum est prima conclusio. Substantia panis in consecratione sacramenti eucharistiæ transsubstantiatur in corpus christi: & partes eius primo, & tertio modo acceptũ: accipiendo transsubstantiationem largè. Probatur: quia sic accipiendo trãssubstantiationẽ, panis transsubstantiatur in omnia, quæ ad desitionem panis, incipiunt esse sub speciebus panis: & ibi incipit esse totus homo christus, qui est corpus primo modo: ut est species substãtiæ: & per cõsequẽs caro, quæ est corpus tertio modo: incipit etiã esse humanitas christi, & anima, quæ est pars corporis primo mõ. Incipitq; ibi præsens esse sanguis, & cęteri humores substantiales: ergo in omnia illa cõuertitur. Tenet consequentia ex quid nominis cõuersionis largè acceptæ. Non autem fit conuersio in deitatem: licet uerissimè sit ibi: quia non incipit esse ibi: cum ipsa nullibi incipit: sed semper est ubiq;. ¶ Secunda conclusio. Accipiendo conuerti largè, proportionabiliter sicut transsubstantiari licet panis substantia in accidentia corpori christi inexistentia, non transsubstantietur: tamẽ in ea conuertitur. Probatur cõclusio pro prima parte: quia transsubstantiatio etiã largè nõ dicitur, nisi respectu substantię tanquã termini ad quẽ. Secunda pars probatur: quia ad desitionem substantię panis, sub eius speciebus incipiunt esse accidentia corporis christi, & animę eius: ergo in ea conuertitur substantia panis. Tenet consequentia ex diffinitione conuersionis posita in primo articulo. ¶ Tertia conclusio. Accipiendo transsubstantiationem propriè, siue strictè: substantia panis dũ ritè cõsecratur, transsubstantiatur tantũ in corpus christi tertio modo acceptũ: hoc est in solam carnẽ christi: ut est proximũ perfectibile ab anima intellectiua. Probatur conclusio: quia solũ transsubstantiatur in id, quod primò, & principaliter a conuertente intenditur: & non ut alteri coniunctũ: & hoc est id, in quod conuerteretur, qualitercũq; corpus christi se haberet in naturali cõsistentia. Illud aũt solum est corpus christi tertio modo: & non ut includit animam sanguinẽ, aut accidentia: quia

Substantia panis transsubstantiatur in corpus christi.

Cõcl. 2.

Cõcl. 3. G

Substantia panis, & uini non manet cũ corpore christi.

omnibus illis semotis a carne christi in sua naturali existentia, adhuc fieret transsubstantiatio in carnem, seu corpus illo modo: & in nullum prædictorũ: ut supra articulo primo tactum est: ergo conclusio uera. Similiter potest responderi de conuersione. Et illa, quæ sic ibi sunt ad uerborum prolationem, puta per se, & primò, dicuntur inesse ex ui couersionis, & trãssubstantiationis. Cetera, quę ibi sunt dicũtur ibi esse per cõcomitãtiã: omnia tamẽ sunt ibi uerè, & realiter. de quo uide larius lect. xl. clarius lect. liii. & lect. xlii. ¶ Quarta conclusio responsiua ad quæsitum. Substantia panis, & uini conuersa in corpus, & sanguinẽ christi non manet cum eisdem sub forma sacramenti. Probatur cõclusio aucto. cõstitutionis ecclesiæ: de summa trin. & fi. ca. firmiter. ubi dicitur: trãssubstãtiatis pane in corpus, & uino in sanguinem, potestate diuina. Ad idẽ adducũtur multę auctor. sanctorũ lect. xl. circa princip. Ex quibus habetur; ꝙ panis cõuertitur, trãssubstãtiatur, & cõmutatur in corpus christi: secũdũ ꝙ dictũ est in tribus conclusionibus præmissis. ¶ Ex quo sequitur, ꝙ substantia panis non manet: nam nihil, quod transit cõmutatiuè, uel conuertitur in aliud manet in sua natura: sed panis conuertitur &c. ergo non manet. Tenet consequẽtia: & maior nota: quia quod transit, nõ manet: sed id, quod transit: quicquid autem conuertitur in aliud substãtialiter, transit in aliud secundum suam substantiã: ergo non manet secundũ suam substantiam: hoe etiã patet ex quid nominis conuersionis. ¶ Quantũ ad tertium articulũ est primũ dubiũ: quibus uerbis hæc conuersio panis in corpus, & uini in sanguinem christi, uerè, & aptè exprimi possit: & de hoc latius uide lect. xlix. Sed breuiter, & summariè nota duas regulas. Prima, ꝙ omnis propositio affirmatiua de rigore, seu proprietate sermonis est falsa, in qua termini significãtes panem, & uinum, & corpus christi ponũtur in nominatiuo casu: nisi ęquiualeat alteri propositioni, aut resoluatur in aliam: in qua alter dictorum ponitur in obliquo. quod additur propter illam, & similes. Panis est, ex quo fit corpus christi. Et quod dictũ est: ueritatẽ habet cuiuscunq; temporis sit copula. Vnde omnes illæ falsæ sunt de rigore uerborũ: panis est corpus christi. quod est panis, est, fuit, erit, seu potest esse corpus christi. Similiter iste, quod est panis: seu quod fuit panis, quod erit panis, qđ potuit esse panis, est, uel fuit corpus christi. ¶ Secunda regula: uera est propositio; in qua terminus a quo. i. panis aut uinum exprimitur per ablatiuum cum præpositione ex, uel de importante ordinem: secus si importaret materiã: aut terminus ad quem. i. corpus uel sanguis christi: per accusatiuũ cũ prępositione in, certè sunt de rigore falsæ: ut istæ ueræ sunt. Ex pane fit corpus christi: de uino fit sanguis christi. Si ly ex, uel de importat circumstantiam ordinis desitionis substantiæ panis, aut uini ad præsentiã corporis, aut sanguinis: ut sit sensus. post desitionem substantiæ panis, aut uini: incipit præsentia corporis christi. Si uero ex uel de diceret circũstantiam materiæ: sicut cum dicimus anulus fit ex auro: quod est dicere anulus fit ex auro tanquã ex materia manente in eo, sic est falsa. Similiter uera est hæc: panis aut uinum transit, conuertitur, uel transsubstantiatur in corpus christi: uinum in sanguinem. Cum enim in hac conuersione nihil aliud intelligi debet: nisi ꝙ ad prolationem uerborum sacramentalium simpliciter desinit esse substantia panis, & uini: & corpus, & sanguis christi incipit seu fit præsens speciebus panis, & uini. Omnes propositiones, per quas hæc conuersio exprimitur: & solæ tales uerę sunt, præterquas significatur desitio substantię panis, aut uini: & pręsentia corporis christi, aut sanguinis succedens ex diuina ordinatione illi desitioni: & de hoc latius uide lect. xlix. ¶ Secundò dubitatur; quomodo hęc conuersio potest dici transsubstantiatio: cum non fit ad substantiam corporis christi: uel de nouo producenda uel conseruãda: sed tantũ ad pręsentiã localẽ sub specie

Margin notes: Cõcl. 4. — Arti. 3. Dub. 1. — H — De mõ exprimendi cõuersionem illam. — Dub. 2. — I — Quomõ hęc conuer sio di-

specie

ciē tran substantiatio.

speciebus panis:& ita magis deberet dici translatio saltem ratione termini ad quem. Respondeo breuiter: q͂ propriè dicitur transsubstantiatio: tam ratione termini a quo: quam etiam ratione termini ad quem. Ratione termini a quo: quia in hac conuersione desinit esse simpliciter substantia termini a quo, quoad materiam,& formam. Et quātum ad terminum ad quem: quia est ad productionem seu conseruationem substantiæ corporis,& sanguinis christi sub istis speciebus. Nam si corpus christi nō esset in rerum natura: ad prolationem uerborum formalium corpus christi de nouo produceretur sub istis speciebus. Sicut generatio dicitur mutatio substantialis: quia producitur noua substantia: in loco substantiæ corruptæ,& non localis. Sic etiam: quia corpus christi præexistit conuersioni: est tamen conuersio substātialis: quia est ad conseruationem substātiæ corporis christi in loco panis desinētis: immo ut Sco. dicit: ubicunq; produceretur noua substantia: uel præexistens conseruaretur: ad desitionem alterius substantiæ esset substantialis conuersio: licet illa secundū modū loquendi Ockā non diceretur transsubstantiatio: quia secundum eum transsubstantiatio connotat præsentiam substantiæ desinentis. Vnde secundum eum transsubstantiatio duo connotat in termino ad quem.s.successionem substantiæ eius quantum ad nouam productionem: uel conseruationem ad desitionem termini a quo:& hoc principaliter connotat. Secundo connotat successionem in eodem loco, in quo præfuit terminus a quo: quia in hac conuersione intelligere possumus duos terminos ad quem: scilicet substantiam corporis Christi:& eius præsentiam sub speciebus panis:& ratione primi termini dicitur transsubstantiatio principaliter: non ratione secundi: licet & illum secundum connotet nomen transsubstantiatio secundum Ockam, non secundum Sco. de hoc lec.xl. ❡Tertiò dubitatur cōtra hoc, quod dictū est in declaratione primæ conclusionis: q͂ panis nō conuertitur in deitatē, pro eo, q͂ ad panis desitionē nō incipit esse deitas sub speciebus panis. ❡Contra: licet deitas non incipit esse simpliciter ibi, quæ semper est ubiq;: tñ incipit ibi esse certo modo.s.ut unita humanitati christi, quo modo non esset ibi, si panis ad cōsecrationē non desijsset. ❡Respondetur: q͂ in deitatē nihil pōt transsubstantiari, uel cōuerti: quia conuersio dicit successionē termini ad quē:& successio aliquam mutationē in termino a quo,& ad quē capiendo mutationē largè. Nunc autē in deitatem nulla cadere pōt mutatio. Quod.n.deitas in sacramento est.ut unita humanitati christi:& nō sic esset ibi: nisi in ordine ad desitionem substantiæ panis: hoc non est per mutationē deitatis: sed corporis christi: quod ibi incipit esse præsens, ubi prius non fuit præsens: & ideo cōuersio in corpus christi nō in deitatē: quæ semper præsens est humanitati ubicūq; fuerit humanitas. Et si hoc non satis intelligit in quid nominis successionis: addatur per sui mutationem.

Dub. 3. Qd panis non

cōuertit in deitatē, solui tur.

❡Quartò dubitatur, utrum transubstantiatio, de qua hic agitur: fiat successiuè aut in instanti. Et uidetur, q͂ successiuè: quia fit ad prolationē uerborū, quæ non pōt fieri nisi successiuè. Respondetur in expo.ca.le.xlij. q͂ conuersio illa fit instantaneè.i.tota simul. Vnde in primo instanti non esse uerborum, panis desinit:& corpus christi præsens ē speciebus panis uirtute diuina, quæ nulla indiget successione in suis actionibus. Nec uerba prolata aliquid efficiunt: quæ successiuè proferuntur: nisi q͂ ad prolationem eorū deus signo per se instituto assistēs operatur. Requiritur autē uerborum prolatio ex institutione christi: ut præuia, non ut concomitans. Vnde pro nullo instanti esse uerborum est ibi corpus christi: sed cessantibus uerbis, in primo non esse eorū, est ibi corpus christi:& ideo immediatè succedit: nam inter primū non esse uerborū,& primū esse corporis christi, nullum est mediū instans: sicut nec inter desitionem panis,& præsentiā corporis christi. Vnde unum,& idem instās est primum non esse prolationis uerborum:& primum non esse panis:& primū

Dub. 4. L Vtrum transubstātiatio fiat successiuè, an in instanti.

esse corporis christi. ¶ Si dicis panis desinit instantaneè: quia totus simul: ergo per ultimum esse: & per consequens idē est ultimum esse panis: & primum esse corporis. Et ita pro illo instanti simul essent panis, & corpus christi. Consequentia probatur: quia res successiuè desinens, per partem post partē definit: & per primum non esse totalis desitionis: sic res desinens tota simul, & non successiuè, definit per ultimum. Respondetur; ꝙ panis non desinit per ultimum esse: licet desinat totus simul. Cuius ratio est: quia panis definit ad desitionem uerborum, quæ quia desinunt per primum non esse tanquam res successiua pro eodem instanti desinit substantia panis: & regula illa, ꝙ res permanens desinens instantaneè, & tota simul definit per ultimum instans: patitur instantiam, quando res permanens desinit ad desitionem rei successiuę. Similiter, quando rei permanenti, quæ tota simul definit, immediatè succedit res permanens incipiēs per primum instans esse: sic est in proposito. Vnde alterum necesse est dicere: aut ꝙ panis desinat per primum non esse: & corpus christi incipiat ibi esse per primum esse: aut ꝙ panis desinat per ultimum esse: & corpus christi ibi incipiat esse per ultimum non esse, supposito, ꝙ instantia non sint sibi immediata. Et ꝙ nullum sit instans medium inter desitionem panis, & presentiam corporis christi. ¶ Quintò dubitatur: utrum æqualis uirtutis sit aut maioris: panem in corpus christi conuertere: quā aliquid de nouo creare. Similiter, utrum uirtus transsubstantiandi sit nobilior, quam uirtus concipiendi corpus Christi in uirgine matre. ¶ Respondetur breuiter supponendo ex suprad ctis; ꝙ sacramenta non efficiunt, quod significant per aliquam uirtutem inhærentem: sed per uirtutem diuinam assistentem: ut habitum est supra distin. j q. j. Ideirco una est, eadēq; uirtus creandi, & transsubstantiandi: quia uirtus diuina est una & indiuisibilis respectu quorumcunq; effectuum: nec maior in productione nobilioris effectus: nec minor in productione minus nobilis. Vnde beatus Aug. in sol. c. iiij. Omnipotens manus tua semper una, & eadē creauit in cœlo angelos, & in terra uermiculos: non superior in illis, non inferior in istis, & sequitur. Sicut omnipotēs manus tua, cui omnia pari modo sunt possibilia. Nec. n. possibilius est ei creare uermiculū, ꝙ angelū: nec impossibilius est extendere cælū, quā foliū: nec leuius est formare capillum, quam corpus: nec difficilius fundare terram super aquam, quam aquā super terrā. Sed omnia quæcunq; uoluit, fecit: sicut uoluit in cœlo, & in terra, & in mari, & in omnibus abyssis: ideo est ęqualis: immo una uirtus transsubstantiandi, & creandi. ¶ Si autē refertur ad creaturas, tunc quæritur: utrū ęqualis, uel maior uirtus sit transsubstantiandi, quā creādi: est quærere: utrū effectus creatus sit maior, quam effectus per transsubstātiationē productus, & sic uariatur responsio secundū diuersitatē effectuum: sed sensus ille est impropriius. ¶ Ad secūdū in dubio quærebātur: utrū beata uirgo habuerit aliquam uirtutem sibi inhærentem respectu conceptionis christi corporis, de qua sumpta est materia corpulenta. tractatū est lib. iij. dist. iiij. An purè passiuè se habuerit an etiā actiuè: & quodlibet horū dicatur, si hic quæritur de uirtute insistente in uirgine in cōceptione; & de uirtute transsubstantiandi hic comparatio uirtutis creatæ ad increatam: & ita patet responsio; ꝙ maior est uirtus transsubstantiandi, quam uirtus concipiendi in uirgine: quia illa est increata, ista creata. ¶ Si quæritur de uirtute assistente, quæ est uirtus spiritus sancti uirginē obūbrantis &c. sic est eadem uirtus hęc & illa: quia increata. Si sit comparatio ad effectum, idem est effectus utrobiq;: quia uerum corpus christi: & per consequens eadem uirtus, idest uirtus eiusdem effectus productiua: & secundum hoc potest responderi ad dubium. ¶ Vltimò dubitatur: utrum in cōuersione panis in corpus christi, panis desinat per annihilationem de hoc in ex. cano. lect. xlj. Vnde breuiter dicitur, ꝙ panis secundū se totum desinit uel ho-

Dub. 5. bipitiū. M Comparat adinuicē uirtus trāssubstantiādi, & creādi.

Dub. 6. N Viiū in panisc ō

ne in corpus christi annihiletur panis. & nihil panis manet: nec materia: nec forma: sed tantū accidentia: an aūt hæc desitio debeat dici annihilatio, an non stat in quid nominis termini. Nā si annihilatio dicitur desitio rei secundum se totam: ita φ nihil, quod fuit de eius essentia maneat: sic panis in hac conuersione annihilatur: sic etiā forma substantialis corrupta ānihilaretur: licet nō cōpositum: quia in corruptione compositi manet aliquid: scilicet materia commu nis corrupto, & genito. Si uero accipitur pro desitione rei secundum se totā, cui nihil positiuū succedit: sic panis non annihilatur: q̃a succedit corpus christi: & ita cōmuniter accipitur annihilatio a doctoribus. ¶ Si q̃ris: cū panis desinit, & non per corruptionem: quæ ergo uocatur hęc desitio. Respondetur, φ quia hæc desitio est supernaturalis, & miraculosa: non habet nomen impositum a philosophis: sed pōt dici desitio rei secundū se totam. de quo latius lec. xli. Et tantum de illa quæstione.

QVAESTIO. II.

A QVAERITVR secundò de materia huius sacramenti: utrum materia eucharistiæ sit panis triticeus, & naturalis liquor uini. ¶ Tribus articulis patebit solutio quæstionis. ¶ Quantum ad

Artic. 1. Not. 1. primū supponitur φ illud dicitur requiri de necessitate sacramenti, sine quo simpliciter nō esset sacramētū: aut sine quo nō cōsecratur sacramētū. In proposito autē nō quæritur de materia eucharistiæ quæ nulla est: ut dictū est sup. dist. x. q. iii. Sed quæritur de materia consecrationis.

Not. 2. Aliud ē dicere de materia eucharistię & de materia cōsecrationis. ¶ Secūdò notādū, φ de materia consecrationis eucharistiæ sunt diuersæ opiniones doctorum. Sunt enim, qui tenent, φ panis triticeus necessariò requiratur ad consecrationem eucharistiæ: ita φ si in alio pane attentaretur: puta spelticeo, hordeaceo, aut siligineo irrita esset consecratio, & nihil fieret. De hac opinione est sanctus Thom. par. iii. summæ quest. lxxiiii. artic. iii, tenens, φ saltem maiorem partem oportet esse triticeam. Consonat Gerson in de floribus cap. de eucharistia. Scot. in iiii. dist. xi. Alexand. de Hal, par. iiij. q. xxxii. membro iiii. Durand. dominus Camera. q. v. quarti. Richar. in iiii. dist. xi. artic. ii. q. ii. Alij aliter sentiunt. Nam Albertus tenet, φ in spelta pōt fieri consecratio. & Pet. de pal. dist. xi. q. j. artic. iiii. secūdū quē spelta triticū, & far sunt eiusdem speciei. Thom. de argen. consulit, φ sacerdos utatur pane triticeo. Sanctus Bonauentur. dist. xi. art. j. q. iiii. tenet: φ materia apta est frumentū: quas opiniones latè prosequitur lect. xxxv. in expo. cano. Similiter & de uino aqua mixto, unde ibidem. Hæc de artic. j.

Artic. 2. Cōcl. 1. ¶ Quantum ad secundum articulum est conclusio prima. Panem esse materiam consecrationis eucharistiæ tenet fides religionis. Probatur extra de sum. trini, & fide catho. firmiter. & in c. cū Marthæ de cele. &c. & de consecr. dist. ii. in multis cap. Et dicitur notanter panis: quia non pasta, aut farina aqua mixta: sed pulmentum est materia consecrationis corporis: ut in expo. canon. lect. xxxv.

B Panis ē materia cōsecrationis.

Cōcl. 2. ¶ Secunda conclusio: Non sufficienter probatur: φ in solo pane triticeo hoc sacramenti eucharistiæ consecratio. Patet: quia ad hoc neq; est auctoritas sacrę scripturæ: neq; determinatio ecclesiæ: neq; reuelatio: neq; experientia, uel ratio.

Cōcl. 3. ¶ Tertia conclusio. Non excusatur a peccato, qui in pane non triticeo scienter celebrat: nisi usus ecclesiæ, in q̃ sacramentum conficit, oppositum teneat. Probatur conclusio: quia quilibet celebrans, aut sacramentā ministrans: tenetur se conformare consuetudini ecclesiæ, in qua officium suum agit: ut dictum est. sup. de trina immersione baptizandi. ideo non conformans se consuetudini, peccat, & maximè in proposito: ubi dimittit certum, & assumit incertum, in tanto sacramento. Certum enim est, φ in pane triticeo fit consecratio omni fideli: sed an fiat in pane nō triticeo: opiniones sunt doct.

Cōcl. 4. C Ad cōficiendū ¶ Quarta conclusio. Ad conficiendum sanguinem christi sacramentum: necessarium est uinū naturale de uua ui

sanguinis sacramenti necessarii e uinum naturale. tis expressum. Probatio de cōsec. dist. ii. in sacramento. Item ex facto christi idē ostendi pōt. Nam christus confecit in liquore uini: p qd uinum tanquā materiā consecrationis sanguinis instituit. patet ex uerbis eius Marci xiiii. & Luc. xxii. Accepto calice dixit: dico uobis non bibam de generatione uitis, donec regnum dei ueniat. Simile habetur in Mat. Ex quo patet: q nec in uino artificiali: aut de pomis, aut pyris expresso: nec in uino botris incluso, nec in agresto: nec in balsamo secundū Pet. ubi sup. art. v. licet dicatur uinum engaddi: sed in uino uernatiano: græco: cæteris, quæ sunt uina propriē dicta: potest fieri consecratio: nec de clareto, si species uini immutata est nec in aceto pfecto: cum tunc nō sit uinū: secus si tendit ad acedinem secundū Pet. de palu. uersi de aceto distinguit Alexa. ut in lect. xxxv. legata. In musto tamen expresso: licet nōdū defecato potest fieri consecratio.

Cōcl. 5. ¶ Quinta conclusio. Admixtio aquæ cū uino in calice requiritur de ministri: nō de sacramenti necessitate. Probatur: quia minister consecrans si aquā miscere scienter negligit: mortaliter peccat: licet uerē conficiat: nisi formam mutādo hæresim introducere conaretur. Probationem horū require lect. xxxv.

Arti. 3. Dub. 1. D ¶ Quātum ad articulum tertium dubitatur primō: utrum certa panis, aut uini quantitas sit determinata: qua maior una uice, seu una cōsecratione consecrari nō possit. Respondetur, q non est determinata certa quantitas panis consecrandi. Unde tantum sacerdos consecrare pōt: quantum habere potest præsentem; & ad quantum determinatē dirigere ualet suā intentionē. Unde existens in ecclesia non potest cōsecrare panem in foro: nec uinū in cellario: licet aliqui teneāt, q dūtaxat tantū cōsecrare pōt: quantū ad usum fidelis populi sufficere pōt: de quo ubi sup. lect. xxxv.

Dub. 2. E ¶ Secundo dubitatur de qualitate panis consecrādi: an tantum in azymis: an etiam in fermentato consecratio: quia fieri possit. Respondetur, q de utroq; pōt fieri consecratio: quia etiā utroq; Romana ecclesia usa est in hoc sacrificio ex certis causis: licet non tantum in azymo. de quo lect. xxxiiii. in expo. cano. latius disputatur.

Dub. 3. ¶ Tertiō dubitatur: utrū aqua uino admixta in sanguinem christi cōuertatur. Respondetur, q aqua uino admixta primo conuertitur in uinū: & ita totum conuertitur in sanguinem christi: aqua autem si nondum esset in uinum cōuersa, dū sacerdos cōsecrat, non cōuertitur in sanguinem: debet ergo sacerdos paululum aquæ & in modica quantitate tpe maturo, & in principio missæ uino in calice apponere. ut certus sit de cōuersione aquæ in uinū: & ut statim cōuerti possit aqua in uinū: de quo latius lect. xxxv.

Dub. 4. F ¶ Quartō dubitatur: quia dictum est, q aqua non cōuertitur in sanguinē christi immediatē: sed prius in uinū cōuerti oportet: & tunc uinū, quod in se cōuertit aquā, cōuertitur in sāguinē. Quid ergo fieret de aqua, si tpore prolationis uerborum cōsecrationis calicis nondū fuisset conuersa in uinū. Respondetur; ubi sup. q si aqua fuisset tātę quātitatis, q uinū in se cōuertisset, si non fuisset facta consecratio: tunc alterabit species uini remanentes usq; ad instans corruptionis uini, si non fuisset uinum conuersum. Et in eodē instanti sub qualitatibus de nouo introductis: deus creat nouam aquę substātiam, & desinit esse sanguis christi. Si uero tā modica fuerit aqua, q uinum eā in se conuertisset: si nō fuisset cōuersum tunc in instanti corruptionis specierum aquę, forma aquę corrūpitur: & in materiam aquę introducitur forma uini: & saluaretur ibi; donec species uini de nouo introductæ iterum corrumpentur. Non tamen sub illis speciebus inciperet esse sanguis christi: sub nullis enim speciebus incipit esse sanguis: nisi sub speciebus illius uini, super quo prolata sunt consecrationis uerba. Nam & si modicum uini post consecrationem adderetur speciebus uini conuersi: non conuerteretur illud in sanguinem: sicut aqua benedicta addita aquæ benedictæ fit benedicta. euius causam require loco alleg. ubi & habes; q licet sacerdos sumēs calicem, in quo aqua nondū fuisset

Nulla substantia addi ta eucharistię cōuertitur in corpus, aut sanguinem.

in uinum conuersa, & postea in sanguinem licet solueret ieiunii naturæ: nō tamen impediretur ab irerata celebratio ne propter inuincibilem ignorantiam.

G ¶ Et nota, φ aqua admiscenda non debet esse aqua artificialis rosacea, uel similis: sed aqua elementaris: ut habet Paludanus ubi sup. ueruntamen si aqua talis admisceretur: diceretur de illa sicut de elementari: si prius fuisset cōuersa in uinū, quā perficeretur consecratio: uinū, in quod conuersum esset per consecrationem, transubstantiaretur in sanguinem. Si aqua artificialis admixta non conuersa fuisset in uinum ante consecrationē, dicitur sicut de aqua elementari: quoniam sicut admixtio aquæ non est de necessitate sacramenti: ita nec impedit sacramenti consecrationem, si alia admisceretur. Si quæritur. nunquid sufficit, si aqua uino sit admixta in dolio, aut cyatho, aut per pluuiā: dicitur φ non: quia admixtio illa est sacramentalis: & ideo non debet fieri antequam mysteria, & præparatio ad ea inchoentur: ut dicit Alex. Secus enim faciens, aut omittens: licet cæteris rite peractis perficeretur sacramentum: peccaret tamen grauiter celebrans. Satis concordat prædictis Alexand. par. iiii. q. xl. Palud. dist. xi. sanctus Thom. & Bonauent. uterq; dist. xii. Et tantum de illa quæstione.

Quid de aqua artificiali addita.

DISTINCTIO. XII.



I autem quæritur. Postquam magister egit de his, quæ respiciunt sacramenti ueritatē. s. eius institutione, usu, cōtētiue ritate, ac existentia corporis: modo consequenter in hac dist. agit de accedētibus remanentibus: de ipsis scilicet speciebus, & earum subsistēdi modo: ac de his, quę circa hoc sacramētū fiūt. s. fractione, & partiū significatione, oblatione, & frequentatione. Et colligitur sentētia textus insequētibus tribus conclusionibus. ¶ Prima. Accidentia siue species post cōsecrationem remanēt sine subiecto: quę realiter franguntur in partes certo significationis mysterio. Significant enim tres partes fractionis triforme corpus christi: eoius una pars iam surrexit beatificé regnans cum christo: alta ambulat in terra: tertia quiescit in sepulcro. ¶ Secunda cōclusio. Quod sacerdos gerit in altari: recte sacrificium, seu immolatio dicitur: quia illius unici sacrificij in cruce immolati memoria iteratur. ¶ Tertia. In augmentum charitatis: & medicinam quotidianę infirmitatis, secure quotidie sumitur ab eo, qui post satisfactionem pro præteritis affectum subtrahit a peccatis. Patet declaratio in textu. ¶ Circa hanc distinctio. quęruntur duo. Primum de accidentium subsistentia actione, & passione. Secundum de sacramenti fructu, & eius frequentatione.

QVAESTIO. I.

CIRCA primum quæritur: A utrum accidentia, quę sine subiecto subsistunt in eucharistia: agant & patiantur tam quam subiecto inhęrentia. ¶ Tribus articulis quæstio terminabitur: terminorum declarationibus, quo ad primum: conclusionum subiunctionibus, quo ad secūdum: & dubiorum solutionibus, quo ad tertium. ¶ Quantum ad articulum primum, supponitur, φ per accidentia eucharistiæ nihil aliud intelligitur, nisi qualitates sensibiles, quę apparent post consecrationem in loco, ubi fuerat panis, uel uinum: ut sunt color, sapor, odor, ac cęterę qualitates tangibiles, & sensibiles. Et dico qualitates: quia teneo, φ solum duo prędicamenta ponunt in numerū, idest importans res realiter distinctas. Nam omnis res substantia est, aut qualitas: quia omnis res est substantia aut accidens secundum philosophū. Omne autem accidens est qualitas: non enim pono quantitatem esse accidens distinctum a re quanta: neq; relationem a rebus absolutis: ut habitum est supra distin. x. Et pariformiter de respectibus

Arti. 1. Sup. 1. Quę sint accidētia euchari stiæ.

extrinsecis sex prædicamentorum cæterorum. Vnde sequitur, quod transeunte panis, uel uini substantia, non manet quantitas panis, quia quantitas panis est substantia panis: nō potest aūt idē transire, & manere. Manet aūt quantitas: sed nō illa, quæ fuit panis: sed ea, quæ fuit accidētiū. Manentibus enim accidentibus, quantitas eorum manet: cum quantitas accidentium nihil aliud sit, quam accidētia habentia partem extra partem secundū extensionem.

Sup. 2. B ¶ Secundō supponitur; quod accidentia sensibilia quæ fuerunt in pane: eadem numero manent post consecrationem. Illud patet satis per experientiam: & probatur lec. xliij. Eadem enim apparent post consecrationem, quæ ante: & sensus circa obiectum propriū nō decipitur. Et licet multa ibi sint, quæ nō apparent, scilicet corpus christi, & sanguis cum accidentibus proprijs: ea tamen, quæ apparent, tāquam propria obiecta sensus, qualitates. s. sensibiles eædem, quæ fuerunt ante consecrationē uere ibi sunt. Vnde in legenda maturinali, de uenerabili sacramento legitur. Accidentia sine subiecto in eodem (s. sacramento) existunt, ut fides locū habeat; dum uisibile inuisibiliter sumitur aliena specie occultatum. Et sequitur ad propositum. Et sensus a deceptione immunes reddātur, qui de accidentibus iudicant sibi notis: hæc ibi. Non autem esset sensus immunis a deceptione, si non essent eadem accidentia post, sicut ante: cum sensus iudicet esse eadem.

Accidētia pāis eadem numero manent post cōsecratio nem.

Sup. 3. ¶ Tertiō notandum: quod licet duæ sint opp. cōtrariæ de quantitate extensiua: an sit accidens quoddam quanto inhærens distinctum a substantia, & qualitate: quarum motiua cum suis solutionibus hinc inde habēt lect. xliiij. in expo. ca. tñ opinionem negantem quantitatem esse talem accidens distinctum a re quantā, tanquam magis fundatam sequens. Consequenter no. quod accidentia in eucharistia apparentia, quæ intelliguntur per species panis: aut sunt in substātia tāquam in subiecto. Nam non sunt sic in qualitate: quia ipsa sunt qualitates sensibiles: sed una qualitas sensibilis nōn est in alia, neque in seipsa: ergo si nō sunt in substantia, in nullo subiecto sunt. Non. n. in quantitate. hæc enim, uel est realiter substantia, uel qualitas: nec potest aliud subiectū assignari: unde sequitur, quod probato, quod non sunt in substantia: satis probatū est, quod non sunt in subiecto.

Opiniones de quantitate.

Sup. 4. C ¶ Quarto notandum; quod actio accidentis potest esse triplex. una respectu substantiæ generandæ: alia respectū cognitionis causandæ, quæ secundum aliquos dicitur actio exemplaris: tertia respectu accidētis realis in passum producendi. Et de prima actione est duplex opinio. Vna, quod respectu substantiæ producendæ, uel corrumpendæ accidens nullā habet actionem: nec ut causa secunda principalis: nec ut instrumentalis. Alia tenet oppositum; quod accidens est uerē causa partialis: tamen respectu substantiæ. quarum opinionum motiua habes lect. xlv. Similiter dupliciter pōt intelligi. q̄stio quātum ad quæsitum de actione, & passione naturali, uel miraculosa, & supernaturali.

Actio accidentis triplex.

Sup. 5. ¶ Quintō supponitur, quod nulla trāsmutatio acquisitiua fieri potest a causa naturali nisi in subiecto præsupposito: quia nisi sic creatura posset naturaliter creare: consequens negatur ab omnibus. & probatur consequentia: quia in hoc solum differt creare a facere: quia id, quod creatur, non fit, nec educitur de potētia materię: quia creare est aliqd de nihilo producere. Facere autem dicit omnem rei productionem generaliter, siue de potentia materię, siue de nihilo: ideo quicquid producit aliquid, & non de subiecto, creat. Sed de transmutatione deperditiua dubium est: quia tenet Ockam; quod causa naturalis potest annihilare: licet non creare: de quo lect. xlvi.

Arti. 1. Cōcl. 1. D ¶ Quantum ad secundum articulū est hæc conclusio prima ad suppositum responsiua. Accidētia panis & uini post cōsecrationem manentia: per se sunt in nullo subiecto apparentia. Probatur cōclusio; quia post consecrationem non inhærent accidentia: ut declaratum est in præcedenti artic. nec substantiæ quantum substantiæ panis, nec uini: quia illa non est post consecrationem: cum per

Accidētia pāis & uini pse subsistunt in euchaństia.

consecrationem e obuersa est in corpus, & in sanguinem christi. Nec substantiæ corporis christi: tum quia accidētia nō migrant de subiecto in subiectum: tum quia neq; afficiunt, neq; denominant corpus christi. Corpus enim christi neque est, neq; dicitur album, rotundum &c. per accidentia ibi remanentia. Nec aeri circumstanti: quia hic est locus specierum: locus autem non est subiectum locati: nec potest assignari alia substantia, cui inhærent: & de hoc latius lect. xliiij. ¶ Secunda conclusio. Species sacramentales respectu passi extrinsecus applicati, habentis subiectum transmutabile: habent eandem uim agendi separate: quam haberent, si substātiæ panis, & uini forent coniunctæ. Et conclusio habet ueritatem de qualibet triū actionum supra mencionatarum: nam possūt agere ad corruptionem substantiæ: ut si musca caderet in calicem. Item ad generationem guttularum ex aere circumstante: si species essent congelatę, & stubæ calidę illatę: hic possunt uideri, gustari, odorari ita separatæ sicut coniunctę. Similiter ita producere calorē, aut frigiditatem, uel humiditatem in aerē circumstantem: sicut si panis substantia nō esset conuersa. ¶ Et dicitur notāter in passum extrinsecus applicatum, habens subiectum trāsmutabile: quia utrū species in se inuicem agant, & a se patiantur puta humiditas a calore, & sic de similibus: uel in species extrinsecę missas: statim dicetur: & de hoc lect. xlv. ¶ Tertia conclusio. Nulla transmutatio passiua acquisitiua nouæ formæ in speciebus separatis panis, & uini, fieri pōt naturaliter a causa naturali. Probatur: qa causa naturalis non potest producere aliquid positiuum, nisi in subiecto præsupposito ex ultima suppositione primi articuli. Sed nullum est subiectum deferens terminos huius trāsmutationis in speciebus: cum ipsæ sint sine subiecto: nec una subijcitur alij: ut dictū est: ideo conclusio uera, ut si ibi producitur noua qualitas ista creatur: quia de nihilo producitur, id est non de potentia subiecti: cum nullum ibi sit subiectum. Et quæritur, quid de quantitatę, & motu locali, dicitur secundum opinionem, quam teneo: q quia quantitas non distinguitur a re quanta: nec motus a mobili, & loco: per agēs naturale potest fieri mutatio ad quantitatem. s. rarefactio, uel condensatio specierum: similiter & motus localis earundem: sed per has transmutationes non acquiritur noua forma: sed fit tantum motus localis partiū uel totius. ¶ Si uero teneretur alia opinio contraria: tunc diceretur de mutatione ad nouam quantitatem, sicut de mutatione ad nouam formam: sed de mutatione locali diceretur consequenter: q posset fieri causa naturali: quia ibi esset subiectum motus acquirendi puta species ipse mobilis. Nam secundum illam opinionem motus est subiectiue in mobili, de hoc latius lect. xlv. ¶ Quarta conclusio. Omnes effectus (quos agēs naturale sufficienter præsens speciebus eucharistiæ posset in eis, si inessent subiecto producere) efficit in illis deus supernaturaliter, & immediate. Probatur; quia talis effectus ad præsentiam: causæ naturalis producūtur: ut docet experiētia: nā præsēte calore aeris calefiunt. p̄sente frigefactione frigefiūt &c. & tñ non a causa naturali p̄sente ex cōclusione tertia: ergo a causa supnaturali, quæ deus est. ¶ Et hoc quidem ea uoluntate, qua eucharistiam instituit: & eam in ecclesia frequētari disposuit: siue ātiquo, siue nouo miraculo, ne in iacturam meriti fidei experientia sumeretur: de quo lect. xlv. ¶ Quantum ad articulum tertium est primum dubium: utrum species eucharistiæ in se inuicem possint agere; puta calor remittere humiditatem, uel immutare colorem, siue saporem. Respōdetur, q non dupl ci ratione. Vna quia accidentia eidem subiecto inhærentia præcisē: cum non sunt ad inuicem contraria: non agunt in se: quia actio realis qualitatum sensibilium fit ratione contrarietatis. Secunda: quia nihil possunt producere sine subiecto: sed alteratio, q in eis fit: illa fit a deo secundum mentē quartæ conclusionis. Sed du. quid si particula consecrata intense frigida mitte

Cōcl. 2.

Cōcl. 3. E Trāsmutatio passiua specierū acqsitiua fieri potest i speciebus pāis i eucharistia.

Cōcl. 4

Arti. 3. Dub. 1. F Species sacramētales in se non agunt.

retur in calicem calefactum: ibi remitte retur frigiditas particulæ, & introduceretur calor, & non nisi a calore specierum uini in calice. Respondetur, ꝙ illa alteratio specierum particulę immissæ in calicē fit a solo deo imediatē. qui solus potest agere nullo subiecto præsupposito: & non a speciebus uini in calice: licet eis passum, idest particula immissa ab extrinseco applicaretur: quia illud passum non habet subiectum deferens terminos huius trāsmutationis. Et ideo notanter additum fuit in conclusione secunda: subiectum transmutabile habētis. ¶ Secundum dubium. Verum per trāsmutationem specierum eucharistiæ desinat præsentia corporis christi. Et uidetur; ꝙ sic: quia dum per transmutationē huiusmodi nouæ species inducantur: puta nouus calor, color, uel humiditas &c. Super illas non sunt prolata uerba consecrationis: ideo sub eis non est eucharistia. Tenet consequētia; quia propter hoc dictum est dist. xi. q. i. j. dub. iiij. ꝙ tantū sub illis speciebus est corpus christi, super quibus prolata sunt uerba consecrationis: sed manifestum est, ꝙ super species de nouo inductas nō sunt prolata consecrationis uerba. In oppositum est: quia si sic: cum continuo fit transmutatio in speciebus: per nullū tempus totum maneret corpus christi sub speciebus, quod est absurdum, & fidei contrarium. ¶ Respōdetur: ꝙ per nullam transmutationem factam circa species sacramentales desinit esse corpus christi sub eisdem: & eius sanguis, cū qua manet substantia panis, & uini: si nō fuisset facta consecratio. Et quandocunq; fit talis transmutatio specierum, ꝙ per eam corrumpitur substantia panis, aut uini, si non fuisset facta cōsecratio: tunc desinit esse corpus christi; & sanguis sub illis speciebus transmutatis. Et hoc ueritatem habet: siue species illæ sumantur ab homine: siue bruto: siue uetustate: siue putrefactione, aut calore uel ab alio quocunq; casu, uel agente soluantur. Quid autem fiat recedente corpore christi, sequenti dubio dicetur. Per hoc ad rationem primam dubij dicitur quod supra dictum est; ꝙ sub nullis speciebus incipit esse corpus christi, uel sanguis nisi sub speciebus illius uini, uel panis, super quo pane, uel uino prolata sunt uerba cōsecrationis: modo omnes species etiam de nouo introductæ dicūtur species panis, uel uini, quæ essent in pane, aut uino: si non fuisset facta conuersio sicut, & illæ species, quæ fuerunt in pane: & tunc non sunt in pane: adhuc dicuntur species panis: non quia fuerūt in pane præcisè: sed magis, quia essent in pane, si non fuisset facta conuersio. Et si di quare hoc plus dicitur de speciebus transmutatis, quā de substantia trāsmutata in causa dubij allegati. Respondetur; ꝙ corpus christi non potest esse in loco substantiæ secundum ordinationem diuinā: nisi per conuersionem substantiæ in ipsum: nulla autem substantia conuertitur in corpus christi, nisi uirtute consecrationis: ideo si admiscetur, siue additur aliqua substantia speciebus: non sic conuersio eius in corpus, uel sāguinem christi: & ideo non est sub illis christus: secus de speciebus. illæ enim nō conuertuntur in corpus; aut sanguinem christi: sed ut sub eis sit corpus christi; sufficit, quod subiectū illud in quo essent si consecratio non accessisset: conuersū sit in corpus christi. nunc autem substantia panis, uel uini si non fuisset facta cōsecratio: ita esset subiectum specierum per transmutationem aduenientium sicut earum, quæ in fuerunt ante consecrationem. ¶ Dubitatur tertiò, utrum species eucharistię sumptę nutriant sumentem. Respondetur breuiter: quia de hoc latius habetur in expo. cano. lec. xxxv. ꝙ ad productionem nouæ substantiæ ad desitionem præsentiæ corporis christi, non cooperantur species: quia in tali productione non est subiectum præsuppositum. ¶ Vnde generaliter aduertendum: ꝙ quandocunq; desinit corpus christi esse sub speciebus: semper creatur de nouo materia: uel sic, quia ea, quæ fuit materia panis, & simpliciter esse desijt: per conuersionem eius in corpus christi reproducitur: aut quia alia, quæ nunquam fuerat in rerum natura de nouo producitur:

Dub. 2. G Per quā specierū trāsmutatiōem desinit christi præsentia.

Dub. 3. H Verum species sacramētales nutriāt sumentē.

citur:& materiæ introducitur noua forma substantialis: illa scilicet uel alia eiusdem speciei, quæ fuisset introducta, si panis non fuisset conuersus: sed nunc naturaliter corruptus. Introducitur autem noua forma substantialis, uel a deo per solam creationem: aut a deo & causis secundis per generationem possunt.n. cōcurrere secūdę causæ in eodē instāti, quo materia producitur sub qualitatibus pro nouę formæ panis generatione disponentibus ad educendum formā substantialē de materia sic producta,& qualificata:de quo latius uide lec.xlv.ut gratia exempli, si sub speciebus uetustis produceretur uermis in eo instāti, quo corrumperetur forma panis:& generaretur in eadem materia forma uermis, si non fuisset facta consecratio:producitur uermis a solo deo de nouo quoad materiā, & formam:aut producitur materia a solo deo:& in eodem instanti productionis materię educitur forma uermis de potentia illius materiæ concurrentibus dispositionibus qualitatiuis, sub quibus producta est materia in suo genere causandi. Nam illæ qualitatiuę dispositiones, quæ usq; tunc steterunt sine subiecto pro eodē instanti, pro quo producta est materia:informant materiam productā,& educunt de eius potentia uermis formam. ¶ Similiter dicitur quoad nutritionem, ꝙ sumptis speciebus, & eis alteratis, usq; ad eā dispositionem sub qua non maneret substantia panis si nō præcessisset consecratio: & sub qua desineret corpus christi esse sub speciebus sic alteratis:producitur materia, uel panis, quæ præfuit:uel alia numero:& illā materiam agglutinatam reliquæ carni sumentis incipit informare forma hominis: aut generatur partialis forma bruti, si fuerit comestum a bruto: & per hoc sumens nutritur. ¶ Sic ergo duo patēt: primò, ꝙ sumens eucharistiam nutritur. Secundò, ꝙ nutritio illa non causatur per species: sed miraculosè per deū producentem materiam: & illa producta potest consequenter fieri nutritio per causas naturales: & sic species sumptę nō nutriūt: quia non conuertunt in substantiā rei alitę: & tamen sumptione specierū homo sumēs nutritur: eo, ꝙ materia de nouo sub speciebus producta in substantiam manducantis conuertitur. Quod autem sumēs eucharistiam nō soluit ieiuniū naturę, uide lect. xlv. ubi etiam habes, ꝙ species ipsę licet nutrire nō possunt: possunt tamen inebriare. ¶ Quartò dub[itatur] de fractione; utrū sit uera fractio: & cuius sit, ut obiecti. Ad hoc breuiter dicitur dimissis opinionibus, quę latius recitātur lect. lxxx. ꝙ dum fit diuisio sacramenti, ibi est uera fractio: quia realis diuisio partiū sacramenti, quę partes post fractionem etiā loco separantur. Ipsa uero fractio non est in corpore christi: quod integrū, ac totum sub qualibet diuisionis particula cōtinetur: sed est in speciebus: illę enim species, quia extensę sunt: & partes habent situ, & loco distinctas quę partes realiter adinuicem separantur: frangi possunt. Et quia de hoc, & partiū significatione satis loco allegato tractat: idō materiā hāc hic nō extēdo: & licet non sit fractio corporis christi: est tamen uera manducatio corporis christi: uide ibi. Et tantum de illa quęstione.

Dub. 4. I In sacramento fit uera fractio: non corporis Christi, sed specierum.

QVAESTIO. II.

SECVNDO quęrit: utrū ad cōsequendū eucharistię fructū frequēter sit cōicandū. ¶ Tribus articulis more solito cōstabit huius quęstionis solutio. ¶ Quātū ad primū notādū: ꝙ licet uarij diuersis modis, & uijs huius sacramenti fructus colligere usi sint. Nā quidā ad numerū duodenariū reducunt adinstar fructū ligni uitę, de quo Apoc. ult. Alij eodem numero: sed per oppositū ad totidem dāna, quę fructus ligni mortis: ar boris.s. interdictę nostro generi intulit. Alij ad senariū numerū reducūt secūdū sex nomina huius sacramēti: nā dicitur gratia, donum seu munus, cōmunio, cibus, sacrificium, sacramentum. Alij reducunt ad numerum ternarium, s. ad bonum oblationis sacrificij: bonum cōmunicationis conuiuij: bonū refectionis uiatici. Sunt & alij, qui breuita

A Vtrum frequenter sit cōicādū

Arti. 1. Not. 1. Varijs modis colligūtur fructus eucharistiæ.

ti studentes primò fructus bimembrant ramusculos subdiuidentes. Vnde quia eucharistia principaliter instituta est in sacrificium, & in cibum: & ideo omnem fructum sacrificij, omnemq; fructũ spiritualis cibi affert dignè sumẽti, de quo latè uide lect. lxxxv. in expo. can. ¶ Pro
Not. 2. quo secundò notandum; q᷑ sicut omnes ue. testa. oblationes, & sacrificia figurabant figuraliter unicum christi sacrificium per christum in principio noue legis patri in ara crucis oblatum: & in cuius uirtute populo profuerũt: ita in isto perfectissimo sacrificio crucis unico habemus perfectè, quæcunque lex naturæ uel Moysaica suis sacrificijs contulit imperfectè: scilicet peccatorum remissionem, gratiæ collationem, & gloriæ participationem. Et licet simul oblatus est christus in cruce in aperta carnis effigie: offertur tamen idem in altari quotidie uelatus in panis, uiniq; specie: non quidem quantum ad ea, quæ pœnã important: sed quantum ad finem sacrificij, q̃ ẽ placatio offensę patris: & impetratio æternæ salutis: & ideo iuxta secundam conclusionem textualem uerè sacrificium dicitur: quia idem in eucharistia offertur, qui in cruce immolatus est, & ad eundẽ finem. de quo lec. lxxxv. latius.
Not. 3. ¶ Tertiò notandum, q᷑ sacramentum illud nedum est sacramentum: sed etiam cibus, potusq; animæ spiritualis secundum illud Ioan. vj Caro mea uerè est cibus: & sanguis meus uerè est potus: & ideo in pane, & uino: quo perfecta refectio corporis quotidie adhibetur: & in uita corporali sustentamur, eõ fortamur, & roboramur: institutum est: ut per hoc perfecta refectio spiritualis nobis significetur. de quo lect. xxxv. & lij. ubi & agitur cur sub duplici specie institutum est. ¶ Quartò supponantur hic, quæ supra dist. ix. q. j dicta sunt de quadruplici mãducatione: & ea. dist. q. ij. de digna, & indigna sumptione. In proposito quæstio tantum intelligenda est de frequentatione huius sacramenti sumẽtium non indignè: quoniam sicut non est, nec semel indignè sumendũ, ita multo magis non est indignè frequentandum.

B Euchari stia fructificat, ut sacrificium, & ut cibus.

¶ His breuiter præmissis quoad articulum primum, sequuntur conclusiones quoad articulum secũdum. ¶ Prima. Sacramentũ eucharistiæ in ratione sacramenti, non tãtum prodest his, a quibus sumitur: sed etiam alijs pro quibus offertur. Patet: quia preces ecclesiæ non fiunt frustra. Exaudit enim sponsus sponsam suam: christus scilicet ecclesiã sed sacrificium illud, etsi specialiter offertur pro offerente, & sumente; nihilominus tamen, & per tota uniuersali ecclesia quantum ad omnes sui partes per particulas diuisi sacramenti significatas. Patet hoc clarè in orationibus sacro canoni insertis, ubi dicitur. In primis, quæ tibi offerimus pro ecclesia tua sancta. & sequitur. pro papa & c. & omnibus orthodoxis, & ueræ fidei cultorib⁹. de quo in expo. cano. lect. xxij. & seq. Nec solũ fructificat in bonis, & iustis: sed etiã in peccatoribus, pro quibus offertur, ut a peccatis conuertantur. Vnde beatus Tho. dist. præsenti. q. v. ar. ij. Eucharistia inquantum est sacrificium, habet effectum etiam in alijs, pro quibus offertur: in quibus non præexigit uitam spiritualem in actu: sed in potentia. ut lect. lxxxv. ¶ Secunda conclusio. Singulos figuralium uete. testa. sacrificiorum fructus affert eucharistia: & horum maiores pro quanto est unici sacrificij in cruce oblati memoria. Probatur cõclusio: quia efficacior est ueritas, quã figura: ideo maiorẽ fructum affert. ¶ Sũt autem hi fructus in genere quatuor: sicut quatuor genera sacrificiorum ue. testa. Nam hostia pro peccatis oblata fuerat ad peccati expiationem. Hostia pacificorum ad pacis stabilitatem. Holocaustum ad internam cum deo unionem. Et iuge sacrificium, ad gratiarum actionẽ: ut in lect. lxxxv. latius declaratur. Vnde breuiter: quicquid saluator noster meruit, seipsum offerens in cruce generaliter pro omnibus: tam in remotione mali, quam in collatione boni, uiatoribus, purgandis, beatis hoc sacrificio applicatur particulariter singulis. Sic enim orat sacrificans in canone. Vt omnes ipsum participantes omni benedictione cęle-

C Arti. 2. Cõcl. 1. Sacrm̃ euchari stię non tantum sumẽti: sed pro quo offertur prodest

Cõcl. 2.

Fructus q̃tuor.

sti,& gratia repleantur. Hinc ecclesia ordinauit tā uaria officia pro uarijs impetrandis,spiritualibus,& temporalibus bonis,malisq; remouendis: & hoc tam uiatoribus,quam purgandis,quam etiā beatis pro gratiarum actionibus referēdis:prout congruit uarijs ecclesię membris:ut in loco statim supra allegato.

Cōcl.3. D ¶Tertia conclusio. Eucharistia inquantum cibus animam nutrit,& roborat:restaurat deperdita,& restaurata augmentat.Probatur:quia cibus ille uiuificat. Vnde Ioan.vj.Qui manducat me: & ipse uiuet propter me.ad uiuificandum autem prædicta requiruntur: & de hoc ē supra dist.viij.q.j.Vnde & Inno.de off. missæ.par. iij.cap.ulti. Eucharistia si digne sumatur a malo liberat: & conseruat i bono:uenialia delet:& cauet mortalia:&per huius sacramenti uirtutem uniuersæ uirtutes augentur: & omnium gratiarum fructus exuberant. de hoc late uide in Pe.q.j.ar.iij.dis.huius.

Eucharistia animā nutrit, ut cibus, & roborat.

Cōcl.4 ¶Quarta conclusio & quoad quæsitum prima. Frequentatio sacramenti eucharistiæ commendabilis est in digne suscipiente quamuis cum merito possit quis aliquādo abstinere.Prima pars conclusionis ē Pe.ubi supra arti.iij.& est satis manifesta.& sequitur ex præmissis:nam laudabile est multos sibi,& ecclesiæ accumulare spirituales fructus. secundum illud apostoli.ij.ad Corint.vj.Hortamur,ne in uacuum gratiam dei recipiatis.&. j. Timo.iiij.Noli negligere gratiam, quæ in te est,quæ data est tibi. Hi autem fructus accumulantur per frequentationē huius sacramenti:ut patet ex conclusionibus præcedentibus.Secunda pars probatur: quia talis abstinentia potest procedere ex humilitate sui: & consideratione immensæ dignitatis dei:inclinante ad utrumq; charitate;& p consequēs erit meritoria. Et ad hoc facit:ꝙ centurio dominum non recipiens in domū suam ex sui humiliatione commendatur a domino. ¶Et dicitur notanter in conclusione:cum merito possit abstinere: & non dicitur meritorie abstinere: quia licet sic abstinens meretur se humiliando coram tremenda maiestate dei: etiam meretur considerando, & magnificando diuinam maiestatem: nō tamē uidetur;ꝙ abstinendo præcipue mereatur:cum accedēdo plus dignificaret diuinam bonitatem,& clementiam. Nec dominus laudauit Centurionē de eo,ꝙ non suscepit le:sed de fide, qua credidit dn̄m absentē corpore posse uerbo seruū suū sanare:unde dixit.Nō inueni tantā fidē in Israel. ¶Puto tn̄ si quis eliceret actum uolendi abstinere propter reuerentiam dei,& hoc ex charitate: ꝙ ipsū uelle sic elicitum sit meritorium: sed abstinere,ut dicit puram priuationem: nō est meritoriū sine actu positiuo.

Cōcl.5. E ¶Quinta conclusio. Cæteris paribus fructuosius est frequentare sacramentum eucharistiæ, quam ab eius sumptione abstinere. Dicitur cæteris paribus, idest si duo fuerint æque dispositi,& non indigni,maiorem fructum consequitur accedens,quam abstinens. Hæc conclusio multipliciter probatur lect.lxxxvii.tum quia quicquid consequitur abstinens: illud ipsum consequitur accedens: & cum hoc aliquid ultra ex opere operato,quo se priuat abstinens: tum quia accedere procedit ex charitate,quæ semper uult magis, magisq; uniri dilecto. Sed abstinere procedit ex timore: aut humiliatione sui:summa autem uirtutū charitas:hinc canon exhortatur quotidie communicare. ut de conse.dist.ii.peracta.&.c.si quotiescunq;. & sequen. Et hæc conclusio cum præcedenti est de mente Duran.dist. præsentis. q.iiii.ubi dicit tria. Primum, ꝙ quotidie sumere hoc sacramentum est laudabile, & expediens ex genere facti. Secundum, ꝙ abstinere a sumptione eius est quandoque laudabile ratione facientis. Tertium,inter laudabiliter sumentem,& laudabiliter abstinentem:melius facit,qui sumit, quam qui abstinet.& oia hęc latius declarat.Pe.de pal. tenet:ꝙ huiusmodi, quæ sentit deuotionem per hoc augeri,& reuerentiam non minui:expedit omni die communicare.art.4.q.j.ubi etiam quęrit,& determinat, si liceat in die pluries communicare. Et quando licet pluries celebrare:ponens sex casus in quibus li-

Fructuosius est sacramētum frequentare quā abstinere cęteris paribus.

cet.& in fine arti.v.ait. Simpliciter loquendo multò melius est debitè sumere,quam debitè omittere.¶ Sexta conclusio. Licet non peccent:imprudenter tamen agunt,& stultè, qui dispositi abstinent a sacramentali communione.¶ Patet conclusio.primò,quod non peccēt: quia accedere non est in præcepto nisi in casu,ut semel in anno,& in mortis periculo.de quo lect.lxxxvij. Secūda pars probatur,quia stultum est dimisso maiori bono acquirendo, apprehendere minus:sed maius bonū ē accedere,quā abstinere:ergo. De hoc latius loco statim allegato.¶ Quantum ad articulum tertium.Dubitatur primò:utrum sub utraque specie liceat laicis communicare. Et quæritur de laicis:quia sacerdotibus celebrantibus est præceptum sacramentū sub utraq; specie consecrare,& sumere: & habetur de conse. dist. ij. relatum.& duobus sequentibus dicitur:ergo. quod aliud est quęrere,an communicare sub utraq; specie sit de necessitate salutis laicis:& aliud an liceat. De primò diffuse tractatum est lect. lxxxiij. ideo hic transeo:maximè,quia determinatum ē ab ecclesia,quod non est de necessitate salutis:immo hoc asserere,ut hæresis, est condemnatum.¶ Sed de secundò an liceat attendendum ,quod secundū apostolum.j.Corint.vj.multa licent,quæ non expediunt:& ideo nonnulla fieri possēt sine peccato.quæ tamen utile est omittere:immo,& nonnulla de se licita non sunt admittenda, dū occasionem schismatis erroris,aut alicuius mali pręstāt. Sic in proposito cōicare sub utraque specie laico de se non est illicitum: qa olim in quibusdam ecclesijs erat consuetum:& hoc modo est consuetum, ut refert Pe.de pal.dist.ij.q.j art.j. in quibusdam monasterijs : non tamen expedit:quia per hoc daretur occasio,& fomentum errori eorum,qui dicunt necessarium esse communicari sub utraque specie.Etiam non expedit sic dare omnibus propter periculum effusionis:nec nisi solum discretis: quia per hoc daretur occasio seditionis.Nullus enim uellet indiscretus notari:& alias causas le. supra allegata posita.¶ Secundò dubitatur,quando tenetur homo communicare de necessitate salutis. Pe.de pal.art. v.q.i.huius dist.respondet breuiter. Licet olim tenebantur omnes fideles ad pluries communicandum: hodie tamen tenentur ad minus semel communicare in pascate:secundum.c.omnis.de pœni. & remis.Tenentur etiam omnes celebrantes communicare,quoties celebrāt per cap.relatum.de conse.dist.ii. Tenentur,& omnes curati celebrare per se,uel per alium omnibus diebus dominicis,& maioribus festiuitatibus,quibus populus obligatur ad auditionem missæ:& quoties necessarium est subditis. Tenentur etiam sacerdotes non curati ratione officii sui:secundum beatum Tho. frequētius communicare,quam laicus: ne gratiam suæ ordinationis iudicentur a domino in uanum recepisse: & domini sui pecuniam,idest officium, seu potestatē offerendi pro uiuis,& mortuis in sudario abscondisse cum seruo nequam : & ideo iusto dei iudicio condemnantur. Vnde uidetur,quod talis nullum habens beneficium aut specialem obligationem: saltem in festis principalioribus alio legitimo cessante impedimento , teneatē celebrare.Qui uero beneficium aut spirituale officium habet:tenetur secundū institutionem beneficii sui:aut commissorum officii per se,uel alium celebrare,& communicare.Pulchrè hoc dubiū determinat.Pe.de pal.dist.xiii.q. ii.arti. i.¶ De laicis uero nō inuenit obligatio nisi semel in anno pascali tpe.Priores.n. obligationes uidentur sublatę per.c.ōis supra allegatū.Et in periculo mortis,ut in grauibus infirmitatibus,in quibus iminet mortis periculum ; tunc tenetur infirmus petere eucharistiam, si usum habuerit rationis:ut dicit Rich.q.vi.huius dist.artic.i.de hoc lec.lxxxvii.prope finem.Et licet magna sit utilitas frequēter sumere eucharistiam:non tamen licet eodem die pluries communicare extra casus concessos, in quibus licet pluries celebrare.de quo similiter uide lec. lxxxvii.non longe a fine:& de illo uide supra dist.ix.q.i.ubi plura mouentur, quod similiter

Margin notes: Cōcl.6 — Arti. 3. Dub. 1. F — An liceat laicis communicare sub utraque specie. — Dub. 2. G — Quādo homo tenetur de necessitate salutis communicare. — Laici semel in anno tenentur.

similiter hic moueri posset: eo quia ibi tractantur ea quæ requiruntur ad dignã sumptionem huius sacramenti. Hic aũt agitur (præsupposita debita dispositione accedentis.) de eius frequentatione.

DISTINCTIO XIII.

SOLET etiam quæri: Postq̃ magister egit de sacramẽto eucharistiæ in se, & quantũ ad suscipientẽ. In hac dist. xiij. determinat de eodem quantũ ad ministrum consecrantem. Huius autem dist. sententia in sequentibus tribus conclusionibus summarie continetur. ¶ Prima. Quilibet sacerdos in ecclesia existens nomine & sacramento potest conficere eucharistiam: etiam si sit prauus in uiuendi modo. ¶ Secunda conclusio: secundum quorundam opinionem non uidentur hoc sacramentũ conficere posse excommunicati: & de hęresi manifestę notati: licet sint sacerdotes ritę ordinati. ¶ Tertia conclusio: secundum opinionem aliorum errans in fide huius sacramenti uere consecrat si sacerdos fuerit: & formam seruans quod alij faciunt facere intendit. Et incidentaliter addit, q̃ a brutis corpus christi non sumitur: licet sumi uideatur. Subdit etiã occasione prædictorum quis dicatur hęreticus: qui s. pro temporali commodo gloria uel sui gratia falsas ac nouas opiniones gignit uel sequitur. Secunda tamẽ conclusio: & q̃ brutũ sumens species sacramentales, non sumat corpus christi: non tenetur a doc. ut dictum est dis. xij. q. j.

QVAESTIO. I.

A Duo q̃runt de ministro, & de ministro hęretico.

CIRCA han distinctionẽ de duobus quærendum est. Primò de ministro huius sacramenti idoneo. Secundo: q̃a ministerium hoc secũdũ quosdã negatur hęreticis: ut dictũ est in conclusione secũda textuali: quærendũ est de hęresi, & sacerdote hæretico. ¶ Quantum ad primũ quæritur, utrum solus, & quilibet sacerdos ritè ordinatus potestatem habeat conficiendi eucharistiam: etiam si fuerit hęreticus. ¶ More solito tres articuli pro quæstionis absolutione subiungentur. In primo declarabuntur termini. In secũdo per conclusiones respondebitur quæstioni. In tertio uacabitur mouendorum dubiorum solutioni. ¶ Quantum ad primum: quia quæstio quærit de ministro idoneo eucharistiæ. Notandũ, q̃ ad hoc, q̃ aliquis sit minister idoneus ad cõficiendum hoc sacramentum, aliqua requiruntur de necessitate: aliqua de congruitate. De necessitate requiritur potestas ordinis: facultas sermonis: integritas intẽtionis: ut lec. j. expo. cano. ¶ Potestas ordinis est duplex: quædam est respectu corporis christi ueri: & quædam respectu corporis mystici. Prima est potestas conficiendi uerum corpus christi, & sanguinem eius. Secunda est potestas ligandi, & soluendi: de quibus loco allegato. & infra de sacramẽto ordinis, dist. xxiiij. quia utraq; potestas confertur in collatione ordinis sacerdotalis. Et fundantur illæ duo potestates in charactere sacerdotali, siue uno, siue duobus: ut ibidem dicetur: & ideo sunt inauferbiles. De prima ad propositum: de facultate sermonis, & integritate intentionis dicitur: sicut dictum est de baptismate. supra distin. vj. quæst. j & in expo. cano. lec. vi. ¶ De congruitate multa requiruntur, quæ ad duo reducuntur, scilicet ad remotionem impedientium, ut sunt culpæ mortales: aut pœnę canonicę, puta irregularitas, excommunicatio, suspensio &c. Et quædam, quæ non sunt culpæ nec pœnę, de quibus lectio. vii & seq. in expo. cano. Et de aliquibus eorum supra dictum. ¶ Et ad oppositionẽ cõuenientium quorum aliqua sunt permanentia: ut ornamenta, & uestes sacerdotales: aliqua transitoria, ut signa, gestus, & orationes, de quibus lectione. ii. canonis. Aliqua circumstantia: ut locus, uasa, tempus, seruitor respondens: de quibus lectio. xiiii. Et quo-

Arti. 1. Not. 1. Quæ requirunt ad idoneitatẽ ministri.

niã hęc latè ibi tractata sunt: ideo hic rescinduntur: licet a doctoribus hic tractari soleant. ¶ Secundò notandum circa illum terminum, conficiendi, ꝙ aliquid confici, uel effici ab alio potest intelligi tripliciter, scilicet uel potestate naturalis agentis: uel operatione meritoriæ actionis, uel uirtute assistente principalis causæ: quorum declarationem habes lec. iiij. Eucharistiam autem nulla creatura conficere potest primò modo: nec sacerdos secūdo modo: quia ut dicit Aug. in libro de corpore christi, Non in merito consecrantis: sed in uerbo efficitur creatoris: & ideo in proposito quæstio intelligi debet de cōfectione tertio modo, per uirtutem creatoris assistentem: ut generaliter dictum est de efficacia sacramentorum. dist. ix. q. j. ¶ Quātum ad articulum secundum est conclusio prima Soli sacerdotes ritè ordinati habent potestatem a deo eucharistiam conficiē di. Probatur hæc cōclusio extra de sum. tri. & fi. ca. c. firmiter. ubi dicitur, ꝙ nemo potest conficere eucharistiam nisi sacerdos, qui ritè fuerit ordinatus secundum claues ecclesiæ. Et probatur ratione: potestatem conficiendi eucharistiam nemo habere potest, nisi qui illam receperit a domino: ut ex dictis patet: hanc autem immediatè deus dedit apostolis in cœna: & mediantibus illis cæteris: illi autem solis dederunt sacerdotibus, & nullis alijs: ergo. Deductio huius rationis cum suis replicis, & eorum solutionibus habetur lec. v. a medio usq; in finem: ibi uideatur latius. ¶ Secunda conclusio. Potestas eucharistiam conficiendi omnibus sacerdotibus inamissibiliter tradditur in traditione sacerdotij. Probatur: quia omnibus apostolis, & discipulis in cœna ultima cū domino recūbentibus indifferenter dixit. Hoc facite in meam commemorationem. Horum autem successores sunt indifferenter omnes sacerdotes. Item omnibus sacerdotibus æquè dicitur in eorū ordinatione. Accipe potestatem sacrificandi pro uiuis, & mortuis: & traditur calix cum pane, & uino aqua mixta: quo uerbo ordinatur in sacerdotē: eadē quoq; est forma ordinationis omniū sacerdotum, qua imprimitur idem character secundum speciem singulis: in quo fundatur potestas cōsecrandi: ergo eadē potestas. Quod uero inamissibiliter tradatur, patebit sequenti conclusione. ¶ Tertia conclusio. Licet mortale peccatum, hæresis, degradatio, ac cęteræ pęnę canonicæ potestatem conficiendi suspendāt: ita ut his stantibus non ordinatè exerceatur: non tamen per hæc, aut quæcunq; alia simpliciter aufertur, aut tollitur. Prima pars conclusionis patet: quia his stātibus nullus pōt ordinatè celebrare: nā nō celebrat ordinatè, qui celebrat indignè. Sed quicūq; celebrat in mortali, aut cōtra interdictum ecclesiæ; celebrat indignè: ut supra dictū est dist. ix. ergo illa pars conclusionis uera. ¶ Secūda pars. s. ꝙ potestas conficiendi a nullo sacerdote propter quodcunq; crimē, aut quantamcunq; pœnam tollatur: est omnium modernorum theologorū, & plurimorū canonistarum: licet magister in textu uideatur declinare ad oppositum: & quidam canonistarum, qui uidētur sentire, ꝙ per quędā crimina, uel pœnas tollatur sacerdotiū: quod si esset uerum: adhuc staret in ueritate secunda cōclusio, quæ dicit, ꝙ potestas conficiendi traditur omnibus sacerdotibus inamissibiliter; hoc est; ꝙ sacerdotes eam amittere non possunt: quoniam si amittunt iam secundū illos sic opinantes, desinunt esse sacerdotes. Sed contra illorum opinionem probatur secunda pars cōclusionis tertię: ꝙ potestas conficiendi fundatur in charactere ordinis sacerdotalis, qui est indelebilis: ergo auferri nō pōt. Vnde per nullā potestatē potest auferri sacerdotium, nisi per eā, quę pōt auferri characterē: & hoc solum pōt potestas diuina: ut dictū est sup. dist. v j. q. i j. & latius declaratur lec. x j. in expo. cap. ¶ Itē ad effectū consecrationis sufficit materia, forma, minister habens potestatem conficiendi, quę est character sacerdotalis, & intentio debita: & hæc oia cōcurrere possūt in hęretico, excōicato, & degradato: patet: q̄ pōt habere debitā materiā, & pferre formā debitā: ęt

Not. 2. B Triplici ter dicitur. aliquid ab alio cō fici.

Arti. 2. Cōcl. 1. Soli sacerdotes ritè ordinati habent potestatē.

Cōcl. 2.

Cōcl. 3. D Hęc potestas auferri non potest.

potest habere intentionem faciendi, qđ intēdit ecclesia:licet sit hæreticus:& erret circa hoc sacramentū nō credens id fieri, quod ecclesia intendit:& hæc intentio sufficit,ut dictū est de baptismo. Habere etiam auctoritatem cōficiendi: quia characterem:ergo uere cōnsecrat. Hanc etiā cōclusionis partē probat Durand.uia diuisiua latis late. ¶ Quantum ad articulum tertiū dubitatur cōtra primam conclusionem,& secundā. Nam uidetur,ꝙ facultas conficiendi non fit tradita sacerdotibus: sed tantum episcopis:quod probatur:quia tantum est tradita a christo suis conuiuis in cœna, & eorum successoribus,quibus dixit. Hoc facite in meam commemorationem. hoc enim uerbo ordinauit eos sacerdotes:sed fuerunt tantum duodecim apostoli:nam ut refert Matth. Mar.& Luc. uespere facto discubuit cum duodecim apostolis: ubi notanter exprimitur numerus duodecim apostolorū ad excludēdum alios de numero.lxxii. Sed solum episcopi sunt successores apostolorum: successores uero.lxxii. discipulorū sunt sacerdotes: ut habetur ex decreto Anacleti papæ secundi, dist. xxj. In nouo di. Ideo solis episcopis data est hæc facultas:& hoc uidetur rationabile: quia in qualibet republica nobilissimus actus debetur principi. Sed conficere eucharistiam est nobilissimus actus: ergo debetur principibus sacerdotum, qui tantum sunt episcopi. Respondetur ad dubium,ꝙ absq; dubitatione tenendum est solos sacerdotes, & omnes tales recepisse potestatem consecrandi eucharistiā: ut satis patet ex probatione primæ conclusionis,& eius remissione. ¶ Sed ad rationem dubij dicitur, ꝙ admisso, ꝙ potestas illa solum tradita sit a christo suis concœnantibus, & eorum successoribus:ꝙq; illi fuerunt tātum duodecim apostoli: dicitur consequenter; ꝙ eorū successores quantum ad ordinem, non sunt tātum episcopi: sed omnes sacerdotes ritè ordinati. ¶ Vnde potest hic notari duplex successio. Vna quantum ad ordinem: alia quantum ad ministrationem. Primo modo omnes sacerdotes

Arti. 3. Dub. 1. E Qūo sacerdotes sunt apostolorū successores.

Nobilissimus actus debetur soli principi.

sunt apostolorum successores. Secundò mō soli episcopi, quibus cōuenit administratio quantum ad assumendū personas ad diuersos status ecclesiæ:& hæc distinctio sumi potest ex glo. xxi. dist. In nouo. ubi dicitur,ꝙ omnis episcopus sit par apostolis quātū ad ordinem,& ratione cōsecrationis:sicut apostoli in ordine pares fuerunt. Petrus tamen maior fuit alijs in administratione. Potest .n. aliquis esse maior alio in ordine: sed tñ minor in administratione. Et hæc solutio bona uidetur; si episcopatus non fuerit ordo: sed si tenetur oppositum: tunc non sufficit: quia tunc sacerdotes non succedunt apostolis in ordine:quia alius est ordo episcopatus:alius sacerdotij. Sed potest dici, ꝙ adhuc sacerdotes succedūt apostolis in ordine sacerdotij: licet non in ordine episcopatus: conficere autem eucharistiā respicit ordinē sacerdotii. ¶ Si dicis: hoc est petere principium. hoc enim quærit argumentum cur hæc potestas respicit sacerdotiū: & non magis episcopatus officium: cum apostoli, quibus data est immediatè illa potestas, non fuerunt sacerdotes tantum:sed etiam episcopi. Respondetur finaliter; ꝙ sacerdotes sunt successores apostolorum quantum ad conficiendū eucharistiā: & quantum ad remittendū peccata pœnitentiū,& non quantum ad manuum impositionem per confirmationem: nec quantum ad constituendū aliquem in aliqua eminentia status super alios:quod episcoporū est, qui conferendo alicui ordinem, uel cōfirmādo cōstituūt cōfirmatū,uel ordinatū in aliquo statu eminenti in ecclesia:quia ordinati sunt quasi duces:& confirmati sicut milites: ut dicit Rich. Hoc habetur ex doctrina apostolorum, & ritu ecclesiæ ab ipsis apostolis ad nos successione legitima descendentē, quæ magnæ est auctoritatis. Discipuli enim aliqui, qui non confirmabant:nec ordines contulerunt (quod apostolis conseruatum est) celebrarunt, & cæteros communicabant:ut satis patet ex epistola Pauli j. ad Corinth. xi. & ex actibus apostolorum.c.ii. Quia cum in primitiua ecclesia

F Cur hæc potestas respicit sacerdotiū magis, quā episcopi officiū.

diebus singulis fideles communicabātꝛ quorum multus erat numerus: non sufficiebant apostoli soli ad frangendū panem omnibus: id est cōmunicandū oēs quotidie: ideo necessarij fuerūt & alij eis inferiores sacerdotes. Accedit ad idem determinatio ecclesiæ sup. allegata. ❡ Ad aliud, ꝙ nobilissimus actus debetur principi &c. Si intelligitur cum exclusione cęterorū non est uniuersaliter uerū: sed secundum Ric. ueritatem habet de actu nobilissimo, quo a principe alicui confertur eminentia status super alios. Habet etiā generaliter instantiam: quando actus ille nobilissimus circa uniuersitatem exercendus est: & circa singulos de uniuersitate: tunc quia ad illum non sufficit sola principis persona: necesse est, ꝙ etiā alijs committatur. de hoc latius lect. v. in principio.

Dub. 2. G ❡ Dubitatur secundò contra tertiam cōclusionem: uidetur, ꝙ hęreticus, & pręcisus ab ecclesia non potest conficere eucharistiā. Nam. j. q. j. in ecclesia. dicitur ꝙ aliter. i. extra ecclesiā, nec rata alias recta sunt sacerdotia: nec uera sacrificia. & ea. q. extra. Extra catholicā ecclesiā non est locus ueri sacrificij. Et intitulatur Aug. ❡ Ad quod dicitur, omnis sacerdos habens materiā debitā, cum intentione in forma ecclesiæ, potest consecrare. Et ad omnia iura quæ ad oppositum sonare uidentur: dicitur, ꝙ intelligi debent de ueritate fructus, non de ueritate sacramenti: ita ꝙ licet uera perficiant, & cōsecrant sacramenta: non tamen fructū sacramenti. Vel loquuntur de hæreticis, qui debitam formā nō seruātꝛ uel ꝙ non possunt consecrare de iure: licet consecrēt de facto. Hoc enim dicimur posse, quod de iure possumus: ut uult beatus Thom. sicut patet ex glossis taliū canonū. Intelliguntur & de ordinata consecratione: non de consecratione simpliciter. ❡ De degradato dicitur, ꝙ potest cōsecrare: quia manet sacerdos: nam degradatus non potest characterē delere. de hoc Pal. q. j. arti. ij. dist. pręsentis. ❡ Et si dicitur: qui potest ministerialiter aliquid imprimere, potest etiam ministerialiter illud auferre: quia facilius est destruere, quam ædificare. Respondetur post Scot. dist. præsenti quæst. ij. deus non hic instituit episcopum ministrum in amotione, sicut in collatione. Dedit enim potestatem ministerialē imprimendi: sed non tollendi: unde fallit regula illa. Facilius &c. in ministerialiter agente in sacramentis. Et potest ad hoc adduci illud ij. Corinth. ultim. Non dedit nobis deus potestatem in destructionem: sed in ædificationem. Licet hunc intellectum non puto inuenisse apostolum. Et licet degradato, seu deposito auferatur priuilegiū clericale: & relinquatur curiæ seculari: non tamen ideo aufertur ordo: quia priuilegium non est essentiale ordini: nam ante hoc priuilegium datum a Constantino Imperatore, fuerūt ueri, & sancti sacerdotes Petrus, & Paulus, qui Romam appellauit ad Cesarem.

Hęreticus, & pcisus nō pōt conficere.

H ❡ Sed adhuc de hęretico sacerdote maxime circa hoc sacramentum non credente panem transsubstantiari in corpus Christi: ille non potest habere intentionem conficiendi: licet possit uerba formalia super debitam proferre materiam: cum enim non credit hoc posse per eum fieri: quomodo potest intendere id facere. Et si dicis potest intendere id facere, quod ecclesia intendit fieri. Contra. Ecclesia intendit fieri trāssubstātiationē panis in corpus christi: hoc autem non potest hęreticus intendere: quia non credit hoc posse fieri: maximè si hæreticus nouit intentionem ecclesiæ. Putat enim ecclesiam in hoc errare. Ad hoc dicitur, ꝙ sacerdos proferens uerba super materia debita, habens intentionem faciendi hoc, quod Christus instituens sacramentum fieri uoluit: consecrat: siue hęreticus sit: siue catholicus non habens hanc intentionem in genere: non consecrat. Potest autem hanc intentionem habere in genere: etiam ignorās quid sit id, quod christus instituens uoluit per huiusmodi uerba sic prolata fieri: potest etiam eā habere hęreticus circa alium articulum, uel circa hoc sacramentum: crede ns tamen trans

Quō hæreticus pōt habere intētionē consecrādi.

transsubstantiationem fieri, seu christũ esse in sacramento: ut certum est. ¶ Sed utrum non credens fieri conuersionem panis uerum corpus christi, possit habere intentionem sufficientem ad conficiẽdum: quęrit replica. & uidetur, ꝙ sic: & hoc tã in genere, quam in specie. In genere: potest enim talis hęreticus proferendo uerba intẽdere: ut fiat id, quod christus instituit, si fieri potest licet non credat id fieri posse: sicut doctus a carminatrice potest proferre uerba carminis ea intentione: ut fiat quod carminatrix credit fieri: licet non credat aliquid fieri. Similiter in specie, pôt hæreticus talis uelle fieri conuersionem: licet credat id esse impossibile: quia uolũtas est impossibilium. iij. Ethi. Posset enim homo uelle uolare: & si quis mihi hoc diceret: hoc fac, & uolabis: possem hoc facere, ut uolarem, id est hoc facere: & hoc faciendo uelle uolare: licet nõ crederem me posse uolare: etiam hoc faciẽdo. Et hæc intentio conditionalis, ualeat si potest: uel non conditionalis cum fide, ꝙ non fieret, sufficit ad conficiendum. Videtur tamen, ꝙ qui omnino indubitanter crederet nullo modo posse fieri conuersionem: uix habere possit intentionem in prolatione uerborum: & hoc uidetur sentire magister cum dicit. Sed si non credit de illo mysterio sicut ueritas habet: nunquid potest intendere id conficere: si enim intẽdit, nunquid conficit. Et si magister sentit ideo hæreticum nõ conficere: quia intentionem non habet: uera est opinio magistri: si tamen habet uoluntatem, ut fiat quamuis impossibile putet: & ideo proferat uerba, uerè consecrat. Si intentionem illam non habet, non consecrat: nec erit contra conclusionem: quia non ideo consecrat: quia hęreticus: sed quia deficit intentio. ¶ Sed adhuc di. probando, ꝙ pręcisus non consecret: quia sacerdos non offert in propria persona: sed in persona ecclesiæ cuius est minister: unde dicit: offerimus tibi &c. Non dicit offero: pręcisus autem non est minister ecclesię: nec gerere potest personã ecclesię a qua est præcisus. Respondet Sco. ꝙ

Oblatio in persona ecclesię, cõsecratio in persona christi.

oblatio non pertinet ad rationem consecrationis: quia potest eucharistia consecrari, & non offerri: sicut pôt consecrata conseruari, & non offerri nisi aptitudinaliter: & ideo licet offerẽs offerat in persona ecclesiæ: non tamen consecrat nisi in persona christi, cuius uicem gerit etiam præcisus per ordinem: & characteris potestatem, quæ per pręcisionẽ non aufertur ab eo: uide de hoc Pet. de pal. dist. præsenti. q. j. Verũ ꝙ orationes suas, quas facit: quia eas profert in persona ecclesię, a qua est pręcisus, quomodo sunt efficaces: uide in expo. cano. lec. xxvij. per totũ. ¶ Tercio dubitatur: quia malus sacerdos etiã præcisus uerè consecrare potest: utrum tantum ualeat missa mali sacerdotis, quantum boni. Respondetur breuiter, ꝙ quantum ad opus operatũ omnes missę ęqualis sunt ualoris. Vnde dicit Aug. in lib. de corpore christi. In mysterio corporis, & sanguinis domini nihil a bono malus: nihil a malo minus perficitur sacerdote: quia non in merito cõsecrantis: sed in uerbo perficitur creatoris: sed quantũ ad opus operans, melior est missa boni sacerdotis: & ideo cęteris paribus, melius est audire missam boni sacerdotis quã mali. de hoc lati⁹ in expo. ca. lec. xxvj. ¶ Quartò dubitatur, utrum liceat eucharistiã a sacerdote præciso, aut in peccatis puplicè sordente, ut fornicario suscipere: aut eius missam audire. Respondetur; ꝙ generaliter a quolibet sacerdote missa audiri pôt sine peccato: & sacramẽta ab eo sumi licitè, qui non est suspensus: non dico quoad se ex sententia dei: sed quoad alios ex sententia ecclesiæ. Qui uero missas, aut sacramẽta accipiunt extra casũ necessitatis a talibus presbyteris; dum nouerunt eos esse tales: licet non sit manifestum: peccant: quia contra statutum ecclesiæ cõmittunt. Sunt autem suspensi quoad se ex sententia dei: & quoad alios ex sententia ecclesiæ, omnes hęretici, schismatici, excommunicati, interdicti, ab officiis suspensi, irregulares, depositi siue degradati: siue tales sint manifesti, siue occulti: omnes enim tales sunt per sententiam ecclesiæ executione sui or-

Dub. 3. I Vtrum missa mali sacerdotis tãtũ ualet, quantũ boni.

Dub. 4. K Vtrum liceat a sacerdote pręciso sumere eucharistiam.

dinis priuati: ut. xxxij. dist. preter hæc. §. Porro. & alijs iuribus pluribus ad idem sonantibus. Similiter fornicatores notorij suspensi sunt: secus si sint occulti: ut. xxxij. dist. nullus. licet enim fornicatio non sit grauior cæteris criminibus: quia tamē ad eam homines sunt proniores propter petulantiam carnis: ideo ecclesia prohibuit specialiter, ne quis audiat missam notorij cōcubinarij: in omnibus alijs criminibus expetanda est sententia ecclesiæ: et si sint notoria: quia sententia suspensionis nondum est contra alia crimina lata: ideo quamdiu cæteri criminosi ab ecclesia tolerantur eorum missæ non sunt fugiendæ usq; ad ecclesiæ sententiam contra eos fulminatā: quia licet cæteri criminosi quoad se sint suspēsi: sicut quilibet in mortali peccato innodatus iudicio dei: non tamen sunt suspensi quoad alios iudicio ecclesię. Priores uero iudicio ecclesię sunt suspensi, a quibus missæ audiendæ non sunt: nec sacra recipienda: non quin sacramento eorū sint uera quantū ad eorū essentiam: sed quia dum huiusmodi sacerdotes a populo se contemptos uiderint rubore uerecūdię facilius ad pęnitētiam prouocentur: ut. xxxij. dist. præter

L hoc in fine. ¶ Et in dictis uitandis duo addita sunt, scilicet extra casum necessitatis: & secundò quoad fornicarios ad ditum est notorij. ¶ Quoad primum dicitur, ꝙ in necessitate baptismus ab omnibus prædictis dari, & recipi potest, siue hæreticis: siue degradatis: ut supra patet de baptismo. Sed sacramentum eucharistię in mortis articulo recipi potest a simoniaco, & notorio fornicario: in quo casu simoniacus potest tāgere eucharistiam: porrigendo eam morituro; sed non potest licitè celebrare: ut in allegato ca. præter hoc. in textu & glo. Et de hoc sunt uersus. Simon suspensus anathema depositusq; ↄ Non celebrant: hæresis schismaticusq; męchus. Quandoq; lauant. Simon męchus abluet, atq; cibabit. ¶ Secundò dictum est fornicatores notorij. ubi aduertendum quanta differentia est inter notorium, & publicum. Nam notorium quantum hic sufficit, tribus modis dicitur: s. quod constat per propriā confessionem in iure factā: uel per iudicis sententiam: aut per facti euidentiā: ut quod se offert conspectui: & nulla potest tergiuersatione celari: ut in ca. quęsitum. de cohabi. cle. & mulie. Notoriū primis duobus modis: dicitur notorium iuris. Tertio modo dicitur notorium facti. Sed crimen publicum, uel manifestū dicitur: quod ex scientia, & certo auctore procedit, & potest probari. Occultum uero dicitur, quod probari non potest: uel quod ab ecclesia tolleratur: ut in ca. uestra. de coha. cler. & mulie. Quo præmisso ideo additum est fornicatores notorij: quia neq; fornicatores manifesti: nec publici nō notorij multò minus occulti sunt in suis officijs uitandi: unde in. c. uestra. titu. allega. papa dicit. Sine dubitatione itaq; teneatis, ꝙ a clericis, & presbyteris quamquam fornicarijs: quamdiu tolerātur non habent operis euidentiam: licitè diuina mysteria audiantur, & alia recipiantur sacramenta ecclesiastica. Cuius rō: qa nōn sunt suspensi quoad alios: unde ratio in ca. ulti. eo. titu. assignatur. ubi sic habetur. Quęsitum est de clericis in fornicationē lapsis, si eorum sit officium priusquam pœnituerint audiendum. Verum etsi quemlibet pro mortali pc̄ō quo ad seipsum constat esse suspensum: non debet tamen in officijs euitari: quia quantum ad alios etiam in casu proposito suspensus non est: nisi peccatum huiusmodi sit notorium per sententiam, uel confessionem factam in iure: aut per euidentiam rei, quæ aliqua tergiuersatione celari non possit. ¶ Et notat ibi glos. ꝙ aliquis quandoq; dicitur suspensus quoad seipsum tantum: & non quoad alios, ut quilibet in mortali constitutus: quandoq; quoad se, & quoad alios: ut qui pro mortali suspenditur iudicio ecclesiæ: quandoq; quoad alios, & non quoad se: ut cum ciuitas est interdicta propter delictum ciuium, uel secularis potestatis: tunc clerici non sunt suspensi quoad se: quia in alio loco possunt celebrare non interdicto.

Differētia inter notoriū publicū & occultū fornicatorem.

Qui sit suspensi quoad deū; & quoad proximum.

¶ Et nota, q in cap. allegato dicitur: priusquam pœnituerint: quia post longam pœnitentiam, & laudabilem uitā, si dispensetur cum notorio fornicario ab episcopo suo nō est in officio suo uitandus: ut de iudicijs. at si clerici. Non tamē dicendū, q laicus audiens missam notorij fornicarii peccet mortaliter: quia excusatur per ignorantiā iuris positiui. Nec confessor tenetur eis ius illud dicere: incautè. n. faceret hoc: quia tale ius ignorate non est laicis periculosum: cum non teneantur illud scire: ut dicit Asten. in summ. lib. iiij. titu. xvi. prope finem. Prædictis consonat Alex. de hales parte iiii. q. l. membro iiii. & post eū beatus Thom. præsenti dist. q. iii. artic. iii. similiter Richar. hac dist. quęst. j. artic. iii. Beatus Thom. in ii. quodlib. q. viii. dicit: Audiens missam a fornicatore iudicio, & sententia ecclesiæ publico peccat mortaliter. Et de talismodi duntaxat dicit debere intelligi dictum de uitando fornicatorios in eorum missis. ¶ Sed illis non obstantibus dominus Cameracen. Pet. de aliaco in quadam synodali Homil. super euangel. Designauit dominus & alios lxxii. prædictis tenet oppositum: allegans ad hoc sibi contēporaneū Ioann. Gers. cācell. Unde dicit, q nullus parochianus, uel spiritualis subditus debet euitare curatum suū, uel prælatum a suis se ministerijs, uel officiis ecclesiasticis publicè separando: nisi præuia sui superioris sentētia, uel denuntiatione fuerit publicatus. Quod ex triplici radice declarat. Nam ait: oppositū dicere est dare subditis occasionem triplicis scandali. Primò quidem inobedientiæ, & rebellionis: secundò, discordiæ, & diuisionis: tertiò, temerariæ diiudicationis. Et hæc latius prosequitur ibidem: licet motiua sua facile soluantur. Et ad iura patentia supra allegata respōdet dupliciter. Vno modo, q consuetudo opposita, & summorum pontificum tolerantia (quę huiusmodi rigorem iuris executa non est) interpretatur illa iura in illo rigore non esse seruanda: multa enim iura per usum cōtrarium abrogantur. ¶ Secundo modo respondet; q ante sententiam, uel denuntiationem superioris nihil propriè debet a subditis ita notorium crimen reputari, quin aliqua possit tergiuersatione negari: quia nescit, an per inspirantem gratiam subitò sit conuersus. Unde Aug. & habetur. j. Cor. iiii. super illud apostoli. Neq; meipsum iudico. Cum ergo quisq; de se, aut non omnino, aut uix possit ferre ueram sententiam: quomodo potest de alio iudicare: cū nemo sciat, quid agatur in homine, nisi spiritus hominis. Et idem de pœnitētia, & est in glos. j. Cor. v. super illud. Si is, qui frater nominatur inter uos: est fornicator: &c. cum huiusmodi nec cibū sumere. ubi apostolus notoriū fornicatorem excommunicat. Eam nominationem uoluit intelligi, quæ in quemq̄ cum sententia, & ordine iudiciario atq; integritate profertur: nam si quęlibet nominatio sufficit, multi damnandi sunt innocētes: quia sępe falsè in quoquā crimina nominant. Et subdit glos. Quibus uerbis ostendit satis, non temere, & quodlibet modo: sed per iudicium auferendos esse malos ab ecclesiæ communione: aut si per iudiciū auferri non possunt: tolerentur potius: ne puersè malos euitādo, quisq; ab ecclesia discedens eos, quos fugere uidetur: uincat ad gehēnam. Hæc glo. ¶ Et si quęritur: ad quid ualet illa famosa distinctio de fornicatore notorio, & non notorio. Respondet Pet. pro se & Gerson: dicimus, q ad hoc ualet: quia notorius per euidentiam facti potest statim absq; alio iuris ordine condemnari: alias nō, nisi uel testibus conuictus: uel in iure aut in iudicio confessus. Et ita intelligi pōt, q notorius fornicarius debet euitari: quia debet statim pro euitando iudicari. iudicari scilicet non a subditis; sed a prelatis. Et si iterum quæritur: quid talis communicatio a iure diuino, uel humano lata operetur. Sanè inquit, dici potest: tales excommunicationes latę sententię hunc effectum habent: q absq; processu alio iudiciali potest iudex statim probato facto, uel confesso: uel ipso existente per euidentiā no-

M Vtrum notori' fornicarius sit uitādus ante denuntiationem.

N Ad quid facit, distinctio de notorio, & non notorio fornicatore.

torio ferre excommunicationis senten tiam, seu eã latam declarare, & publicare. Non sic autem ubi secundum cano nes essent solum ferendæ sententiæ: quoniam tunc monitiones: & processus iuridici prærequirerentur: nullæ tamen excommunicationes, siue latæ, siue ferendæ sententiç operantur, ut propter eas sine iudicis præuia declaratione, quis de beat euitari. Huius tamen moderatio inf. tangetur dist. xviii. q. iii. de uitando excõmunicatos in determinatione concilij Constan. ¶ Per hoc etiam respondetur ad dicta doctorũ pro alia par te allegatorũ, dicentiũ eos peccare, qui a fornicariis notoriis missas audiũt: nec excusari eos propter negligentiã prælatorũ, qui eos nõ denũtiãt euitandos: ut uult beatus Tho. ii. quodlib. artic. viii. quia tẽpore Greg. ix. maior rigor christianæ disciplinæ uigebat: ita ut posset leuiter talis lex, & constitutio exequi: nunc autẽ non sic, quẽ & eius constitutionẽ illi doctores imitati sunt: & ideo si illi doctores experti fuissent malitiam præsentis temporis, ac incorrigibilitatẽ malorum morum: mutassent sententiã, & locuti fuissent: non sicut stricta regula iuris dictaret: sed sicut secundũ exigẽtiam temporũ fieri expediret: ideo dixissent, ꝙ magis quãdoq; expedit talia mala propter peccantiũ multitudinẽ, licet cum displicentia, & amaritudine animi tolerare: quã cũ periculo deteriore eam uelle per excõmunicationes, & cẽsuras rigidas extirpare: exẽplo christi, qui docuit dimittenda esse zizania, ne eradicaretur similiter & triticũ. Hæc solum recitatiuẽ, nõ assertiuẽ dicta sint. Prima opinio rigidior est. & secũdũ antiquos doctores sanior. secunda fortassis cautior. ¶ Dubitatur quintò, utrum sacerdos curatus teneatur suo subdito petenti eucharistiã extra tẽpus ab ecclesia statutũ cessante impedimẽto legitimo ministrare. Et arguitur, ꝙ nõ: quia non tenetur curatus ministrare sacramẽta subditis, nisi dum subditi tenentur illa recipere: sed extra tẽpus statutũ ab ecclesia .s. extra pascalẽ festiuitatem, ac infirmitatẽ, aut mortis periculum, subditus non tenetur cõicare: ergo nec curatus teneẽt etiã petenti sacramentũ ministrare. Cõsequentia nota cũ minore, & maior probatur: quia non magis obligatus est quis pro salute aliena, quã ipse alienus pro salute propria: ergo ubi quis non est obligatus ad aliquid recipiendũ pro salute propria: nullus obligabitur ad præstandum. ¶ Pręterea si sic: nunquam curatus posset esse quietus: nec aliquãdo posset sibi uacare: quia semper posset inquietari per huiusmodi petentẽ, ut quotidie ministraret sacramentũ subditis: & ita nunquã posset uacare sibi: id uidetur incõueniens: quia nõnunquã cogitur curatus etiã sibi prouidere corporis, & uitę necessaria manuum labore, exemplo Pauli: ut xci. dist. §. i. & ca. sequenti. ¶ In oppositũ est illud Ioann. ultim. ad omnes pastores .i. curatos in persona Petri dictum. Si diligis me pasce oues meas. Sed præcipua pastura animæ spiritualis fit per ministrationem eucharistiæ: ut ex supradictis patet. Unde dicit Christus. Caro mea uerẽ est cibus &c. Pro solutione huius dubitationis (quã mallem ab alio audire ea propter responsio hęc ut probabilis accipiatur, non præiudicans sententiæ saniori) præmitto, ꝙ pastor, siue curatus qui in suam solicitudinem, & curam suscipit oues dominicas, tenetur eas pascere ex officio: alioquin conuincere tur summum pastorem christum, qui eas sibi commisit non amare. Unde beatus Gregor. in pastorali parte j. cap. v. Petro dominus ait. Petre amas me. Qui cum se amare protinus respõdit, audiuit. Si diligis me, pasce oues meas. Si ergo uis dilectionis pastio est gregis: quisq; uirtutibus pollens dei gregem renuit pascere: pastorem summum conuincitur non amare. Hoc dicit beatus Gregor. de renuẽtibus suscipere curã gregis: cũ tamen sufficiant ad regendum: quantò magis uerum est de his, qui onus regendi susceperunt: & tamen pascere subditos refugiunt. ¶ Debet autem pastor triplici pastura pascere commissum sibi gregem .s. instructionis uerbo: sacramẽtorum ministerio: & temporali sub-

Dub. 5. O Utrũ sacerdos curatus teneaẽ subdito ministrare eucharistiã

quoties petierit.

P Pastor tenetur triplici

pastura pascere. fidio. De primo scribit apostolus Timo. Testificor corã deo, & Iesu christo, qui iudicaturus est uiuos, & mortuos. & per aduentum ipsius, & regnum eius prædica uerbum: insta opportune: importune: argue: obsecra: increpa in omni patientia et doctrina ii. ad Timo. iiii. & de hoc xliii. dist. per totum. De secundo dicit Isido. vii. etymol. & habetur xxi. dist. cleros. ostendens propositum ex ratione nominis. Sacerdos inquit, nomen habet compositum ex greco, & latino, quasi sacra dans: sicut enim rex a regendo: ita sacerdos a sacrificando uocatus est: consecrat, enim & sacrificat. Et Lu. xii. Fidelem seruum dicit dominus hũc, qui dat familiæ tritici mensuram in tempore. de quo inf. De tertio dist. lxxxvii. c. uiduis. dicitur: Viduis & orphanis ecclesię præsidium implorantibus episcopi debent adesse: & contra improborũ uiolentias protectionis patrocinium eis negare non debent. Et lxxxvi. dist. fratrẽ nostrum in tubro. Sine liberalitate inane portatur nomen episcopi. Et hanc triplicem pastionem innuit dominus Ioann. xxi. dum ter. respondente petro, amo te: ter subiunxit, oues meas pasce: & pasce agnos meos: pasce oues meas. Tenetur autem ad hęc ex dilectione diuina, cuius sunt oues proprię. unde ait: pasce oues non tuas: sed meas: unde cõmissurus pastionem ouium suarum dominus præmisit: amas me: quia consequẽs est, ut qui amat, etiam amet res eius, q amatur. Secundò tenetur ad idem ex dilectione proximi: nam fratrem nõ diligit, qui gratiam, quã a domino percepit, fratri non administrat. Hinc j. Pe. iiii. dicitur. Vnusquisq; sicut accepit gratiam: in alterutrum illam administrantes: sicut boni dispensatores multiformis gratię dei. Tertiò tenentur ad idem ex officio, & uitę stipendio: quod ratione officii recipiunt ab omnibus: siquidem beneficium datur propter officium. Vnde sicut pastor habet ius petendi uitæ necessaria a suis subditis; quibus spiritualia administrat. Hanc quidem potestatem dominus contulit cum apostolis Luc. x. ait. Edentes, & bibentes quæ apud eos sunt. Et apostolus. j. Corinth. ix. deducit ex multiplici radice. Quis inquit, militat suis stipendiis &c. & sequitur. Si nos uobis spiritualia seminamus, non magnum est, si carnalia uestra metamus. & post pauca. Nescitis, quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt & quia altari deseruiunt: cum altari participant. Sic & ius habent subditi petendi alimoniam uerbi, & sacramentorum a suis pastoribus. Hinc Paulus. j. Corin. iiii. in sua, & cæterorũ pastorũ personis ait: Sic nos existimet homo ut ministros christi, & dispensatores ministeriorum dei. Hic iam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur. Sed quis est fidelis dispẽsator, & prudens: nisi quem dominus describit, qui uidelicet a domino constitutus est super familiã suam: ut det illis cibum in tempore. Nam & beatus seruus ille, quem cum uenerit dominus eius, inuenerit ita facientem. Matth. xxiiii. Ergo a contrario, infidelis seruus est, qui domini sui pecuniam in terram fodit: uel in sudario reponit: nec mittit ad usuram. Et quis hic est Glossa Luc. xix. declarat: & Matth. xxv. Quod cuiq; datur in rebus mundanis, uel spiritualibus pro talẽto imputatur, de quo est rationem reddi turus. In sudario autem reponit, qui percepta dona sub ocio temporis abscondit. Est itaq; infidelis seruus, qui dona ministerii sacramẽtorũ, & officiũ accepit: & hoc subditis ociosus subtrahit: & ideo (quod absit a pastoribus) cum hypocritis deputandus: ubi erit fletus, & stridor dentium: ut dicitur Matth. xxiiii.

¶ His præmissis respondeo per hanc propositionem: Curatus tenetur subdito petenti eucharistiam eam per se uel aliũ ministrare quocunq; tempore id petierit: si impedimento legitimo se non poterit rationabiliter excusare. Probatur hæc propositio: quia curatus tenetur tentione necessitatis, cuius omissio est culpa mortalis: primò ex obligatione, qua obligatur domino, a quo constitutus est seruus, & minister, siue dispensator super

Q Curatus tenetur petẽti eucharistiã administrare.

familiam suam: sic curatus tenetur non peccare: ergo tenetur subdito eucharistiam dare. Antecedens manifestum: cōsequentia probatur: quia damnabiliter peccat seruus piger, & malus, q pecuniā dñi sui non dat ad usuram: sed eam in terram fodit; uel in sudario reponit: patet Matth. xxv. Quia damnatur a domino &c. Sed talis est curatus negans eucharistiam subdito petenti: quia recipit a domino talentum, scilicet potestatem ministrandi sacramenta ad salutem petentium, quam non exequitur: sed sub ocio abscondit: cum exequi posset; & domino suo exequendo animas lucrari. ¶ Item aut subtrahit cibum hūc celestem ex desidia: aut ex amore contemplatiuæ quietis, quæ interrumpitur, dum exit ad exteriora sacramentorum ministeria. Primum de se est uitiosum: ideo non excusat, sed aggrauat: nec secundum, quia dicit Beatus Grego. in pastorali. par. i. c. v. Sunt nonnulli, qui dū solius contemplationis studiis inardescunt: parere utilitati proximorum refugiunt: secretum quietis diligunt: secretum speculationis appetunt: de quibus si districte iudicetur tantis proculdubio rei sunt, quantum uenientes ad publicum prodesse potuerunt. Qua .n. mente, is qui proximis profuturus enitesceret: utilitati proximorum secretū præponit suum quando ipse summi patris unigenitus de sinu patris egressus ē ad publicum nostrum. Ex quo patet, q curatus propter suæ quietis dulcedinē, non debet negligere ministerium proximorum. Vnde de talibus dicit apostolus. Quærunt quę sua sunt: non quę Iesu christi. Non .n. quærunt salutē acquisitam per christum in proximis: quibus petentibus subtrahunt hunc cibum salutis. Ad idem est illud Ioan. xv. Non uos me elegistis; sed ego uos elegi, & posui uos, ut eatis, & fructum afferatis. Qui ergo electus est dispensator bonorum domini familiæ: non quiescere: sed ire debet, & fructum afferre in familia

R domini sibi commissa. ¶ Item probatur

Duplici obliga- ex obligatione, qua obligatus est subditus: & hoc duplici obligatione. Vna ratione charitatis fraterne. alia ratione obligatione officii. ¶ Ex prima arguitur sic. Non cauens damnum graue temporale proximi: ut non leuans cum proximo iumentum cadens in foueam: ac ardentem domum proximi nō extinguēs dum congruē, & sine sui interitu, aut maiori dāno potest, mortaliter peccat. Vnde Rom. xij. Si esurierit inimicus tuus, ciba illū: si sitit, potum da illi. Quantò magis non cauens damnum spirituale proximi, dum potest, peccat mortaliter: siquidem agit contra charitatē proximi: sed negans subdito eucharistiam, dum petit: non solum non cauet; sed nō dando grauissimum damnum infert. Priuat enim petentem omni fructu, quem habiturus esset percipiendo hoc sacramentum ex opere operato: attento, q subditus eucharistiam ab alio nō potest suscipere nisi a suo curato: & per consequens peccat mortaliter. ¶ Ex secūda arguitur. Quilibet pater familias tenetur prouidere domesticis suis: alioquin si suorum domesticorum curam non habet infidelis est, immo infideli deterior. j. ad Timo. v. Qui autem negat cibū domesticis indigentibus; eorum curam nō habet: sed cibus ille supercęlestis quotidianus cibus est, contra quotidianos defectus: cōseruatiuus etiam uitæ spiritualis, & augmentum omnium spiritualium charismatum, quem quotidie petimus a magno patrefamilias: ideo si hunc negat paruulis petentibus: infidelis dispēsator est: & per consequens mortaliter peccat. ¶ Præterea sicut curatus non solum tenetur cauere peccata mortalia subditorum quantum potest; sed etiam occasiones propinquas, quibus existentibus uix, aut nunquam mortalia cauētur: ita non solum tenetur ministrare necessaria ad salutem: sed etiā ea, sine quibus uix acquisita salus, id est gratia conseruatur, qualia sunt sacramenta, inter quæ præcipuum est eucharistia. Hæc. n. est alimonia uitæ spiritualis: nutrimentum charitatis, & deuotionis: ideo negans illud petenti omittit debitum: & per consequens mortaliter peccat. ¶ Et confirmatur. Non minus tenetur cura

tione, & curatus tenetur plus esse solicitus p subdito, quā sub ditus.

tus subdito suo, quo ad spiritualia, quã pater filio quantum ad carnalia. Est.n. pater spiritualis subditorum, quorum ge nuit christo per baptismi collationem & fidei instructionem. Sed carnalis pa ter non solum tenetur prouidere filijs de necessarijs: sine quibus non possint uiuere: sed etiam de nutrimento conue nienti, quibus adolere possint: & debi tam attingere quantitatem: ita & pa ter spiritualis nedũ tenetur subditis suis ad necessaria salutis, sine quibus non ui uerent spiritualiter: sed etiam ad ea mi nistrãda, quibus crescere possint in gra tia habita: & debitam christianæ perfe ctionis attingere quantitatem: & præser tim dum ea ab alijs habere nõ possunt: hoc autem, quo augmentari potest per fectio christiana: est eucharistia: quam non nisi a suo curato habere possunt. ¶ Item prima, uel maxima species ingra titudinis est non uti beneficio ex ma gna charitate cõcesso ad finem, ad quẽ concessum est: & ad honorem concedẽ tis: huiusmodi est non uti eucharistia: er go negans illam petenti, reum seipsum facit huiusmodi ingratitudinis: & quan tum in se est: priuat hac uirtute peten tem, & deum honore latriæ ex sumptio ne eucharistiæ consequentem: quod nõ uideo excusari posse a mortali: quia simi le est occasionare ad peccatum: & per se ĩpedire a uirtutis actu, & merito: primũ est mortale: ergo, & secundum. Itẽ qui libet curatus tenet̃ subditis suis ad red dendum ius suum in his, quæ sunt sui mi nisterij, dum id petitur: sed subditi ha bent ius petendi eucharistiam quoties ad hoc deuotio trahit: & motio sancti spiritus impellit: a suo pastore, & curato tanquã panem supercœlestem a summo pastore contra quotidianos defectus tanquam spũale, & efficacissimum nu trimentum ex summa misericordia eis dispositum: ergo curatus tenetur subdi tis petentibus eucharistiam ministrare. Consequentia manifesta cum maiore: quia quilibet tenetur reddere debitum proximi: iuxta illud apostoli Rom. xiij. Nemini quicquam debeatis. & ibidem. Reddite omnibus debita. ius autem cu iuslibet debitum est. Sed minor proba tur: quia quilibet fidelis eo ipso, ꝙ bapti zatus, & ecclesiæ membrum effectus ẽ: ratione connexionis membrorum cor poris christi mystici ius habet petendi a superiori suo influxum uitæ ministeria lem, qui uita uberrimẽ influitur per istũ cibum animæ supercœlestem. alioquin superflueret illa connexio membrorũ de qua frequenter apostolus in suis epi stolis loquitur: & præsertim ad Eph. iiij. Per quam quodlibet membrum secun dum suam mensuram operari debet ad augmentum corporis, in ædificationẽ sui in charitate. ¶ Denique, ꝙ subditi ius habeant petendi eucharistiam a suo cu rato, est communis sententia doc. Dicit enim Alexan. de ales. par. iiij. q. xlix. mẽ. j. Subditus uidetur habere ius in peten do. Item beatus Tho. in. iiij dist. ix. q. v. artic. iij. Quilibet christianus habet ius in perceptione eucharistiæ: nisi illud p peccatum mortale amittat. Vnde cum in facie ecclesię non constet illum ami sisse ius suum: non oportet ei in facie ec clesiæ denegare. Item sanctus Bonauẽt. eadem dist. q. viij. probans, ꝙ sacerdos tenetur dare eucharistiam peccatori oc culto: dicit, ꝙ ille, scilicet petens, ius ha bet in facie ecclesiæ petere: & sacerdos tenetur petenti ius suum reddere. Item Richar. eadem dist. q. iij. arti. j. idem sen tit: ꝙ sacerdos tenetur dare subdito eu charistiam: nisi habeat contra eum legi timam exceptionem. Item Duran. ea dem dist. q. v. di. Subditus fidelis ius ha bet petendi communionem sacramen torum a curato suo: et ergo curatus nõ potest negare: nisi habeat legitimam ex ceptionem, quam possit contra eũ pro ponere. ¶ Præterea: concorditer dicunt doctores: ꝙ curatus tenetur dare eucha ristiam petenti fideli, quem nouit esse in mortali, dummodo hoc fuerit occul tum, & petat in manifesto. Nec faciunt aliquam mentionem de tempore, quo petit: sed generaliter dicunt, dum petit in manifesto. Licet Duran. & Palu. ui deantur sentire, si petit extra tempus ge neralis communionis: si negari potest sine scandalo, repelli potest. A contra-

S Subditi habent ius petẽ di eu-- charistiam a suo cu- rato.

rio, si non potest negari sine scandalo,
ut puta petenti in publico, negari non
debet: etiam extra tempus generalis cõ
munionis: ergo a maiori non est negan-
dum petenti deuoto: contra quem nul
la omnino potest prætendi petitio.
¶ Preterea contemptor consilij diuini
peccat mortaliter: ut probat Scot. in 4.
dist. ij. q. iiij. Est consilium deuotis fre-
quẽter communicare, & maxime in die
dominico: prout hortatur beatus Au-
gustinus. Subtrahens autem eucharistiã
suo subdito per se impedit eum a per-
fectione consilij: & contemptor est cõ-
silij salutaris ipso facto, & per consequẽs
mortaliter peccat. ¶ Item non minus te
netur curatus subdito dare pabulum cę
lestis cibi, quam salutaris doctrinæ. Ad
secundum tenetur: iuxta illud. j. Petri.
iij. Parati semper ad satisfactionem om
ni poscenti uos rationem de ea, quæ in
uobis est spe: ergo similiter ad primum.
¶ Præterea plus tenetur curatus suo sub
dito, quam sacerdos alienus: sed alienus
sacerdos tenetur in necessitate porrige
re eucharistiam petenti: ergo curatus te
netur porrigere suo subdito petenti ẽt
extra casum necessitatis. ¶ Similia mul-
ta possunt adduci, & præsertim illud E-
zech. xxxiiij. contra malos pastores.
Nõne greges a pastoribus pascũtur: lac
comedebatis: & lanis operiebamini: &
quod crassum erat occidebatis: gregem
autem meum non pascebatis, quod
infirmum fuit non consolidastis: & qđ
ægrotum non sanastis: quod confractũ
est, non alligastis: & quod abiectum est,
non reduxistis: & quod perierat, non q̃-
sistis. Ecce damnatur pastor nõ solum,
qui deperditam ouem non requisiuit:
sed etiam qui infirmum non consolida-
runt, & ægrotum non sanarũt. Sed hoc
sacramentum est solidamentum, quo cõ
fortantur infirmi: & medicina, qua sanã
tur ægroti: licet eo non suscitentur mor
tui: quia cibus est uiuentium: & custodia
pinguium, & fortium: ergo non nisi dã
nabiliter subtrahitur infirmis ægrotis,
& fortibus ipsum petentibus. ¶ Dictum
est autem notanter in propositione re-
sponsiua, si non impedimento legitimo

T
Quãdo posit le

se poterit rationabiliter excusare: quia
multæ possent rationabiles excusatio-
nes a curato prætendi: ut si leuitatem
morum, & nullum fructum attenderet
in frequenter communicante: aut si in
debita hora peteret, uel pluries eadem
die: uel non ieiunus. Aut sacerdos non
haberet prouisionem, unde uiueret: &
pro huiusmodi frequentia communio-
nis nimium: uel indebita hora impedire
tur ab acquisitione uictus per manuum
suarum labores: & sic de similibus. Pos-
set tunc subtrahere donec impedimen-
tum amoueretur; & per hoc soluta est se
cunda ratio in principio dubij. ¶ Sed ad
primam negetur illa maior: quod curatus
non tenetur ministrare, nisi tunc cum
petens tenetur accipere: quia non tan
tum ad hoc curatus suscipit officiũ pa-
storis: ut tantum in extrema necessita-
te cum mors imminet ouẽ requirat: sed
etiam, ut dictum est: infirmum consoli
det, ne deficiat, & fortem pascat, ut per
ficiatur: alioquin non esset maior obli-
gatio pastoris, quam non pastoris: cum
quilibet in necessitate extrema succur-
rere teneatur. Ad probationem nege-
tur, quod ibi assumitur, quia quandoq;
ex officio curatus tenetur reddere de-
bitum petenti actum sui officij: ubi ta-
men subditus non tenetur petere. Sicut
in simili quis tenetur reddere mutuum,
dum petitur: & tñ creditor non tenetur
petere solutionem. Sic in proposito: cu
ratus, qui est custos gregis dominici: ma
gis tenetur prouidere gregi de condu-
centibus ad salutẽ, quam grex ipse. Ideo
ne negligat grex seipsũ, instituitur spe-
culator eius, atq; custos, & pastor, qui
dirigat gregem in ignorantia: cibet fa
melicum: impinguescat sanum &c. Hæc
de illo dubio. ¶ Alia plura dubia solent
hic mouere doctores. quæ quia in cano
ne diuersis lectionibus determinata sũt:
hic transeo. ¶ Vnde dubitatur, utrum
plures sacerdotes possunt unam, ean-
demq; hostiam consecrare. de quo lec.
vj. ¶ Item utrum sacerdos habeat fru-
ctus missę cui uoluerit applicare: de
quo lect. xxvj. ¶ Item: utrum obligatus
pluribus una uel pluribus obligationi-
bus

curatus excusare.

Vtrum plures sacerdotes possint unã & eandem hostiam

Riã con-secrare. bus satisfaciat omnibus unam missam celebrando: de quo lect. xxvij. ¶ Item quid faciendum dum forma panis in aliam speciem transformatur ut in speciem pueri, uel carnis: de quo lec. li. ¶ Item de uariis defectibus contingentibus circa materiam, aut formã eucharistiæ uel in cerimoniis: de quo lect. lxxxviii. ¶ Vltimò dubitatur: utrũ sicut solus sacerdos potest sacramentũ eucharistiæ consecrare: ita etiam sacerdos debeat ipsum dispensare. Ad hoc dubium, & eius secundam partem breuiter dicitur: quia de prima dictum est in corpore quæstionis: q; dispensatio huius sacramenti ex officio non conuenit, nisi presbyteris. Cuius rationem assignat Rich. quia ipse sacerdos repræsentat christũ, qui est mediator dei, & hominũ. Dispensatio aũt huius sacramenti fit ad reconciliandũ nos deo, uel fortius uniendũ: & ideo soli sacerdoti, qui est mediator inter deũ, & populũ, cõuenit ex officio huius sacramenti dispensatio. ¶ Et secundũ Sco. dist. præsentis. q. ult. assignatur hæc rõ congruitatis. In qualibet politia actus principales illius politiæ pertinẽt ad personas principales in ea: ideo rationabile est illũ actum dispẽsationis eucharistiæ residere apud sacerdotes, q sunt principales personæ politię christianæ. ¶ Item non minoris auctoritatis, & reuerentiæ est posse sumere corpus christi uerũ, quã sumere corpus mysticũ: sed secundum solum conuenit presbyteris: ergo & primum. Tamen in casu conuenit dispẽsatio diacono, & præsertim sanguinis magis quã corporis: quia sanguis christi dispensatur in calice: ita ut non sit necesse in eius dispensatione tãgere species, sub quibus est sanguis. Sed in dispẽsatione corporis, oportet tãgere species panis: & ideo dispẽsare corpus christi sub speciebus panis rarius cõuenit diacono: & non nisi in duobus casibus. Primus cũ necessitate cogente iubetur ab episcopo, uel presbytero præsente. unde xciii. distinct. præsente. dicitur. Præsente presbytero diaconus eucharistiã corporis christi populo, si necessitas cogit, iussus eroget. Secundus est: si absens fuerit sacerdos: tunc necessitate ingruente potest diaconus infirmis eucharistiam ministrare. unde eadẽ distin. diacones. Sacri corporis erogationem sub conspectu episcopi, uel presbyteri nisi his absentibus: ius non habeant exercendi. quod intelligendum est nisi in necessitate iussi secundum ca. supra allega. præsente. Extra hos casus diacono non congruit: ut in cap. peruenit. eadem distin. xciii. unde de conse. distinctio. ii. peruenit. dicitur. Omnino presbyter per semetipsum infirmũ communicet: q; si aliter fecerit gradus sui periculo subiacebit. Laicus uero in nullo casus sacramentum dispensare debet, siue iubente, siue prohibente: ut in. ca. peruenit. de conse. distin. ii. ubi dicitur. Peruenit ad notitiam nostram: q; quidam presbyteri intantum paruipendunt diuina mysteria: ut laico, aut feminæ sacrum corpus domini tradant ad deferendum infirmis: & quibus prohibetur, ne sacrarium ingrediantur, neq; ad altare appropinquent: illis sancta sanctorum committuntur: quod quam sit horribile quamq; detestabile omnium religiosorum animaduertit prudentia: igitur interdicit per omnia synodus, ne talis temeraria præsumptio ulterius fiat. ¶ Potest tamen laicus sacramentum si inuenerit in loco inhonesto: ut terra, uel luto: ipsum leuare: dum alius consecratus non adest: & in loco honesto ponere donec significaret sacerdoti, qui ipsum acciperet, & inde asportaret. Hoc enim ad reuerentiam sacramenti pertinet. ¶ Et quamuis diacono ita in casibus conceditur huius sacramenti dispensatio: sicut de beato Laurentio legitur, cui Xistus papa commisit dominici corporis dispensationem: & laico conceditur in dicto casu tangere, & de stercore leuare uenerabile sacramentum: in nullo tamen casu possunt eucharistiam consecrare: hoc enim solis sacerdotibus est cõcessum: ut dictũ est.

Et tãtũ de illa quęstione.

Dub. ul.

V Solus sacerdos põt eucharistiã dispẽsare ex officio.

In casu Diaconus põt dispensare sed non cõsecrare.

Laicus põt leuare de loco immundo eucharistiam.

QVAESTIO II.

A SECVNDO, circa ultimã clausulam textus quæritur: utrum hæretici ab hæresi condemnata nominati: sint in ecclesia catholica tolerandi. ¶ Tribus articulis constabit solutio quæstionis. Primus, terminos declarabit. Secũdus, per conclusiones respondebit. Tertius, dubia mouebit. ¶ Circa primum notandum: licet materia ista de heresibus & hæreticis latissima sit: & profundissime a uenerabili inceptore. Gu l. Ockã in .j. par. sui dialogi disputata: tamen hic breuiter expediendo notandum: q ab hæresi dicitur hereticus tanquam concretum a suo abstracto: ideo primo de hæresi: deinde de hæretico. Est autem hæresis: ut describit prædictus docto. ij. lib. dialo. par. j. c. vj. dogma falsum: fidei contrarium orthodoxe, idest error contrarius catholicæ ueritati. Dicitur primo dogma falsum, qđ ponitur pro genere: quia omnis hæresis est dogma falsũ siue error, & non econuerso. Omnis. n. hæresis, ait Hieron. super epistolam ad Gal. peruersum dogma habet. Dogma autem peruersum est dogma falsum: sed non omne dogma falsum est heresis, nã in multis rebus errare nullum, aut minimum peccatum est: ut dicit August. in enchi. c. xx. Sed hæresis, sicut, & infidelitas grauissimum est peccatum: non ergo minus error est hæresis. Ex quo sequitur, q non omne dogma falsum est hæresis: cum omnis error dogma falsum sit concedendus. ¶ Quod additur fidei orthodoxæ contrarium: ponitur loco differentiæ quo excluduntur omnes alij errores, qui fidei orthodoxæ non sunt contrarij, sicut error in rebus naturalibus, de quibus fides catholica nihil contrarium asserit: ut sunt errores de ui, & numero elementorum: de motu: defectu, & ordine syderum: de figura cœli: de generibus, & naturis animalium, fructicum, lapidum, fontium, montium, & ceteris huiu modi quorum studio physici insudarunt, & quorum scientia ad religionem non pertinet, de quibus Aug. ubi supra c. viij. loquitur. Errores in his etsi falsa sint dogmata, non hæreses sũt dicendi. ¶ Ex hac diffinitione sequitur, q error in fide non ideo est hæresis: qa ab ecclesia damnatus: sed quia fidei contrarius: unde patet, q hæreses ab ecclesia condemnatæ, priusquam damnarẽtur: fuerunt hæreses: sicut & nunc plures sunt hæreses nondum condemnatæ ab ecclesia, saltem in specie: quia multæ ueritates catholicæ sunt a nobis ignoratæ: & nihilominus errores eis oppositi sunt hæreses: & tamen non sunt ab ecclesia condemnati: ut gratia exempli: altera pars huius contradictionis: panis triticeus est materia necessaria cõsecrationis eucharistiæ: nullus panis triticeus est materia necessaria eucharistię: est ueritas catholica: & per consequens eius contradictoria est heresis: & tamen neutra earum est ab ecclesia approbata, aut condemnata: immo qualibet est apud doctores catholicos opinata. Determinatio ecclesię non facit propositionem prius ueram esse falsam, nec prius falsã esse ueram: Sed quia uera est, ecclesia approbat: aut si falsa, reprobat, & condẽnat. ¶ Secundo sequitur, q nulla hæresis est noua: quia nihil de nouo incipit esse contrarium ueritati catholicæ: nisi aliqua ueritas catholica de nouo inciperet esse uera: sicut illa deus est homo: incepit esse uera in instãti incarnationis, & prius erat falsa. Et in eodẽ instãti illa: deus non est homo: incepit esse heresis. Patet corollarium: quia nihil de nouo incepit esse contrarium ueritati catholicæ, quæ prius fuerat uera: quoniã quãdiu hæc ueritas fuerat uera: tamdiu sua contraria, contraria fuit ueritati, & per hoc falsa. Breuiter determinatio ecclesiæ accidit ueritati, & falsitati propositionum: nec eam facit: sed præsupponit.

B ¶ Sed di. hoc est contra sententias doc. & decreta summorum pontificum: nã frequenter fit mentio de nouis hæresibus introductis, uel introducendis: ut patet. xxiiij. q. j. c. j. Omnis hæreticus aut iam damnatam hæresim sequitur aut nouam confingit. Similiter eadem.

[Margin notes: Arti. 1. Not. 1. — Diffinitio hæresis. — Nõ quilibet error est heresis. — Nulla heresis ẽ noua. — Coroll.]

quæst: iij. cap. notandum. fit mentio de noua hæresi. ¶ Ad hoc respondetur; quod hæresim esse nouam dupliciter intelligitur. Vno modo: quia de nouo incipit esse falsa: ita quod si prius fuisset, non fuisset falsa: sicut supra dictum est de illa: deus est homo: & illo modo accipitur in corollario. Alio modo intelligitur hæresis esse noua: quia de nouo asserta, uel defensa: quia aliquis eam de nouo asserit, uel defendit, non quin prius fuerit falsa & ueritati fidei contraria. Et hoc modo aliqui errores dicuntur noui: non quin prius fuerint errores: sed quia prius non fuerunt asserti: multi enim errores, & hæreses antequam asserantur ab aliquo, uel ab alijs non errantibus, reprobantur: qui eum assertores, uel defensores inueniuntur: dicuntur nouæ hæreses, & noui errores: quamuis in ueritate prius fuerunt errores. Et illo modo accipitur noua hæresis in canonibus allegatis, & similibus. ¶ Notandum tamen; quod sicut fides, & ueritas quandoq; accipitur pro habitu, uel actu assentiendi: quandoq; pro obiecto talis habitus, uel actus: quod dicitur propositio credita, siue articulus fidei: quod idem est: ut dictum est in iii. dist. xxiij. q. ii. & dist. xxiiij. & xxv. Sic etiam error, quam hæresis dupliciter accipiuntur: uel pro habitu aut actu assentiendi falso, uel pro obiecto, quod est propositio falsa: seu articulus falsus. Et primo modo accipiendo potest esse noua fides, & noua hæresis, ac error: quoniam quis potest de nouo credere, uel errare. Sed tertio modo non est error nouus, aut hæresis, nec ueritas catholica noua: quin ipsa si prius fuisset forma ta, fuisset error hæresis, aut ueritas catholica, reddendo singula singulis. ¶ Si iterum quæris: si omnis ueritas catholica, & hæresis ex natura rei est talis, & nō ex determinatione ecclesiæ, ad quid ergo ualet ecclesiæ determinatio. Respōdetur, quod determinatio ecclesiæ, aut summi pontificis declarat, & definit, quod aliqua ueritas catholica pro tali acceptanda est, quę prius pro tali habita non est, sic de hæresi. Vnde ecclesia sua determinatiōe definit ueritates, quas approbat fuisse catholicas, & per condemnationem suam definit assertiones, quas reprobat fuisse, & esse hereticas, & ita nō facit nouum articulum fidei: sed nouiter definit aliquem articulum pertinere, ac pertinuisse ad fidem, & ad catholicam ueritatem: & de hoc latius dictum est dist. xxv. lib. iij. ¶ Secundō notandū: quia hæresis diffinitur per contrarium fidei, idest catholicę ueritati: quod catholica ueritas, est ueritas reuelata a deo in se, uel in suo antecedente pertinens ad religionem. ¶ Dicitur ueritas reuelata a deo: quia ueritas humano ingenio acquisita puta per demonstrationem, uel experientiam, ut talis non dicitur ueritas catholica, quia omnis ueritas catholica est articulus fidei. Fides autem non innititur euidentiæ naturali, sed diuinæ reuelationi. ¶ Dicitur in se, propter ueritates sacri canonis bibliæ, quę omnes immediate siue secundum se, scriptoribus eius sunt reuelatæ, ipsi enim fuere calamus scribæ, idest spiritus sancti uelociter scribentis, de hoc auctoritates plures Augu. in decretis dist. ix. ¶ Dicitur uel in suo antecedente, propter ueritates, quæ ex contentis in biblia possunt in consequentia necessaria inferri, seu deduci, ut est illa, deus est uerus homo ex anima rationali, & carne subsistens, que sub hac uerborum forma non habetur in scriptura, sed ex eis potest deduci in cōsequentia necessaria. ¶ Dicitur ad religionem pertinens: propter ueritates religionem, siue pietatem non respicientes, quæ non dicuntur ueritates catholicæ, quāuis fuerint a deo reuelatę. Pertinet autem ad religionem quicquid ad pietatem, idest dei cultum, aut ad finem beatitudinis consequendæ ordinatur. ¶ Ex illo sequitur, quod multæ ueritates, quæ in scriptura canonica nō habētur, nec ex eis solis deduci possunt in consequētia necessaria, sunt catholicæ. Patet primū de his, quæ ab apostolis ad nos per succedentium relationem, uel scripturas fidelium fide dignas ad nos peruenerūt, & tamen in scriptura canonica non cōtinētur, hæc apostolis per spiritum sanctum reuelata (a quo docti sunt omnē

Marginalia: Dupliciter intelligitur hæresim esse nouā — C — Dupliciter capitur hęresis. & error pro habitu. — Replica — Not. 2. D Diffinitio catholicæ ueritatis, cum sua declaratione.

ueritatem)non dubitatur. Patet,& de his,quę ex præmissis coassumpto aliquo uero necessario euidente: uel certo deduci possunt. Patet etiam tertiò de his ueritatibus,quæ alijs fidelibus a deo reuelatæ esse sufficienter ostenduntur. Patet,& quartò de his,quæ ab ecclesia uniuersali,ut credenda accepta sunt,quę supponitur in fide errare non posse. Cuius fidem deficere nō posse:oratio christi pro fide Petri(Luc.xxij.& eius promissa adsistentia usq; in finem seculi. Mat.ulti.)certam reddiderunt. Patet quintò de ueritatibus a generalibus cōcilijs,& Romanis pontificibus ritè determinatis:hæc enim omnia,uel reuelata sunt,uel ex solis reuelatis sunt deducta:uel ex reuelatis, & illis ueritatibus certis coassumptis. Neq; aliud determinat ritè concilium, uel Romanus pontifex:ut ostensum fuit in tertio loco supra allegato. ¶ Tertiò notandum,quod hæreticus(accipiendo propriè ut includit errorem in fide,& non extenditur ad infideles,qui nunquam fuerunt de ecclesia)potest sic describi:est uerè baptizatus,uel pro baptizato se gerens pertinaciter errans,uel dubitans contra catholicam ueritatem. Dicitur uerè baptizatus:pp baptizatum in ioco,qui si errat pertinaciter non est hæreticus iudicandus:sicut nec gentilis,aut Iudæus, qui licet sit infidelis:non tamen est hæreticus. Vnde sicut hæresis est species infidelitatis:sic hæreticus est infidelis. Dicitur uel pro baptizato se gerens: propter baptizatum extra formam ecclesiæ gerentem tamen se,ut uerè baptizatum:si errat pertinaciter est hæreticus. Dicitur pertinaciter,ad excludendum errantem,uel dubitantem ex simplicitate,uel ignorantia sola. Non ex pertinacia contra ueritatem catholicam: talis enim non est censendus hæreticus. Dicitur autē pertinaciter errare, uel dubitare:qui non est paratus corrigi cum inuenerit ueritatem:hoc est, cum ueritas sibi ostenditur,sufficienter non deponit errorem uel dubium. ¶ Corollarium. Non sequitur:iste asserit,credit,uel tenet hæresim:ergo est hæreticus. Probatur,quia multi sancti,& catholici doct. tenuerunt opiniones contrarias in his, quę ad religionem pertinent, quarum una fuit hęretica:& tamen neuter eorum fuit hæreticus. Tū quia neuter pertinaciter adhæsit suæ opinioni. Tū quia non constabat, quæ pars opi. fuit hæretica,& quæ catholica,antequam accessit ecclesiæ determinatio &c. Dicitur uel dubitans, quia pertinaciter dubitās hæreticus est ut c.j.de hæreticis.ubi dicitur.Dubius in fide hæreticus est,licet contrario fidei non assentiat. Oportet enim catholicum firmiter assentire: alioquin fidem non habet:cum certitudo ueritatis,& firmitas adhæsionis sint de essentia fidei:ut habitum est in tertio. ¶ Quantum ad secundum articulū est prima conclusio. Hæreticus, qui pertinaciter defendens hæresim iam damnatā fuerit depræhensus:nisi resipiscēs se correxerit,nequaquam est ab ecclesia tolerandus. Ista conclusio cum sequente probatur per c.ad abolendam.de hæreti.ubi clarè utriusq; conclusionis sententia continetur. ¶ Secunda cōclusio. Hæreticus post pęnitentiam,& abiurationem in eam,quam iurauerit hęresim relapsus.licet ad pœnitentiam admitta tur:tamen sine ulla audientia curiæ seculari exterminandus relinquitur. Cuius ratio duplex secundum Richar.d.ist. præsenti arti.v.q.iiij. quia si quoties reuerteretur,conseruaretur in fide uita,& alijs bonis tēporalibus, alij securius in hæresim relaberentur. Secūdò, quia sic facilius infici posset tota multitudo : quod diligenter cauendum est,unde.xxiiij.q.iij.resecandæ.dicit beat. Hiero. Resecādæ sunt putridæ carnes:& scabiosa ouis a caulis repellenda,ne tota domus,massa,corpus,& pecora ardeant,corrumpātur,putrescant,intereant. Arrius in Alexandria una scintilla fuit : sed quoniā non statim oppressus est: per totum orbem eius flamma depopulata est. ¶ Tertia conclusio. Infideles, qui fidem christi,aut sacramenta nunquam receperūt ad fidem sunt trahendi:sed ad eam non sunt uiolentia compellendi. Probatur per canonem beati Grego.xlv.dist.quæ synceta

Not. 3. E

Diffinitio hęretici propriè accipiendo.

Coroll.

Arti. 2. Cōcl. 1 F

Hæreticus non est tollerandus.

Cōcl. 2

Cōcl. 3

syncera & loquentes. ubi docet, q tales non asperis: sed blādis uerbis ad fidem sunt conuertendi. prohibet enim beatus Grego. ne Iudæi ab obseruandis suis cerimonijs uiolentia arceantur. Cuius Richar. ibidē duas ponit rationes. Vna propter bonum, quod ex hoc prouenit. Nā ex hoc q Iudæi suos ritus seruant: in quibus olim præfigurabatur ueritas fidei, quā tenemus: testimonium fidei nostræ habemus ab hostibus: dum quasi in figura nobis repræsentant, quod credimus. Secunda est propter uitationem maioris mali: quod prouenire posset: nisi tolerarent, uel impedimenti salutis eorum, qui tolerati postea conuertuntur ad fidem. ¶ Quantum ad tertium articulum dubitatur: utrum simonia sit species hæresis: & utrum simoniacus sit hæreticus. Supponitur hic: q simonia est studiosa cupiditas: uel uoluntas uendendi uel emendi spiritualia, uel spiritualibus annexa: pro uel per temporalia: ut dicit glos. j. q. j. in princi. Est ergo simonia uitium uoluntatis non intellectus, & species auaritię: licet possit etiam concurrere uitium intellectus: sicut frequenter error in uoluntate præcedit comitatur, uel sequitur error in intellectu: non tamen ita semper fieri oportet: potest enim uoluntas per suam libertatem declinare a recto iudicio rationis. ¶ Est etiam aduertendum cum secundum beatum Hiero super epistolam ad Gal. hæresis ab electione dicitur: q. scilicet unusquisq; eam eligat disciplinam, quam putat esse meliorem. Et quia in electione fit diuisio unius ab altero: electio pro hæresi dicitur. j. Ethic. Et quia multiplex est diuisio partium a toto: hereticus multipliciter accipi inuenitur. Vnde Ockā ca. ij. li. iij. par. j. dialo. ponit quinq; acceptiones huius nominis hæreticus. Vno modo hæreticus pro omni excommunicato accipitur: ut notat glos. iiij. q. j. q autem. Secundo modo dicitur peruersor sacrorum: & sic simoniacus dicitur hæreticus. Hinc Grego. in registro. j. q. j. quisquis. Quisquis per pecuniam ordinatur: ad hoc ut fiat hęreticus, promouetur. Tertio modo dicitur quicunq; dubitat, uel putat fidē christianam esse falsam: uel fictam: & sic omnes Iudęi, Saraceni, & pagani dicuntur hæretici: & generaliter omnes infideles: ut dicit quędam glos. xxiiij. q. iij. illi qui. ubi ponuntur plurimæ acceptiones nominis hęreticus. Vnde inter alia ibi dicitur. quandoq; largè dicitur hæreticus, omnis, qui non tenet articulos fidei: & sic non ōis hęreticus est excōicatus. Quarto mō dicit̄ omnis christianus: uel q se putat christianū errans cōtra catholicā ueritatē ptinaciter: & sic diffinitus est hęreticus in j. ar. Quintò dicitur ōis, qui pertinaciter adhęret errori, qui sapit hæresim. Dicitur autem sapere hęresim: quod ex hęresi & aliquo uero coassumpto (quod rationabiliter negari non potest) deducitur: sicut ueritas dicitur sapere catholicam ueritatem: quæ ex chatholica ueritate & alio uero coassumpto inferri pōt in consequentia necessaria. ¶ Per hoc respōdetur ad dubiū: q omnis simoniacus est hæreticus: accipiendo hęreticum primis duobus modis quia excommunicatus, & sacramētorū i. spiritualium rerū, uel eis annexorū peruersor: tamen quarto modo, & propriè accipiendo non oportet omnem simoniacum esse hęreticum: quia potest non errare in fide: & ex cupiditate contra cōscientiam spiritualia temporalibus bonis comparare. Dicitur tñ hæreticus primo modo per quandā similitudinem: ut dicit Richar. quia ita operatur, ac si contra fidem sentiret: dum prætio spiritualia conatur emere, uel uendere, ac si æstimaret dona spiritussancti posse pecunia possideri. Et hoc modo intelligendum est quoties dicuntur hęretici. ut. j. q. ulti. ca. ulti. ubi dicitur. Patet simoniacos uelut primos, & pręcipuos hęreticos ab omnibus fidelibus respuendos. ¶ Dubitatur secundò: utrum simoniaca hęresis sit maximum peccatorum. & uidetur, q sic per cap. statim allega. ubi dicitur. Omnia enim crimina ad comparationem simoniacæ hęresis quasi pro nihilo reputantur. ¶ In oppositum. maiora sunt crimina, quę immediatè in deum cōmittuntur: ut odium dei, & infidelitas

Arti. 3. Dub. 1. G Vtrū simonia sit spēs hęresis.

Dub. 2. H Vtrū simoniaca heresis sit maximū peccatorū.

ac idololatria: quæ non sunt necessario connexa simoniç. Respondetur: ꝙ possumus loqui de simonia dupliciter. Vno modo secundum se: ut non includit hęresim propriè dictam: & tunc manifestũ est, ꝙ nõ est maximũ peccatorũ: ut probat ratio post oppositum dubij: sic.n. species est cupiditatis, seu auaritię. Alio modo potest accipi simonia, ut includit hęresim propriè dictam: & tunc dicitur, ꝙ peccatũ, quãdoq; dicitur grauius, quod est plurium bonorum corruptiuũ: & sic quia fides est fundamentum omniũ bonorum, & totius spiritualis ædificij: hęresis, quia corrumpit fidem: est grauissimũ peccatum: & est grauius infidelitate simpliciter dicta: quia superaddit pertinaciam, & recessum a fide prius recepta. Vnde hæresis est infidelitatis species: & quia recedere cũ pertinacia a fide prius recepta, uidetur procedere ex odio ueritatis redarguentis ea, quæ diligunt recedentes a fide: & odium diuinæ ueritatis est maximũ peccatorũ: ideo hæresis non ratione huius, quod habet in intellectu: ut loquit̃ Rich. sed ratione suæ radicis, qui est in affectu: est maximũ omniũ peccatorũ. Infidelitas aũt: quia qñq; procedit ex ignorantia: nõ est semper maximũ peccatorũ. Alio modo peccatũ dicitur grauius ex obiecto, siue genere: & sic odiũ dei est maximũ, quo deus in se odit̃, si saltem fuerit possibile. Deinde odium diuinæ ueritatis in se: & tale odium non est essentiale hæresi: licet põt aliquando concurrere tanquã circũstantia heresis. Et illo modo hęresis non est simpliciter maximũ peccatorum: nisi accipiatur cũ inclusione odij dei ❡ Et ꝑ hoc ad rationẽ ante oppositũ dicitur: ꝙ illud ibi dictũ dicitur in detestationem criminis: & terrorem simoniacorũ: ut dicit glos ibidẽ. & ita est locutio hyperbolica. Vel dicitur, ꝙ loquit̃ de simonia: ut includit hæresim cũ sua radice. i. odio diuinę ueritatis. & sic est pro responsione. ❡ Vltimò dubitatur de differentia inter schismaticũ, & hęreticum, scisma & hęresim. Respondetur, ꝙ hęc differentia explicat̃ a beato Hiero. super epistolã ad Gal. ubi dic. Inter hæresim, & schisma hoc esse arbitror: ꝙ hæresis peruersum dogma habet. Schisma post episcopalẽ decessionem ab ecclesia pariter separat: quod eq dem a principio aliqua ex parte intelligi põt diuersum. Cæterum nullum schisma est: nisi sibi aliquam hæresim confingat: ut rectè ab ecclesia recessisse uideatur: & habetur. xxiiij. q. iij. iter hęresim. ubi glos: Inter hęresim, & schisma potest dici: ꝙ hæc est differentia, quæ est inter dispositionem, & habitum. Primò.n. dicitur schisma: sed cũ post tempus pertinaciter adhęserit suę sectæ: dicitur heresis. ❡ Vel aliter dicas: ꝙ omnis hęreticus est schismaticus: sed non conuertitur: & sic est illa differentia, quę est inter speciem, & genus. Hęc glos. ❡ Tamen ut clarius intelligatur hæc differẽtia notandũ: ꝙ schisma propriè acceptũ, est illi cita diuisio per inobedientiam ab unitate ecclesiæ facta: & hoc est aliquando cũ heresi: ut in gręcis se ab ecclesia separãtibus cũ ceteris erroribus de processione spiritussancti, & alijs. Aliquando est sine hæresi: sicut sunt, qui credunt Romanam ecclesiam: nec aliã uolunt constituere: sed eã credunt esse apud se. ut cõtingit, quando plures cõtendunt de papatu. Secundo modo accipitur largius: scilicet pro his, qui se diuidunt a proprio episcopo eum eiiciẽtes: & sedem episcopalem sibi usurpantes: & presbyteros sibi ordinantes. Tertio modo largissimè accipitur pro omni existente in peccato mortali: quia diuidit se a charitate dei. & secundum hoc patet differentia eius ab hæretico: & per consequens schismatis, quæ est in obediẽtia, qua quis diuidit̃ a suo superiori, uel ab ecclesia. & hæresis: quę est error pertinax contra catholicam ueritatem, quam ueritatem in omnibus, & maximè in diuinissimo eucharistiæ sacramento: ubi plurima sunt mirabilia intellectu uiatoris incomprehensibilia: innocuisse seruare nos concedat eiusdem institutor dominus noster Iesus Christus, cum patre, & spiritusancto unus uerus inseparabilis deus, in secula seculorum benedictus: Amen.

Dub. 2. I Differẽtia quæ inter schisma & heresim.

SEQVITVR TRACTATVS de Pœnitentia, seu Pœniten tiæ sacramento.

DISTINCTIO XIIII.



OST hæc de pœnitentia. Postquā magister egit de tribus sacramentis. s. de baptismo, quo regeneramur: de confirmatione, per quā modo geniti infantes adolemus, & roboramur: de eucharistia, per quam nutrimur & in bono consummamur. Consequenter agit de quarto sacramento pęnitentiæ: per quam lapsi ad statum uitæ reparamur in nouem sequentibus dist. ordine subnotato. Et primò, agit de pęnitentia in se quantum ad eius quidditatem. Secundò, de ea quantum ad ministrum sacerdotem. Tertiò, quantum ad peccatorem suscipientem: secunda pars incipit dist. xviii. tertia dist. xx. Circa primū duo facit. Primò præmissis diuisione, & distinctione pęnitentiæ: excludit errorem circa pœnitentiæ iterationem. Secūdò prosequitur de pœnitentia quantū ad eius integritatem, dist. xv. In præsenti igitur distinct. ostensa pœnitentiæ necessitate, & quidditate: probat ipsam iterari posse. Vnde sententia huius dist. colligitur in tribus conclusionibus sub notatis. ¶ Prima: Pœnitentia tam interior, quam exterior: quæ est secunda post naufragium tabula: a deo longè positis ut appropinquent est necessaria. ¶ Secunda. Pœnitentia interior, quæ est uirtus, a qua Ioannis prædicatio cepit: perfecta est: dum præterita peccata plangit: & plangenda iterum admittere nolit. ¶ Tertia. Errant, qui negāt ueram pœnitentiam esse, quam sequentia peccata reddunt infructuosam. Addit de pœnitentia solemni: ostendens, φ iterari non debet.

QVAESTIO. I.

IRCA hanc distinctionem quęrendum est de duobus. Primò de pœnitentię uirtute Secundò de pœnitentiæ sacramento. ¶ Circa primū quęritur: utrū sine pęnitentia possit deleri pctūm post baptismа cōmissum. Primò, pręmittētur terminorū declarationes. Secūdò, subiungentur responsiuę conclusiones. Tertiò, addentur mouendorum dubiorū solutiones. ¶ Quantum ad primum articulum notandum circa illum terminū pœnitentia: φ quantū ad propositum sufficit: pęnitentia dupliciter accipitur. Vno modo pro aliquo actu uel habitu pœnitentis. Secundo modo pro actu sacerdotis pęnitentem a culpa absoluentis. Primo modo dicitur uirtus: quia est habitus uirtuosus, aut actus exterior, uel interior a uirtute procedens, uel uirtutem generans. Secundo modo dicitur sacramentum: quia hc est absolutio sacerdotalis efficaciter significans gratiā animam pęnitentis a peccatis mundantē: de quo sequēti q. dicetur. ¶ Ad intellectū primi mēbri notādum post Sco. & Ockā: φ pęnitētia secūdū Aug. dicitur quasi pęnæ tenētia: & pęnitere, quasi pęnā tenere: & pōt intelligi uel actiuè, uel passiuè Vnde pęnitentia quādoq; simpliciter accipitur pro pęna peccati purgatiua, & nec actiuè, nec passiuè, & hoc mō est tristitia consequens displicentiā de pctō: siue interior in uolūtate: siue dolor in potentia sensitiua: siue etiā aliqua exterior pęna corporis afflictiua: ut ieiunium, & cætera opera satisfactionis. ¶ Secundo modo accipitur pęnitentia actiuè: & sic est actus huius pęnæ causatiuus, qui duplex est interior, & exterior. ¶ Interior est uoluntatis: & hic duplex unus imperatiuus, qui est uelle punire pctūm: alius cōsequens impetiū: & est actus elicitus in uolūtate, qui est detestatio peccati, uel displicentia peccati commissi: qd nihil aliud est, φ̄ uelle non peccasse. Hoc .n. uelle sequitur tristitia in uoluntate: & quandoq; dolor in sensu: & quantò istud uelle est intēsius, tātò

A Desacramento pęnitentiæ.

Arti. 1. Not. 1. Pœnitētia dupliciter accipitur.

Actus pęnitentia duplex interior, & exterior

sequitur maior tristitia. Tertius est actus imperatus: & est castigatio aliqua sibiip si inflicta pro peccatis: & illo modo ipsa confessio, quæ est causa uerecundiæ; & opera satisfactionis, quæ causæ sunt corporalis pœnæ: dicuntur pœnitentia.

B ¶ Tertio modo pœnitentia accipitur passiue: & est uoluntaria susterentia pœnæ, siue a se, uel ab alio inflictæ pro peccato: tam interioris quam exterioris: & nihil aliud est quã uelle patienter pati pœnam pro peccato. Et differunt illæ acceptiones non quantum ad substratũ: quia idẽ actus bene significatur diuersis acceptionibus: sed est differentia in cõnotato termini. Et possunt omnes illi actus reduci ad quinq;: quorum quilibet dicit̃ pœnitẽtia, qui se sequuntur ordine quodã. Primus est uelle uindicare, seu punire pctũm: quẽ sequitur cõtritio: quę est detestatio, uel odiũ peccati, i. nolle peccasse. Hũc sequitur tristitia in uoluntate: & quandoq; dolor in sensu usq; ad effusionẽ lachrymarũ: quę nõ est proprie actus uolũtatis: sed passio cõsequẽs detestationẽ peccati. Quartò sequitur acceptatio huius tristitiæ, & doloris: q est quędã cõplacentia, qua uult sequi tristitiã, & dolorẽ: & cõplacet sibi in illis: ut dicit Aug. Peccator de pctõ doleat: & de dolore gaudeat. Deinde sequit̃ exterior pœnalis satisfactio, & acceptatio eius: & satis patet horum distinctio. Et nõ solũ accipitur pœnitentia pro actibus dictis: sed etiam pro habitibus ex eis genitis. ¶ De ordine tamen horũ actuum plus dicetur in dubiis.

Pœnitẽtia quõ passiuẽ sumit̃.

C Et secũdũ has acceptiones diuersimodẽ diffinitur pœnitentia a patribus, quarum septem recitat Alex. par. iiii q liiii. mẽbro ii. Mag. ster in textu recitat aliquas earum. ¶ Prima est Amb. Pœnitentia est dolor cordis, & amaritudo animæ pro malis, quę cõmisit. ¶ Secunda est August. in de ecclesi. dogma. Pœnitentia est pœnitenda nõ admittere, & admissa deflere. & huic concordat Ambr. dicens. Pœnitentia est mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere. Cui etiam concordat Gregor. di. Pœnitentia est anteacta mala deflere, & flenda non cõmmittere. & hę tres pro una reputãtur. ¶ Tertia est: pœnitenti est correctio male mentis. & est glos. Mat. iii. super il lud. Pœnitentiam agite &c. ¶ Quarta August. in lib. de pœnitentia. Pœnitentia est quędam dolentis uindicta puniẽs in se, quod dolet cõmisisse. ¶ Quinta est eiusdem in lib. v. responsionum Pœnitentia est res optima, & perfecta, quę omnes defectus reuocat ad perfectum. ¶ Sexta est Dama. Pœnitentia est ab eo, quod est præter naturam ad id, quod est secũdum naturam reuersio. ¶ Septima est magistri in textu. ¶ Pœnitentia est uirtus, uel gratia qua cõmissa mala cum emendationis proposito plangimus, & odimus: & plangẽda ulterius cõmittere nolumus. ¶ Prima, harũ datur de pœnitẽtia: ut dicit tertiũ actũ: uerius passionẽ tristitiæ, & doloris. Secunda, datur de pœnitentia, ut dicit actum secundũ: qui est contritio, seu peccati detestatio: quę includit propositũ non peccandi. Nam in illis plangere, uel deflere capitur pro fletu interiori, qui est nolle peccasse. Tertia, datur generaliter, ut pœnitentia includit oẽs quinq; actus: quia ad correctionem malę mentis omnes cõcurrunt. Quarta, datur de pœnitentia, ut dicit primũ actum imperatiuũ uelle punire, & ultimum executiuũ. Quinta, magis uidetur pœnitẽtię cõmendatio, q̃ descriptio: datur tamen non de omni pœnitentia: sed tantum de pœnitentia perfectissima, quæ reponit ad statum innocentiæ tollendo oẽm reatũ simul & pœnã, secundũ q dicitur esse alter baptismus. Sexta, sicut & secũda datur de pœnitentia, ut dicit actũ secũdũ. Nã reuersio ab eo, qđ ẽ p̃ter naturã. i. a uitio seu pctõ ad id, qđ est scdm naturã. i. ad uirtutẽ. (Siquidẽ natura hominis depeurut ad optima p. Ethic.) fit per pcti detestationẽ. Septima, dat̃ de pœnitẽtia quantũ ad habitũ, ad actũ detestationis cũ proposito cauẽdi peccata inclinãte.

Diffiniones septẽ pœnitẽtiæ.

D ¶ Et quoniam quilibet dictorũ actuũ põt dici pœnitentia: ut uult Sco posset pœnitentia uni diffinitione conueniente cuilibet dictorum actuum, & habituum sic describi. Pœnitentia est actus, passio, uel hab tus boni

Octaua diffinitio collectiua.

hominis ad punitionem peccati a se cõmissi uoluntarie ordinatus. Dicitur primo actus: qui generaliter accipitur pro actu imperatiuo.s. uelle uindicare: aut elicito, qui est detestari peccatum: uel imperato, qui est exterior satisfactiua punitio: & ita includit.j.ij.iij.iiij.&.v.actus præsuppositos. Dicitur uel passio propter tristitiam & dolorem: immo & gaudium, quod consequitur complacentiã in tristitia interiori aut pœna exteriori. Nam & ipsa passio est ordinata ad punitionem peccati: quia intendit actum acceptatione penæ, pro peccatis. Dicitur uel habitus propter pœnitentiam habitualem: & ita quilibet habitus alicuius quatuor actuũ suppositorum dicitur pœnitentia. Dicitur ordinati ad punitionẽ peccati: ad excludendũ alios actus circa peccatũ: ut complacentiam peccati, uel indurationẽ in peccato: aut delectationẽ in peccato commisso. Ordinatur autem ad punitionem, uel ut causa pœnæ: uel ut pœna ipsa: uel ut effectus consequens pænã. Dicit uoluntarie, propter pœnã illatã: & a uolũtate nõ acceptatã: ut cũ quis inuitẽ, & noléter sustinet pœnã: talis sustinẽtia nõ dicit pœnitẽtia, ut hic accipit. Accipitur.n.hic pro ea, quæ ualet ad peccati deletionẽ. Quo autem pæna potest esse uoluntaria: dicetur infra in dubijs. Dicitur a se cõmissi: quia punitio assumpta p peccato alterius nõ est opus pænitẽtiæ, sed misericordiæ. ¶ Si quæris: cũ de multis prædicatur pænitẽtia, de quo principalius prædicatur? Respondetur, q principalius prædicat de secũdo actu suprapposito.s.de peccati detestatione: hoc de nolle peccasse. Ille.n.sine alijs sufficienter disponit ad peccati remissionẽ: alij nõ sine eo: ut infra dicetur de cõtritione. ¶ Secũdo notãdũ circa hoc, q quæri de deletione peccati: quo peccatũ cõmissum, & iã præteritum quãtũ ad actũ peccati, possit deleri: & qd deleatur cũ peccatũ remittitur. Ad cuius intellectũ aduertẽdũ q. hue pctũ mortale dicat formaliter priuationẽ putã carẽtiã rectitudinis debitę inesse actui: ut tenet Sco. hue dicat formaliter actũ elicitũ, aut omissum cõtra pręceptũ: ut tenet

Not. 2. E

Vnde peccator trãseunte actu peccati dr formaliter peccator.

Ockã de quo lib. ij. dist.xxxv. Tamen trãseunte actu peccati: nulla entitas positiua manet in peccatore, a qua forma malitiæ peccator dicatur peccator. Patet: quicquid est in peccatore trãseunte actu peccati, põt remanere ẽt ipso iustificato, & desinente esse peccator. Patet de substantia animę, quæ manet eadẽ. Similiter de accidentibus absolutis: quia habitus uitiosus genitus ex actibus peccati frequentatis põt manere: & regulariter manet in iustificato. Nã iustificatus adhuc sentit se pronum, & inclinatũ ad priora opera peccati: quod nõ cõrrigit nisi per habitũ peccati. Nec manet aliquis actus peccati: qa ille transiit. Nec alia qualitas, quæ in remissione corrumpitur: immo quicquid manet in peccatore pręter actũ peccati: põt manere cum gratia infusa, per quã desinit esse peccator: puta habitus peccati: cognitio peccati, species memoriæ: ẽt delectatio consequens memoriam peccati: dummodo nõ fuerit uolita. q si fuerit uolita: iã ipsa uolitio est actus peccati. Nec manet ibi aliqua relatio realis ẽt secundũ Sco. nec relatio rationis, cuius oppositum tenet Sco quia ut in j.dist.xxx. ostensum est: nulla relatio distincta ab absolutis est ponenda. ¶ Sed tũc quæritur: unde ergo peccator dicitur formaliter peccator transeunte actu. Nã ut arguit Sco. Si nihil manet, omnino essent similes qui nihil commisit: & qui cõmisit: & tamen cessauit ab actu peccandi tã interiori, quã exteriori: & ita non magis unus est peccator, quã alius. Similiter si nihil manet, nihil deletur in remissione peccati: quo ergo peccatum deletur. Respondetur, q talis dicitur peccator ab ordinatione diuina: qua propter pctũ pręteritũ, qd trãsiit, & nõ est quãtũ ad actũ ordinatus est ad pœnã æternã: hoc.n. significat pctor. Est.n. pctor hõ ordinatus a deo ad pænã æternã pprer actũ peccati, quẽ actu committit, uel cõmisit. Et hoc nomẽ pctor nihil significat inexistẽs in pctore trãseunte actu peccati: sed significat actũ peccati, q trãsiit: & pœnã, quę correspõdebit: & deũ, qui peccatorẽ ad hmõi pœnã sustinendã ordinauit. Vnde in hoc multi F

decipiūtur imaginantes, ꝙ quandoc ūq; nomē positiuum de aliquo prædicatur: ꝙ necesse est aliquid inesse illi, de quo prædicatur: quod formaliter per prædicatum illud importatur: sicut est de illis prædicatis, album, nigrum, sciens, uirtuosus, iustus: quod falsum est in terminis, connotatiuis, qui non connotant aliquid unum. Vel si aliquid unum connotant: tamen non id, quod inest suo substracto: sed quod infuit, uel alteri inest. Vnde generaliter ad hoc, ꝙ terminus connotatiuus conueniat alicui: sufficit, ꝙ connotatiuum suum sic se habeat: siue in re illa, siue in alia: sicut per ipsum connotatur. Sicut ebriosus dicitur formaliter ebriosus, non ab aliquo sibi inexistente: sed ab actibus, qui transierunt: etiam si nullum in eo habitum genuissent. Sic ad mortem iudicatus dicitur damnatus non ab aliquo sibi inexistente: sed a sententia, qua ad mortem est ordinatus, quæ sententia nihil in damnato produxit: quia potuit iudicari eo absente, & ignorante. Et per hoc ad rationem cum dicitur: si nihil manet &c. ¶ Dicitur, etsi sint

G Qūo peccatū dicitur deleri. similes quātum ad qualitates realiter in existentes: non tñ quātū ad ratione pec catoris: quia illa conuenit uni, & nō alteri: & similes omnino dicuntur, quibus eadem prædicata secūdū speciē conueniunt. uide Ockam in iiij. q. viij. & ix. qui hāc materiā bene prosequitur. ¶ Ad secundū dicitur: ꝙ peccatum dicitur deleri: quia ille desinit esse peccator non ꝑ hoc, ꝙ aliquid in eo destruatur. & qūo desinit esse peccator: sic definit: quia qui prius propter peccatū cōmissum ordinatus fuit a deo ad pœnā: nunc propter pœnitentiam ab eodem ordinatus est ad uitā, q̄ tñ mutatio non dicit mutationē in deo: sed uel in pœnitente, uel in tpe, uel in alia creatura. Nā de potētia absoluta sine mutatione peccatoris per solū lapsum tēporis posset primo ordinari ad pœnā: deinde ordinari ad uitā: licet secūdū potentiā ordinatā non sit peccati remissio, nisi per infusionē nouæ gratię, ꝑ quā realiter mutatur, qui fuit peccator. Ad hoc facit illud Aug. super Psal. xxxj. Beati quorū. Videre, inquit, dei peccata nostra, est ea ad pœnam imputare. Auertere aūt faciē a peccatis, est ea ad pœnam nō reseruare. Et ita dicit peccata ab eo tecta: nō ut nō uideat: sed ut nolit animaduertere. Idē autem est tegere peccata, & remittere peccata. Vnde dicit propheta. Beati, quorum remissę sunt iniquitates; & quorū tecta sunt peccata. Pro eodem habens remittere, & tegere peccata. & Aug. Tecta sunt, abolita sunt. Ergo remanere peccatorem post actum transeuntem: nihil aliud est, nisi ipsum a dei uoluntate ordinari ad pœnam condignā illi peccato. Et remitti, seu deleri peccatum nihil aliud est, quam ordinatū ad pœnam, iam non ordinari ad pœnam. ¶ Sed adhuc dī secundum doc. transeunte peccati actu, adhuc manet in peccatore reatus: macula & offensa, quæ nō sunt nihil: & non manet dimisso peccato: ergo transeunte actu peccati aliquid manet in peccatore, quod deletur in remissione peccati: & ab illo formaliter dicitur peccator: quia illo manēte manet peccator: & sublato desinit esse peccator. ¶ Ad hoc dicendum post Sco. q. j. dist. in. præsentis, ꝙ reatus, macula, & offensa, nihil aliud sunt, uel dicunt nisi ordinationem peccatoris ad pœnā suo peccato, quod transijt condignā: & inquantū discouenięns est animę, dicitur eius macula: sicut per oppositum conueniens, dicitur eius pulchritudo. Inquantum autē est obligatio ad pœnam, dicitur reatus, & ut est actus uoluntatis diuinæ, per quē ordinatur ad talem pœnam: dicitur dei offensa. Nihil enim aliud est offendi, uel irasci in deo, quam uelle uindicare peccata. ¶ Et licet deus dicatur figuratiue iratus, uel offensus: tamen accipiendo irasci pro uelle uindicare, non excludendo passionem concomitantem istiusmodi uelle, deus formaliter est iratus, seu offensus: quia formaliter est uolens uindicare peccatum commissum contra legem suam. ¶ Si ergo pergis quærere, quid ergo est reatus, & in quo est. Dictum est, quia est ordinatio peccatoris ad pœnam. Et quid est illa ordinatio secundum rē. Respondetur secūdū

H

Quid sit reatus, macula, & pœna.

duplicem modum dicendi de abstractis uerbalibus, quod uel supponunt pro omnibus, quę significant: tunc ordinatio illa non est quid unum: sed est ipse peccator ordinatus: & deus ordinans: & pęna, ad quam ordinatur: & peccatum quod commissum est: propter quod peccator ad pęnam ordinatur. Vel secundum alium modum, magis consuetū ordinatio passiuę est ordinatus inquantū sibi conueniunt certę conditiones: hoc est ordinatio passiuę supponit pro ordinato: & connotat cętera, scilicet deum pęnam, peccata: sed actiuę est deus ordinās &c. Reatus, & macula dicūr ordinationem passiuę: ideo sunt realiter pctōr ordinatus. Offensa aūt accipitur tantū actiuę: & sic supponit pro deo uindicare uolente. Est enim offensa actus diuinæ uoluntatis, quo uult uindicare. ¶ Per hoc ad replicam dicitur, quod reatus &c. non sunt nihil: sed secūdum primum modum sunt multa simul concurrentia: uel secundum modum reatus, & macula sunt ipse peccator, uel anima peccatrix non absolutē &c. Sed offensa est actus diuinæ uoluntatis, & ita deus. Et prima duo dicuntur in peccatore per identitatem, seu per prædicationem, nō per realem inhęsionem: tertium similiter in deo; & dicuntur non manere per dimissionem peccati: quia dimisso peccato, non supponunt pro peccatore, neq; pro deo: & tamē nihil realiter corrūpitur, uel deletur in iustificato peccatore: sed neq; in deo. ¶ Tertiò notandum, quod illi actus pęnitentię supradicti possunt multipliciter uariari quantum ad circumstantiā finis. Potest enim quis uelle uindicare peccatum, aut ipsum detestari, uel penam acceptare: uel quia peccatum est ęternę pęnę inflictiuū: uel quia est præmij impeditiuum: aut quia est inhonestū, & bonę famę corruptiuū: uel quia dei offensiuū. Et secundū has circumstantias alias, & alias diuersificātur illi actus. Differunt enim realiter, & speciuocē nolle peccasse propter pęnam demeritam: & nolle peccasse propter dei offensam: quia diuersorum obiectorum actus specie differunt. Et circumstantiæ præsertim finis sunt obiecta parrialia: ut dictum est in iij. dist. xxiij. Et ideo quoties uariatur finis: toties uariatur obiectum: & per consequens actus ad obiectum terminatus: & possunt etiā hi actus ad diuersos fines terminati ab inuicem realiter separari: ut satis patet. Omnes autem illi actus habentes alium finem, quā deū, informes sunt pro eo, quod non procedunt ex charitate. Sola enim charitas est forma cæterarū uirtutum: & ideo solus ille actus, qui deum habet finem .i. qui in deum ordinatur, tanquā in finem ultimum, & bonum in se summum, dicitur formatus: quia elicitur ex charitate: uel quia habet charitatem sibi inseparabiliter coniūctam: & hoc supponitur ex dictis in tertio. ¶ Quartò notandum, quod de potentia dei ordinata culpa non remittitur: nisi gratia gratū faciens infundatur: quia ordinauit deus nullum uelle liberare a debito mortis ęternæ, nisi quem acceptat ad gloriā beatitudinis perpetuæ. Quemcūq; autē ordinat, siue acceptat ad gloriā: huic infundit gratiam, qua redditur dignus tāta gloria: scdm illud apostoli. Gratia dei uita æterna. ad Ro. vi. Et hinc est, quod inter peccatorem, pęnę debitorem: & iustum gloriam expectantē, non est medium: sicut nec inter gratū, & ingratū. Et licet remissio pęnę, & collatio gratię sint mutationes distinctæ: quia remissio est, uelut deperditiua: quia priuatio obligationis, & sublatio pęnę. Collatio autem gratię est mutatio acquisitiua: quia creatio gratiæ etiam eius infusio: sunt enim inseparabiles, saltem remissio culpę a gratia: licet non econuerso: ut de angelis, christo, & uirgine Maria: & neutra prior altera tempore. De ordine tamen earum dicetur in conclusione v. Sed simul tempore remittitur culpa, & infunditur gratia: & eo ipso, quod infunditur gratia, remittitur culpa: quia eo ipso, quod gratia datur, per quā acceptatur ad uitā: tollit obligatio ad mortē ęternam: quia simul stare non possunt. ¶ Et dixi notanter, quod remissio culpæ est uelut mutatio deperditiua: quia staret culpam remitti: & tamen nihil corrumpi:

Not. 3. I
Act⁹ pęnitentię qñq; sūt formati.

Not. 4. K
Culpa non remittiē sine gratia.

quia etsi obligatio tollitur: per hoc tamē nulla entitas positiua corrumpitur: quia obligatio nihil dicit nisi obligatum, scilicet peccatorem deum obligantem: & pœnā, ad quam est obligatio: & actū, propter quem obligatur: & nihil horum corrumpitur in remissione peccati post actum peccati transeuntē. Non prima duo manifestum est: nec pœna: quia non dum est: nec actus peccati, quia nec illæ est, sed fuit: quod uero non est non corrumpitur. ¶ Dicitur aūt: uelut mutatio deperditiua: quia significat priuatiuē: quia remissio, siue deletio sunt termini priuatiui, priuantes denominationē peccatoris: quia qui prius fuit peccator: remissione peccati desinit esse pctōr. ¶ Dictum est etiā notanter de potentia dei ordinata: quia secundum potentiam absolutam, qua potest quicquid non implicat cōtradictionem: culpa potest remitti sine gratiæ infusione: ut latius deductum est sup. dist. iiii. q. j. Potest enim deus tollere ordinationem alicuius ad pœnā: & tamē eum nō ordinare ad gloriam: & potest dari status medius inter damnatum, & gratum, .s. status in puris naturalibus: similiter potest ordinare aliquē ad gloriā nō infundēdo gratiā: ut dictū est dis. xvii. primi: quia nihil horū includit cōtradictioné. Et hæc de art. primo. ¶ Quantū ad secundum articulū est cōclusio prima. Ad delendū peccata pœnitentia non est simpliciter necessaria. Necessariū simpliciter dico, cuius oppositū includit contradictionē. Probatur conclusio ex ultimo notabili: quia secundū absolutam dei potentiā, potest deus uelle non punire peccatorem absq; omni actione peccatoris: immo manentem in peccatis. ergo. Consequentia nota. Antecedens probatur: quia huius oppositum nō includit contradictionem. ¶ Item quia deus potest uelle non punire peccatorem ad tempus: non enim statim punit: ergo potest uelle peccatorem nō punire perpetuō. Tenet consequentia: quia quicquid nō repugnat deo in tempore: etiā non repugnat per perpetuo: quia repugnantia aliquorum non est ex tēpore: sed ex natura rerū. ¶ Item deus pōt uelle peccatorē simpliciter annihilare: & ita non æternaliter punire. ¶ Secunda conclusio. Deus secūdū potentiā ordinatā, potest culpam actualē remittere sine actu pœnitentiæ formaliter concurrente. Probatur conclusio in duobus casibus. Primus est, si quis de commisso peccato oblito habet ignorantiā inuincibilem. Secundus est, si quis arctatur ad actum feruentiorem charitatis circa aliquod obiectum ipsum distrahens a cogitando de peccato commisso: ut si peccator subitō rapiatur ad sæuissimum martyrium: nisi neget christum: in quo casu arctatur ad toto conamine insistēdū circa confessionem christi, & actus martyrij, quibus distrahitur, ne cogitet de peccatis cōmissis. In utroq; casu deus remittit peccatū sine aliquo actu pœnitentiæ: quod probatur: nam nulli facienti quod in se est: disponendo se ad gratiam subtrahit dominus gratiā: multō minus enim deus deficit tribuendo necessaria ad salutem, quā natura. Sed in utroq; casu potest peccator facere totū, quod in se est, cōuertendo se ad deū absq; actu pœnitentiæ: ergo utrisq; nō deest deus dando gratiam: & per consequēs remissionē peccatorū. Cōsequentia nota cum maiore. Minor probatur: quia uterq; pōt deū diligere super omnia ex toto corde absq; aliquo actu respectu peccati cōmissi: & hoc faciendo, uterq; facit totum, quod in se est. Nam nulla est perfectior, & immediatior dispositio ad gratiæ susceptionē, quā dilectio dei super omnia: quā pōt quis habere absq; hoc, q de suo pctō cogitet: & per consequens absq; actu pœnitentiæ p peccatis. Nec aliquid ultra requiritur: quia maxime pœnitentia pctōrū: sed hoc nō: quia in primo casu excusat ignorantia inuincibilis: in secūdo distractio necessaria a cogitatione de peccato: ergo nihil ultra facere possunt. ¶ Si dicis, q in primo casu tenetur pœnitere in generali, puta si aliqd cōmisit. Respōdet Ockā, q tenet pœnitere, si sibi occurrat pctūm in generali: sed si sibi non occurrat sine sua negligentia, non uidetur quam

Arti. 2. Cōcl. 1. Pœnitētia non est simpliciter necessaria ad peccati remissioné.

Cōcl. 2.

posit remitti peccatum: puta si cogitat intense de deo, uel quocunq; alio, propterquod non posset cõteri de peccato in speciali, nec in generali. ¶ Dictum est notanter in conclusione formaliter concurrente: qui licet in prędictis casibus constitutus non habeat actum pęnitentię respectu peccati: habet tamen actû, ad quem sequitur pęnitentia, si occurreret peccatum in cogitatione: habet enim in se actum diligendi deum super omnia propter quem se ipsum exponit martyrio, quo maiorem dilectionem nemo habet: in quo uirtualiter includitur actus pęnitentię: nam ad talem actum sequitur pœnitentia, si occurreret peccatû. Non.n.põt quis diligere deû sup omnia, & nõ nolle peccasse, si peccati occurrerit in memoria. Ex illo sequitur, q̃ qñcunq; p̃c̃tõr se ad deû cõuertit, cõsiderãs dei summã bonitatẽ, & uniuersalẽ perfectionem: & elicit actum dilectionis dei super omnia p̃fectû (quod põt ex suis naturalibus: ut ostensum est dist. xxvii. lib. iii.) licet nõ meritoriẽ: q̃ per hunc dilectionis actû disponit se sufficienter ad receptionem grãe: & per hoc in eodẽ instãti cõsequitur gratiã: ut declarat loco allegato; & per consequens cõsequitur remissionẽ omniû p̃c̃tõrû: licet tûc nullû in se habeat actum pęnitentię: presupponit.n. actus pęnitẽtiæ actualẽ cogitationẽ de p̃c̃õ, q̃ occupatus circa dei dilectionem mõ prædicto habere non põt, quia nõ possumus plura simul cogitare. ¶ Tertia conclusio. Existenti in p̃c̃õ mortali post baptismum commisso: ac de eodem conscientiã habenti, uel habere debenti: de potentia ordinata peccatum non dimittitur sine actu penitẽtiæ, formali uel uirtuali. Probatur per illud Luc. xiii. de peccatoribus. Nisi pęnitentiã egeritis: omnes simul peribitis. Item Marci j. Pęnitemini, & credite euangelio. Et Act. iij. Pęnitemini, & cõuertimini, ut deleãtur peccata uestra. Et Apoc. ii. Memento unde excideris, & age pęnitentiam &c. A pęnitentia etiã (ut ait magister) incepit prædicatio christi, Ioannis, & apostolorum. Item August. super illud

Cõcl. 3. M

Sine pęna peccatû nõ dimittitur.

Ps. lviii. Nõ miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem dicit. Omnino nulla peccata impunita deus relinquit. Iniquitas parua magnitudine sic punietur, necesse est aut ab ipso homine pœnitente: aut a deo uindicante. Et punitur ratio congruitatis: quia ut accipitur a Boetio: pęna est ordinatiua culpæ: ita q̃ non põt relinqui in uniuerso culpa, cui non correspõdeat pæna ordinatiua: ne in uniuerso dedecus culpæ sit sine decore iustitię. Ex quo sequitur, q̃ simpliciter melius est peccatorem non correctum esse in pæna, quam esse sine pæna: q̃a in primo est aliquid boni, scilicet correspondentia iustæ pœnæ ad culpã: sed in secundo est tantum malitia, scilicet culpa impunita: ut pulchrẽ deducit Boetiû. de cõsola. prosa. iiii. Hęc ergo uia uniuersaliter prefixa est a diuina lege, ordinandi scilicet peccatum per pęnam tanquã per proprium correspondens, ut dicit Sco. Et licet omnis culpa ordinetur per pęnã: non tamen omnis deletur per pęnam: ut patet de pęna damnatorum: & de illa pæna, quæ statim sequitur culpã: iuxta illud Aug. lib. v. confes. Iussisti dñe, & ita est: ut pęna sit sibi quisq; inordinatus animus. Nec alia potest assignari differentia inter pœnã remittentem peccatum, & pęnam non remittentem: nisi quia ista est uoluntaria: hęc inuolûtaria. Non enim põt assignari hæc differentia ex intensione, aut magnitudine pęnæ, aut eius diuturnitate: quia hęc magis sunt in pæna gehenali (quæ tamen culpam non remittit) quam in temporali, quę remittit: & in humanis pęna uolûtariẽ assumpta magis placat offensum: sic ergo culpa dupliciter ordinatur per pęnam. Nam culpa manens ordinatur p̃ pęnam inuoluntariã, non manens: sed deleta ordinatur p̃ pœnã uolûtariã. Ex illis ergo sic arguitur. Ad remissionẽ culpæ mortalis post baptismum commissæ requiritur punitio uoluntaria, uel punitionis uolitio: sed neutrum istorum potest esse sine pœnitentia: quia pœna non potest esse uoluntaria sine actu uoluntatis. Ille autem actus, aut erit actus pœnam imperantis, aut infe-

rentis, aut pęnam acceptantis; aut sustinere uolentis: & non remurmurantis, aut pęnam exequentis: & omnes illi actus ad pęnitentiam pertinent: ut patet ex primo articulo. ¶ Dicitur nonobstante in conclusione: secundum potentiam ordinatam, propter conclusionem primã. Dicitur peccato mortali: de uenialibus fortè non oportet: quæ etiam decedenti in eis remittuntur in futuro, ubi pęnitentia locum non habet: ut infra dicetur. Dicitur: post baptismum commisso, propter peccatum originale, quod infantibus remittitur in baptismo: quia pęnitentiam habere nõ possunt. Dicitur de eodem conscientiã habenti, id est notitiam seu memoriam: propter dicta in secunda conclusione: quia de eo, quod omnino non cogitatur: pęnitentia haberi non potest. Dicitur: uel habere debenti: propter peccata, quorum ignorãtia imputatur ad culpam: puta, quæ est uincibilis: quia illa sine pęnitentia non remittuntur. Dicitur, formali, uel uirtuali: quia ut dictũ é in secunda conclusione, per actum uehementem diuinæ charitatis quandoq; potest dimitti peccatum sine pęnitentia formali: In illo tamẽ actu charitatis est pęnitentia uirtualis, inquantum in diuina acceptatione æquiualet actuali pęnitentiæ: & eam (ut dictum est) uirtualiter includit. ¶ Quarta conclusio. Ad deletionem peccati, non sufficiunt actus pęnitentiæ prædicti quomodocunque se habentes: neq; eorum singuli: neque simul omnes. Patet: quia actus illi prædicti pęnitentiæ non requiruntur ad peccati remissionem: ut causa remittẽs principalis: quia hoc solius est dei. Solus enim deus remittit peccatum, ut causa principalis: ut nec causa quasi formalis: quia hoc est gratiæ: ergo causa dispositiua subiecti, id est peccatoris ad suscipiẽdum gratiam, per quam formaliter remittitur peccatum. Ad hoc autem ut pęnitentia sit dispositio congrua: requiritur, ut sit debitè circumstantionata, & maximè circumstantia finis: sed illi actus diuersis finibus possunt circumstãtionari: quandoq; propter fines honestos, quãdoq; uitiosos, qñq; indifferẽtes. Potest enim uoluntas (ut dictum est) peccatum uelle uindicare, detestari: pœnam assumere: in his complacere: aut patienter ferre: uel propter pęnã ęternam, uel temporalem solũ: uel propter priuationem præmij: uel propter peccati turpitudinem præcise: uel propter cõfusionem, & contemptum hominũ: uel propter superbiam, ut alijs peccatoribus præferatur: aut ppter uermis inquietudinem, seu propter finem ultimũ: q̃ dei offensiuum. Non autem possunt esse dispositio congrua, si habeant finem inhonestum: quia sic ipsi sunt peccata: nec sufficientes, nisi circumstantionẽtur fine ultimo: quæ circumstantia requiritur ad omnem actum perfectè uirtuosum, uel uirtutis perfectæ generatiuum. Vnde ad propositum ait Augu. in de uera, & falsa pęnitentia: & est in textu dist. seq. Sine amore dei consequeretur ueniam; sine quo nunquam inuenit gratiam. Loquitur de pęnitente de uno peccato alio retento in actu, uel proposito: ergo non semper sufficiunt tanquã dispositio sufficiẽs ad peccati deletionem, & gratiæ inductionem: ut magis infra dicetur de contritione. ¶ Quinta cõclusio. Ad deletionem peccati sola criminis detestatio sine alijs actibus pęnitentiæ sufficit debitè circumstantionata, & nulli alij sine ea. Prima pars probatur per illud Ezech. xviij. Considerans, & auertens se ab omnibus iniquitatibus suis, quas operatus est: & uita uiuet, & non morietur: sed peccator per nullum actum ita auertitur a peccato, sicut per detestationem peccati, quę est nolle peccasse: ille enim directè opponitur peccato, quod pro tanto est peccatum, pro quanto uoluntarium: nec potest stare cum complacentia peccati: cęteri autẽ omnes possunt stare cum complacẽtia peccati. Potest enim quis uelle uindicare peccatum, & etiam uindicare operę, complacens in peccato: sicut nonnulli errantes eleemosynis peccata, a quibus recedere noluerunt, redimere nitebantur. Et per hoc patet secunda pars conclusionis: quia cum alij pęnitentię actus

Cõcl. 4 N Nec actus pęnitentię oẽs nec singuli, sufficiũt ad remissionem peccati

Cõcl. 5 O Solus actus detestationis peccati sufficit ad peccati remissionem.

quatenus separati sunt ad detestationem peccati: possunt stare cum actuali complacentia peccati: & ita cum peccato: non sufficiunt ad peccati remissionem. ¶ Si dicis: si alius actus puta uelle uindicare peccatum fuerit bene circumstantionatus circumstantia ultimi finis: uidetur, quod sufficiat sine detestatióe peccati: similiter de complacentia consequente tristitiam, seu dolorem de peccato. Respondetur, quod quicunque actus pœnitentiæ circumstantionatus circumstãtia finis ultimi includit actum detestationis peccati: quia non possũ uelle uindicare peccatum, quia dei offensiuum: aut complacere in punitione, propter eundem finem, & non habere nolle respectu peccati uindicandi. Si enim uolo uindicare peccatum; quia contra deũ: ergo nolo quicquid est cõtra deũ, & ita nolo peccatum. ¶ Sed adhuc di. Si actus detestationis peccati requiritur ad peccati remissionem sufficienter circumstantionatus, uel ergo ut formatus, uel ut informis. Item uel ut dispositio præuia, uel ut concomitans. Non ut formatus: non enim formatur nisi per gratiam coassistentem siue charitatem: sed ista existente non est peccatum: quia cõtraria simul stare non possunt: peccatum autem, & gratia contraria sunt, & ita ut formata, non erit dispositio ad culpæ remissionem: quia dispositio ad formã est prior forma: hæc autem præsupponit peccati remissionem: quia præsupponit gratiam. Nec ut informis: quia actus non est dispositio sufficiens: neque meritum de congruo, nisi sit circumstantionatum circumstantia finis: & ita necesse est, ut actus ille pœnitentiæ eliciatur propter deum tanquam ultimum finẽ: hoc est propter deum super omnia dilectum, & ista necessario erit dilectio dei super omnia. Hęc autem sine charitate haberi non põt: ideo ad hoc, ut sit dispositio sufficiens, requirit charitas. Charitate autem existente, non est informis, igitur neutro mõ erit actus ille dispositio ad peccati remissionem. ¶ Similiter non erit dispositio, ut præuia, quia ante gratiam est informis: & ita non sufficiens: nec ut concomitans: quia tũc simul est, & charitas: & sic non erit dispositio ad eam: ut statim argutum est. ¶ Replica ista quærit, quando actus detestationis peccati sit sufficiens dispositio ad remissionem peccati. Et distinguit hic Scot. q. ij. huius dist. memb. ij. de duplici dispositione, scilicet præuia, & concomitante. nam dispositio præuia est, quæ precedit deletionẽ culpæ: & illa semper est sine charitate; & gratia: & per consequens semper est informis: quia sola inhærentia, & inclinatione charitatis, & gratiæ ad actum, actus dicitur formatus. Concomitans uero est, qui simul est cum charitate, & gratia: & sic semper est formatus. Refert autem quærere de dispositione præuia, uel concomitante ad deletionem culpæ, & ad infusionem gratiæ: quia (ut patet ex præmissis) remissio culpæ, & infusio gratiæ sunt distinctę mutationes: ut in primo articulo dictũ ẽ. Et si inter illas est aliquis ordo: uarianda esset responsio: & ideo de hoc primo uidendũ. ¶ Et est difficultas communis: omnium mutationum, quæ fiunt inter cõtraria: an expulsio unius contrarij sit prior inductione alterius: an econuerso, inductio prior expulsione. Et aliter est loquẽdum de illis, quæ propriẽ opponuntur ex natura rei, siue utrũque sit positiuum: siue unum sit positiuum, & aliud priuatiuum, uel negatiuum. Et aliter, quę nõ propriẽ ex natura rei opponuntur: sed solum per causam extrinsecam, scilicet instituentem, & sic ordinantem: sicut est in proposito. Et quidem, ut supra dictum est: inter illa non est ordo temporis: quia simul sunt expulsio, & inductio quantum ad moram temporis: sed de ordine naturę, aut causalitatis, dignitatis, uel perfectionis, aut alijs huiusmodi est disputatio. Et hic sufficiat inquirere de ordine naturæ. Dicitur autem prius ordine naturæ, quod potest esse sine alio, & non econuerso: secundum philosophum, & commen. v. & vij. Metaphy. ut dictum fuit in primo li. dist. ix. Et de hoc ordine dicitur; quod in oppositis contrariẽ transmutationem adinuicem habẽ-

Vtrum detestatio peccati sit dispositio sufficiens.

Vtrum in mutatiõibus ĩtercõtrariũ prior sit expulsio unius &c.

tibus secundum potentiã diuinam nullus est ordo naturæ: quia quælibet illarũ mutationum potest esse sine alia. Nam exempli causa, expulsio frigiditatis potest esse sine inductione caloris. Potest enim deus concurrere ad expulsionem frigoris ab aliquo subiecto: & non concurrere ad introductionem caloris. & econuerso: potest deus introducere calorem in aliquod subiectum sine expulsione frigiditatis. Possunt enim qualitates contrariæ inesse eidem subiecto per potentiam diuinam: quia hoc nullã includit cõtradictionẽ: quãuis cõtrarias ꝑpositiones esse simul ueras infert contradictoria simul esse uera. ¶ Si tamẽ teneretur illa opinio; ꝙ qualitates contrariæ non possent inesse eidem subiecto per diuinam potẽtiã: tunc prior esset unius formæ expulsio, quã introductio sui contrarij: quia illa posset esse sine illa, & non econuerso: posset enim deus concurrere ad expulsionem, seu corruptionem frigiditatis, & nõ concurrere ad generationẽ caloris in eodem subiecto, & tunc subiectum illud nec esset calidum, nec frigidum: & hoc in qualitatibus secundis naturaliter fieri potest: ut in coloribus albedine, & nigredine. Nõ enim oportet; ꝙ expulsa albedine, introducatur nigredo: quia potest induci color medius. Sed in oppositis priuatiuè circa subiectum susceptibile, ubi fit regressus ab uno in suum oppositum: & uniuersaliter in oppositis negatiuè contradictoriè inter expulsionem unius, & introductionem alterius oppositorum non est ordo naturæ: quia sicut non potest amoueri cæcitas, nisi restituto uisu: ita nec restitui uisus nisi remota cæcitate, saltem ubi fuit cæcitas: alias potest, ut in generatione animalium uidentium, uisus inducitur, & non expellitur cæcitas, quæ non præcessit. In contradictoriè oppositis manifestum est, quia simul sunt remouere non esse calidum, & inducere esse calidum. Sed ad propositum in his, quæ opponuntur non formaliter, & intrinsecè ex natura rei ut gratia, & culpa: ubi nullum absolutũ in uno repugnat absoluto in alio: sed opponuntur solum ex institutione diuina: quia sua uoluntate ordinauit; ꝙ quicunque haberet culpam mortalẽ, esset indignus uita æterna: & quicunq; haberet gratiam, esset dignus uita æterna. & hac ordinatione stante, non possunt simul esse gratia. & culpa: quia alias simul starent: idem esset idignus uita æterna, & dignus ea: quod implicat: quia indignus capit negatiuè: id est nõ dignus: & per consequens dum introducitur gratia, necessariò expellitur culpa. Verum hæc ordinatio dei contingens est; & eam deus mutare posset, si uellet. Et de illis dicendum, ꝙ simpliciter loquendo, nec expulsio culpæ est prior natura infusione gratiæ, nec econuerso: quia per diuinam potentiam culpa, & gratia possunt esse simul, & una sine altera: quia deus posset peccatori dare gratiam sine remisione peccati: & peccatum remittere sine infusione gratiæ: ut dictum est in primo articulo. Stante tamen ordinatione diuina sic infusio gratiæ est prior remissione culpæ: quia remissio culpæ non fit sine infusione gratiæ: sed bene econuerso, gratia infundi potest sine remissione culpæ: potest enim infundi ei, qui non habet culpam: ut supra exemplificatum est de christo, Maria uirgine, & angelo. Sed ubi præcessit culpa, neutra harum mutationum potest fieri sine alia, & ideo quantum ad hunc, qui fuit peccator neutra est prior alia: quia separari non possunt saltem loquendo de prima gratia: ut in iustificatione impij, aut in lapsu iusti. Nam iusto potest augmentari gratia per infusionem noui gradus gratiæ, sine expulsione culpæ, & ita in iustificatione impij (de quo nũc sermo) non est ordo naturæ inter expulsionem culpæ, & infusionem gratiæ: sed sunt simul. ¶ Si dicis: gratiæ infusio est causa expulsionis culpæ: & ergo prior causalitate: in illo ergo prior pœnitentiæ actus est formatus: & tamen prior remissione culpæ sicut gratia, qua formatur est prior causalitate. Respondetur; ꝙ gratia non est causa propriè dicta effectiua remissionis, sed deus: quia cum remissio culpæ non sit aliud, quam ordinatio

R Gratia non est prior remissione culpæ causalitate.

natio eius ad uitam, qui fuit ordinatus ad mortem: illa ordinatio nō fit per gratiam, sed per deum: qui etiam sic ordinā do infundit gratiā: & ideo non est prior causalitate gratiæ infusio, culpæ remissione. Et esto; ꝙ cōcederetur, ꝙ aliquo modo gratię infusio esset causa expulsio nis in aliquo genere causę: tamen non potest dari, uel assignari instās illius prioritatis: quia illud signum prioritatis nec esset gratia: nec culpa: & quicquid esse diceretur in illo priore: non esset actus pœnitētię formatus: quia in illo nō esset simul actus pœnitentię, gratia & culpa: quod tamen sequeretur, si tale signum esset dabile: ut satis probatū est in primo.

S Oordo actuum intellectus & uolūtatis ad remissionē peccati requisitus.

¶Sic ergo ad propositū redeūdo in actu detestationis peccati, ut est proxima dispositio ad remissionem peccati: attendendus est ordo generationis huius actus, qui talis est secundū Sco. dist. præsenti. q. ii. Peccator in peccato existēs eo modo, quo dictū est: ex naturalibus suis cū communi influentia dei pōt cōsiderare peccatū a se commissum, ut offensam dei: & ut contra legem diuinam: & ut auersiuum a deo: & ut impeditiuum præmii, & inductiuum æterni supplicii: & sub aliis multis conditionibus: ut supra tactum est. Et potest uoluntas peccatum sub aliqua harum rationum, uel plurium earum detestari: & potest gradatim procedere eliciendo plures actus detestandi. Gratia exempli. Primò ipsum nolle: quia sibi nociuum temporaliter, & in præsenti: ut puta, quia inductiuum sui contemptus, diffamiæ, uel etiam temporalis pœnæ, quo suspendendus latro detestatur latrocinium propter mortem infligendā. Potest iterum detestari: ut inductiuum mortis æternę: & ut spoliatiuum ęternæ gloriæ: & propter similia ex affectu commodi: usq; huc omnes illi actus sunt informes: & sunt alii, & alii nedum numero, sed specie distincti. Potest tandem considerata summa, & infinita dei dignitate, ac bonitate, misericordia & ceteris perfectionibus eius, atq; per hoc eius diligibilitate, qua diligibilis est propter se amore amicitię: ut summum infinitum, & perfectissimum bonum super omnia bona finita, & creata dictante recta ratione: ꝙ sic diligendus est, & ab omni sua creatura rationali: & huic dictamini pōt se cōformare uolūtas eliciendo actū dilectionis dei ex suis naturalibus, quibus pōt se cōformare cuilibet dictamini rationis suę: & illo actu uelle deum esse infinitū, summum, uniuersalē dñm omnibus imperātem, omnia sibi subijcientem, & uniuersaliter ꝑfectū: quod est deū esse deum, ꝓpter seipsum deum. Et cōsiderato pctō, ut offensiuo huius summi boni: & ut cōtrarium suę prçceptiuę uoluntati elicere nolle peccati, propter hoc, quia offensiuum summi boni sic a se super omnia dilecti. Hic actus detestandi pctūm, nō pōt esse informis: quia prçsupponit actū dilectionis dei perfectum: qui nō pōt esse informis: licet eā posset naturaliter elici: quia tamen est immediatissima, & sufficientissima, & ultimata dispositio aptans ad gratiæ susceptionē: ideo ea existente ex diuina ordinatione statim infunditur gratia. Nulli. n. sufficienter dispositio subtrahit dominus gratiam suā: & licet ille actus non sit sine gratia: quia tñ nō elicitur ex gratia: quia gratia non præuenit actum illū: sed actus ut dispositio præuenit gratiā nō tempore: sed quadā dispositionis præuentione, quomodo quęlibet ultimata dispositio ad formam naturalem simul est cum inductione formæ: ita ꝙ nihil temporis mediat inter positionem huius dispositionis, & formę inductionem: & tamen dicitur prçuenire formā ut dispositio effectum: ꝙd nihil aliud est, quā ipsam esse dispositionem ultimatā necessitantem ad formā, quę simul est cum dispositione: quia in eodem instanti, in quo est ultimata dispositio, simul est effect⁹ seu forma, alias nō esset ultimata dispositio. Sic & actus ille dilectionis dei amicitiæ ut elicitur ex naturalibus est prior, non tempore: sed ut dispositio ad gratiam, & infusum charitatem: & ideo ut sic præcedens non est meritorius propriè de condigno: q̄ nō a charitate elicitus: sed ut cōtinuatus est meritorius: quia charitas,

& gratia cōtinuationē pueniūt. Coexistunt enim in primo instanti electionis actus: & in secundo cōtinuātur: ergo in illo est meritorius: & si hunc actū dilectionis sequitur actus detestationis tempore, sicut fieri potest: & tunc est posterior tempore gratia: si autem est simul cum actu dilectionis: quod similiter fieri potest maxime in habituato, q unico actu potest ferri in mediū, & in finem: & sic uno actu odire peccatum ipsum detestādo propter deum dilectū: & ita illo uno actu in genere entis ferri in duo obiecta ordine quodam. In deū ut in finem super omnia diligendo: & in peccatum tanquam medium ipsum propter finem amatum odiendo: & tūc actus ille simul cum gratia est, & peccati expulsione. ¶ Verum hic Sco. q. ij. huius dist. arti. ij. uidetur sentire, q non quilibet actus detestationis peccati totaliter, & perfecte circumstantionatus circumstantijs moralibus sit dispositio sufficiens, & ultimata ad gratiæ infusionē: nisi fuerit certę intentionis: & per certum tempus a deo determinatum continuatus: in cuius tēporis termino, & nō ante, est dispositio sufficiens ad gratiæ infusionem: & in illo termino a deo pręfixo infunditur gratia: & deletur peccatum. Et secundum hunc modum diceretur, q motus ille detestationis peccati sufficienter circumstantionatus, & perfectus in generē moris, ante instans, seu terminum a deo prefixum usq; ad quod deus determinauit actum illum debere durare, ad hoc ut sit meritum de congruo ad iustificationē ē dispositio præuia, & informis, & attritio; & in illo instāti termini prefixi infunditur gratia, & deletur peccatum: & idem actus, qui usque tunc fuit attritio, si manet idem motus contra peccatum in esse naturæ & in genere moris in eodem instāti fit contritio: quia in illo instanti fit concomitans gratiæ: & ita actus formatus: quia habens secum charitatem, quæ est forma actus: ut hic loquimur. Vnde cōsequenter ita distinguit signa naturæ inter actum, ut est talis in esse naturæ, & moris, & inter charitatem, & inter actū ut est formatus: quia in primo signo naturæ est ibi actus talis, idest sufficienter circumstantionatus in genere moris: in secundo charitas: in tertio actus formatus a charitate inhęrente, & inclinante: & sic attritio fit contritio siue omni mutatiōe reali ipsius actus. Hæc Sco. ¶ Sed quia ista continuatio actus, & determinatio temporis ac termini eius a deo (ut ait) præfixi nullam habet auctoritatem scripturæ: nec ratio probat: ideo ea facilitate contemnitur, qua probatur. ¶ Preterea. Videtur ille motus nō concordare scripturæ, & communibus dictis doctorū. Primum patet: quia nullib legitur in scripturis peccatorem ad sui conuersionem excitantibus: q aliquod tempus sit determinatum misericordiæ dei suscipientis peccatorem, ante cuius terminum misericordiam non impendat: sed magis oppositum. Vnde Ezech. xxxiij. dicitur ex persona domini. Impietas impij nō nocebit ei: in quacunq; die conuersus fuerit ab impietate sua. eadem ratione quacunq; hora, & quocunq; momento. Et iterum ibidem. Cū recesserit impius ab impietate sua: feceritq; iustitiam, & iudicium: uiuet in eis. Cum recesserit, inquit: nullum tempus designando determinatē: sed ad omnem recessum quandocunq; fit, uitam promittit. Et ad hoc potest argui. Deus pronior est ad miserendum, quam ad cōdemnandum: sed quocunq; instanti iustus recesserit a iustitia, faciens iniquitatem, mortem meretur, & gratiam perdit: nec ad oblationem gratiæ requiritur aliqua mora continuationis peccati: ergo quocunq; instanti se auerterit ab iniquitate, dolens se commisisse peccatum cum debitis circumstantijs: hoc est propter deum &c. remittitur peccatum. Secundum probatur: quia commune dictum doct. est: deus non potest diligi amore amicitiæ sine gratia: quia aut gratia hunc actum pręuenit: aut si secū dum prædicta ex naturalibus elicitur, gratia concomitatur: quia nulla potest esse perfectior dispositio ad gratiā, quā dilectio dei propter seipsam super omnia, siue tanquam ultimi finis, quod idē

T Nulli sufficiēter dispolito domin' subtrahit gratiā suā.

V penitentia etiā gratia informata non est meritū de condigno infusiōnis gratiæ.

est:quia hic est nobilissimus actus, quẽ homo elicere potest ex suis naturalibus respectu dei:& ideo perfectissima dispositio:& ideo ista stante infunditur gratia. Quia si nonnunquam infunderetur:quia non est dabilis dispositio perfectior. Ille autem amor requiritur ad detestationem peccati sufficienter circũstantionatam:quia nisi detestatio eliciatur finaliter propter deum super omnia dilectum deficit circumstantia finis: & ita non sufficienter circumstantionatus in genere morum. Item in quocunque instanti facit peccator, quod in se est,& quicquid potest:in eodem instanti deus infundit gratiam: sed in primo instanti conuersionis ad deum, quo elicit odium peccati debitẽ circumstantionatũ facit peccator, quicquid in se est: sicut in secundo,& tertio tẽporis a deo præfixi:ergo in illo instanti deus infundit gratiam,& remittit peccatũ. Tenet consequentia: quia nisi sic peccator in tempore medio usq; ad terminum necessitaretur manere in peccato: & si in illo tempore medio moreretur:damnaretur,qui toto posse se auertisset a peccato:& se ad deum super omnia diligendum conuertisset: quod absurdum est: & longe remouẽdum a diuina pietate, omni tempore,ac momento parata suscipere ad se reuertẽtem: iuxta illud,p̃phetæ. Tu fornicata est cum amatoribus multis:tamen reuertere ad me, & ego suscipiam te. Hier. iij. Nec ratio, quam Sco adducit,intentum suum probat:quia arguit;ꝙ alias dicere oporteret, ꝙ sine omni dispositione sufficienti de cõgruo ex parte pc̃tõris peccator iustificaretur:quod difficile est:& per consequens difficile esset saluare: ꝙ apud deum non esset acceptio personarum: aut nulla potest esse sufficientior dispositio ad iustificationem istam,quam ista attritio sufficienter circumstantionata in genere morum, & cõtinuata usq: ad terminum temporis præfixi a deo:qa dicitur;ꝙ sicut in termino temporis huiusmodi est meritum sufficiens ad gratiæ infusionem in eodem instanti:sic in illo instanti esse talis dispositionis sufficienter,& perfectẽ circumstantionate,est meritum de congruo,non de condigno:quia respectu primæ gratiæ nullũ est meritum de condigno in iustificando. Et si di. In instanti infusionis gratiæ est meritum de condigno:quia informatum gratia. Dicitur, ꝙ non: quia licet sit formatum gratia in eodem instanti infusa:non tamen elicitur a gratia: sed bene continuatur per gratiam, per quã est meritum de condigno præmij beatifici,non aũt gratiæ infusæ:sed bene gratiæ augmentatæ. ¶ Et per hoc ad rationem,qua arguitur,uel est dispositio uel formata,uel ut informis. Respondetur; ꝙ dispositio sufficienter circumstantionata circumstantia finis est dispositio ad gratiam; non præuia, sed concomitans:quia simul est gratia. Et si ad hoc; ꝙ actus dicatur formatus, non sufficit, ꝙ charitas coassistat: sed requiritur ultra,ꝙ sit a charitate elicitus: tunc non est formata:si uero sufficit sola charitatis coassistentia: tunc est formata. Et hunc modũ duplicem formari charitate ponit sanctus Bona dist. xvij. quarti. q.j.ar.v j. Unde nulla est dispositio pręuia in tempore ultimata,& sufficiens: sed bene est dispositio præuia non sufficiens. sicut est primus actus considerationis peccati,& diuinæ bonitatis offẽtæ. Et quæcunq; præcedunt actum, seu motum perfectæ dilectionis in deũ:quia illi disponunt ad eliciendum actum huiusmodi motum seu dilectionis actum: qui ẽ dispositio(ut naturaliter elicitus) ad gratiam concomitantem: ut dictũ est. Et in illo actu dilectionis uirtualiter includitur peccati detestatio: etiam si non adsit formaliter:ut dictum est. Et tantum de illo articulo secundo, quem piẽ corrigẽtibus offero. ¶ Quantum ad tertium articulum est primum dubium, quia dictum est, ꝙ pęna uoluntaria requiritur ad peccati remissionem: quo modo pęna potest esse uoluntaria: cum secundum Augus.c.xv.lib.xiiij.de ciui. dei,pęna est dissensio animæ ab his rebus,quæ nobis nolentibus accidunt:immo quod est uoluntarium, est delectabile:& per consequens non pęnale. Solu-

Arti. 3. Dub. 1. X

Qũo pęna potest esse uoluntaria.

tio post Sco.dist.præsen.q j.q̄ pena dicitur,quodcunq; incommodum,uel affectiuum,seu disconueniens. Et est triplex:corporalis exterior: uel sensitiua interior:que propriè dicitur dolor secū dum Aug ubi supra,uel partis intellectiuę,seu mentis interior, quæ propriè tristitia dicitur:ut ibidem diffinit August.

Quadrupliciter uoluntaria

¶ Potest etiam pęna quadrupliciter esse uoluntaria. Vel quia ut patienter passa: puta quia patiēter toleratur sine remurmuratione. Vel secundo modo:quia accepta,ut medicia acris, & afflictiua. Tertiò,ut causata a uoluntate tanquam a causa propinqua partiali: non tamen intendente effectum. Quartò, ut causata a uoluntate tanquam a causa remota principali effectum intendente. ¶ Quo præmisso dicitur,q̄ pęna corporalis exterior, aut sensitiua interior omnibus hismodis potest esse uolūtaria: ut satis patet:quia potest patienter tolerari ab alio inflicta:potest etiam a uoluntate acceptari:potest a uoluntate,ut motrice membrorum corporis causari:& tamen non intendi: ut qui præter intentionem incidit membrum,aut uulnerat seipsum:potest etiam imperari.ut legitur.iij.Reg.xx.de propheta dicente.Percute me.Sed de tristitia, quæ est pœna mentis: similiter patet: quia tristitia mentis de peccato displicente potest patienter tolerari: potest actu uoluntaris acceptari: ut dum quis sibi complacet in tristitia accedente: immo gaudet se tristari. Potest etiam tristitiam causare utroque modo supra posito:nam tristitia nō causatur nisi a duabus causis partialibus simul concurrentibus.scilicet ex actuali apprǽhensione alicuius existentis, & actuali nolitione eiusdem:his enim concurrētibus sequitur naturaliter tristitia in uolūtate:nisi aliunde fit impedimentum. Quod ergo est causa nolitiōis:est causa partialis tristitiæ.similiter quod est causa apprehensionis noliti. Volūtas ergo:cum sit causa suæ nolitionis:est causa tristitiæ partialis:licet eam non intendat: causa autem propinqua non proxima,uel immediata:sed causa causæ, scilicet suæ nolitionis immediata ¶ Similiter potest causare tristitiam:ut causa totalis mediata principalis,& remota: quia potest utrasque causas partiales immediatas coniungere:potest enim imperare intellectui, ut consideret rem nolitam: & ut sic cōsideratā nolit:& hoc ideo ut sequatur tristitia puniens;& ita utrumq; imperando est una cā remota:& sic totalis in illo ordine illius punientis tristitiæ, non autem simpliciter causa totalis:sed totalis remota:& per hoc patet responsio ad dubium.¶ Sed ad rationem dicitur; q̄ August.ibi diffinit non pęnam generaliter;sed tristitiam:quam non dicit esse nolitam:sed accidere de rebus a nobis nolitis euenientibus.Vnde in proposito tristitia de peccato non est nolita: sed peccatum a nobis nolitum est,a cuius nolitione,& eius appręhensione tanquam actibus a nobis uoluntariè causatis naturaliter sequitur tristitia, quę est uolita:aut a uoluntate accepta. Et simul potest stare tristitia, & gaudium siue delectatio:non respectu eiusdem obiecti, sed diuersorum:ut tristitia de peccato cōmisso quod non placet:& tamen commissum est,& gaudium de tristitia uolita,uel acceptata. ¶ Quod uero dicitur peccatum non dimitti sine pęna uoluntaria;intelligendum est,q̄ non dimittitur peccatum sine actu pęnitentiæ, scilicet detestationis peccati ad quem quā cum est de se nata est sequi pęna mētis, scilicet tristitia:etiam si aliquando non sequatur propter aliquem defectum,uel impedimētum. ¶ Secundò dubitatur de ordine actuum pęnitentiæ in primo articulo designatorum:quia nō uidetur; q̄ uelle uindicare sit prius:sed detestatio peccati:quia uelle uindicare peccatum,præsupponit nolle peccati:ideo.n. quis uult uindicare peccatum :quia displicet.¶ Solutio. Actus illi non sunt essentialiter ordinati ad inuicem ,quia posterius nominati possunt esse hi e prioribus:& econuerso. Vnde quandoq; uelle uindicare peccatum est prius,seu primus:ut quando apprǽhenditur peccatum,ut uindicandum ; & statim sequitur uelle uindicare, & præcipere intellectui

Tristitia quomodo causatur a uoluntate.

Dub. 2. Y De ordine actuum pęnitētiæ.

actui considerare peccatum, ut malum: & sibi ipsi imperare, ut eliciat eius detestationem: & hoc, ut sequatur tristitia puniens: immo potest uelle uindicare peccatum pœna exteriori: & tamen non habere displicentiam peccatis sicut nonnulli nolentes dimittere peccatu, nihilominus assumunt aliquam satisfactionē, ieiunium, uel laborē propeccato: quod tamen placet. Potest etiā precedere detestatio peccati: & de hinc quia displicet peccatum, sequi uelle punire. Verū dum actus illi sunt ordinati, & circumstātia ultimi finis uestiti, regulariter uidet precedere actus detestationis. Apprehēso enim peccato ut dei offensiuo: statim sequitur nolle peccati, ut diuinæ maiestatis offensiui: & hoc nolle, & apprehensionem preuiam naturaliter sequitur tristitia: & hanc acceptatio eius: & hinc sequitur uelle uindicare ipsum: quia a deo preceptum, uel pœna interiore eam augmentando, uel continuando: uel pœna exteriore, ut confessione, & satisfactione: unde quandocunque peccatum apprehenditur ut uindicandum tanquam deo displicens: statim displicet uoluntati deū diligenti: & non potest elici uelle uindicare, quia dei offensiuum: quin precedat detestatio peccati. Verū inter detestationem, & tristitiam consequenter est essentialis ordo: quia necessario detestatio precedit tristitiam: in alijs non sic: ideo ordo mutationis actuum non dicit ordinem eorum essentialem: ideo uariari non potest detestatio tamen essentialius se habet ad peccati deletionē, quā cæteri: ut dictum est. ¶ Tertio dubitatur:

Dub. 3.

Z Verum pœnitētia sit uirtus, moralis, uel theologica.

utrū penitētia sit uirtus, & si sic, an theologica, uel moralis. Pro responsione notādum, q pœnitētia quandoq; dicit actū, quandoq; habitum, & uterq; potest esse ordinatus, uel inordinatus uel indifferens, ut dictum est. Dubium solum intelligi debet de ordinato actu, uel habitu: quia inordinatus, uel indifferens nō pertinet ad uirtutem. Item cū uirtus sit habitus: manifestū est, q pœnitētia actus et ordinatus nō est uirtus: pōt tñ esse uirtuosus: quia uel a uirtute elicitus, uel uirtutis generatiuus: quę nūc supponun̄t ex dictis in. iij dist. xxiij. Quibus præmissis respōdetur per duas propositiones. ¶ Prima. Sicut omnis pœnitētia ordinata habitualis est uirtus: ita pœnitencia actualis est actus uirtuosus. Probatur primō secundum: quia omnis actus elicitus conformatur rationi rectæ: & propter hoc est uirtuosus: pœnitentia actualis est huiusmodi: ergo. Consequentia nota cum maiore. Minor probatur quoad principalem actum pœnitētię, qui est detestatio: quia sicut recta ratio dictat bonum honestum esse uolendum: ita dictat bonū inhonestum: quale est omne peccatum esse nolendum. Nolle peccatum est detestatio peccati. Probatur etiam de actu uindicandi: quia secundum rectam rationem sicut bonum est præmiandū, ita malum puniendum: ut habitum est in primō articulo: & ideo puniens malum (maxime dum aliud a legislatore sibi commissum est) facit actum rectæ rationi cōformem, ergo actum uirtuosum. Vnicuiq; autem cōmisit dominus punire peccatum suum in seipso, in hoc, q unicuiq; mandauit pœnitentiam: ergo. Ad illos autē duos actus. s. detestari, & uelle punire peccatum, sequuntur cæteri: ideo si illi duo sunt uirtuosi: etiā qui ad eos consequuntur, sunt uirtuosi: nam bonum nō est, ad quod per se sequitur malum. Prima pars propositionis de habitu patet: quia omnis habitus genitus ex actibus uirtuosis, & inclinās ad tales est uirtus: talis est habitus pœnitentię ordinatus, ergo deductio quantum ad omnes satis patet. ¶ Secūda propositio. Sicut diuersi actus pœnitentię ad diuersas uirtutes possunt reduci: ita & eorum habitus sub diuersis uirtutibus poterunt cōtineri. Prima pars patet de actu uindicandi, qui reducitur ad uirtutem iustitię distributiuę, cuius est premia uirtutibus, & pœnas uitiis dispensare: nam uindicans peccatum hoc agit, ut minister iudicis, dispensans præmia meritis. Nec impedit, q uindicat peccatum in seipso: quia accidit ministro, cui committitur uindicta peccati; quis sit is, qui peccat: unde agit hunc actum in se, ut in alterum: quia agit ut minister iudicis in reum contra le-

ppo. 1.

ppo. 2.

A

gem peccātem: ut dicit Sco. Et licet pœnitere dicat uindictam, ut in se: hoc tamen non uariat rationem uindictę inferendæ ratione cuius reducitur ad uirtutem distributiuam. Sed quantum ad actū detestationis peccati pœnitentia reducitur ad diuersas uirtutes: unde potest esse cuiuscunq; uirtutis appetitiuę; unde quęcunq; uirtus inclinat ad uolendum bonum honestum: etiam inclinat ad nolendum malū inhonestum oppositum: unde nolle luxuriā, reducitur ad uirtutē castitatis: detestari superbiā, ad uirtutem humilitatis: respuere gastrimargiā, ad uirtutem temperātię: & sic de alijs. Alij actus hos sequentes reducuntur ad easdem uirtutes actuū, ad quos sequuntur. Tolerare tāpœnam pro peccatis inflictā, reducitē ad uirtutē patientię: & quod dictū est de actibus similiter intelligendū est de eorū habitibus. ¶ Verū pœnitentia pōt accipi strictissimè, ut est respectu peccati, ut expiabilis p ipsam: & sic pōt esse spiritualis uirtus: q̄a habet speciale obiectū, uel rationem obiecti: puta ut expiabilis. Finis. n. est obiectum: ut habitum est in. iij. dist. xxiij. & detestari peccatum ut expiabile est, ii. ut expietur, est specialis finis: & tamē sub fine: & sic loquitur Tho. & Ric. Sed non tantum secundum hanc acceptionē hic agitur de pœnitentia: sed uel de pœnitentia generaliter, ut est respectu peccati, ut est malū: uel specialius ut est actus, uel habitus respectu peccati ordinatus: nam illa acceptio strictissima nō conuenit perfectissimæ pœnitentię, quæ maximè meretur peccati expiationem, quæ est detestatio peccati pręcise: quia dei offensiuum non cogitando an sit expiabile, uel non: & ideo est nimis stricta in proposito. ¶ De secūdo quęsito in dubio, an pœnitentia sit uirtus moralis, uel theologicalis. Pro cuius solutione notādum, q actus pœnitentiæ ordinatus est: qui fertur in peccatum tanquam in obiectum ipsum detestādo, uel uindicando: & in deū tanquam finem: quia est detestatio, uel uindicatio peccati propter deū. Nūc aūt ut dictū est in. j. dist. j. uno actu possumus ferri in finē, & in mediū propter finē: & tūc actus ille sicut habet

AA Pœnitētia quædā pōt esse moralis, & theologica.

duplex obiectū. s. finem, & mediū: sic sortitur diuersa nomina: nam inquantū terminatur ad finem, dicitur fruitio: & inquantum terminatur ad medium, dicitē usus. Possumus etiam ferri in finē, & medium duobus actibus distinctis: quorum unus tantum ad finē terminatur; & ille erit fruitio tantū: alius terminatur tantum ad medium, & est usus tantū. Sic in proposito actus pœnitentiæ, quo detestor peccatū propter deū tanquā finem ultimū: pōt esse unus, qui respectu finis est amor: respectu peccati est odiū. Nam illo uno actu peccatū odio propter deū sup omnia dilectū: & ille actus simul pertinet ad uirtutē theologicā, & moralem. i. pertinet ad habitū inclinantem ad actū illū prout terminatur ad utrūq; obiectū finem. s. & mediū, & ille habitus est uirtus moralis, & theologica acquisita: q̄a habet pro obiecto deū: ideo theologica, & peccatū uel pœnā: ideo moralis ¶ Possunt etiam esse duo actus. Vnus respectu finis, qui est actus dilectionis dei sup omnia. Alius respectu peccati, uel pœnę, qui pertinet ad uirtutem moralem sicut primus ad theologicā. s. charitatem. Vult tamen hic Ockā dicere: q quia res magis denominatur ab eo, quod est sibi proprius: quā quod est sibi cōmune cū alijs: quia p nomina res discernuntur: iō actus ille, qui ęquiualenter includit duos actus pertinentes ad distinctas uirtutes, quorū unus causatur ab alio: magis denominatur a secundo actu, quàm a primo: q̄a primus cōior est causalitate, quàm secūdus: & ideo actus ille, æqualenter includens actū dilectionis dei, ut finis: & actū detestandi peccatum ut medij, magis denominatur a uirtute secundi actus, quā a uirtute primi: hoc est magis dicitē actus pœnitentiæ (id est iustitiæ humilitatis: tēperantiæ &c. quia pœnitentia non est una uirtus secūdū speciem: sed multas includit: ut dictum est) quā actus dilectionis, uel amicitiæ; quia ille actus respectu finis est cōmunior in causando, quā secundus: pōt. n. actus respectu finis causa re actus respectu quorūcunq; mediorum ad illum finem tanquam causa partialis: nō sic actus respectu certi medij: & a mi

Dub. 4. BB Vtrum gratia, ad quā disponit pœnitentia, sit eadē cū gratia sacramentali. nus cōmuni sit denominatio. ¶ Dubitari posset de gratia, ad quam disponit pœnitentia, per quā deletur peccatum; utrū sit eadem cum gratia sacramentali, & cū gratia donorum, & uirtutū. Sed satis responsum est sup. dist. ii. q. j. ubi dictum est, q gratia, qua delentur peccata: & gratia sacramentorū, ac uirtutum, & donorum est gratia gratum faciens, quæ est una specie: quia identificatur charitati, quę est una uirtus secundū speciē: & ideo est eadem gratia omnium illorū scdm speciē: licet nō eadē numero: neq; eadē secūdū intētionē. ¶ Posset ēt dubitari de subiecto pœnitētię. Sed satis patet, q oēs pęnitētię actus sunt actus potentiæ appetitiuę: quia nolle peccasse: uelle uindicare pctūm: aut cōplacere in illis: ideo pęnitētia quārū ad oēs actus suos pariter & habitus est in uoluntate, tanquā in subiecto. Vtrū aūt sit in cōcupiscibili, uel irascibili: nā illę potentiæ nō tātū in appetitiua sensitiua; sed etiā intellectiua ponūtur: dicitur, q quantū ad eā, quę inclinat ad uindicandū est in irascibili: & quātū ad eam, quę inclinat ad detestandū est in cōcupiscibili. ¶ Itē

Dub. 5.

Dub. 6. CC dubitatur, quorū est penitentia. Ad hoc respōdetur: loquēdo de pęnitētia acquisita, non est innocentium: quia qui non habuerūt pctūm, nō possunt habere actū respectu sui peccati: ubi nō est actus: ibi nec habitus ex actibus acquisitis. Ex hoc sequit: q neq; angeli: nec christus: neq; uirgo beata habuerunt pęnitentiam. Sed de beatis, qui in uia habuere pęnitentiā: si habitus acquisiti manent in patria tanquam animæ ornatus: licet ibi non habuerunt actū: dicēdū, q in eis est pęnitentiæ habitus: uerū in beatitudine habere possunt actum pęnitentię non quidem uindicādi peccatum, aut puniēdi: sed detestandi peccatum: quia etiam in beatitudine displicet peccatum. Item actum complacendi, quo cōplacet detestatio peccati. Et ut alij dicunt: gaudium, uel complacentiā remissionis peccati. Sed uideat lector; an illa sit actus pęnitentiæ: si uero penitentia etiā extēditur ad pęnitentiam inordinatam, & infructuosam: tunc etiā in damnatis est pœnitentiā quoad actum, & habitū: dolent enim, & uellēt se nō peccasse: licet peruersa intentione: iuxta illud Sap. v. Pœnitentiā agentes &c. non tamen est in eis pœnitentia ordinata: sed de habitu infuso nō est aliqua necessitas ponendi illum: si tamen ponitur: etiam illa manet in beatis: quāuis non haberet actū: non tamen ponitur in angelis confirmatis in gratia. Sed secundū aliquos ponitur in innocentibus, qui licet non peccauerunt; tamen peccare potuerunt. Habitus autem non solum respicit actum, qui est, uel fuit: sed etiam qui potest esse: licet nunquam erit. ¶ Posset etiam dubitari de origine pœnitentiæ; an semper concipiatur ex timore. Illud dubium solum locum habet de pœnitentia acquisita: & prę sertim de actu eius: quia habitus præsupponit actum. Et dicitur; q in incipientibus nondum perfectis (nam & perfecti quandoq; labuntur: iuxta illud. Septies in die cadit iustus) frequenter oritur ex timore pœnæ, qui oritur ex amore sui. Sed in perfectis oritur ex amore dei, & iustitiæ: quibus magis displicet peccatum: quia contra deū, & iustitiam: quā quia pęnæ inductiuū. Et quoniam actus circa medium oriuntur ex actibus circa finem: secundū diuersos fines pœnitentiæ ex diuersis oritur pœnitentia. Et tantum de ista quęstione.

Dub. 7. DD De origine pœnitētiæ.

QVAESTIO. II.

VTRVM per pœnitentiæ sacramentum deleatur mortale peccatum. ¶ Tribus articulis quęstio uentilabitur: .s. positione notabilium, conclusionum, & dubiorum. ¶ Quantum ad primum nota, q pęnitentię sacramentum, sic describitur a Scot. quæst. iiii. huius distinct. &c. & Ockam. Pœnitentiæ sacramentum est absolutio hominis pęnitentis facta a sacerdote iurisdictione habente, sub certa uerborum forma, cum debita intentione prolata, ex institutione diuina efficaciter significantium absolutionem animæ a peccatis. ¶ Dicitur A

Arti. 1. Not. 1. Diffinitio sacramēti pœnitētię.

primò est absolutio .i. quædam sententia diffinitiua absoluens reum nõ tamẽ sententia iudicis principalis: sed iudicis secundarij, uel cõmissarij. Potest enim quis ex cõmissione cognoscere in causa: & ita etiam ex cõmissione iudicare, seu sententiare pro condẽnatione rei, si indignus est: uel pro eius absolutione, si dignus est. Quòd autem dicitur absoluens non intelligitur uerè, & realiter: alias in fictè accedente non esset sacramentum: sed absoluens .i. absolutionẽ significans: unde absolutio in diffinitione tantum ualet .i. absolutionis prolatio: hoc est prolatio quorũdam uerborum absolutionem significantium. ¶ Dicitur facta a sacerdote: ubi tangitur minister huius sacramenti, qui solus est sacerdos: unde ab alio, quã a sacerdote ministrari hoc sacramentum nõ potest: ut inf. dist. xvii. dicetur. ¶ Dicitur iurisdictionem habentem: quia non quilibet sacerdos indifferenter potest hoc sacramentum ministrare, quia ipsum est sacramentum iudiciale: & sacerdos ut iudex absoluendo profert sententiã ligantẽ, uel soluentẽ. Nunc autẽ sententia a nõ suo iudice lata est nulla: oportet ergo sacerdotem absoluentẽ esse iudicem cõfitentis: & ita in eum habere iurisdictionem. Et hęc iurisdictio est de necessitate sacramenti: ita ꝙ si ab alio iurisdictionem non habente ministretur: nõ solum peccat ministrans: sed irritum est sacramentum: de quo magis infra. Unde congruũ est, ꝙ idem habeat potestatem in corpus christi uerũ, & mysticũ: ex quo sequitur: ꝙ nihil pertinens ad sacramentum pęnitentiæ, potest a laico dispensari: sicut nec confectio eucharistiæ: quia sicut solis apostolis, & eorũ successoribus dictũ est. Hoc facite in meã cõmemorationẽ: ita eis tantum dictũ est. Accipite spiritũsanctum, quorum remiseritis peccata, remittũtur eis &c. Et ideo confessio, quæ est prævia ad sacramentum pœnitentiæ: facta laico nihil ualet uirtute operis operati, ut infra dicetur.

B ¶ Dicitur hominis pęnitentis .i. confitẽtis: q. ad ueritatẽ sacramẽti nõ requirit: ꝙ absoluendus sit pęnitẽs per actũ pęnitentię interiorẽ: de quibus pręcedenti quæstione dictũ est. Nã fictè accedẽs nõ est pęnitens: & tñ uerũ est sacramẽtũ cæteris paribus: licet infructuosũ: quia etsi ibi sit sacramentũ significãs: nõ tamẽ est res significata propter impedimentũ, & obicẽ fictionis: unde etsi significatur absolui: nõ tamẽ absoluitur a peccatis: nec gratiã cõsequitur, quę est res sacramẽti, sed necessariò requirit cõfessio pctõrũ, sine qua nõ est sacramẽtũ: & in hoc tangit materia huius sacramẽti eo mõ, quo hic inuenitur materia. Ubi nota secũdũ beatũ Tho. dist. pñtis q. j. ar. j. ꝙ quędã sunt sacramenta, quæ non requirunt aliquẽ actũ in suscipiẽte quãtũ ad ueritatẽ sacramenti, nisi per accidens, sicut remouens, prohibẽs: ut baptismo, cõfirmatione, eucharistia, ordine, & extrema unctione: & in illis: quia siue suscipientis actu cõplentur: est aliqua materia .i. aliquid materiale pręter uerba formalia requisitũ ad ueritatẽ sacramenti: ut in baptismo aqua: in confirmatione chrisma cõsecratũ: in unctione oleum infirmorum benedictũ: in ordine calix cũ pane, & uino ordinando porrectus: uel aliud tale signum secundũ exigentiã ordinis: sed de ordine postea uidebitur. Et in illis uerum est uerbũ Aug. Accedat uerbũ ad elementum; & fit sacramentũ. Nã & ipsa uerba hæc proferens loquitur de sacramento baptismatis. Alia sunt sacramenta, quæ requirũt per se, & essentialiter: hoc est necessariò, ut sit uerũ sacramentum, actum eius, qui sacramentũ recipit: ut in pœnitẽtia, & matrimonio. In pœnitentia requiritur confessio pctõrũ: in matrimonio expressio cõsensus contrahẽtiũ: & in illis non est talis materia. Sed ipsi actus suscipiẽtiũ exteriores sunt ꝑ materia: sicut actus sacerdotis pro forma: ut uult Alex par. iiii. q. lx. mẽb. xx. hoc etiã uult Richar. q. in his sacramentis pro materia est illud, quod ex parte suscipientis sacramentũ cõcurrit. unde dicit q. j. dist. xvi. ar. j. & ii. ꝙ partes materiales sacramenti pęnitentię sunt cõpunctio, confessio, & satisfactio: uerum cõpunctio non est de necessitate sacramenti: sed de necessitate suscipiẽtis sacra

Confessio est d

necessitate huius sacramenti.

De materia.

sacramentum: etiam non est pars sacramenti pœnitentiæ, quamuis requiratur ut digne agatur: quia non est sensibilis. Sacramentũ aũt constat ex sensibilibus signis tãquã ex materia, & forma: quod additur propter intẽtioné ministri quæ requiritur. Satisfactio similiter in uoto requiritur ad dignã susceptionem nõ in opere: quia in opere sequit sacramentũ: in uoto tñ nõ requiritur ad necessitatẽ sacramenti: sola confessio necessariò requiritur ex parte suscipientis, ut sit sacramentũ. Sunt tñ, qui dicunt, ꝙ ipse suscipientis sacramentũ sit materia: ut dicit Gerson in suis floribus moralibus. Materia suscipiens in sacramento cõfessionis est hõ peccator cõtritus sponte se subijciens sacerdoti. Sed impropriè uidetur suscipiens dici materia sacramenti: quia simili ratione posset minister dici materia, uel saltẽ forma: quod nulli dicunt: unde inter ministrum suscipientem, materiã, & formã debet esse distinctio: tñ illud sustinendo: quia forte in sacramento matrimonii illa distinctio saluari non potest, saltem realis: ut infra dicetur põt poni triplex materia sacramenti pœnitẽtiæ remotissima, & sunt peccata: remota, & est peccator confitens: & propinqua: & est ipsa confessio. Qũo tamen materia, & forma ponitur in sacramẽtis nõ propriè, sed metaphorice: dictũ est. sup. dist. iii. q. j.

C De forma absolutiõis. ¶ Dicitur in diffinitione sacramenti pœnitentiæ: sub certa uerborum forma: ubi tangitur forma huius sacramenti, quę est absolutio sacerdotalis: non autem necesse est hanc formam absolutionis ita præcisam esse, sicut in baptismo, uel euchatistia: quia sufficit, ꝙ exprimatur actus absoluentis: sicut & in iudicẽ publico non oportet esse limitata uerba: ait enim unus ut Sco. q. iiii. huius dist. de Theodoro martyre: Iubeo ignibus tradi. Alius de Cypriano gladio animaduerti (idest puniri) placet. Communiter tamen ista uerba sunt apta: ego absoluo te: quęcunq; alia pręmittant, uel cõsequant secũdũ diuersam cõsuetudinem in diuersis ecclesiis. Hęc Sco. ¶ Attaxanꝰ dicit, ꝙ forma absolutionis hęc ẽ. Absoluo te ab oibus pctis tuis: & sumitur ex uerbis christi Matth. xvi. ad petrum. Quodcunq; solueris super terrã, erit solutũ & i cęlis. Absolutiones aũt in publico factæ: s. misereatur tui &c. uel, indulgentiã, & remissionẽ &c. nõ sunt sacramentales: sed orationes ordinatæ ad remissionem pctõrum uenialium. Et ergo in sacramentali absolutione nõ sufficeret eas dicere: quia presbyter nõ per eas significat fieri absolutionem: sed petit, ut fiat. Præmittitur tñ deprecatio in sacramẽtali absolutione: ut effectus absolutionis nõ impediatur: non tamen est de essentia sacramẽti. Et quia deus principaliter absoluit per ministerium sacerdotis conuenienter apponitur aliquid, quod pertineat ad auctoritatem principaliter absoluentis: ut sic. Ego absoluo te a peccatis tuis: in nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Vnde uidentur illa uerba omnino sufficere, & esse congrua: hęc enim exprimunt ministrum, & eius actum, & personam suscipientem: & peccata, a quibus absoluitur, & auctoritatem principalem, licet secundũ Sco. illa solum sint necessaria: absoluo te: cętera, q̃ in forma illa a quibusdam adduntur superflua sunt, & periculosa: ut sunt illa, confessis, contritis, & oblitis: quia secundum multos, non ꝑquirit cõtritio: sed sufficit attritio: & sic quãtũ ad attrita, nõ cõtrita frustra ret effectus absolutionis. ¶ Præterea cũ dicitur absoluo te a peccatis: omnia peccata includuntur: & ab omnibus absoluitur: si non ponit obicem. unum enim peccatum saltem mortale sine alio non remittitur: si uero ponit obicem: non omnia quorum habet memoriam confitendo: aut propositum habens peccata continuandi: aut complacentiam in commissis: iam non absoluitur: quęcũq; uerba proferantur: & ideo superflue addantur confessis &c. Et tantum de forma. ¶ Dicitur consequenter in diffinitione: cum debita intentione prolata: quia intentio ministri requiritur in omnibus sacramentis faciendi illud, quod ecclesia intendit: ut latius dictum est de baptismo. ¶ Dicitur: ex institutione diuina efficaciter &c. ubi

duo tangnutur: scilicet institutio eius quæ sicut aliorum sacramentorum fieri non potuit nisi per christum: ut dictum est dist.j.q.ii. Sed quando, & ubi institutũ sit: dicetur in tertio articulo secundũ efficaciam significationis eius, quia est signum certũ demonstratiuũ, semper habens affectum nisi ponatur obex: sicut latius expositũ est de sacramentis in genere. q.j. dist.j. ¶ Ex his omnibus colligi posset quid nominis sacramenti pœnitẽtiæ clarius sic. Sacramentum pœnitentię est prolatio certorũ uerborũ super homine peccata sua cõfitẽte a sacerdote idoneo, debita intentione ex institutione diuina efficaciter significatiũ absolutionẽ confitentis a peccatis. Et patent clausulæ. Nam quod dicitur idoneo: excludit sacerdotẽ auctoritate absoluendi cõfitentem non habẽtem, ueluti non potentem. ¶ Corollariũ. Pœnitentia sacramentum in re nihil aliud est, quam uerba formalia dicto modo prolata. ¶ Secũdo notandum, ꝙ licet apud omnes concedatur, ꝙ per sacramentum pœnitentiæ deletur culpa: quõ tñ ista deletio intelligẽda sit diuersę sunt opiniones. Vna est magistri dist. xviij. ubi uidetur sentire, ꝙ in hoc soluit peccata sacerdos euãgelicus: quia ostendit ligatũ, uel solutũ: unde dicit: hi ergo scilicet sacerdotes peccata dimittunt, uel retinent, dum dimissa a deo, uel retenta iudicant, & ostẽdunt. Ex quibus consequenter sequitur: ꝙ per sacramentũ pœnitentiæ non remittitur culpa: sed a deo per contritionẽ prçuiã est remissa, priusquã suscipiatur sacramentum in effectu: licet non prius quam suscipiatur in uoto, & proposito. Et ad hoc multa adducit, quæ ibi patent in textu: & illam opinionẽ cõiter sequũtur doctores antiqui. Sed Sco.q.iiii. huius dist. oppositam tenet opinionem. s. ꝙ etiam uirtute huius sacramenti culpa remittitur, quę sine hoc sacramẽto in actu non remitteretur. Vnde arguitur contra primam opinionem dicens. Ista opinio uidetur nimis derogare sacramẽto pœnitentiæ: nã secundũ eã per sacramẽtũ pœnitentię nũquã deleret peccatũ: sed necesse esset prius deleri ꝑ contritionẽ ad hoc, ꝙ dignẽ susciperetur sacramẽtũ pœnitentiæ: quia nullus dignẽ ostenditur mundus a lepra peccati, nisi prius sit immunis ab eo: sed hoc est inconueniens: quia tunc sequeretur, ꝙ pœnitentia non esset sacramentum nouę legis: nec aliquam causalitatẽ, uel dispositionem causalem haberet ad primam gratiam. ¶ Præterea sequeretur, ꝙ nunquã sacramentũ pœnitentiæ posset esse secũda tabula post naufragiũ: quia nunquã liberaret naufragũ a periculo submersionis. Itẽ susceptio illius sacramenti est instrumẽtũ ad gratiã. i. dispositio efficax, & necessaria est statuto diuino ad gratię susceptionẽ. Instrumentũ autẽ uel dispositio prçuia nõ est signũ rememoratiuum, siue ostensiuũ alicuius, ut iam prçteritis, sed futuri: ergo collatio sacramẽti pœnitentiæ ad hoc, ut dignẽ fiat, non oportet ut sit signũ prçcedentis absolutionis diuinæ. dicitur ergo, ꝙ sacramentũ pœnitentię potest dignẽ recipi ab attrito, & hoc tãta attritione, quę nõ sufficeret ad suscipiendũ gratiã in termino attritionis sine sacramento, quam tamẽ recipit uigore absolutionis sacramentalis: ut dicit dist. xviii. & dis. xiiii. q. iiii. ubi latius prosequitur. Dicit, ꝙ ita deus requirit dispositionem de congruo ad hoc, ut peccatori conferat gratiã: & hoc non ꝙ alliget potentiã suam sacramentis: quin tamen sine dispositione præuia, & congrua, quæ sufficeret, conferat per sacramẽtũ gratiã: & hoc est maioris misericordiæ. s. duplicẽ uiam instituere, per quã iustificetur peccator: quã ipsum ad unam uiã arctare. Sicut ergo adultus primã gratiã delentẽ originale põt habere duplicẽ uiã. s. ex bono motu disponente ad illã de cõgruo: uel ex susceptione baptismi: sic in proposito. Et hoc declarat sic. Ad primam susceptionem gratiæ requiritur aliquis motus meritorius de cõgruo. Ad secundum autem non requiritur nisi uoluntaria susceptio baptismi, & sine fictione: hoc est cum intentione suscipiẽdi quod confert ecclesia, & sine actu uel uoluntate peccati mortalis: ita ꝙ in primo requiritur aliquod opus intrinsecum aliquo modo acceptum tan-

Coroll.

Not. 2. D

Quõ ꝑ sacramẽtũ pœnitẽtię delẽ culpa uarię opiniones.

Soluuntur rõnes incõtrariũ.

Facilĩtat & arctat uiã regni Scotus.

quam meritũ de cõgruo. In secũdo solũ requiritur opus exterius cũ remotione impedimenti interioris. Non solũ ergo attritus per aliquod tempus usq; ad certũ instãs in ultimo instanti recipit gratiã delentẽ pctũm tanq̃ per uirtutẽ meriti de cõgruo: sed nõ habens talẽ actũ, qui sufficiat ad meritum de cõgruo: sed tantum habens uoluntatẽ suscipiendi sacramentum ecclesiæ: & sine obice peccati mortalis actualiter in facto, uel in uoluntate inhærentis suscipit (non ex merito, sed ex pacto diuino) effectum illius sacramenti sicut sic paũ attritus (etiã attritione, quę non habet rõnem meriti ad remissionem peccati: uolens tamen recipere sacramentũ pęnitentię sicut dispensatur in ecclesia: & sine obice peccati mortalis in uoluntate in actu, in ultimo instanti illius prolationis uerborũ: in quo .s. est uis sacramenti istius) recipiat effectum sacramentalem .s. gratiã, pœnitentialem. Non quidem ex merito: quia dispositio interior non erat sufficiens per modum meriti: sed ex pacto dei assistentis suo sacramento ad effectum illum, ad quem instituit sacramentum: alioquin non apparet, quomodo sacramentum pœnitentię est secũda tabula: si nunquam per ipsum (ut sacramẽtum est) posset recuperari prima gratia amissa: sed tantum per attritionem, per dispositionem præuiam, & per contritionem tanquam per dispositionem cõpletiuam. Hæc ille. ¶ Et consequenter respondet ad August. & Cassio. (super illud Psal. Dixi confitebor &c. & tu remisisti &c. Nondum pronuntiauit, ait August. sed promittit se pronuntiaturum, & deus dimittit. Et Cassio. Magna pietas dei: q ad solam promissionem peccatum dimittit: uotũ enim pro operatione iudicatur) q frequenter dimittitur peccatum per aliquem motum attritionis, tanquã per meritum de congruo ante susceptionem sacramenti pœnitentiæ: sicut in adulto frequenter dimittitur originale ante susceptionem baptismi: nec tamen sequitur; q per sacramentum non dimittatur: quia si illa alia dimissio quandoq; nõ adsit, ista nõ deficit: & ista minus requirit, solam .s. intentionem suscipiendi baptismum, siue sacramentum pœnitentię sine obice contra effectũ. ¶ Similiter ad illud Aug. super Ioann. xi. de resuscitatione Lazari. Nemo põt confiteri nisi resuscitatus: quod probat tripliciter. Primò de resuscitatione Lazari, qui primò suscitatus est, quã de monumento eductus. Secundò per illud Eccl. c. xvii. A mortuo uelut qui non est, perit confessio. Tertiò per illud ps. Nũquid medici suscitabunt, & confitebuntur tibi. Respondet; q duplex est confessio, laudis, & fraudis. Confessione laudis nullus dignè confitetur, nisi prius suscitatus: quia non est speciosa laus in ore peccatoris: secundũ Hieron. in epistola. Cogitis &c. Sed confessio fraudis accepta est in ore peccatoris: hoc est eius, qui adhuc peccator est. i. cuius peccatum nondum remissum est: dum tamen non sit peccator in uoto, seu actu interiore, uel exteriore. Concedit ergo: q ante perceptionem dignam pœnitentię oportet suscitari, uel simpliciter: & tunc per pœnitentiæ sacramentum non deletur peccatũ: sed gratia, quę infuit, augetur: uel suscitari secundum quid, .s. ut habeat aliqualem displicentiã de peccatis: & propositum cauendi de cęteros & uelit suscipere sacramentum penitentię: in quo attritio fit contritio: & tunc suscitatur simpliciter per sacramentum. ¶ Et cum arguitur de Lazaro: respondet, q reus obligatur debito pęnæ æternæ: quo soluto, obligatus est ad pœnã tẽporalẽ: prius aũt suscitatur, q̃ obligatio prima mutetur in secũdã. Vel qđ uerius est: prius suscitatur, q̃ soluatur a secũda obligatione: & hoc mõ ad sacerdotes pertinet soluere non simpliciter: sed pro parte pęnæ, quã possunt relaxare uirtute clauiũ: & sic Lazarus uiuificatus a christo .i. pctõr a morte culpæ per gratiam resuscitatus, & solutus a carcere sepulcri .i. a debito pœnæ inferni, relinquitur discipulis soluendus ab institis .i. a pœnis temporalibus, in quas commutatur pęna æterna, quas pęnas temporales potest relaxare sacerdos claue non errante. Et conse-

Duplex ex confessio laudis & fraudis.

quêter addit, quod sacerdos ita dimittit peccatum in pœnitentia, sicut in baptismo: & ita absoluit sicut baptizat: quia utrobiq; simpliciter uerũ est, quod ministrat sacramentum. Effectũ aũt sacramenti ministerialiter causat: quia aliquid causat ad quod secundum dispositionem, seu pactionẽ dei regulariter sequitur effectus sacramenti. Sic hinducit illud Hiero. quod sicut sacerdos legalis ostendebat leprosos mundatos: sic sacerdos euangelicus ostendit peccatores iustificatos, affirmatiuam concedit: sed negatiuam (scilicet quod non aliter sacerdos euangelicus se habeat ad leprosos spiritualiter, quam sacerdos legalis ad leprosos corporaliter, scilicet præcisè ad ostendendum munditiam, & immunditiam) hinc inde negat tanquam falsam. Et rationem assignat: quia deus non dedit in uete. le. aliquam cerimoniam, uel purificationẽ, cui ministrante a ministro idoneo assistat regulariter ad mundandum lepram corporalem. Dedit autem in lege noua aliquod sacramẽtum, cui ex pacto regulariter assistit ad mundandũ leprosum spiritualiter: nisi impediat obex contrariæ uoluntatis. Hęc omnia Sco. dist. xiiii. q. ulti. ¶ Et distin. xvni.
E hãc differentiã sacerdotũ legalis ab euãgelico, etiam ostendit dicens: quod uerum est, quod sacerdos euangelicus ostendit istũ mundatum, & solutum pro instanti, pro quo intelligitur sua absolutio: sed non hoc solum: immo sic ostendit, quod illa ostensio est dispositio pręuia, & necessaria ad illud, quod ostẽditur. Hæc est inquit, excellentia sacramentorum nouę legis: quod eorũ susceptio est dispositio sufficiẽs ad gratiam illorum autem legalium nec susceptio erat dispositio efficax ad mundationem corporalem leprę uel huiusmodi fæditatis: esset autem simile, si fieret sermo de sacerdote legali purificante aliquem per aquas lustrationis ab aliqua irregularitate contracta in lege ex contactu leprę uel huiusmodi: tũc enim sacerdos ille exerceret quędam actum: qui esset signum efficax reconciliationis huiusmodi irregularitatis, & mundationis illius polluti, in cuius mundationis actu uel termino sequitur effectus signatus; scilicet, quod iste est dignus communicare cum cęteris synagogę. Hæc ibi. Ista opinio esset ualde acceptanda, si haberet firmamentum scripturę, & sanctorum patrum: etiam si sicut ex hac parte facilitat, & relaxat uiam ad consequendam gratiam, & peccatorum deletionem: non ex alia parte arctaret, & difficultaret. Sed quantum ex parte sacramenti suscipiendi uiam reddit facilem, & certam (nam satis certus esse potest quis de se, quod habet uoluntatem recipiendi sacramentum. Certus etiã esse potest, quod non ponit obicem: quia certus esse potest, quod actu non peccat mortaliter: & quod non habet uoluntatem, seu propositum peccandi mortaliter in futuro: quibus stantibus, si suscipit sacramentum: certus est se consequi gratiam, & peccatorum remissionem) tantum reddit aliam uiam (qua per bonum motum interiorem, scilicet peccati detestationem propter deum, tanquam per meritum de congruo consequi potest remissionem peccatorum) dubiosam, & incertam: quoniam ut in prima quęstione ostensum est: dicit, quod non quęlibet talis detestatio sufficiat ad meritum de congruo: etiam si fuerit sufficienter circumstãtionata & perfecta in genere moris, nisi fuerit certæ intentionis: & ad certum temporis terminum continuata, qui soli deo notus est. Vnde sequitur, quod nullus quantumcũq; doleat perfectè de peccatis cõmissis: possit nõ dico certitudinem: sed nec coniecturam probabilem habere, se habere sufficientem dispositionem de congruo ad remissionẽ peccatorum & gratię collationem: cum omnino coniecturari non possit an gradum intentionis necessarium attigerit: & terminum temporis, quo deus ordinauit contingi deberi per motum bonũ detestationis: ut esse possit dispositio sufficiens ad gratiam: cum gradus ille, ac temporis terminus nulli notus sit: nec alicui per scripturam specificatus. Et tollerentur de medio illæ tres ueritates summe consolationis peccatorum resurgere conantium: quas illu-

minatissimus doctor Ioann. Gerson cancellarius parisien. ponit in suo tripertito:& cum grandi auiditate a multis acceptantur:non .n. tunc sufficeret dicere. Domine pęnitet me hc uel sic peccasse contra te: propositum habeo cauendi peccata:habeo etiã propositũ integrã cõfessionem faciendi omnium cõmissorũ. Non,inquam,sufficit, ut se curus sit se esse in statu salutis:quia non nouit,an hæc sua uoluntas,seu propositum sit sufficienter intensum,& an usq; ad terminũ temporis a deo statuti continuatum.

F ¶ Item uidetur, ꝙ doctor ille in illa secunda uia sacramentali sit sibiipsi contrarius:nam dicit in dist. xiiii. lib.iiii. q ultima,ꝙ ad susceptionem gratiæ per sacramentum non requiritur aliquis bonus motus: quia nullum opus intrinsecum:sed tantum opus exterius .s. susceptio uoluntaria sacramenti cum remotione impedimẽti interioris: hoc est fictionis uel obicis, ut supra habitum est. Et iterum ista remissio peccatorum uirtute sacramenti requirit solam intentionem suscipiendi sacramentum pęnitentię sine obice contra eius effectũ. Similiter dicit distinct. xvii. q.j.hic inquit nihil oportet nisi non ponere obicem ad gratiam: & hoc consequenter declarat. Idem innuit in dist. xviii. ubi notat excellentiam sacramentorũ nouę legis,supra sacramenta uete.le. in hoc,ꝙ sacramentorum no.le. susceptio est dispositio sufficiens ad gratiam: si ergo susceptio sacramenti ,quod est signum exterius sensibile sufficit: non requiritur aliqua attritio interior:dũtaxat non ponatur impedimentum obicis.

Respondet ad motiua Scoti.

¶ Sed non obstantibus illis, dicit in distinct. xiiii. ꝙ ad susceptionem sacramenti pœnitentiæ oportet,ꝙ habeat aliqualem displicentiam de peccatis: & propositum cauendi de cętero &c. ut supra positum est: ubi ponit, ꝙ ad consequendum gratiam per sacramentum pœnitentiæ,requiruntur duo actus interiores respectu peccati. unus respectu prȩteriti, scilicet aliqualis displicentia: alius respectu futuri,scilicet propositum cauendi de cętero. Et si ista requiruntur cum uoluntate suscipiendi sacramentum & remotione obicis: tũc non confertur gratia ex opere operato ministratione .s. sacramenti: sed cũ hoc requiritur attritio. Nam duo illi actus, quos oportet adesse, pertinent ad attritionem, quæ per sacramenti susceptionem fit contritio: ut ibidem ait: & hoc obuiat primo dicto, ꝙ nihil requiritur nisi susceptio sacramenti uoluntaria, & non positio obicis. Huic uidetur suffragari, quod in diffinitione, qua diffinit pœnitentiã dicit absolutio hominis pęnitentis. Sed non pôt homo esse pęnitens; nisi per aliquem actum interiorem hoc contra hominem.

Respondet ad Scoti motiua.

¶ Sed cõtra opinionem in se arguitur primò auctoritatibus deinde ratione. Primò auctoritatibus, quas ponit magister dist. xvii. ad quarum aliquas responsum est per Scot. supra: ideo eas hic dimitto. Item Aug. in lib. de pœnitentia: & allegat magister in dist. xvi. huius quarti. Nemo suæ uoluntatis arbiter, nisi pęniteat eum ueteris uitę: nouam inchoare potest, a qua paruuli sunt immunes, cum baptizantur: quia nondum possunt uti libe. arb. quibus tamen ad remissionem originalis peccati prodest eorũ fides, a quibus offeruntur: idem habetur dist. iiii.& ibidem dicit magister. Sine gemitu interiori nemo adultus renouatur. Ratione arguitur. ad iustificationem impij requiritur motus liberi arbitrij, ut dispositio præuia: sed per sacramentum pœnitentię iustificatur impius: ergo. Consequentia nota cum minori. Maior est Alexand. beati Thom. sancti Bonauent. Richar. Durand. Palud. &c & probatur per glos. ad Rom. v. super illud. Iustificati per fidem, idest ex motu liberi arb. qui est ex fide; ideo dicitur Actuum xv. Fide purificans corda: quia motus fidei primò requiritur ad purificationem. Et probatur ratione post Durandum in iiii. dist. xvi. q. j. & istud quia iustificatio impij est remissio peccati, sed peccatum non remittitur, quamdiu uoluntas eius, quod prius uolebat, manet in eo: uoluntatem aũt recedere ab eo, quod prius uolebat,

Ad iustificatione impii requiritur motus lib. arb.

est displicere ei, quod prius placebat: in qua displacentia consistit cōtritionis dolor, & hic est motus lib. ar. ideo requirit hic motus libe. arbi ut discedat prior uoluntas: sine cuius discessu non iustificatur impius: ergo. ¶ Præterea, ut arguit sanctus Bonauen. sicut iustificare non est nisi dei uolentis: sic etiam non dat eam deus nisi uolēti: dummodo sit in statu, quod cōsentire, & dissentire possit: sed uelle consentire est motus lib. ar. ergo motus lib. arb. est necessarius ad iustificationē. ¶ Præterea ad iustificationem impij, necessaria est gratiæ infusio: tunc sic ad infusionem gratię necesse est subiectū præparari Non enim inducitur forma in subiectum indispositum: & habēs contrarium formæ inducendæ: ergo necesse est disponere subiectum ad gratiā, per quam expellitur peccatum: & quamuis hoc fieri posset a deo sine nobis: requirit tamen etiam aliquid a nobis: secūdum illud Augu. Qui creauit te sine te: non iustificabit te sine te. Illud autem, quod a nobis requirit deus, est aliquis motus uoluntatis respectu peccati prohibentis gratiæ infusionem, iuxta illud ad Eph. v. Surge, qui dormis: & exurge a mortuis: & illuminabit te christ⁹. Hæc resurrectio est per displicentiam mortalium peccatorum post somnum marcescentis corporis in eisdem. Est etiam aliquis motus respectu dei, qui est conuersio per amorem in deum: secundum illud Zach. j. Conuertimini ad me: & ego conuertar ad uos. Et illud Iaco. iiij. Appropiate deo, & appropinquabit uobis. Appropinquamus deo non pedibus, sed amore: secundum Augusti. & utrumque docuit Petrus Actuum. iij. Pœnitemini, & conuertimini: ut deleantur peccata uestra. Pœnitemini de peccatis: conuertimini ad deum. Et his duobus motibus uoluntatis odij in peccatum. uoluntatis in deum, respondent duo, quæ a deo sunt iustificante, secundum sanctum Bonauen. scilicet gratiæ infusio, & peccati expulsio: & hæc quatuor innuit propheta in Psalm. lix. Commouisti domine terram; & conturbasti eam: sana contritiones eius; quia commota est. Vt exponit glos. magistri Gratia, inquit, ueniens in animam, commouet rationem, & conturbat uoluntatem: quæ partes sunt lib. arbi. per contritionem: & post modum sanat per peccati expulsionem. cuius ratio redditur; quia commota est commotione, per quā animæ gratiæ se cōformat. Vnde Aug. super eodem psalm. Non digna est sanari, si mota non est. ¶ Præterea tres ponūtur partes pœnitentię secundum omnes, contritio, confessio, satisfactio: sicut ergo contritio, & satisfactio non sufficiunt sine confessione in uoto: sic nec confessio, & satisfactio sine contritione in uoto. Sed ubi est uotum conterendi: ibi est contritio: quia uotum seu propositum conterendi, est uelle habere detestationē, hoc est nolle peccasse: sed uolendo me nolle peccasse, habeo ipsum nolle peccasse: quia actus eliciti uoluntatis sunt in plena facultate uolūtatis: & ideo quemcumque actum uoluntatis uolo habere, statim eum habeo: immo uidetur, quod sicut idem actus uelle, me nolle peccasse: & nolle peccasse: uel ad minus inseparabiles. ¶ Præterea secundum dei ordinationem non est possibile aliquem a peccatis liberari sine actu amoris præuio. Nam sicut in omni peccato fit auersio a deo ad creaturā plus deo dilectam, propter cuius dilectionē diuinum præceptum contemnitur: Ita in conuersione necesse est se auertere a creatura, & peccato propter deum: pro cuius amore creatura contemnitur: ut conuersio ex opposito correspondeat lapsui, & auersioni. Propter hoc beatus August. xiiij. de ciui. dei. c. ultimo. hos duos amores tanquam radices duarum ciuitatum, iustorum scilicet, & reproborum posuit illius amorem dei usque ad cōtemptum sui: & istius amorem sui usque ad contemptum dei. Vnde omnis iustus habet in se amorem dei usque ad contemptum sui, & omnis reprobus amorem sui usque ad contemptū dei: unde necessariō sequitur quod in iustificatione impij relinquatur amor sui, qui dictus est: & assumatur amor dei: & per consequens ad iustificationem impij requiri-

Nō potest peccatū dimitti sine actu amoris præuio in peccatore conuerso.

tur motus lib. arb. in deum per amorem dei. Et hoc etiam ex uerbis apostoli ad Rom. vj. accipi potest. Humanum dico uobis propter infirmitatem carnis uestræ: sicut exhibuistis mébra uestra serui re immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatē: ita nūc exhibete mébra uestra serui re iustitiæ in sanctificationem. Quod rectius, & uerius intelligitur de membris interioribus, intellectu, & uolunrate: quibus principaliter seruiendum est iustitię, quæ christus est: sicut ergo illa mébra auersa sunt a deo ad iniquitatem in perpetratione mortalis peccati: ita conuertenda sunt ad deum in conuersione a peccato. Hæc autem auersio fit, & cōuersio contrarijs actibus intellectus, & uoluntatis ¶ Hoc idem quantum ad cōuersionem ad deum per actum amoris testatur beatus Ioan. j. Ioan. iij. Qui nō diligit, manet in morte. ergo sine dilectione dei, nemo suscitatur a morte. Hoc idem innuit August. de uera, & falsa pęnitentia. c. ix. loquens contra eos, qui putabant posse agi pęnitentiam de uno peccato absque alio: dum ait. Scio deum inimicum omni criminoso: quomodo ergo qui crimen reseruat de illo recipiet ueniam. & sequitur ad propositum. Sine amore dei consequetur indulgentiam: sine quo nemo unquam inuenit gratiam. Patet ergo; ꝙ actus interiores requiruntur ad iustificationem, præter actus exteriores sacramenti: hoc est præter confessionem oris, & absolutionem sacerdotis. ¶ Et ad motiua Scotus respondeti potest ad primum cū arguit, ꝙ secundum illam opinionem nunquā per sacramentum penitentiæ deleretur peccatū: negetur illa cōsequentia: & cū probatur; quia prius esse deletum &c. dicitur concedendo, ꝙ ante absolutionis sacerdotalis pronunciationem, confitens consecutus est peccati remissionē, uigore contritionis præcedentis apud deum, & quoad culpam: sed non apud ecclesiam etiam quoad pęnam absolui- tur uigore absolutionis sacerdotalis: quia uirtute clauium aliquid pęnę temporalis remittitur ultra eam, quæ ex contritione præcedenti est remissa: de hoc magis dicetur infra dist. xviij. Item ut dicit Alexan. parte. iiij. q. lxxx. mem. j. Sacramentum pęnitentię delet actuale peccatum prout compręhendit contritionem interiorem, & exteriorem, confessionem, & satisfactionem: hæ enim ponūtur partes sacramenti pœnitentiæ ad intellectum infra dicendum. Et cum dicitur, ꝙ hoc est nimis derogare sacramēto pœnitentiæ: quia per hoc nō haberet causalitatem ad primam gratiam: & sic esset simile sacramentis ue. le. quę tātum significabant gratiam: sed non cōferebant. Respondetur, ꝙ in nullo dero gatur sacramento: sed magis commēdatur: quoniam (ut uult Tho. dist. xvij. q. xv. ar. j. sententialiter) causat effectū siue culpæ deletionem in uoto, quod includitur in contritione, & sic quodāmodo operat in cotritione antequam exhibetur in opere eo modo, quo sacramenta habent causalitatem respectu sui effectus: quia statuit deus, ꝙ cum quis conteritur habens uotum, seu propositum suscipiendi sacramentum: assistere uult sic contrito ad deletionem peccati, ꝙ non faceret, si uotum recipiendi sacramentum non esset: sine illo enim non esset contritio: & hoc est signum magnę efficaciæ, sicut, & passio christi in hoc est efficax: quia operata est salutē in patribus ue. te. priusquam exhiberetur in effectu Nec propter hoc est simile sacramentis ue. le. quæ tantum significabant, seu promittebant: quia hoc sacramentum confert gratiam: etsi non primam simpliciter, confert tamen augmentum gratiæ sicut & baptismus adulto: & cętera sacramenta suscipientibus: & hoc ex opere operato, ꝙ non faciebant ueteris testa. sacramēta. Vnde quātumcunque per contritionem præuiam gratia prima confertur delens peccata ante sacerdotalē absolutionem: tamen in termino absolutionis sacramentalis confertur nouus gradus gratiæ: & additur priori, per quem prior augmētatur. ¶ Ad secundum, quomodo dicatur secūda tabula: dicetur in dubijs: & patuit supra dist. iiij. ¶ Ad tertium patet; ꝙ est signum efficax, & dispositio ad gradum

Respondet ad motiua Scoti.

Qūo ꝑ sacramētum pœnitētiæ deletur peccatum.

In sacramento pœnitentiæ additur nouus gradus gratię.

gratiæ priori additum: & signum demõstratiuum: uel etiam pronosticum in quantum præcedit natura, ut dispositio: & ẽt quoad aliquas sui partes tempore, gratiam infusam. Est etiam effica𝄐 rememoratiuum primæ gratiæ prius infusæ, & tunc inexistentis. Et hoc sufficit: ꝙ sacramentum sit gratiæ inexistentis: licet prius productæ: tamen per ipsum produceretur, si prius non fuisset producta. Sic est in proposito: si quis non sufficiẽter cõtritus accederet ad sacramentũ: & in ultimo non esse uerborum absolutionis eliceret plenum, ac perfectum actum contritionis: in illo instanti infunderetur prima gratia, quæ correspondet actui contritionis: cum gradu præcisè correspondente operationi sacramentali, & totũ esset una, & prima gratia, cuius efficax signum esset sacramentum pœnitentiæ: ut includit contritionem in actu, & satisfactionem in uoto: & ita nunquam sacramentum pœnitentiæ delet peccatum sine contritione p̃uia, uel concomitante. ¶ Ad illud, quod posterius addit: ꝙ sacerdos eo modo dimittit peccatum, sicut in baptismo: uerum est: & bona comparatio, si cætera sunt paria: hoc est, si ubiq; suscipiens ẽ adultus: quoniam paruulus nondum habens rationis usum, non est capax sacramenti pœnitentiæ: quia non potest confiteri: quod tamen necessariò requiritur ad sacramentum pœnitentiæ nũc autem adulto baptizato baptismus non confert primam gratiam: requiritur.n. (ut dignè suscipiat) p̃uia eius dispositio per peccatorum displicentiã: sicut in pœnitentia, quæ si fuerit sufficiens: iã dimittitur originale, & omnia actualia priusquam baptizetur, quo ad culpã: licet non quo ad omnem pœnam, ut latius supra dictum est dist. iiij. q. ij. & ita illa ratio est ad oppositum, & contra opinantem: ut satis patet. Nam dispositio p̃uia interior respectu peccatorum, & dei requiritur in baptismo adulti: ergo magis in pœnitentia adulti: quia non ẽ pœnitentia efficacior ad remittendum culpam, quam baptismus. Antecedens patet ex dictis. Vltra si requiritur in pœnitencia adulti, ergo in omni pœnitentia: q̃a non est pœnitentia nisi in adultis.

Nõ est pœnitẽtia nisi in adultis.

¶ Tertia opinio, quæ est quasi media inter priores duas, duo dicit. Primum, ꝙ requiritur motus interior intellectus, & uoluntatis, quo peccatum displicet: ad hoc ut pœnitentiæ sacramentum habeat effectum suum: in quo accedit ad opinionem magistri. Secundò dicit, ꝙ illo non obstante, peccatum quandoq; dimittitur uigore sacramenti pœnitentiæ in ultimo instanti prolationis uerborum absolutionis sacramentalis, sine qua non remitteretur: & tunc sacramentum habet plenum suum effectũ, qui est collatio primæ gratiæ peccatum remittentis: & in hoc accedit ad opinionem Scotus. Vnde dicunt; quod dispositio interior requisita, ut præuia sacramento: quandoq; est sufficiens ad gratiæ infusionem: & tunc ipsa habita gratia infunditur ante confessionem, & absolutionem sacramentalem: & tũc peccatum remittitur ante sacramentũ perceptum: & tunc sacramentum superueniens non confert primam gratiam, sed augmentum eius: ut supra habitũ est: & hæc dispositio uocatur contritio: & in hoc omnes concordant. Omnes .n. concedunt; ꝙ per contritionem uerã, & sufficientem, peccatũ remittitur sine sacramento in actu. Quandoq; dispositio illa præuia non est sufficiens: sed disponit quasi a remotis: & hanc uocant attritionem siue pœnitentiam informẽ: & illa nõ sufficit ad peccati remissionem. Sed superueniens sacramentum, si non ponitur obex, supplet imperfectionem illius attritionis: & confert peccatorum remissionem, & gratiam: & per hanc format attritionem, ut mereatur dici cõtritio. Hæc opinio est beati Tho. sancti Bonauen. Richar. & Duran. ac Palu. Et per hoc patet secundum illos; quo modo sacramentum pœnitentiæ ex opere operato confert primam gratiam: q̃a illam confert; quando dispositio p̃uia est insufficiens in ultimo instanti absolutionis, siue primo non esse (non curo modo) & dum præcedit sufficiens dispositio: tunc non confert primam gratiã: quia

Opi. 3. G

De mõ remissionis peccati p sacramentum pœnitẽtię.

quia eã inuenit iã subiecto collatã: conferre cũ sit pręuentũ nõ esset: & ideo nõ minor est eius efficacia: & licet tunc nõ confert primã gratiã: auget tamen col-

H latam, & minuit pęnam. ¶ Cõtra hãc opinionem arguo unũ argumentũ: probando, q̃ nõnũquam per sacramentũ pęnitentiæ datur prima gratia cõfortãdo ultimã rationem contra Scot. Ad effectũ sacramenti pœnitentiæ, quæ est gratia remittens pc̃tũm: requiritur dispositio pręuia ex parte peccatoris iustificandi: quę est detestatio pc̃tõrũ. Hoc cõcedit hæc opinio: & probatũ est contra Scot.

Nunq̃ per sacramentũ pęnitentię dat prima gratia.

¶ Aut ergo requirit detestatio peccatorũ sufficiens ad infusionem gratiæ: & ut ultima dispositio: & tunc statim infundit gratia. Hoc similiter oẽs concedũt: quia inter sufficientem, & ultimatã dispositionem ad formã, & formę productionẽ seu eductionem, nullũ est mediũ, tam in naturalibus, q̃ gratuitis: alioquin non esset sufficiens, & ultimata disposi tio. Nec ualet, si diceretur: quia deus, q solus gratiã infundit, contingẽter agit: & ideo non necessitatur per quãcũq; dispositionem subiecti ad gratiæ infusionẽ: quoniam licet ita posit non infundere gratiam de potentia sua absoluta: tamen secũdum ordinatam, qua statuit non deesse facienti, qd in se est: nec subtrahere gratiam sufficienter disposito ad eius receptionem: necessitatur ad gratiæ infusionem, existente sufficiente, & ultimata dispositione: hac .n. facit homo quicquid in se est: tunc ultra, aut requiritur, u⁊ sufficiēt disposito insufficiens: tũc quęro, unde hęc peccati detestatio est insufficiens: aut quia nõ est de omnibus peccatis: sed aliquod peccatum adhuc placet: uel est de omnibus: uel cũ proposito nõ abstinẽdi ab oibus: & patet, q̃ illa dispositio impedit infusionem gratię: quia ipsa est mortalis culpa: & ergo illa stante etiã per sacramentũ pęnitentię nõ remittitur culpa. Aut quia est de omnibus etiam sine proposito nõ abstinendi: immo cũ ꝓposito abstinendi: sed nõ est sufficienter circumstantionata omnibus circũstantiis inesse debitis in genere moris, & maximè circumstantia finis, quæ principalissima est omnium circumstantiarum: & maximè debita ut sit perfectè uirtuosa in genere moris: ut dictum est in tertio: ut quia dolet se peccasse non propter deũ tanquam finem ultimũ: sed propter se, & amorẽ sui: puta quia peccaia inductiua sunt pœnę: aut impeditiua gloriæ, aut cõfusiua personę, uel impeditiua alicuius temporalis commodi: uel occasio temporalis damni sui, uel suorum: uel alicuius alterius huiusmodi in seipsum finaliter ordinati: sed hæc detestatio omnino est dispositio ad peccati remissionem ad gratiã: quia hęc etiã est in malis, & damnatis. ut dicit Alex. par. iiii. q. lvii. memb. ii. unde ait. Actus dolendi de culpa causatur dupliciter: aut ex lęsione naturæ: aut ex offensione maiestatis diuinæ, & pręuaricationis iustitiæ. Primum dolorẽ de culpa habere potest quis ex sola natura, sine gratia. Sicut enim hõ naturaliter se diligit: ita odit omne ꝓpter quod malum incurrit: & hic dolor, siue pœnitentia est in malis, & damnatis, & angelis malis: & cũ hoc uiuit, & regnat mala uoluntas: ideo deus eã nõ acceptat: nec sic dolens inuenit gratiam, uel ueniam. Hæc ille. Talis itaq; actus detestationis peccati, quia caret circũstantia ultimi finis non ordinantur in deum: nec assumitur propter deũ: & per consequẽs nõ est dispositio qualiscunq; sufficiens de congruo ad gratiã dei consequendã. Actus enim, qui nõ fit propter deũ, sed pręcisè propter creaturam: sibi statuit finem ultimum erit fruitio creaturæ. Etiam si propter deum in ordine ad creaturam finaliter erit usus dei: quæ est omnis peruersitas secundum Aug. in lib. lxxxiii. q. & ita mortale peccatum: & per consequens impedimentum gratiæ. ¶ Si autẽ fit propter creaturam: non tamen ibi cõstituendo finem ultimum: nec tamen in ultimum finem referendo: licet non sit fruitio creaturę: quia tamen caret circũstantia ultimi finis: nõ est pfectè moraliter bonus. Etiã qa nõ fit propter deũ: sed pręcipuè ꝓpter creaturã: nõ habet rõnẽ meriti cuiuscunq; apud deũ: maximè respectu gratię; quę est perfectissimũ in-

Attritio excludens contritionem non est dispositio ad gratiã.

tio post Sco.dist.præsen.q j.q pena dicitur,quodcunq; incommodum,uel affectiuum,seu disconueniens. Et est triplex:corporalis exterior : uel sensitiua interior:quę propriè dicitur dolor secū dum Aug ubi supra,uel partis intellectiuę,seu mentis interior, quæ propriè tristitia dicitur:ut ibidem diffinit August.

Quadrupliciter uoluntaria ¶ Potest etiam pena quadrupliciter esse uoluntaria.Vel quia ut patienter passa: puta quia patiēter toleratur sine remurmuratione.Vel secundo modo:quia accepta,ut medicina acris, & afflictiua.Tertiò,ut causata a uoluntate tanquam a causa propinqua partiali: non tamen intendente effectum.Quartò ,ut causata a uoluntate tanquam a causa remota principali effectum intendente.¶ Quo præmisso dicitur;q pęna corporalis exterior , aut sensitiua interior omnibus huiusmodis potest esse uoluntaria : ut satis patet:quia potest patienter tolerari ab alio inflicta;potest etiam a uoluntate acceptari:potest a uoluntate, ut motrice membrorum corporis causari:& tamen non intendi: ut qui præter intentionem incidit membrum,aut uulnerat seipsum:potest etiam imperari.ut legitur.iij.Reg.xx.de propheta dicente.Percute me.Sed de tristitia , quæ est pœna mentis : similiter patet: quia tristitia mentis de peccato displicente potest patienter tolerari : potest actu uoluntaris acceptari : ut dum quis sibi complacet in tristitia accedente : immo gaudet se tristari . Potest etiam tristitiam causare utroque modo supra posito:nam tristitia nō causatur nisi a duabus causis partialibus simul concurrentibus.scilicet ex actuali appræhensione alicuius existentis, & actuali nolitione eiusdem:his enim concurrētibus sequitur naturaliter tristitia in uolūtate:nisi aliunde fit impedimentum. Quod ergo est causa nolitiōis:est causa partialis tristitiæ.similiter quod est causa apprehensionis noliti.Volūtas ergo:cum sit causa suæ nolitionis:est causa tristitiæ partialis:licet eam non intendat: causa autem propinqua non proxima,uel immediata:sed causa causæ, scilicet suæ nolitionis immediata ¶ Similiter potest causare tristitiam:ut causa totalis mediata principalis,& remota: quia potest utrasque causas partiales immediatas conium gere:potest enim imperare intellectui, ut consideret rem nolitam: & ut sic cō siderată nolit:& hoc ideo ut sequat tristitia puniens;& ita utrumq; imperando est una că remota:& sic totalis in illo ordine illius punientis tristitiæ, non autem simpliciter causa totalis:sed totalis remota:& per hoc patet responsio ad dubium.¶ Sed ad rationem dicitur; q Augus.ibi diffinit non pęnam generaliter;sed tristitiam :quam non dicit esse nolitam:sed accidere de rebus a nobis nolitis euenientibus.Vnde in proposito tristitia de peccato non est nolita: sed peccatum a nobis nolitum est,a cuius nolitione,& eius apprehensione tan quam actibus a nobis uoluntariè causatis naturaliter sequitur tristitia , quę est uolita:aut a uoluntate accepta. Et simul potest stare tristitia, & gaudium siue delectatio:non respectu eiusdem obiecti, sed diuersorum::tristitia de peccato cōmisso quod non placet:& tamen commissum est,& gaudium de tristitia uolita,uel accepta . ¶ Quod uero dicitur peccatum non dimitti sine pęna uoluntaria;intelligendum est,q non dimittitur peccatum sine actu penitentiæ, scilicet detestationis peccati ad quemquā tum est de se:nata est sequi pęna mētis, scilicet tristitia:etiam si aliquando non sequatur propter aliquem defectum,uel impedimētum.

Tristitia quomodo causatur a uoluntate.

Dub. 2. Y De ordine actuum pęnitētiæ.

¶ Secundò dubitatur de ōrdine actuum pęnitentiæ in primo articulo designatorum:quia nō uidetur; q uelle uindicare sit prius:sed detestatio peccati:quia uelle uindicare peccatum,præsupponit nolle peccati:ideo.n. quis uult uindicare peccatum :quia displicet.¶ Solutio. Actus illi non sunt essentialiter ordinati ad inuicem ,quia posterius nominati possunt esse hi e prioribus:& econuerso.Vnde quandoq; uelle uindicare peccatum est prius,seu primus:ut quando appræhenditur peccatum,ut uindicandum ; & statim sequitur uelle uindicare , & præcipere intellectui

actu consideratepeccatum, ut malum: & sibi ipsi imperare, ut eliciat eius detestationem: & hoc, ut sequatur tristitia puniens: immo potest uelle uindicare peccatum pœna exteriori: & tamen non habere displicentiam peccatis sicut nonnulli nolentes dimittere peccatū, nihilominus assumūt aliquam satisfactionē, ieiunium, uel laborē pro peccato: quod tamen placet. Potest etiā præcedere detestatio peccati: & de hinc quia displicet peccatum, sequi uelle punire. Verū dum actus illi sunt ordinati, & circumstātia ultimi finis uestiti, regulariter uidetur præcedere actus detestationis. Appræhēso enim peccato ut dei offensiuo: statim sequitur nolle peccati, ut diuinæ maiestatis offensiui: & hoc nolle, & appræhensionem præuiam naturaliter sequitur tristitia: & hanc acceptatio eius: & hinc sequitur uelle uindicare ipsum: quia a deo preceptum, uel pœna interiore eam augmentando, uel continuando: uel pœna exteriore, ut confessione, & satisfactione: unde quandocunq; peccatum apprænhenditur ut uindicandum tanquam deo displicens: statim displicet uoluntati deū diligenti: & non potest elici uelle uindicare, quia dei offensiuum: quin præcedat detestatio peccati. Verū inter detestationem, & tristitiam consequenter est essentialis ordo: quia necessario detestatio præcedit tristitiam: in alijs non sic: ideo ordo mutationis actuum non dicit ordinem eorum essencialem: ideo uariari non potest detestatio tamen essentialius se habet ad peccati deletionē; quā cæteri: ut dictum est. ¶ Tertio dubitatur: utrū pœnitētia sit uirtus, & si sic, an theologica, uel moralis. Pro responsione notādum, q pœnitētia quandoq; dicit actū: quandoq; habitum, & uterq; potest esse ordinatus, uel inordinatus uel indifferens: ut dictum est. Dubium solum intelligi debet de ordinato actu, uel habitu: quia inordinatus, uel indifferens nō pertinet ad uirtutem. Item cū uirtus sit habitus: manifestū est, q pœnitētia actus ēt ordinatus nō est uirtus: pōt tñ esse uirtuosus: quia uel a uirtute elicitus, uel uirtutis generatiuus: quę nūc supponuntur ex

Dub. 3. Z Vtrum pœnitētia sit uirtus, moralis, uel theologica.

dictis in. iij dist. xxiij. Quibus præmissis respōdetur per duas propositiones. ¶ Prima. Sicut omnis pœnitētia ordinata habitualis est uirtus: ita pœnitentia actualis est actus uirtuosus. Probatur primō secundum: quia omnis actus elicitus conformatur rationi rectæ: & propter hoc est uirtuosus: pœnitentia actualis est huiusmodi: ergo. Consequentia nota cum maiore. Minor probatur quoad principalem actum pœnitētię, qui est detestatio: quia sicut recta ratio dictat bonum honestum esse uolendum: ita dictat bonū inhonestum: quale est omne peccatum esse nolendum. Nolle peccatum est detestatio peccati. Probatur etiam de actu uindicandi: quia secundum rectam rationem sicut bonum est præmiandū, ita malum puniendum: ut habitum est in primō articulo: & ideo puniens malum (maximē dum aliud a legislatore sibi commissum est) facit actum rectæ rationi cōformē, ergo actum uirtuosum. Vnicuiq; autem cōmisit dominus punire peccatum suum in seipso, in hoc, q unicuiq; mandauit pœnitentiam: ergo. Ad illos autē duos actus. s. detestari, & uelle punire peccatum, sequuntur cæteri: ideo si illi duo sunt uirtuosi: etiā qui ad eos consequuntur, sunt uirtuosi: nam bonum nō est, ad quod per se sequitur malum. Prima pars propositionis de habitu patet: quia omnis habitus genitus ex actibus uirtuosis, & inclinās ad tales est uirtus: talis est habitus pœnitentię ordinatus, ergo deductio quantum ad omnes satis patet. ¶ Secūda propositio. Sicut diuersi actus pœnitentię ad diuersas uirtutes possunt reduci: ita & eorum habitus sub diuersis uirtutibus poterunt cōtineri. Prima pars patet de actu uindicandi, qui reducitur ad uirtutem iustitię distributiuę, cuius est pręmia uirtutibus, & pœnas uitiis dispensare: nam uindicans peccatum hoc agit, ut minister iudicis, dispensans præmia meritis. Nec impedit, q uindicat peccatum in seipso: quia accidit ministro, cui committitur uindicta peccati; quis sit is, qui peccat: unde agit hunc actum in se, ut in alterum: quia agit ut minister iudicis in reum contra le-

ppo. 1.

ppo. 2.

gem peccátem: ut dicit Sco. Et licet pñe mitere dicat uindictam, ut in se: hoc tamen non uariat rationem uindictę inferendæ ratione cuius reducitur ad uirtutem distributiuam. Sed quantum ad actū detestationis peccati pœnitentia reducitur ad diuersas uirtutes: unde potest esse cuiuscūq; uirtutis appetitiuę; unde quęcunq; uirtus inclinat ad uolendum bonum honestum: etiam inclinat ad nolendum malū inhonestum oppositum: unde nolle luxuriā, reducitur ad uirtutē castitatis: detestari superbiā, ad uirtutem humilitatis: respuere gastrimargiā, ad uirtutem temperātię: & sic de alijs. Alij actus hos sequentes reducuntur ad easdem uirtutes actuū, ad quos sequuntur. Tolerare tñ pœnam pro peccatis inflictā, reducitur ad uirtutē patientię: & quod dictū est de actibus similiter intelligendū est de eorū habitibus. ¶ Verū pœnitentia pōt accipi strictissimè, ut est respectu peccati, ut expiabilis p ipsam: & sic pōt esse spiritualis uirtus: q̄a habet speciale obiectū, uel rationem obiecti: puta ut expiabilis. Finis.n. est obiectum: ut habitum est in.iii. dist. xxiii. & detestari peccatum ut expiabile: est, q̄uo expietur, est specialis finis: & tamē sub&tinet: & sic loquitur Tho. & Ric. Sed non tantum secundum hanc acceptionē hic agitur de pœnitentia: sed uel de pœnitentia generaliter, ut est respectu peccati, ut est malū: uel specialius ut est actus, uel habitus respectu peccati ordinatus: nam illa acceptio strictissima nō conuenit perfectissimæ pœnitentię, quæ maximè meretur peccati expiationem, quæ est detestatio peccati præcisè: quia dei offensiuum non cogitando an sit expiabile, uel non: & ideo est nimis stricta in proposito. ¶ De secūdo quęsito in dubio, an pœnitentia sit uirtus moralis, uel theologicalis. Pro cuius solutione notādum, q actus pœnitentiæ ordinatus est: qui fertur in peccatum tanquam in obiectum ipsum detestādo, uel uindicando: & in deū tanquam finem: quia est detestatio, uel uindicatio peccati propter deū. Nūc aūt ut dictū est in.j. dist.j. uno actu possumus ferri in finē, & in mediū propter finē: & tūc actus ille sicut habet

AA Pœnitētia quæ dā pōt esse moralis, & theologica.

duplex obiectū.s. finem, & mediū: sic sortitur diuersa nomina: nam inquantū terminatur ad finem, dicitur fruitio: & inquantum terminatur ad medium, dicit usus. Possumus etiam ferri in finē, & medium duobus actibus distinctis: quorum unus tantum ad finē terminatur; & ille erit fruitio tantū: alius terminatur tantum ad medium, & est usus tantū. Sic in proposito actus pœnitentiæ, quo detestor peccatū propter deū tanquā finem ultimū: pōt esse unus, qui respectu finis est amor: respectu peccati est odiū. Nam illo uno actu peccatū odio propter deū sup omnia dilectū: & ille actus simul ptinet ad uirtutē theologicā, & moralem. i. pertinet ad habitū inclinantem ad actū illū prout terminatur ad utrūq; obiectū finem. s. & mediū: & ille habitus est uirtus moralis, & theologica acquisita: q̄a habet pro obiecto deū: ideo theologica, & peccatū uel pœnā: ideo moralis. ¶ Possunt etiam esse duo actus. Vnus respectu finis, qui est actus dilectionis dei sup omnia. Alius respectu peccati, uel pœnę, qui pertinet ad uirtutem moralem sicut primus ad theologicā. s. charitatem. Valet tamen hic Ockā dicere: q quia res magis denominatur ab eo, quod est sibi proprium: quā quod est sibi cōmune cū alijs: quia p nomina res discernimus: iō actus ille, qui æquiualenter includit duos actus pertinentes ad distinctas uirtutes, quorū unus causatur ab alio: magis denominatur a secundo actu, quām a primo: q̄a primus cōlor est causalitate, quām secūdus: & ideo actus ille æqualenter includens actū dilectionis dei, ut finis: & actū detestandi peccatum ut medij, magis denominatur a uirtute secundi actus, quā a uirtute primi: hoc est magis dicit actus pœnitentiæ (id est iustitiæ humilitatis: tēperantiæ & c. quia pœnitentia non est una uirtus secūdū speciem: sed multas includit: ut dictum est) quā actus dilectionis, uel amicitiæ; quia ille actus respectu finis est cōmunior in causando, quā secundus: pōt.n. actus respectu finis causa re actus respectu quorūcunq; mediorum ad illum finem tanquam causa partialis: nō sic actus respectu certi medij: & a mi

Dub. 4. BB Vtrum gratia, ad quā disponit pęnitentia, sit eadē cū gratia sacramentali. nus cōmuni fit denominatio. ¶ Dubitari posset de gratia, ad quam disponit pœnitentia, per quā deletur peccatum: utrū sit eadem cum gratia sacramentali, & cū gratia donorum, & uirtutū. Sed satis responsum est sup. dist. ii. q. j. ubi dictum est, ꝙ gratia, qua delentur peccata: & gratia sacramentorū, ac uirtutum, & donorum est gratia gratum faciens, quæ est una specie: quia identificatur charitati, quę est una uirtus secundū speciē: & ideo est eadem gratia omnium illorū scdm speciē: licet nō eadē numero: neq; eadē secūdū intētionē. ¶ Posset ēt dubi-

Dub. 5. tari de subiecto pœnitētię. Sed satis patet, ꝙ oēs pęnitētię actus sunt actus potentiæ appetitiuę: quia nolle peccasse: uelle uindicare pctūm: aut cōplacere in illis: ideo pęnitētia quātū ad oēs actus suos pariter & habitus est in uoluntate, tanquā in subiecto. Vtrū aūt sit in cōcupiscibili, uel irascibili: nā illę potentiæ nō tātū in appetitiua sensitiua: sed etiā intellectiua ponūtur: dicitur, ꝙ quantū ad eā, quę inclinat ad uindicandū est in irascibili: & quātū ad eam, quę inclinat

Dub. 6. CC ad detestandū est in cōcupiscibili. ¶ Itē dubitatur, quorū est penitentia. Ad hoc respōdetur: loquēdo de pęnitētia acquisita, non est innocentium: quia qui non habuerūt pctūm, nō possunt habere actū respectu sui peccati: ubi nō est actus: ibi nec habitus ex actibus acquisitis. Ex hoc sequit, ꝙ neq; angeli: nec christus: neq; uirgo beata habuerunt pęnitentiam. Sed de beatis, qui in uia habuere pęnitentiā: si habitus acquisiti manent in patria tanquam animæ ornatus: licet ibi non habuerunt actū: dicēdū, ꝙ in eis est pęnitentię habitus: uerū in beatitudine habere possunt actum pęnitentię non quidem uindicādi peccatum, aut puniēdi: sed detestandi peccatum: quia etiam in beatitudine displicet peccatum. Item actum complacendi, quo cōplacet detestatio peccati. Et ut alij dicunt: gaudium, uel complacentiā remissionis peccati. Sed uideat lector; an illa sit actus pęnitentiæ: si uero pęnitentia etiā extēditur ad pęnitentiam inordinatam, & infructuosam: tunc etiā in damnatis est pœnitentia quoad actum, & habitū: dolent enim, & uellēt se nō peccasse: licet peruersa intentione: iuxta illud Sap. v. Pœnitentiā agentes &c. non tamen est in eis pœnitentia ordinata: sed de habitu infuso nō est aliqua necessitas ponendi illum: si tamen ponitur: etiam illa manet in beatis: quāuis non haberet actū: non tamen ponitur in angelis confirmatis in gratia. Sed secundū aliquos ponitur in innocentibus, qui licet non peccauerunt; tamen peccare potuerunt. Habitus autem non solum respicit actum, qui est, uel fuit: sed etiam qui potest esse: licet nunquam erit. ¶ Posset etiam du-

Dub. 7. DD De origine pœnitētiæ. bitari de origine pœnitentiæ; an semper concipiatur ex timore. Illud dubium solum locum habet de pœnitentia acquisita: & pręsertim de actu eius: quia habitus præsupponit actum. Et dicitur, ꝙ in incipientibus nondum perfectis (nam & perfecti quandoq; labuntur: iuxta illud. Septies in die cadit iustus) frequenter oritur ex timore pœnæ, qui oritur ex amore sui. Sed in perfectis oritur ex amore dei, & iustitiæ: quibus magis displicet peccatum: quia contra deū, & iustitiam: quā quia pęnæ inductiuū. Et quoniam actus circa medium oriuntur ex actibus circa finem: secundū diuersos fines pœnitentiæ ex diuersis oritur pœnitentia. Et tantum de ista quęstione.

QVAESTIO. II.

TRVM per pœnitentiæ sacramentum deleatur mortale peccatum. ¶ Tribus articulis quęstio uentilabitur: s. positione notabilium, conclusionum, & dubiorum. A

Arti. 1. Not. 1. Diffinitio sacraméti pœnitētię. ¶ Quantum ad primum nota, ꝙ pęnitentię sacramentum, sic describitur a Scot. quæst. iiii. huius distinct. &c. & Ockam. Pœnitentiæ sacramentum est absolutio hominis pęnitentis facta a sacerdote iurisdictionem habente, sub certa uerborum forma, cum debita intentione prolata, ex institutione diuina efficaciter significantium absolutionem animæ a peccatis. ¶ Dicitur

primò est absolutio .i. quædam sententia diffinitiua absoluens reum: nō tamē sententia iudicis principalis: sed iudicis secundarij, uel cōmissarij. Potest enim quis ex cōmissione cognoscere in causa: & ita etiam ex cōmissione iudicare, seu sententiare pro condēnatione rei, si indignus est: uel pro eius absolutione, si dignus est. Quòd autem dicitur absoluens non intelligitur uerè, & realiter: alias in fictè accedente non esset sacramentum: sed absoluens .i. absolutionē significans: unde absolutio in diffinitione tantum ualet .i. absolutionis prolatio: hoc est prolatio quorūdam uerborum absolutionem significantium. ¶ Dicitur facta a sacerdote: ubi tangitur minister huius sacramenti, qui solus est sacerdos: unde ab alio, quā a sacerdote ministrari hoc sacramentum nō potest: ut inf. dist. xvii. dicetur. ¶ Dicitur iurisdictionem habentem: quia non quilibet sacerdos indifferenter potest hoc sacramentum ministrare, quia ipsum est sacramentum iudiciale: & sacerdos ut iudex absoluendo profert sententiā ligantē, uel soluentē. Nunc autē sententia a nō suo iudice lata est nulla: oportet ergo sacerdotem absoluentē esse iudicem cōfitentis: & ita in eum habere iurisdictionem. Et hęc iurisdictio est de necessitate sacramenti: ita φ si ab alio iurisdictionem non habente ministretur: nō solum peccat ministrans: sed irritum est sacramentum: de quo magis infra. Vnde congruū est, φ idem habeat potestatem in corpus christi uerū, & mysticū: ex quo sequitur: φ nihil pertinens ad sacramentum pęnitentiæ, potest a laico dispensari: sicut nec confectio eucharistiæ: quia sicut solis apostolis, & eorū successoribus dictū est. Hoc facite in meā cōmemorationē: ita eis tantum dictū est. Accipite spiritūsanctum, quorum remiseritis peccata, remittūtur eis &c. Et ideo confessio, quæ est præuia ad sacramentum pœnitentiæ: facta laico nihil ualet uirtute operis operati, ut infra dicetur.

B ¶ Dicitur hominis pęnitentis .i. confitētis: q ad ueritatē sacramēti nō requirit: φ absoluendus sit pęnitēs per actū pęnitentię interiorē: de quibus pręcedenti quæstione dictū est. Nā fictè accedēs nō est pęnitens: & tñ uerū est sacramētū cæteris paribus: licet infructuosū: quia etsi ibi sit sacramentū significās: nō tamē est res significata propter impedimentū, & obice fictionis: unde etsi significatur absolui: nō tamē absoluitur a peccatis: nec gratiā cōsequitur, quę est res sacramēti, sed necessariò requirit cōfessio pctōrū, sine qua nō est sacramētū: & in hoc tangit materia huius sacramēti eo mō, quo hic inuenitur materia. Vbi nota secūdū beatū Tho. dist. psentis q. j. ar. j. φ quędā sunt sacramenta, quæ non requirunt aliquē actū in suscipiēte quātū ad ueritatē sacramenti, nisi per accidens, sicut remouens, prohibēs: ut baptismo, cōfirmatione, eucharistia, ordine, & extrema unctione: & in illis: quia siue suscipientis actu cōplentur: est aliqua materia .i. aliquid materiale pręter uerba formalia requisitū ad ueritatē sacramenti: ut in baptismo aqua: in confirmatione chrisma cōsecratū: in unctione oleum infirmorum benedictū: in ordine calix cū pane, & uino ordinando porrectus: uel aliud tale signum secundū exigentiā ordinis: sed de ordine postea uidebitur. Et in illis uerum est uerbū Aug. Accedat uerbū ad elementum, & fit sacramentū. Nā & ipsa uerba hæc proferens loquitur de sacramento baptismatis. Alia sunt sacramenta, quæ requirūt per se, & essentialiter: hoc est necessariò, ut sit uerū sacramentum, actum eius, qui sacramentū recipit: ut in pœnitētia, & matrimonio. In pœnitentia requiritur confessio pctōrū: in matrimonio expressio cōsensus contrahētiū: & in illis non est talis materia. Sed ipsi actus suscipiētiū exteriores sunt p materia: sicut actus sacerdotis pro forma: ut uult Alex par. iiii. q. lx. mēb. xx. hoc etiā uult Richar. φ in his sacramentis pro materia est illud, quod ex parte suscipientis sacramentū cōcurrit. unde dicit q. j. dist. xvi. ar. j. & ii. φ partes materiales sacramenti pęnitentię sunt cōpunctio, confessio, & satisfactio: uerum cōpunctio non est de necessitate sacramenti: sed de necessitate suscipiētis sacra

Confessio est d

Necessitate huius sacramenti.

De materia.

sacramentum: etiam non est pars sacramenti pœnitentiæ, quamuis requiratur ut dignè agatur: quia non est sensibilis. Sacramentū aūt constat ex sensibilibus signis tāquā ex materia, & forma: quod additur propter intētionē ministri quæ requiritur. Satisfactio similiter in uoto requiritur ad dignā susceptionem nō in opere: quia in opere sequit sacramentū: in uoto tñ nō requiritur ad necessitatē sacramenti: sola confessio necessariò requiritur ex parte suscipientis, ut sit sacramentū. Sunt tñ, qui dicunt, φ ipse suscipientis sacramentū sit materia: ut dicit Gerson in suis floribus moralibus. Materia suscipiens in sacramento cōfessionis est hōpeccator cōtritus sponte se subijciens sacerdoti. Sed impropriè uidetur suscipiens dici materia sacramenti: quia simili ratione posset minister dici materia, uel saltē forma: quod nulli dicunt: unde inter ministrum suscipientem, materiā, & formā debet esse distinctio: tñ illud sustinendo: quia forte in sacramento matrimonii illa distinctio saluari non potest, saltem realis: ut infra dicetur pōt poni triplex materia sacramenti pœnitētiæ remotissima, & sunt peccata: remota, & est peccator confitens: & propinqua: & est ipsa confessio. Quō tamen materia, & forma ponitur in sacramētis nō propriè, sed metaphorice: dictū est. sup. dist. iii. q. j. ¶ Dicitur in diffinitione sacramenti pœnitentiæ: sub certa uerborum forma: ubi tangitur forma huius sacramenti, quę est absolutio sacerdotalis: non autem necesse est hanc formam absolutionis ita præcisam esse, sicut in baptismo, uel eucharistia: quia sufficit, φ exprimatur actus absoluentis: sicut & in iudicē publico non oportet esse limitata uerba: ait enim unus ut Sco. q. iiii. huius dist. de Theodoro martyre: Iubeo ignibus tradi. Alius de Cypriano gladio animaduerti (idest puniri) placet. Communiter tamen ista uerba sunt apta: ego absoluo te: quęcunq; alia pręmittanē, uel cōsequanē secūdū diuersam cōsuetudinem in diuersis ecclesiis. Hęc Sco. ¶ Attaxan⁹ dicit, φ forma absolutionis hęc ē. Absoluo te ab oibus pc̄tis tuis: & sumitur ex uerbis christi Matth. xvi. ad petrum. Quodcunq; solueris super terrā, erit solutū & i cęlis. Absolutiones aūt in publico factæ: s. misereatur tui &c. uel, indulgentiā, & remissionē &c. nō sunt sacramentales: sed orationes ordinatæ ad remissionem pc̄torum uenialium. Et ergo in sacramentali absolutione nō sufficeret eas dicere: quia presbyter nōper eas significat fieri absolutionem: sed petit, ut fiat. Præmittitur tñ deprecatio in sacramētali absolutione: ut effectus absolutionis nō impediatur: non tamen est de essentia sacramēti. Et quia deus principaliter absoluit per ministerium sacerdotis conuenienter apponitur aliquid, quod pertineat ad auctoritatem principaliter absoluentis: ut sic. Ego absoluo te a peccatis tuis: in nomine patris, & filii, & spiritusſancti. Vnde uidentur illa uerba omnino sufficere, & esse congrua: hęc enim exprimunt ministrum, & eius actum, & personam suscipientem: & peccata, a quibus absoluitur, & auctoritatem principalem, licet secundū Sco. illa solum sint necessaria: absoluo te: cetera, q̄ in forma illa a quibusdam adduntur superflua sunt, & periculosa: ut sunt illa, confessis, contritis, & oblitis: quia secundum multos, non prequirit cōtritio: sed sufficit attritio: & sic quātū ad attrita, nō cōtrita frustra ret effectus absolutionis. ¶ Præterea cū dicitur absoluo te a peccatis: omnia peccata includuntur: & ab omnibus absoluitur: si non ponit obicem. unum enim peccatum saltem mortale sine alio non remittitur: si uero ponit obicem: non omnia quorum habet memoriam confitendo: aut propositum habens peccata continuandi: aut complacentiam in commissis: iam non absoluitur: quęcūq, uerba proferantur: & ideo superflud adduntur confessis &c. Et tantum de forma. ¶ Dicitur consequenter in diffinitione: cum debita intentione prolata: quia intentio ministri requiritur in omnibus sacramentis faciendi illud, quod ecclesia intendit: ut latius dictum est de baptismo. ¶ Dicitur: ex institutione diuina efficaciter &c. ubi

C De forma absolutiōis.

quam meritū de cōgruo. In secūdo solū requiritur opus exterius cū remotione impedimenti interioris. Non solū ergo attritus per aliquod tempus usq; ad certū instās in ultimo instanti recipit gratiā delentē pctūm tanq̄ per uirtutē meriti de cōgruo: sed nō habens talē actū, qui sufficiat ad meritum de cōgruo: sed tantum habens uoluntatē suscipiendi sacramentum ecclesiæ: & sine obice peccati mortalis actualiter in facto, uel in uoluntate inhærentis suscipit (non ex merito, sed ex pacto diuino) effectum illius sacramenti. ut sic patū attritus (etiā attritione, quę non habet rōnem meriti ad remissionem peccati: uolens tamen recipere sacramentū pœnitentię sicut dispensatur in ecclesia: & sine obice peccati mortalis in uoluntate in actu, in ultimo instanti illius prolationis uerborū: in quo .s. est uis sacramenti istius) recipiat effectum sacramentalem .s. gratiā, pœnitentialem. Non quidem ex merito: quia dispositio interior non erat sufficiens per modum meriti: sed ex pacto dei assistentis suo sacramento ad effectum illum, ad quem instituit sacramentum: alioquin non apparet, quomodo sacramentum pœnitentię est secūda tabula: si nunquam per ipsum (ut sacramētum est) posset recuperari prima gratia amissa: sed tantum per attritionem, per dispositionem præuiam, & per contritionem tanquam per dispositionem cōpletiuam. Hæc ille. ¶ Et consequenter respondet ad August. & Cassio. (super illud Psal. Dixi confitebor &c. & tu remisisti &c. Nondum pronunciauit, ait August. sed promittit se pronunciaturum, & deus dimittit. Et Cassio. Magna pietas dei: q̄ ad solam promissionem peccatum dimittit: uotū enim pro operatione iudicatur) q̄ frequenter dimittitur peccatum per aliquem motum attritionis, tanquā per meritum de congruo ante susceptionem sacramenti pœnitentiæ: sicut in adulto frequenter dimittitur originale ante susceptionem baptismi: nec tamen sequitur; q̄ per sacramentum non dimittatur: quia si illa alia dimissio quandoq; nō adsit, ista nō deficit: & ista minus requirit, solam .s. intentionem suscipiendi baptismum, siue sacramentum pœnitentię sine obice contra effectū. ¶ Similiter ad illud Aug. super Ioann. xi. de resuscitatione Lazari. Nemo pōt confiteri nisi resuscitatus: quod probat tripliciter. Primò de resuscitatione Lazari, qui primò suscitatus est, quā de monumento eductus. Secundò per illud Eccl. c. xvii. A mortuo uelut qui non est, perit confessio. Tertiò per illud ps. Nūquid medici suscitabunt, & confitebuntur tibi. Respondet; q̄ duplex est confessio, laudis, & fraudis. Confessione laudis nullus dignè confiteretur, nisi prius suscitatus: quia non est speciosa laus in ore peccatoris: secundū Hieron. in epistola. Cogitis &c. Sed confessio fraudis accepta est in ore peccatoris: hoc est eius, qui adhuc peccator est. i. cuius peccatum nondum remissum est: dum tamen non sit peccator in uoto, seu actu interiore, uel exteriore. Concedit ergo: q̄ ante perceptionem dignam pœnitentię oportet suscitari, uel simpliciter: & tunc per pœnitentiæ sacramentum non deletur peccatū: sed gratia, quę infuit, augetur: uel suscitari secundum quid, .s. ut habeat aliqualem displicentiā de peccatis: & propositum cauendi de cæteros & uelit suscipere sacramentum pœnitentię: in quo attritio fit contritio: & tunc suscitatur simpliciter per sacramentum. ¶ Et cum arguitur de Lazaro: respondet, q̄ reus obligatur debito pęnæ æternæ: quo soluto, obligatus est ad pœnā tēporalē: prius aūt suscitatur, q̄ obligatio prima mutetur in secūdā. Vel q̄d uerius est: prius suscitatur, q̄ soluatur a secūda obligatione: & hoc mō ad sacerdotes pertinet soluere non simpliciter: sed pro parte pęnæ, quā possunt relaxare uirtute clauiū: & sic Lazarus uiuificatus a christo .i. pctōr a morte culpæ per gratiam resuscitatus, & solutus a carcere sepulcri .i. a debito pœnæ inferni, relinquitur discipulis soluendus ab institis .i. a pœnis temporalibus, in quas commutatur pęna æterna, quas pęnas temporales potest relaxare sacerdos claue non errante. Et conse-

Duplex ex confessio laudis & fraudis.

quęter addit, ꝙ sacerdos ita dimittit pec. catum in pœnitentia, sicut in baptismo: & ita absoluit sicut baptizat: quia utrobiq; simpliciter uerū est, ꝙ ministrat sacramentum. Effectū aūt sacramenti ministerialiter causat: quia aliquid causat ad quod secundum dispositionem, seu pactionē dei regulariter sequitur effectus sacramenti. Sic sinducitur illud Hiero. ꝙ sicut sacerdos legalis ostendebat leprosos mundatos: sic sacerdos euangelicus ostendit peccatores iustificatos, affirmatiuam concedit: sed negatiuam (scilicet ꝙ non aliter sacerdos euangelicus se habeat ad leprosos spiritualiter, quam sacerdos legalis ad leprosos corporaliter, scilicet præcisè ad ostendendum munditiam, & immunditiam) hincinde negat tanquam falsam. Et rationem assignat: quia deus non dedit in uete. le. aliquam cerimoniam, uel purificationē, cui ministrante a ministro idoneo assistat regulariter ad mundandum lepram corporalem. Dedit autem in lege noua aliquod sacramētum, cui ex pacto regulariter assistit ad mundandū leprosum spiritualiter: nisi impediat obex contrariæ uoluntatis. Hęc om
E nia Sco. dist. xiiii. q. ulti. ¶ Et distin. xvii. hāc differentiā sacerdotii legalis ab euāgelico, etiam ostendit dicens: ꝙ uerum est, ꝙ sacerdos euangelicus ostendit istū mundatum, & solutum pro instanti, pro quo intelligitur sua absolutio: sed non hoc solum: immo sic ostendit, ꝙ illa ostensio est dispositio prçuia, & necessaria ad illud, qđ ostēditur. Hæc est inquit, excellentia sacramentorum nouę legis: ꝙ eorū susceptio est dispositio sufficiēs ad gratiam illorum autem legalium nec susceptio erat dispositio efficax ad mundationem corporalem leprę uel huiusmodi fœditatis: esset autem simile, si fieret sermo de sacerdote legali purificante aliquem per aquas lustrationis ab aliqua irregularitate contracta in lege ex contactu leprę uel huiusmodi: tūc enim sacerdos ille exerceret quędam actum: qui esset signum efficax reconciliationis huiusmodi irregularitatis, & mundationis illius polluti, in cuius munda-

tionis actu uel termino sequitur effectus signatus; scilicet, ꝙ iste est dignus communicare cum cęteris synagogę. Hæc ibi. Ista opinio esset ualde acceptanda, si haberet firmamentum scripturę, & sanctorum patrum: etiam si sicut ex hac parte facilitat, & relaxat uiam ad consequendam gratiam, & peccatorum deletionem: non ex alia parte arctaret, & difficultaret. Sed quantum ex parte sacramenti suscipiendi uiam reddit facilem, & certam (nam satis certus esse potest quis de se, ꝙ habet uoluntatem recipiendi sacramentum. Certus etiā esse potest, ꝙ non ponit obicem: quia certus esse potest, ꝙ actu non peccat mortaliter: & ꝙ non habet uoluntatem, seu propositum peccandi mortaliter in futuro: quibus stantibus, si suscipit sacramentum: certus est se consequi gratiam, & peccatorum remissionem) tantum reddit aliam uiam (qua per bonum motum interiorem, scilicet peccati detestationem propter deum, tanquam per meritum de congruo consequi potest remissionem peccatorum) dubiosam, & incertam: quoniam ut in prima quęstione ostensum est: dicit, ꝙ non quęlibet talis detestatio sufficiat ad meritum de congruo: etiam si fuerit sufficienter circumstātionata & perfecta in genere moris, nisi fuerit certæ intentionis: & ad certum temporis terminum continuata, qui soli deo notus est. Vnde sequitur, ꝙ nullus quantumcūq; doleat perfectè de peccatis cōmissis: possit nō dico certitudinem: sed nec coniecturam probabilem habere, se habere sufficientem dispositionem de congruo ad remissionē peccatorum & gratię collationem: cum omnino coniecturari non possit an gradum intentionis necessarium attigerit: & terminum temporis, quo deus ordinauit contingi deberi per motum bonū detestationis: ut esse possit dispositio sufficiens ad gratiam: cum gradus ille, ac temporis terminus nulli notus sit: nec alicui per scripturam specificatus. Et tollerentur de medio illæ tres ueritates summe consolationis peccatorum resurgere conantium: quas illu-

minatissimus doctor Ioann. Gerson cancellarius parisien. ponit in suo tripertito: & cum grandi auiditate a multis acceptantur: non .n. tunc sufficeret dicere. Domine pęnitet me hic uel sic peccasse contra te: propositum habeo cauendi peccata: habeo etiã propositũ integrã cõfessionem faciendi omnium cõmissorũ. Non, inquam, sufficit, ut securus sit se esse in statu salutis: quia non nouit, an hæc sua uoluntas, seu propositum sit sufficienter intensum, & an usq; ad terminũ temporis a deo statuti continuatum.

F ¶ Item uidetur, ꝙ doctor ille in illa secunda uia sacramentali sit sibipsi contrarius: nam dicit in dist. xiiii. lib. iiii. q. ultima, ꝙ ad susceptionem gratiæ per sacramentum non requiritur aliquis bonus motus: quia nullum opus intrinsecum: sed tantum opus exterius .s. susceptio uoluntaria sacramenti cum remotione impedimẽti interioris: hoc est fictionis uel obicis, ut supra habitum est. Et iterum ista remissio peccatorum uirtute sacramenti requirit solam intentionem suscipiendi sacramentum pęnitentię sine obice contra eius effectũ. Similiter dicit distinct. xvii. q. j. hic inquit nihil oportet nisi non ponere obicem ad gratiam: & hoc consequenter declarat. Idem innuit in dist. xviii. ubi notat excellentiam sacramentorũ nouę legis, supra sacramenta uete. le. in hoc, ꝙ sacramentorum no. le. susceptio est dispositio sufficiens ad gratiam: si ergo susceptio sacramenti, quod est signum exterius sensibile sufficit: non requiritur aliqua attritio interior: dũtaxat non ponatur impedimentum obicis. ¶ Sed non obstantibus illis, dicit in distinct. xiiii. ꝙ ad susceptionem sacramenti pœnitentiæ oportet, ꝙ habeat aliqualem displicentiam de peccatis: & propositum cauendi de cętero &c. ut supra positum est: ubi ponit, ꝙ ad consequendum gratiam per sacramentum pœnitentiæ, requiruntur duo actus interiores respectu peccati. unus respectu preteriti, scilicet aliqualis displicentia: alius respectu futuri, scilicet propositum cauendi de cętero. Et si ista requiruntur cum uoluntate suscipiendi sacramentum & remotione obicis: tũc non consetur gratia ex opere operato ministratione .s. sacramenti: sed cũ hoc requiritur attritio. Nam duo illi actus, quos oportet adesse, pertinent ad attritionem, quæ per sacramenti susceptionem fit contritio: ut ibidem ait: & hoc obuiat primo dicto, ꝙ nihil requiritur nisi susceptio sacramenti uoluntaria, & non positio obicis. Huic uidetur suffragari, quod in diffinitione, qua diffinit pœnitentiã dicit absolutio hominis pęnitentis. Sed non põt homo esse pęnitens; nisi per aliquem actum interiorem hoc contra hominem.

Respondet ad motiua Scoti.

¶ Sed cõtra opinionem in se arguitur primò auctoritatibus deinde ratione. Primò auctoritatibus, quas ponit magister dist. xvii. ad quarum aliquas responsum est per Scot. supra: ideo eas hic dimitto. Item Aug. in lib. de pœnitentia: & allegat magister in dist. xvi. huius quarti. Nemo suæ uoluntatis arbiter, nisi pęniteat eum ueteris uitę: nouam inchoare potest, a qua paruuli sunt immunes, cum baptizantur: quia nondum possunt uti libe. arb. quibus tamen ad remissionem originalis peccati prodest eorũ fides, a quibus offeruntur: idem habetur dist. iiii. & ibidem dicit magister. Sine gemitu interiori nemo adultus renouatur. Ratione arguitur. ad iustificationem impij requiritur motus liberi arbitrij, ut dispositio præuia: sed per sacramentum pœnitentię iustificatur impius: ergo. Consequentia nota cum minori. Maior est Alexand. beati Thom. sancti Bonauent. Richar. Durand. Palud. &c & probatur per glos. ad Rom. v. super illud. Iustificati per fidem, id est ex motu liberi arb. qui est ex fide: ideo dicitur Actuum xv. Fide purificans eorda: quia motus fidei primò requiritur ad purificationem. Et probatur ratione post Durandum in iiii. dist. xvi. q. j. & illud quia iustificatio impij est remissio peccati, sed peccatum non remittitur, quamdiu uoluntas eius, quod prius uolebat, manet in eo: uoluntatem autem recedere ab eo, quod prius uolebat,

Ad iustificationẽ, impij requiritur motus lib. arb.

est displicere ei, quod prius placebat: in qua displacentia consistit cōtritionis dolor, & hic est motus lib. ar. ideo requirit hic motus libe. arbi ut discedat prior uolun tas: sine cuius discessu non iustificatur impius: ergo. ¶ Praeterea, ut arguit sanctus Bonauen. sicut iustificare non est nisi dei uolentis: sic etiam non dat eam deus nisi uolēti: dummodo sit in statu, quod cōsentire, & dissentire possit: sed uelle consentire est motus lib. ar. ergo motus lib. arb. est necessarius ad iustificationē. ¶ Praeterea ad iustificationem impij, necessaria est gratiae infusio: tunc sic ad infusionem gratiae necesse est subiectū praeparari Non enim inducitur forma in subiectum indispositum: & habēs contrarium formae inducendae: ergo necesse est disponere subiectum ad gratiā, per quam expellitur peccatum: & quamuis hoc fieri posset a deo sine nobis: requirit tamen etiam aliquid a nobis: secū dum illud Augu. Qui creauit te sine te: non iustificabit te sine te. Illud autem, quod a nobis requirit deus, est aliquis motus uoluntatis respectu peccati prohibentis gratiae infusionem, iuxta illud ad Eph. v. Surge, qui dormis: & exurge a mortuis: & illuminabit te christ⁹. Haec resurrectio est per displicentiam mortalium peccatorum post somnum marcescentis corporis in eisdem. Est etiam aliquis motus respectu dei, qui est conuersio per amorem in deum: secundum illud Zach. j. Conuertimini ad me: & ego conuertar ad uos. Et illud Iaco. iiij. Appropiate deo, & appropinquabit uobis. Appropinquamus deo non pedibus, sed amore: secundum Augusti. & utrumque docuit Petrus Actuum. iij. Pęnitemini, & conuertimini: ut deleantur peccata uestra. Pœnitemini de peccatis: conuertimini ad deum. Et his duobus motibus uoluntatis odij in peccatum: uoluntatis in deum, respondent duo, quae a deo sunt iustificante, secundum sanctum Bonauen. scilicet gratiae infusio, & peccati expulsio: & haec quatuor innuit propheta in Psalm. lix. Commouisti domine terram; & conturbasti eam: sana contritiones eius; quia commota est. Vt exponit glos. magistri Gratia, inquit, ueniens in animam, commouet rationem, & conturbat uoluntatem: quae partes sunt lib. arbi. per contritionem: & post modum sanat per peccati expulsionem. cuius ratio redditur; quia commota est commotione, per quā animae gratiae se cōformat. Vnde Aug. super eodem psalm. Non digna est sanari, si mota non est. ¶ Praeterea tres ponū tur partes pęnitentię secundum omnes, contritio, confessio, satisfactio: sicut ergo contritio, & satisfactio non sufficiunt sine confessione in uoto: sic nec confessio, & satisfactio sine contritione in uoto. Sed ubi est uotum conterendi: ibi est contritio: quia uotum seu propositum conterendi, est uelle habere detestationē, hoc est nolle peccasse: sed uolendo me nolle peccasse, habeo ipsum nolle peccasse: quia actus eliciti uoluntatis sunt in plena facultate uolū tatis: & ideo quemcumque actum uoluntatis uolo habere, statim eum habeo: imo uidetur quod sit idem actus uelle, me nolle peccasse: & nolle peccasse: uel ad minus inseparabiles. ¶ Praeterea secundum dei ordinationem non est possibile aliquem a peccatis liberari sine actu amoris praeuio. Nam sicut in omni peccato fit auersio a deo ad creaturā plus deo dilectam, propter cuius dilectionē diuinum praeceptum contemnitur: ita in conuersione necesse est se auertere a creatura, & peccato propter deum: per cuius amore creatura contemnitur: ut conuersio ex opposito correspondeat lapsui, & auersioni. Propter hoc beatus August. xiiij. de ciui. dei, c. ultimo. hos duos amores tanquam radices duarum ciuitatum, iustorum scilicet, & reproborum posuit illius amorem dei usque ad cō temptum sui: & istius amorem sui usque ad contemptum dei. Vnde omnis iustus habet in se amorem dei usque ad contemptum sui, & omnis reprobus amorem sui usque ad contemptū dei: unde necessario sequitur quod in iustificatione impij relinquatur amor sui, qui dictus est: & assumatur amor dei: & per consequens ad iustificationem impij requiri-

Nō potest peccatū dimitti sine actu amoris praeuio in peccatore conuerso.

543

tur motus lib. arb. in deum per amorem dei. Et hoc etiam ex uerbis apostoli ad Rom. vj. accipi potest. Humanum dico uobis propter infirmitatem carnis uestræ: sicut exhibuistis mēbra uestra serui re immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatē: ita nūc exhibete mēbra uestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Quod re ctius, & uerius intelligitur de membris interioribus, intellectu, & uoluntate: quibus principaliter seruiendum est iustitię, quæ christus est: sicut ergo illa mēbra auersa sunt a deo ad iniquitatem in perpetratione mortalis peccati: ita con uertenda sunt ad deum in conuersione a peccato. Hæc autem auersio fit, & cōuersio contrarijs actibus intellectus, & uoluntatis. ¶ Hoc idem quantum ad cōuersionem ad deum per actum amoris testatur beatus Ioan. j. Ioan. iij. Qui nō diligit, manet in morte. ergo sine dilectione dei, nemo suscitatur a morte.

Hoc idem innuit August. de uera, & falsa pęnitentia. c. ix. loquens contra eos, qui putabant posse agi pęnitentiam de uno peccato absque alio: dum ait. Scio deum inimicum omni criminoso: quomodo ergo qui crimen reseruat de illo recipiet ueniam. & sequitur ad propositum. Sine amore dei consequetur indulgentiam: sine quo nemo unquam inuenit gratiam. Patet ergo; ꝙ actus interiores requiruntur ad iustificationem, præter actus exteriores sacramenti: hoc est præter confessionem oris, & absolutionem sacerdotis. ¶ Et ad motiua Scotus respondeti potest ad primum cū arguit, ꝙ secundum illam opinionem nunquā per sacramentum pęnitentiæ deleretur peccatū: negetur illa cōsequentia: & cū probatur; quia prius esse deletum &c. dicitur concedendo, ꝙ ante absolutionis sacerdotalis pronunciationem, confitens consecutus est peccati remissionē, uigore contritionis præcedentis apud deum, & quoad culpam: sed non apud ecclesiam etiam quoad pęnam absoluitur uigore absolutionis sacerdotalis: qa uirtute clauium aliquid pęnę temporalis remittitur ultra eam, quæ ex contritione præcedenti est remissa: de hoc ma

Respondeē ad motiua Scoti.

gis dicetur infra dist. xviij. Item ut dicit Alexan. parte. iiij. q. lxxx. mem. j. Sacramentum pęnitentię delet actuale peccatum prout compręhendit contritionem interiorem, & exteriorem, confessionem, & satisfactionem: hæ enim ponūtur partes sacramenti pœnitentiæ ad intellectum infra dicendum. Et cum dicitur, ꝙ hoc est nimis derogare sacramēto pęnitentiæ: quia per hoc nō habe ret causalitatem ad primam gratiam: & sic esset simile sacramentis ue. le. quę tā tum significabant gratiam: sed non cōferebant. Respondetur, ꝙ in nullo dero gatur sacramento: sed magis commēdatur: quoniam (ut uult Tho. dist. xvij. q. xv. ar. j. sententialiter) causat effectū siue culpæ deletionem in uoto, quod includitur in contritione, & sic quodāmodo operatur in contritione antequam exhi betur in opere eo modo, quo sacramenta habent causalitatem respectu sui effectus: quia statuit deus, ꝙ cum quis conteritur habens uotum, seu propositum suscipiendi sacramentum: assistere uult sic contrito ad deletionem peccati, ꝙ non faceret, si uotum recipiendi sacramentum non esset: sine illo enim non esset contritio: & hoc est signum magnę efficaciæ, sicut, & passio christi in hoc est efficax: quia operata est salutē in patribus ue. te. priusquam exhiberetur in effectu Nec propter hoc est simile sacramentis ue. le. quæ tantum significabant, seu promittebant: quia hoc sacramentum confert gratiam: etsi non primam simpliciter, confert tamen augmentum gratiæ sicut & baptismus adulto: & cętera sacramenta suscipientibus: & hoc ex opere operato, ꝙ non faciebant ueteris testa. sacramēta. Vnde quā cuncunque per contritionem præuiam gratia prima confertur delens peccata ante sacerdotalē absolutionem: tamen in termino absolutionis sacramentalis confertur nouus gradus gratiæ: & additur priori, per quem prior augmētatur. ¶ Ad secundum, quomodo dicatur secū da tabula: dicetur in dubijs: & patuit supra dist. iiij. ¶ Ad tertium patet; ꝙ est signum efficax, & dispositio ad gradum

Qāo ꝑ sacramētum pœnitētiæ deletur peccatum.

In sacramento pęnitentiæ additur nouus gradus gratię.

gratiæ priori additum: & signum demõstratiuum: uel etiam pronosticum in quantum præcedit natura, ut dispositio: & et quoad aliquas sui partes tempore, gratiam infusam. Est etiam efficax, & memoratiuum primæ gratiæ prius infusæ, & tunc inexistentis. Et hoc sufficit: quod sacramentum sit gratiæ inexistentis: licet prius productæ: tamen per ipsum produceretur, si prius non fuisset producta. Sic est in proposito: si quis non sufficiẽter cõtritus accederet ad sacramentũ: & in ultimo non esse uerborum absolutionis eliceret plenum, ac perfectum actum contritionis: in illo instanti infunderetur prima gratia, quæ correspondet actui contritionis: cum gradu præcisè correspondente operationi sacramentali, & totũ esset una, & prima gratia, cuius efficax signum esset sacramentum pœnitentiæ: ut includit contritionem in actu, & satisfactionem in uoto: & ita nunquam sacramentum pœnitentiæ delet peccatum sine contritione p̃uia, uel concomitante. ¶ Ad illud, quod posterius addit: quod sacerdos eo modo dimittit peccatum, sicut in baptismo: uerum est: & bona comparatio, si cætera sunt paria: hoc est, si ubiq; suscipiens ẽ adultus: quoniam paruulus nondum habens rationis usum, non est capax sacramenti pœnitentiæ: quia non potest confiteri: quod tamen necessariò requiritur ad sacramentum pœnitentiæ nũc autem adulto baptizato baptismus non confert primam gratiam: requiritur.n.(ut dignè suscipiat) p̃uia eius dispositio per peccatorum displicentiã: sicut in pœnitentia, quæ si fuerit sufficiens: tãdimittitur originale, & omnia actualia priusquam baptizetur, quo ad culpã: licet non quo ad omnem pœnam, ut latius supra dictum est dist. iiij. q. ij. & ita illa ratio est ad oppositum, & contra opinantem: ut satis patet. Nam dispositio p̃uia interior respectu peccatorum, & dei requiritur in baptismo adulti: ergo magis in pœnitentia adulti: quia non ẽ pœnitentia efficacior ad remittendum culpam, quam baptismus. Antecedens patet ex dictis. Vltra si requiritur in pœnitentia adulti, ergo in omni pœnitentia: quia non est pœnitentia nisi in adultis.

Nõ est pœnitẽtia nisi in adultis.

¶ Tertia opinio, quæ est quasi media inter priores duas, duo dicit. Primum, quod requiritur motus interior intellectus, & uoluntatis, quo peccatum displicet: ad hoc ut pœnitentiæ sacramentum habeat effectum suum: in quo accedit ad opinionem magistri. Secundò dicit, quod illo non obstante, peccatum quandoq; dimittitur uigore sacramenti pœnitentiæ in ultimo instanti prolationis uerborum absolutionis sacramentalis, sine qua non remitteretur: & tunc sacramentum habet plenum suum effectũ, qui est collatio primæ gratiæ peccatum remittentis: & in hoc accedit ad opinionem Scotus. Vnde dicunt; quod dispositio interior requisita, ut præuia sacramento: quandoq; est sufficiens ad gratiæ infusionem: & tunc ipsa habita gratia infunditur ante confessionem, & absolutionem sacramentalem: & tũc peccatum remittitur ante sacramentũ perceptum: & tunc sacramentum superueniens non confert primam gratiam, sed augmentum eius: ut supra habitũ est: & hæc dispositio uocatur contritio: & in hoc omnes concordant. Omnes .n. concedunt; quod per contritionem uerã, & sufficientem, peccatũ remittitur sine sacramento in actu. Quandoq; dispositio illa præuia non est sufficiens: sed disponit quasi a remotis: & hanc uocant attritionem siue pœnitentiam informẽ: & illa nõ sufficit ad peccati remissionem. Sed superueniens sacramentum, si non ponitur obex, supplet imperfectionem illius attritionis: & confert peccatorum remissionem, & gratiam: & per hanc format attritionem, ut mereatur dici cõtritio. Hæc opinio est beati Tho. sancti Bonauen. Richar. & Duran. ac Palu. Et per hoc patet secundum illos; quo modo sacramentum pœnitentiæ ex opere operato confert primam gratiam: quia illam confert; quando dispositio p̃uia est insufficiens in ultimo instanti absolutionis, siue primo non esse (non curo modo) & dum præcedit sufficiens dispositio: tunc non confert primam gratiã: quia

Opi. 3. G

De mõ remissionis peccati p sacramentum pœnitẽtię.

quia eā inuenit iā subiecto collatā: con-
ferre cū sit p̄ueniētū nō esset: & ideo nō
minor est eius efficacia: & licet tunc nō
confert primā gratiā: auget tamen col-
H latam, & minuit pœnam. ¶ Cōtra hāc opi
nionem arguo unū argumentū: proban
do, q nōnūquam per sacramentū pœni-
tentiæ datur prima gratia cōfortādo ul
timā rationem contra Sco. Ad effectū
sacramenti pœnitentiæ, quæ est gratia
remittens pctūm: requiritur dispositio
præuia ex parte peccatoris iustificandi:
quę est detestatio pctōrū. Hoc cōcedit
hæc opinio: & probatū est contra Scot.
¶ Aut ergo requirit detestatio peccato
rū sufficiens ad infusionem gratiæ: & ut
ultima dispositio: & tunc statim infun-
dit gratia. Hoc similiter oēs concedūt:
quia inter sufficientem, & ultimatā di-
spositionem ad formā, & formę produ-
ctionē seu eductionem, nullū est mediū,
tam in naturalibus, q̄ gratuitis: alioquin
non esset sufficiens, & ultimata disposi
tio. Nec ualet, si diceretur: quia deus, q
solus gratiā infundit, contingēter agit:
& ideo non necessitatur per quācūq; di
spositionem subiecti ad gratiæ infusio-
nē: quoniam licet ita possit non infun-
dere gratiam de potentia sua absoluta:
tamen secūdum ordinatam, qua statuit
non deesse facienti, qd in se est: nec sub-
trahere gratiam sufficienter disposito
ad eius receptionem: necessitatur ad
gratiæ infusionem, existente sufficien-
te, & ultimata dispositione: hac .n. fa-
cit homo quicquid in se est: tunc ultra,
aut requiritur, ut sufficit disposito in-
sufficiens: tūc quęro, unde hęc peccati
detestatio est insufficiens: aut quia nō
est de omnibus peccatis: sed aliquod pec
catum adhuc placet: uel est de omnibus:
uel cū proposito nō abstinēdi ab oibus:
& patet, q illa dispositio impedit infu-
sionem gratię: quia ipsa est mortalis cul
pa: & ergo illa stante etiā per sacramen
tū pœnitentię nō remittitur culpa. Aut
quia est de omnibus etiam sine proposi-
to nō abstinendi: immo cū p̄posito ab-
stinendi: sed nō est sufficienter circum-
stantionata omnibus circūstantiis ines-
se debitis in genere moris, & maximè

Nunq̄ per sacramentū pœnitentię datur prima gratia.

Attritio excludens contritionem non est dispositio ad gratiā.

circumstantia finis, quæ principalissima
est omnium circumstantiarum: & maxi
mè debita ut sit perfectè uirtuosa in ge-
nere moris: ut dictum est in tertio: ut
quia dolet se peccasse non propter deū
tanquam finem ultimū: sed propter se, &
amorē sui: puta quia peccata inductiua
sunt pœnę: aut impeditiua gloriæ, aut
cōfusiua personę, uel impeditiua alicuius
temporalis commodi: uel occasio tem-
poralis damni sui, uel suorum: uel alicu-
ius alterius huiusmodi in seipsum finali-
ter ordinati: sed hæc detestatio omnino
est dispositio ad peccati remissionem ad
gratiā: quia hęc etiā est in malis, & dam
natis. ut dicit Alex. par. iiii. q. lvii. memb.
ii. unde ait. Actus dolendi de culpa cau-
satur dupliciter: aut ex lęsione naturæ:
aut ex offensione maiestatis diuinæ, &
prævaricationis iustitiæ. Primum dolo-
rē de culpa habere potest quis ex sola na
tura, sine gratia. Sicut enim hō naturali
ter se diligit: ita odit omne p̄pter quod
malum incurrit: & hic dolor, siue pœni-
tentia est in malis, & damnatis, & ange-
lis malis: & cū hoc uiuit, & regnat mala
uoluntas: ideo deus eā nō acceptat: nec
sic dolens inuenit gratiam, uel ueniam.
Hæc ille. Talis itaq; actus detestationis
peccati, quia caret circūstantia ultimi fi
nis non ordinantur in deum: nec assumi
tur propter deū: & per consequēs nō est
dispositio qualiscunq; sufficiens de con
gruo ad gratiā dei consequendā. Actus
enim, qui nō fit propter deū, sed pręcipuè
propter creaturam: sibi statuit finem ul
timum erit fruitio creaturæ. Etiam si
propter deum in ordine ad creaturam
finaliter erit usus dei: quæ est omnis per
uersitas secundum Aug. in lib. lxxxiii. q.
& ita mortale peccatum: & per conse-
quens impedimentum gratiæ. ¶ Si autē
fit propter creaturam: non tamen ibi cō
stituendo finem ultimum: nec tamen in
ultimum finem referendo: licet non sit
fruitio creaturę: quia tamen caret cir-
cūstantia ultimi finis: nō est pfectè mora
liter bonus. Etiā q̄a nō fit propter deū:
sed præcipuè p̄pter creaturā: nō habet rō
nē meriti cuiuscunq; apud deū: maximè
respectu gratię, quę est perfectissimū in-

ter omnia dona dei, secundum Apostolum. Est enim gratia essentialiter eadē charitati: ut in secūdo patuit: & hoc latius deductum est in probatione primæ opinionis. ¶ Aut illa dispositio non est sufficiens: quia licet sit sufficienter omnibus circumstantijs moralibus uestita: etiam ultimi finis: tū non est sufficienter intensa: aut non usq; ad terminum temporis a deo præfixi continuata secūdum imaginationem Sco. Sed hoc non; quia si hæc detestatio fuerit uestita, & circumstantionata circumstantia ultimi finis, id est si fuerit elicita propter deum tanquam ultimū finem: & ita super omnia dilectum, est sufficiens dispositio, & meritum de congruo (quantumcunq; fuerit remissa, aut momentanea) ad gr̃æ infusionem in eodem instāti temporis, in quo est talis dispositio. Quod sic ostēditur: quia detestatio illa procedit ex dilectione dei super omnia: quia ex dilectione dei, ut ultimi finis. Quod autem diligitur ut ultimus finis: diligitur propter se: ut simpliciter optimum, & summum: in quod omnia bona sunt ordinata. Hæc enim est ratio ultimi finis: ubi autem est dilectio dei super omnia statim, id est simul tempore infunditur gr̃atia: quia nulla perfectior dispositio ad gratiam potest assignari: ut habitum est supra. q. præcedenti. Nec potest esse nimis remissa: quia si ad eam intensam infunditur intensa charitas, etiam ad eam remissam infunditur remissa charitas: & ideo intensio, aut remissio dispositionis (dū alias fuerit sufficiens in spē) non uariat quantum ad infusionem, & non infusionem gratiæ: licet bene differentiam faciat quantum ad infusionem intensę, aut remissę gratiæ. Est ergo detestatio remissa peccatorum (tum propter deum tanquam propter ultimum finē) dispositio ad remissam: & intensa ad intensam gratiam. Præterea per quamcunque auersionem a deo ad creaturam, qua creatura deo præponitur actu perfecto, & deliberato quantumcunq; remisso peccatur mortaliter, & aufertur gratia: ergo etiam per actum perfectum quantūcunq; remissum, quo deus præfertur omnibus & super omnia diligitur: restituitur gratia. Tenet consequentia: quia pronior est deus ad miserendum, quam ad condemnandum: iuxta illud Psalm. cxliiij. Miserationes eius super omnia opera eius. Ad hoc est auctoritas Chrys. in de reparatione lapsi: & allegat magister prope finem dist. xiiij. Talis, inquit: mihi crede: talis est erga hominem pietas dei: nunquam spernit pœnitentiam, si ei syncere, & simpliciter offeratur. Etiam si ad summum quis perueniat malorum: & inde tamē uelit reuerti ad uirtutis uiam, suscipit libenter, & amplectitur: & facit omnia: quatenus ad priorem reuocet statum. Syncere dicit quantum ad omnia peccata. Si namque non peniteat de omnibus peccatis: non est syncera, neq; pura: q̃a adhuc admixtæ sunt feces peccatorum, placet. Simpliciter dicit quātum ad circumstantiā finis, id est propter deum finaliter. Alioquin si displicet peccatum propter aliud a deo principaliter: iam oculus intentionis non est simplex, & per consequens corpus, id est actus penitendi manet tenebrosum: iuxta uerbū christi. Matt. vj. Si oculus tuus simplex fuerit &c. Et subdit Chryso. magis ad propositū. Quod que adhuc præstantius est, & eminētius: etiam si non potuerit quis explere omnem satisfaciendi ordinem quantulā cunq; tamen, & quālibet breui tempore gestam: nō respuit penitentiam. Suscipit etiam ipsam, nec patitur ē quāuis exiguæ conuersionis perdere mercedē. Ecce dicit quantulamcunq;: quod respicit gradum intentionis. Et quamlibet breui tempore gestā: quod respicit moram temporis. ¶ Est tamen hic considerandum; q̃ detestatio peccati compara ri potest ad detestationem alterius generis, id est ad detestationem aliorū malorum temporalium, uel eternorum, uel ad detestationem eiusdē generis magis, uel minus intensam. Primō nō oportet detestationē esse maximam: quia sicut propter nullum malum uitandum, eligendum est peccatum: ita nullum malū plus est nolēdū, quā pc̄tum: immo detestatio peccati propter deum tanquam

Actus q non fit propter deū, nō est dispositio ad gratiam.

I Proni- or est deus ad miserē dum, q̃ ad con demnādum.

K Qūo detesta tio pec cati di- cit̄ ma- xima.

ultimum finem, non potest esse nisi maxima: hoc modo, quia fundatur in dilectione dei super omnia: quæ nihil deo: sed deum omnibus præponit. Nam si aliquid præponeret deo: iam non esset dilectio dei & finis ultimi. Sic etiam detestatio in hoc ampre fundata nullius mali odiū ponit odio mali, quo offenditur deus. & si præponere odium alicuius mali: iam odium peccati non esset eiusdem generis: quia non esset odium peccati propter deum, & ultimi finis. Circumstantiæ enim (præsertim finis) mutant genus moris, ut habitum est in tertio. Sic isto modo odium, uel detestatio peccati propter deum ut propter finem ultimum: quantumcunque remissa fuerit: est maxima. Secundo modo cōparando ad detestationem eiusdem generis, uel speciei, id est ad detestationē peccati propter deum magis, uel minus intensam: tunc in quocunque gradu saluatur genus moris, id est ut sit detestatio peccati propter deum, ut finem ultimum in eodem est dispositio sufficiens ad gratiæ infusionem: quia ut dictū est: in quocunque gradu fundatur in amore dei super omnia: quæ esse non potest in aliquo suo gradu sine proportionabili gratia. ¶ Ex illis sequitur, quod non requiritur continuatio detestationis peccati: ut sit sufficiens dispositio ad gratiā: ita quod ante terminū alius temporis non esset sufficiens dispositio: quia in quocunque instanti habeatur: habetur etiam dilectio dei super omnia, in qua fundatur: sed illa non pōt eē sine gratia: ergo in nullo instanti potest esse talis detestatio peccati sine gratia. ¶ Ex quo sequuntur sex corollaria. Primum, quod nulla detestatio peccati sufficit ad remissionē peccati tanquam dispositio de cōgruo, nisi fuerit circumstantionata circumstantia ultimi finis. ¶ Secundo, quod omnis talis displicentia peccati sufficit, ut ultimata dispositio ad gratiæ infusionem: immo nō potest esse sine gratia: & ideo non est dispositio præuia: sed concomitans: sicut omnis ultimata dispositio respectu formæ. ¶ Tertio, quod omnis talis detestatio, dicitur & est uera contritio.

Coro. 1 L

Coro. 2

Coro. 3

¶ Quartò, quod attritio prout distinguitur contra contritionem: non est sufficiēs dispositio ad gratiæ infusionē. ¶ Quintò, quod ad iustificationem impij requiritur detestatio peccati propter deum, tā quam propter ultimum finem: quia dispositio requiritur, & attritio non sufficit: ergo alia requiritur, quæ non est nisi illa detestatio propter deū. ¶ Sextò sequitur, quod ad remissionem peccati, & infusionem gratiæ requiritur contritio in habentibus usum rationis: ut meritū de congruo sufficiens: nō quidem ut dispositio præuia: sed ut concomitans grā tiæ infusionem. Corollaria hæc satis patent ex præmissis. ¶ Tertiò notandum, quod sacramentum penitentiæ dupliciter accipitur. Vno modo solū pro exteriori sensibili signo, includente confessionem peccatoris, & absolutionem sacerdotis cum debita intentione utriusque: & illo modo diffinitum est in. j. notab. quia nihil aliud est de essentia sacramenti, quàm materia, & forma debita, & intentio cōferendi in ministro, & suscipiendi in eo, cui ministratur id, quod ecclesia intendit cōferre. Illis enim existentibus, & omnibus alijs circumscriptis, uerè est sacramentum: etiam si propter fictionem suscipientis non habeat illum effectum. Alio modo accipitur, ut præter iam dicta etiam includit contritionem, & confessionem in actu: & per politum satisfaciendi, ut sic includat suas tres partes: sicut & accipit Alex. ut supra allegatum est. ¶ Quartò notandum, quod peccatum remitti per aliquod multipliciter potest intelligi: secundum quod ly per, dicit uarias causæ circumstantias. Vno modo intelligitur peccatum mortale deleri per aliquod, tanquam per causam formalē: & quando illud est forma inherens animæ, expellens, seu non compatiens secū mortale peccatum. Secundo modo tanquam per causam efficientem principalem, uel dispositiuam, aut instrumentalem. Tertio modo per ipsum, ut per signum pronuntians, uel ostendens absolutionem a peccatis. Declarationes horum membrorum partim patēt ex priori

Coro. 4

Coro. 5

A

Coro. 6

Not. 3.
M
Sacramentū penitentiæ dupliciter accipitur.

Not. 4.

tio post Sco.dist.præsen.q j.q pęna dicitur,quodcunq; incommodum,uel affectiuum,seu disconueniens. Et est triplex:corporalis exterior: uel sensitiua interior:quę propriè dicitur dolor secundum Aug ubi supra,uel partis intellectiuę,seu mentis interior, quæ propriè tristitia dicitur:ut ibidem diffinit August.

Quadrupliciter uoluntaria

¶ Potest etiam pęna quadrupliciter esse uoluntaria.Vel quia ut patienter passa: puta quia patiēter toleratur sine remurmuratione.Vel secundo modo:quia accepta,ut medicina acris, & afflictiua.Tertiò,ut causata a uoluntate tanquam a causa propinqua partiali: non tamen intendente effectum.Quartò ,ut causata a uoluntate tanquam a causa remota principali effectum intendente.¶ Quo præmisso dicitur;q pęna corporalis exterior , aut sensitiua interior omnibus hismodis potest esse uolūtaria : ut satis patet:quia potest patienter tolerari ab alio inflicta:potest etiam a uoluntate acceptari:potest a uoluntate, ut motrice membrorum corporis causari:& tamen non intendi: ut qui præter intentionem incidit membrum,aut uulnerat seipsum:potest etiam imperari.ut legitur.iij.Reg.xx.de propheta dicente.Percute me.Sed de tristitia , quæ est pœna mentis : similiter patet: quia tristitia mentis de peccato displicente potest patienter tolerari: potest actu uoluntatis acceptari : ut dum quis sibi complacet in tristitia accedente: immo gaudet le tristari. Potest etiam tristitiam causare utroque modo supra posito:nam tristitia nō causatur nisi a duabus causis partialibus simul concurrentibus.scilicet ex actuali appræhensione alicuius existentis, & actuali nolitione eiusdem:his enim concurrētibus sequitur naturaliter tristitia in uolūtate:nisi aliunde sit impedimentum. Quod ergo est causa nolitiōis:est causa partialis tristitiæ.similiter quod est causa apprēhensionis noliti.Volūtas ergo:cum sit causa suæ nolitionis:est causa tristitiæ partialis:licet eam non intendat: causa autem propinqua non proxima,uel immediata:sed causa causæ, scilicet suæ nolitionis immediata ¶ Similiter potest causare tristitiam:ut causa totalis mediata principalis,& remota: quia potest utrasque causas partiales immediatas contungere:potest enim imperare intellectui, ut consideret rem nolitam: & ut sic cōsideratā nolit:& hoc ideo ut sequatur tristitia puniens;& ita utrumq; imperando est una cā remota:& sic totalis in illo ordine illius punientis tristitiæ, non autem simpliciter causa totalis:sed totalis remota:& per hoc patet responsio ad dubium.¶ Sed ad rationem dicitur; q August. ibi diffinit non pęnam generaliter;sed tristitiam.:quam non dicit esse nolitam:sed accidere de rebus a nobis nolitis euenientibus.Vnde in proposito tristitia de peccato non est nolita: sed peccatum a nobis nolitum est,a cuius nolitione,& eius apprēhensione tanquam actibus a nobis uoluntariè causatis naturaliter sequitur tristitia . quę est uolita:aut a uoluntate accepta. Et simul potest stare tristitia, & gaudium siue delectatio:non respectu eiusdem obiecti, sed diuersorum:tristitia de peccato cōmisso quod non placet:& tamen commissum est,& gaudium de tristitia uolita,uel acceptata . ¶ Quod uero dicitur peccatum non dimitti sine pęna uoluntaria;intelligendum est,q non dimittitur peccatum sine actu pęnitentiæ, scilicet detestationis peccati ad quemquā tum est de se:nata est sequi pęna mētis, scilicet tristitia:etiam si aliquando non sequatur propter aliquem defectum,uel impedimētum. ¶ Secundò dubitatur de ordine actuum pęnitentiæ in primo articulo designatorum:quia nō uidetur; q uelle uindicare sit prius:sed detestatio peccati:quia uelle uindicare peccatum,præsupponit nolle peccati:ideo.n. quis uult uindicare peccatum :quia displicet.¶ Solutio. Actus illi non sunt essentialiter ordinati ad inuicem ,quia posterius nominati possunt esse sine prioribus:& econuerso. Vnde quandoq; uelle uindicare peccatum est prius,seu primus:ut quando appræhenditur peccatum,ut uindicandum : & statim sequitur uelle uindicare , & præcipere intellectui

Tristitia quomodo causatur a uoluntate.

Dub. 2. Y De ordine actuum pęnitētiæ.

actui considerare peccatum, ut malum: & sibi ipsi imperare, ut eliciat eius detestationem: & hoc, ut sequatur tristitia puniens: immo potest uelle uindicare peccatum pœna exteriori: & tamen non habere displicentiam peccati: sicut nonnulli nolentes dimittere peccatū, nihilominus assumūt aliquam satisfactionē, ieiunium, uel laborē propeccato: quod tamen placet. Potest etiā præcedere detestatio peccati: & de hinc quia displicet peccatum, sequi uelle punire. Verū dum actus illi sunt ordinati, & circumstātia ultimi finis uestiti, regulariter uidet præcedere actus detestationis. Appræhēso enim peccato ut dei offensiuo: statim sequitur nolle peccati, ut diuinæ maiestatis offensiui: & hoc nolle, & appræhensionem prægulam naturaliter sequitur tristitia: & hanc acceptatio eius: & hinc sequitur uelle uindicare ipsum: quia a deo præceptum, uel pœna interiore eam augmentando, uel continuando: uel pœna exteriore, ut confessione, & satisfactione: unde quandocunq; peccatum appræhenditur ut uindicandum tanquam deo displicens: statim displicet uoluntati deū diligenti: & nō potest elici uelle uindicare, quia dei offensiuum: quin præcedat detestatio peccati. Verū inter detestationem, & tristitiam consequenter est essentialis ordo: quia necessario detestatio præcedit tristitiam: in alijs non sic: ideo ordo mutationis actuum non dicit ordinem eorum essentialem: ideo uaria ri non potest detestatio tamen essentialius se habet ad peccati deletionē, quā cæteri: ut dictum est. ¶ Tertio dubitatur: utrū pœnitētia sit uirtus, & si sic, an theologica, uel moralis. Pro responsione notā dum, q pœnitētia quandoq; dicit actū, quandoq; habitum, & uterq; potest esse ordinatus, uel inordinatus uel indifferens: ut dictum est. Dubium solum intelligi debet de ordinato actu, uel habitu: quia inordinatus, uel indifferens nō pertinet ad uirtutem. Item cū uirtus sit habitus: manifestū est, q pœnitētia actus et ordinatus nō est uirtus: pōt tñ esse uirtuosus: quia uel a uirtute elicitus, uel uirtutis generatiuus: quę nūc supponunt ex

Dub. 3. Z Vtrum pœnitētia sit uirtus, moralis, uel theologica.

dictis in. iij dist. xxiij. Quibus præmissis respōdetur per duas propositiones. ¶ Prima. Sicut omnis pœnitētia ordinata habitualis est uirtus: ita pœnitentia actualis est actus uirtuosus. Probatur primō secundum: quia omnis actus elicitus conformatur rationi rectæ: & propter hoc est uirtuosus: pœnitentia actualis est huiusmodi: ergo. Consequentia nota cum maiore. Minor probatur quoad principalem actum pœnitētię, qui est detestatio: quia sicut recta ratio dictat bonum honestum esse uolendum: ita dictat bonū inhonestum: quale est omne peccatum esse nolendum. Nolle peccatum est detestatio peccati. Probatur etiam de actu uindicandi: quia secundum rectam rationem sicut bonum est præmiandū, ita malum puniendum: ut habitum est in primo articulo: & ideo puniens malum (maxime dum aliud a legislatore sibi commissum est) facit actum rectæ rationi cōformem, ergo actum uirtuosum. Vnicuiq; autem cōmisit dominus punire peccatum suum in seipso, in hoc, q unicuiq; mandauit pœnitentiam: ergo. Ad illos autē duos actus. s. detestari, & uelle punire peccatum, sequuntur cæteri: ideo si illi duo sunt uirtuosi: etiā qui ad eos consequuntur, sunt uirtuosi: nam bonum nō est, ad quod per se sequitur malum. Prima pars propositionis de habitu patet: quia omnis habitus genitus ex actibus uirtuosis, & inclinās ad tales est uirtus: talis est habitus pœnitentię ordinatus, ergo deductio quantum ad omnes satis patet. ¶ Secūda propositio. Sicut diuersi actus pœnitentię ad diuersas uirtutes possunt reduci: ita & eorum habitus sub diuersis uirtutibus poterunt cōtineri. Prima pars patet de actu uindicandi, qui reducitur ad uirtutem iustitię distributiuę, cuius est præmia uirtutibus, & pœnas uitiis dispensare: nam uindicans peccatum hoc agit, ut minister iudicis, dispensans præmia meritis. Nec impedit, q uindicat peccatum in seipso: quia accidit ministro, cui committitur uindicta peccati; quis sit is, qui peccat: unde agit hunc actum in se, ut in alterum: quia agit ut minister iudicis in reum contra le-

ppo. 1.

ppo. 2.

A

gem peccátem: ut dicit Sco. Et licet pœnitere dicat uindictam, ut in se: hoc tamen non uariat rationem uindictę inferendæ ratione cuius reducitur ad uirtutem distributiuam. Sed quantum ad actũ detestationis peccati pœnitentia reducitur ad diuersas uirtutes: unde potest esse cuiuscũq; uirtutis appetitiuę; unde quęcunq; uirtus inclinat ad uolendum bonum honestum: etiam inclinat ad nolendum malũ inhonestum oppositum: unde nolle luxuriã, reducitur ad uirtutẽ castitatis: detestari superbiã, ad uirtutem humilitatis: respuere gastrimargiã, ad uirtutem temperãtię: & sic de alijs. Alij actus hos sequentes reducuntur ad easdem uirtutes actuũ, ad quos sequuntur. Tolerare tũ pœnam pro peccatis inflictã, reducit̃ ad uirtutẽ patientię: & quod dictũ est de actibus similiter intelligendũ est de eorũ habitibus. ¶ Verũ pœnitentia põt accipi strictissimè, ut est respectu peccati, ut expiabilis p ipsam: & sic põt esse spiritualis uirtus: qa habet speciale obiectũ, uel rationem obiecti: puta ut expiabilis. Finis.n. est obiectum: ut habitum est in. iii. dist. xxiii. & detestari peccatum ut expiabile est. i. ut expietur, est specialis finis: & tamẽ sub fine: & sic loquitur Tho. & Ric. Sed non tantum secundum hanc acceptionẽ hic agitur de pœnitentia: sed uel de pœnitentia generaliter, ut est respectu peccati, ut est malũ: uel specialius ut est actus, uel habitus respectu peccati ordinatus: nam illa acceptio strictissima nõ conuenit perfectissimæ pœnitentię, quæ maximè meretur peccati expiationem, quæ est detestatio peccati precisè: quia dei offensiuum non cogitando an sit expiabile, uel non: & ideo est nimis stricta in proposito.

AA Pœnitẽtia quæ dã põt esse moralis, & theologica.

¶ De secũdo quęsito in dubio, an pœnitentia sit uirtus moralis, uel theologicalis. Pro cuius solutione notãdum, q actus pœnitentiæ ordinatus est: qui fertur in peccatum tanquam in obiectum ipsum detestãdo, uel uindicando: & in deũ tanquam finem: quia est detestatio, uel uindicatio peccati propter deũ. Nũc aũt ut dictũ est in. j. dist. j. uno actu possumus ferri in finẽ, & in mediũ propter finẽ: & tũc actus ille sicut habet duplex obiectũ. s. finem, & mediũ: sic sortitur diuersa nomina: nam inquantũ terminatur ad finem, dicitur fruitio: & inquantum terminatur ad medium, dicit̃ usus. Possumus etiam ferri in finẽ, & medium duobus actibus distinctis: quorum unus tantum ad finẽ terminatur; & ille erit fruitio tantũ: alius terminatur tantum ad medium, & est usus tantũ. Sic in proposito actus pœnitentiæ, quo detestor peccatũ propter deũ tanquã finem ultimũ: põt esse unus, qui respectu finis est amor: respectu peccati est odiũ. Nam illo uno actu peccatũ odio propter deũ sup omnia dilectũ: & ille actus simul pertinet ad uirtutẽ theologicã, & moralem. i. pertinet ad habitũ inclinantem ad actũ illũ prout terminatur ad utrũq; obiectũ finem. s. & mediũ: & ille habitus est uirtus moralis, & theologica acquisita: qa habet pro obiecto deũ: ideo theologica, & peccatũ uel pœnã: ideo moralis ¶ Possunt etiam esse duo actus. Vnus respectu finis, qui est actus dilectionis dei sup omnia. Alius respectu peccati, uel pœnę, qui pertinet ad uirtutem moralem sicut primus ad theologicã. s. charitatem. Vult tamen hic Ockã dicere: q quia res magis denominatur ab eo, quod est sibi propriũ: quã quod est sibi comune cũ alijs: quia p nomina res discernimus: iõ actus ille, qui æquiualenter includit duos actus pertinentes ad distinctas uirtutes, quorũ unus causatur ab alio: magis denominatur a secundo actu, quàm a primo: qa primus cõior est causalitate, quàm secũdus: & ideo actus ille æqualenter includens actũ dilectionis dei, ut finis: & actũ detestandi peccatum ut medij, magis denominatur a uirtute secundi actus, quã a uirtute primi: hoc est magis dicit̃ actus pœnitentiæ (id est iustitiæ humilitatis: tẽperantiæ &c. quia pœnitentia non est una uirtus secũdũ speciem: sed multas includit: ut dictum est) quã actus dilectionis, uel amicitiæ; quia ille actus respectu finis est cõmunior in causando, quã secundus: põt. n. actus respectu finis causare actus respectu quorũcunq; mediorum ad illum finem tanquam causa partialis: nõ sic actus respectu certi medij: & a mi

Dub. 4. BB Vtrum gratia, ad quã disponit pęnitentia, sit eadē cũ gratia sacramentali.

nus cõmuni sit denominatio. ¶ Dubitari posset de gratia, ad quam disponit pœnitentia, per quã deletur peccatum; utrũ sit eadem cum gratia sacramentali, & cũ gratia donorum, & uirtutũ. Sed satis responsum est sup. dist. ii. q. j. ubi dictum est, ꝙ gratia, qua delentur peccata: & gratia sacramentorũ, ac uirtutũ, & donorum est gratia gratum faciens, quæ est una specie: quia identificatur charitati, quę est una uirtus secundũ speciē: & ideo est eadem gratia omnium illorũ secũdũ speciē: licet nõ eadē numero: neq; eadē secũdũ intētionē.

Dub. 5. ¶ Posset ēt dubitari de subiecto pœnitētię. Sed satis patet, ꝙ oēs pęnitētię actus sunt actus potentiæ appetitiuę: quia nolle peccasse: uelle uindicare pc̃tũm: aut cõplacere in illis: ideo pęnitētia quãtũ ad oēs actus suos pariter & habitus est in uoluntate, tanquã in subiecto. Verũ añ sit in cõcupiscibili, uel irascibili: nã illę potentiæ nõ tãtũ in appetitiua sensitiua: sed etiã intellectiua ponũtur: dicitur, ꝙ quantũ ad eã, quę inclinat ad uindicandũ est in irascibili: & quãtũ ad eam, quę inclinat ad detestandũ est in cõcupiscibili.

Dub. 6. CC ¶ Itē dubitatur, quorũ est penitentia. Ad hoc respõdetur: loquẽdo de pęnitētia acquisita, non est innocentium: quia qui non habuerũt pc̃tũm, nõ possunt habere actũ respectu sui peccati. ubi nõ est actus: ibi nec habitus ex actibus acquisitis. Ex hoc sequit̃; ꝙ neq; angeli: nec christus: neq; uirgo beata habuerunt pęnitentiam. Sed de beatis, qui in uia habuere pęnitentiã: si habitus acquisiti manent in patria tanquam animæ ornatus: licet ibi non habuerunt actũ: dicẽdũ, ꝙ in eis est pęnitentiæ habitus: uerũ in beatitudine habere possunt actum pęnitentię non quidem uindicãdi peccatum, aut puniēdi: sed detestandi peccatum: quia etiam in beatitudine displicet peccatum. Item actum complacendi, quo cõplacet detestatio peccati. Et ut alij dicunt: gaudium, uel complacentiã remissionis peccati. Sed uideat lector; an illa sit actus pęnitentiæ: si uero penitentia etiã extēditur ad pęnitentiam inordinatam, & infructuosam: tunc etiã in damnatis est pœnitentia quoad actum, & habitũ: dolent enim, & uellēt se nõ peccasse: licet peruersa intentione: iuxta illud Sap. v. Pœnitentiã agentes &c. non tamen est in eis pœnitentia ordinata: sed de habitu infuso nõ est aliqua necessitas ponendi illum: si tamen ponitur: etiam illa manet in beatis: quãuis non haberet actũ: non tamen ponitur in angelis confirmatis in gratia. Sed secundũ aliquos ponitur in innocentibus, qui licet non peccauerunt; tamen peccare potuerunt. Habitus autem non solum respicit actum, qui est, uel fuit: sed etiam qui potest esse: licet nunquam erit.

Dub. 7. DD De originę pœnitētiæ.

¶ Posset etiam dubitari de origine pœnitentiæ; an semper concipiatur ex timore. Illud dubium solum locum habet de pœnitentia acquisita: & pręsertim de actu eius: quia habitus præsupponit actum. Et dicitur, ꝙ in incipientibus nondum perfectis (nam & perfecti quandoq; labuntur: iuxta illud. Septies in die cadit iustus) frequenter oritur ex timore pœnæ, qui oritur ex amore sui. Sed in perfectis oritur ex amore dei, & iustitiæ: quibus magis displicet peccatum: quia contra deũ, & iustitiam: quã quia pęnæ inductiuũ. Et quoniam actus circa medium oriuntur ex actibus circa finem: secundũ diuersos fines pœnitentiæ ex diuersis oritur pœnitentia. Et tantum de ista quęstione.

QVAESTIO. II.

A TRVM per pœnitentiæ sacramentum deleatur mortale peccatum. ¶ Tribus articulis quęstio uentilabitur: s. positione notabilium, conclusionum, & dubiorum.

Arti. 1. Not. 1. Diffinitio sacramēti pœnitētię.

¶ Quantum ad primum nota, ꝙ pęnitentię sacramentum, sic describitur a Scot. quæst. iiii. huius distinct. &c. & Ockam. Pœnitentiæ sacramentum est absolutio hominis pęnitentis facta a sacerdote iurisdictione habente, sub certa uerborum forma, cum debita intentione prolata, ex institutione diuina efficaciter significantium absolutionem animæ a peccatis. ¶ Dicitur

primò est absolutio .i. quædam sententia diffinitiua absoluens reum nō tamē sententia iudicis principalis: sed iudicis secundarij, uel cōmissarij. Potest enim quis ex cōmissione cognoscere in causa: & ita etiam ex cōmissione iudicare, seu sententiare pro condēnatione rei, si indignus est: uel pro eius absolutione, si dignus est. Quòd autem dicitur absoluens non intelligitur uerè, & realiter: alias in fictè accedente non esset sacramentum: sed absoluens .i. absolutionē significans: unde absolutio in diffinitione tantum ualet .i. absolutionis prolatio: hoc est prolatio quorūdam uerborum absolutionem significantium. ¶ Dicitur facta a sacerdote: ubi tangitur minister huius sacramenti, qui solus est sacerdos: unde ab alio, quā a sacerdore ministrari hoc sacramentum nō potest: ut inf. dist. xvii. dicetur. ¶ Dicitur iurisdictionem habentem: quia non quilibet sacerdos indifferenter potest hoc sacramentum ministrare, quia ipsum est sacramentum iudiciale: & sacerdos ut iudex absoluendo profert sententiā ligantē, uel soluentē. Nunc autē sententia a nō suo iudice lata est nulla: oportet ergo sacerdotem absoluentē esse iudicem cōfitentis: & ita in eum habere iurisdictionem. Et hęc iurisdictio est de necessitate sacramenti: ita q si ab alio iurisdictionem non habente ministretur: nō solum peccat ministrans: sed irritum est sacramentum: de quo magis infra. Vnde congruū est, q idem habeat potestatem in corpus christi uerū, & mysticū: ex quo sequitur: q nihil pertinens ad sacramentum pęnitentiæ, potest a laico dispensari: sicut nec confectio eucharistiæ: quia sicut solis apostolis, & eorū successoribus dictū est. Hoc facite in meā cōmemorationē: ita eis tantum dictū est. Accipite spiritūsanctum, quorum remiseritis peccata, remittētur eis &c. Et ideo confessio, quæ est præuia ad sacramentum pœnitentiæ: facta laico nihil ualet uirtute operis operati, ut infra dicetur.

B ¶ Dicitur hominis pęnitentis .i. confitentis: q ad ueritatē sacramēti nō requirit: q absoluendus sit pęnitēs per actū pęni-

Confessio est d

tentię interiorē: de quibus pręcedenti quæstione dictū est. Nā fictè accedēs nō est pęnitens: & tñ uerū est sacramētū ex teris paribus: licet infructuosū: quia etsi ibi fit sacramentū significās: nō tamē est res significata propter impedimentū, & obicē fictionis: unde etsi significatur absolui: nō tamē absoluitur a peccatis: nec gratiā cōsequitur, quę est res sacramēti. sed necessariò requirit cōfessio pctōrū, sine qua nō est sacramētū: & in hoc tangit materia huius sacramēti eo mō, quo hic inuenitur materia. Vbi nota secūdū beatū Tho. dist. psētis q. j. ar. j. q quędā sunt sacramenta, quæ non requirunt aliquē actū in suscipiēte quātū ad ueritatē sacramenti, nisi per accidens, sicut remouens, prohibēs: ut baptismo, cōfirmatione, eucharistia, ordine, & extrema unctione: & in illis: quia siue suscipientis actu cōplentur: est aliqua materia .i. aliquid materiale pręter uerba formali are quisitū ad ueritatē sacramenti: ut in baptismo aqua: in confirmatione chrisma cōsecratū: in unctione oleum infirmorum benedictū: in ordine calix cū pane, & uino ordinando porrectus: uel aliud tale signum secundū exigentiā ordinis: sed de ordine postea uidebitur. Et in illis uerum est uerbū Aug. Accedat uerbū ad elementum; & fit sacramentū. Nā & ipsa uerba hæc proferens loquitur de sacramento baptismatis. Alia sunt sacramenta, quæ requirūt per se, & essentialiter: hoc est necessariò, ut sit uerū sacramentum, actum eius, qui sacramentū recipit: ut in pœnitētia, & matrimonio. In pœnitentia requiritur confessio pctōrū: in matrimonio expressio cōsensus contrahētiū: & in illis non est talis materia. Sed ipsi actus suscipiētiū exteriores sunt p materia: sicut actus sacerdotis pro forma: ut uult Alex par. iiii. q. lx. mēb. xx. hoc etiā uult Richar. q in his sacramentis pro materia est illud, quod ex parte suscipientis sacramentū cōcurrit. unde dicit q. j. dist. xvi. ar. j. & ii. q partes materiales sacramenti pęnitentię sunt cōpunctio, confessio, & satisfactio: uerum cōpunctio non est de necessitate sacramenti: sed de necessitate suscipiētis sacta

necessitate huius sacramenti.

De materia.

sacramentum:etiam non est pars sacramenti pœnitentiæ, quamuis requiratur ut dignè agatur: quia non est sensibilis. Sacramentū aūt constat ex sensibilibus signis tāquā ex materia,& forma: quod additur propter intētionē ministri quæ requiritur. Satisfactio similiter in uoto requiritur ad dignā susceptionem: nō in opere: quia in opere sequit̄ sacramentū: in uoto tñ nō requiritur ad necessitatē sacramenti: sola confessio necessariò requiritur ex parte suscipientis, ut sit sacramentū. Sunt tñ, qui dicunt, ꝙ ipse suscipientis sacramentū sit materia: ut dicit Gerson in suis floribus moralibus. Materia suscipiens in sacramento cōfessionis est hō peccator cōtritus sponte se subjciens sacerdoti. Sed impropriè uidetur suscipiens dici materia sacramenti: quia simili ratione posset minister dici materia, uel saltē forma: quod nulli dicunt: unde inter ministrum suscipientem, materiā, & formā debet esse distinctio: tñ illud sustinendo: quia forte in sacramento matrimonii illa distinctio saluari non potest, saltem realis: ut infra dicetur pōt poni triplex materia sacramenti pœnitētiæ remotissima,& sunt peccata: remota,& est peccator confitens: & propinqua:& est ipsa confessio. Quō tamen materia,& forma ponitur in sacramētis nō propriè, sed metaphoricè: dictū est. sup. dist.iii.q.j. ¶ Dicitur in diffinitione sacramenti pœnitentiæ: sub certa uerborum forma: ubi tangitur forma huius sacramenti, quę est absolutio sacerdotalis: non autem necesse est hanc formam absolutionis ita præcisam esse, sicut in baptismo, uel eucharistia: quia sufficit, ꝙ exprimatur actus absoluentis: sicut & in iudicē publico non oportet esse limitata uerba: ait enim unus ut Sco.q.iiii.huius dist. de Theodoro martyre: Iubeo ignibus tradi. Alius de Cypriano gladio animaduerti (idest puniri) placet. Communiter tamen ista uerba sunt apta: ego absoluo te: quęcunq; alia prę mittant, uel cōsequant̄ secūdū diuersam cōsuetudinem in diuersis ecclesiis. Hęc Sco. ¶ Astaxanꝰ dicit, ꝙ forma absolutionis hęc ē. Absoluo te ab oibus pc̄tis tuis:

C
De forma absolutiōis.

& sumitur ex uerbis christi Matth. xvi. ad petrum. Quodcunq; solueris super terrā, erit solutū & i cęlis. Absolutiones aūt in publico factæ: s. misereatur tui &c. uel, indulgentiā, & remissionē &c. nō sunt sacramentales: sed orationes ordinatæ ad remissionem pc̄torum uenialium. Et ergo in sacramentali absolutione nō sufficeret eas dicere: quia presbyter nō per eas significat fieri absolutionem: sed petit, ut fiat. Præmittitur tñ deprecatio in sacramētali absolutione: ut effectus absolutionis nō impediatur: non tamen est de essentia sacramēti. Et quia deus principaliter absoluit per ministerium sacerdotis conuenienter apponitur aliquid, quod pertineat ad auctoritatem principaliter absoluentis: ut sic. Ego absoluo te a peccatis tuis: in nomine patris,& filii,& spiritussancti. Vnde uidentur illa uerba omnino sufficere,& esse congrua: hęc enim exprimunt ministrum,& eius actum, & personam suscipientem: & peccata, a quibus absoluitur, & auctoritatem principalem, licet secundū Sco. illa solum sint necessaria: absoluo te: cętera, q̄ in forma illa a quibusdam adduntur superflua sunt, & periculosa: ut sunt illa, confessis, contritis, & oblitis: quia secundum multos, non ꝑquirit̄ cōtritio: sed sufficit attritio: & sic quātū ad attrita, nō cōtrita frustra ret̄ effectus absolutionis. ¶ Præterea cū dicitur absoluo te a peccatis: omnia peccata includuntur: & ab omnibus absoluitur: si non ponit obicem. unum enim peccatum saltem mortale sine alio non remittitur: si uero ponit obicem: non omnia quorum habet memoriam confitendo: aut propositum habens peccata continuandi: aut complacentiam in commissis: iam non absoluitur: quęcūq; uerba proferantur: & ideo superflud adduntur confessis &c. Et tantum de forma. ¶ Dicitur consequenter in diffinitione: cum debita intentione prolata: quia intentio ministri requiritur in omnibus sacramentis faciendi illud, quod ecclesia intendit: ut latius dictum est de baptismo. ¶ Dicitur: ex institutione diuina efficaciter &c. ubi

quam meritũ de cõgruo. In secũdo solũ requiritur opus exterius cũ remotione impedimenti interioris. Non solũ ergo attritus per aliquod tempus usq; ad certũ instãs in ultimo instanti recipit gratiã delentẽ pctũm tanq̃ per uirtutẽ meriti de cõgruo: sed nõ habens talẽ actũ, qui sufficiat ad meritum de cõgruo: sed tantum habens uoluntatẽ suscipiendi sacramentum ecclesiæ: & sine obice peccati mortalis actualiter in facto, uel in uoluntate inhærentis suscipit (non ex merito, sed ex pacto diuino) effectum illius sacramenti sic patũ attritus (etiã attritione, quę non habet rõnem meriti ad remissionem peccati: uolens tamen recipere sacramentũ pęnitentię sicut dispensatur in ecclesia: & sine obice peccati mortalis in uoluntate in actu, in ultimo instanti illius prolationis uerborũ: in quo .s. est uis sacramenti istius) recipiat effectum sacramentalem .s. gratiã, pœnitentialem. Non quidem ex merito: quia dispositio interior non erat sufficiens per modum meriti: sed ex pacto dei assistentis suo sacramento ad effectum illum, ad quem instituit sacramentum: alioquin non apparet, quomodo sacramentum pœnitentię est secũda tabula: si nunquam per ipsum (ut sacramẽtum est) posset recuperari prima gratia amissa: sed tantum per attritionem, per dispositionem præuiam, & per contritionem tanquam per dispositionem cõpletiuam. Hæc ille. ¶ Et consequenter respondet ad Augu. & Cassio. (super illud Psal. Dixi confitebor &c. & tu remisisti &c. Nondum pronuntiauit, ait August. sed promittit se pronuntiaturum, & deus dimittit. Et Cassio. Magna pietas dei: ꝙ ad solam promissionem peccatum dimittit: uotũ enim pro operatione iudicatur) ꝙ frequenter dimittitur peccatum per aliquem motum attritionis, tanquã per meritum de congruo ante susceptionem sacramenti pœnitentiæ: sicut in adulto frequenter dimittitur originale ante susceptionem baptismi: nec tamen sequitur; ꝙ per sacramentum non dimittatur: quia si illa alia dimissio quandoq; nõ adsit, ista nõ deficit: & ista minus requirit, solam .s. intentionem suscipiendi baptismum, siue sacramentum pœnitentię sine obice contra effectũ. ¶ Similiter ad illud Aug. super Ioann. xi. de resuscitatione Lazari. Nemo põt confiteri nisi resuscitatus: quod probat tripliciter. Primò de resuscitatione Lazari, qui primò suscitatus est, quã de monumento eductus. Secundò per illud Eccl. c. xvii. A mortuo uelut qui non est, perit confessio. Tertiò per illud ps. Nũquid medici suscitabunt, & confitebuntur tibi. Respondet; ꝙ duplex est confessio, laudis, & fraudis. Confessione laudis nullus dignè confitetur, nisi prius suscitatus: quia non est speciosa laus in ore peccatoris: secundũ Hieron. in epistola. Cogitis &c. Sed confessio fraudis accepta est in ore peccatoris: hoc est eius, qui adhuc peccator est. i. cuius peccatum nondum remissum est: dum tamen non sit peccator in uoto, seu actu interiore, uel exteriore. Concedit ergo: ꝙ ante perceptionem dignam pœnitentię oportet suscitari, uel simpliciter: & tunc per pœnitentiæ sacramentum non delectur peccatũ: sed gratia, quę infuit, augetur: uel suscitari secundum quid, .s. ut habeat aliqualem displicentiã de peccatis: & propositum cauendi de cętero: & uelit suscipere sacramentum pęnitentię: in quo attritio fit contritio: & tunc suscitatur simpliciter per sacramentum. ¶ Et cum arguitur de Lazaro: respondet, ꝙ reus obligatur debito pęnæ æternæ: quo soluto, obligatus est ad pœnã tẽporalẽ: prius aũt suscitatur, q̃ obligatio prima mutetur in secũdã. Vel q̃d uerius est: prius suscitatur, q̃ soluatur a secũda obligatione: & hoc mõ ad sacerdotes pertinet soluere non simpliciter: sed pro parte penæ, quã possunt relaxare uirtute clauiũ: & sic Lazarus uiuificatus a christo .i. pctõ a morte culpæ per gratiam resuscitatus, & solutus a carcere sepulcri .i. a debito pœnæ inferni, relinquitur discipulis soluendus ab institis .i. a pœnis temporalibus, in quas commutatur pęna æterna, quas penas temporales potest relaxare sacerdos claue non errante. Et conse-

Duplex ex confessio laudis & fraudis.

quèter addit, ꝙ sacerdos ita dimittit pec. catum in pœnitentia, sicut in baptismo: & ita absoluit sicut baptizat: quia utrobiq; simpliciter uerũ est, ꝙ ministrat sacramentum. Effectũ aũt sacramenti ministerialiter causat: quia aliquid causat ad quod secundum dispositionem, seu pactionẽ dei regulariter sequitur effectus sacramenti. Sic h inducitur illud Hiero. ꝙ sicut sacerdos legalis ostendebat leprosos mundatos: sic sacerdos euangelicus ostendit peccatores iustificatos, affirmatiuam concedit: sed negatiuam (scilicet ꝙ non aliter sacerdos euangelicus se habeat ad leprosos spiritualiter, quam sacerdos legalis ad leprosos corporaliter, scilicet præcisè ad ostendendum munditiam, & immunditiam) hincinde negat tanquam falsam. Et rationem assignat: quia deus non dedit in uete. le. aliquam cerimoniam, uel purificationẽ, cui ministrante a mini stro idoneo assistat regulariter ad mundandum lepram corporalem. Dedit autem in lege noua aliquod sacramẽtum, cui ex pacto regulariter assistit ad mundandũ leprosum spiritualiter: nisi impediat obex contrariæ uoluntatis. Hęc om
E nia Sco. dist. xiiii. q. ulti. ¶ Et distin. xvii. hãc differentiã sacerdotis legalis ab euãgelico, etiam ostendit dicens: ꝙ uerum est, ꝙ sacerdos euangelicus ostendit istũ mundatum, & solutum pro instanti, pro quo intelligitur sua absolutio: sed non hoc solum: immo sic ostendit, ꝙ illa ostensio est dispositio pręuia, & necessaria ad illud, qđ ostẽditur. Hæc est inquit, excellentia sacramentorum nouę legis: ꝙ eorũ susceptio est dispositio sufficiẽs ad gratiam illorum autem legalium nec susceptio erat dispositio efficax ad mundationem corporalem leprę uel huiusmodi fœditatis: esset autem simile, si fieret sermo de sacerdote legali purificante aliquem per aquas lustrationis ab aliqua irregularitate contracta in lege ex contactu leprę uel huiusmodi: tũc enim sacerdos ille exerceret quędam actum: qui esset signum efficax reconciliationis huiusmodi irregularitatis, & mundationis illius polluti, in cuius mundationis actu uel termino sequitur effectus signatus; scilicet, ꝙ iste est dignus communicare cum cęteris synagogę. Hæc ibi. Ista opinio esset ualde acceptanda, si haberet firmamentum scripturę, & sanctorum patrum: etiam si sicut ex hac parte facilitat, & relaxat uiam ad consequendam gratiam, & peccatorum deletionem: non ex alia parte arctaret, & difficultaret. Sed quantum ex parte sacramenti suscipiendi uiam reddit facilem, & certam (nam satis certus esse potest quis de se, ꝙ habet uoluntatem recipiendi sacramentum. Certus etiã esse potest, ꝙ non ponit obicem: quia certus esse potest, ꝙ actu non peccat mortaliter: & ꝙ non habet uoluntatem, seu propositum peccandi mortaliter in futuro: quibus stantibus, si suscipit sacramentum: certus est se consequi gratiam, & peccatorum remissionem) tantum reddit aliam uiam (qua per bonum motum interiorem, scilicet peccati detestationem propter deum, tanquam per meritum de congruo consequi potest remissionem peccatorum) dubiosam, & incertam: quoniam ut in prima quęstione ostensum est: dicit, ꝙ non quęlibet talis detestatio sufficiat ad meritum de congruo: etiam si fuerit sufficienter circumstãtionata & perfecta in genere moris, nisi fuerit certæ intentionis: & ad certum temporis terminum continuata, qui soli deo notus est. Unde sequitur, ꝙ nullus quantumcũq; doleat perfectè de peccatis cõmissis: possit nõ dico certitudinem: sed nec coniecturam probabilem habere, se habere sufficientem dispositionem de congruo ad remissionẽ peccatorum & gratię collationem: cum omnino coniecturari non possit an gradum intentionis necessarium attigerit: & terminum temporis, quo deus ordinauit contingi deberi per motum bonũ detestationis: ut esse possit dispositio sufficiens ad gratiam: cum gradus ille, ac temporis terminus nulli notus sit: nec alicui per scripturam specificatus. Et tollerentur de medio illæ tres ueritates summe consolationis peccatorum resurgere conantium: quas illu-

minatissimus doctor Ioann. Gerson cancellarius parisien. ponit in suo tripertito: & cum grandi auiditate a multis acceptantur: non .n. tunc sufficeret dicere. Domine pęnitet me hc uel sic peccasse contra te: propositum habeo cauendi peccata: habeo etiã propositũ integrã cõfessionem faciendi omnium cõmissorũ. Non, inquam, sufficit, ut securus sit se esse in statu salutis: quia non nouit, an hæc sua uoluntas, seu propositum sit sufficienter intensum, & an usq; ad terminũ temporis a deo statuti continuatum. ¶ Item uidetur, ꝙ doctor ille in illa secunda uia sacramentali sit sibipsi contrarius: nam dicit in dist. xiiii. lib. iiii. q ultima, ꝙ ad susceptionem gratiæ per sacramentum non requiritur aliquis bonus motus: quia nullum opus intrinsecum: sed tantum opus exterius .s. susceptio uoluntaria sacramenti cum remotione impedimẽti interioris: hoc est fictionis uel obicis, ut supra habitum est. Et iterum ista remissio peccatorum uirtute sacramenti requirit solam intentionem suscipiendi sacramentum pęnitentię sine obice contra eius effectũ. Similiter dicit distinct. xvii. q. j. hic inquit nihil oportet nisi non ponere obicem ad gratiam: & hoc consequenter declarat. Idem innuit in dist. xviii. ubi notat excellentiam sacramentorũ noue legis, supra sacramenta uete. le. in hoc, ꝙ sacramentorum no. le. susceptio est dispositio sufficiens ad gratiam: si ergo susceptio sacramenti, quod est signum exterius sensibile sufficit: non requiritur aliqua attritio interior: dũtaxat non ponatur impedimentum obicis. ¶ Sed non obstantibus illis, dicit in distinct. xiiii. ꝙ ad susceptionem sacramenti pœnitentiæ oportet, ꝙ habeat aliqualem displicentiam de peccatis: & propositum cauendi de cętero & c ut supra positum est: ubi ponit, ꝙ ad consequendum gratiam per sacramentum pœnitentiæ, requiruntur duo actus interiores respectu peccati. unus respectu preteriti, scilicet aliqualis displicentia: alius respectu futuri, scilicet propositum cauendi de cętero. Et si ista

F Respondet ad motiua Scoti.

requiruntur cum uoluntate suscipiendi sacramentum & remotione obicis: tũc non confertur gratia ex opere operato ministratione .s. sacramenti: sed cũ hoc requiritur attritio. Nam duo illi actus, quos oportet adesse, pertinent ad attritionem, quæ per sacramenti susceptionem fit contritio: ut ibidem ait: & hoc obuiat primo dicto, ꝙ nihil requiritur nisi susceptio sacramenti uoluntaria, & non positio obicis. Huic uidetur suffragari, quod in diffinitione, qua diffinit pœnitentiã dicit absolutio hominis pęnitentis. Sed non pôt homo esse pęnitens; nisi per aliquem actum interiorem hoc contra hominem. ¶ Sed cõtra opinionem in se arguitur primò auctoritatibus deinde ratione. Primò auctoritatibus, quas ponit magister dist. xvii. ad quarum aliquas responsum est per Scot. supra: ideo eas hic dimitto. Item Aug. in lib. de pœnitentia: & allegat magister in dist. xvi. huius quarti. Nemo suæ uoluntatis arbiter, nisi pęniteat eum ueteris uitę: nouam inchoare potest, a qua paruuli sunt immunes, cum baptizantur: quia nondum possunt uti libe. arb. quibus tamen ad remissionem originalis peccati prodest eorũ fides, a quibus offeruntur: idem habetur dist. iiii. & ibidem dicit magister. Sine gemitu interiori nemo adultus renouatur. Ratione arguitur. ad iustificationem impij requiritur motus liberi arbitrij, ut dispositio præuia: sed per sacramentum pœnitentię iustificatur impius: ergo. Consequentia nota eum mi nori. Maior est Alexand. beati Thom. sancti Bonauent. Richar. Durand. Palud. & c & probatur per glos. ad Rom. v. super illud. Iustificati per fidem, idest ex motu liberi arb. qui est ex fide; ideo dicitur Actuum xv. Fide purificans corda: quia motus fidei primò requiritur ad purificationem. Et probatur ratione post Durandum in iiii. dist. xvi. q. j. & istud quia iustificatio impij est remissio peccati, sed peccatum non remittitur, quamdiu uoluntas eius, quod prius uolebat, manet in eo: uoluntatem aũt recedere ab eo, quod prius uolebat,

Respondet ad Scoti motiua.

Ad iustificationẽ, impij requiritur motus lib. arb.

est displicere ei, q prius placebat: in qua displacentia consistit cōtritionis dolor, & hic est motus lib. ar. ideo requirit hic motus libe. arbi ut discedat prior uolun tas: sine cuius discessu non iustificatur impius: ergo. ¶ Præterea, ut arguit sanctus Bonauen. sicut iustificare non est nisi dei uolentis: sic etiam non dat eam deus nisi uolēti: dummodo sit in statu, q cōsentire, & dissentire possit: sed uelle consentire est motus lib. ar. ergo motus lib. arb. est necessarius ad iustificationē. ¶ Præterea ad iustificationem impij, necessaria est gratiæ infusio: tunc sic ad infusionem gratię necesse est subiectū præparari Non enim inducitur forma in subiectum indispositum: & habēs contrarium formæ inducendæ: ergo necesse est disponere subiectum ad gratiā, per quam expellitur peccatum: & quamuis hoc fieri posset a deo sine nobis: requirit tamen etiam aliquid a nobis: secū dum illud Augu. Qui creauit te sine te: non iustificabit te sine te. Illud autem, quod a nobis requirit deus, est aliquis motus uoluntatis respectu peccati prohibentis gratiæ infusionem, iuxta illud ad Eph. v. Surge, qui dormis: & exurge a mortuis: & illuminabit te christ⁹. Hæc resurrectio est per displicentiam mortalium peccatorum post somnum marcescentis corporis in eisdem. Est etiam aliquis motus respectu dei, qui est conuersio per amorem in deum: secundum illud Zach. j. Conuertimini ad me: & ego conuertar ad uos. Et illud Iaco. iiij. Appropiate deo, & appropinquabit uobis. Appropinquamus deo non pedibus, sed amore: secundum Augusti. & utrumque docuit Petrus Actuum. iij. Pęnitemini, & conuertimini: ut deleantur peccata uestra. Pœnitemini de peccatis: conuertimini ad deum. Et his duobus motibus uoluntatis odij in peccatum: uoluntatis in deum, respondent duo, quæ a deo sunt iustificante, secundum sanctum Bonauen. scilicet gratiæ infusio, & peccati expulsio: & hæc quatuor innuit propheta in Psalm. lix. Commouisti domine terram; & conturbasti eam: sana contritiones eius; qa commota est. Ut exponit glos. magistri Gratia, inquit, ueniens in animam, commouet rationem, & conturbat uoluntatem: quæ partes sunt lib. arbi. per contritionem: & post modum sanat per peccati expulsionem. cuius ratio redditur; quia commota est commotione, p quā animæ gratiæ se cōformat. Unde Aug. super eodem psalm. Non digna est sanari, si mota non est. ¶ Præterea tres ponūtur partes pęnitentię secundum omnes, contritio, confessio, satisfactio: sicut ergo contritio, & satisfactio non sufficiunt sine confessione in uoto: sic nec confessio, & satisfactio sine contritione in uoto. Sed ubi est uotum conterendi: ibi est contritio: quia uotum seu propositum conterendi, est uelle habere detestationē, hoc est nolle peccasse: sed uolendo me nolle peccasse, habeo ipsum nolle peccasse: quia actus eliciti uoluntatis sunt in plena facultate uolūtatis: & ideo quemcumq; actum uoluntatis uolo habere, statim eum habeo: immo uidetur q sitidem actus uelle, me nolle peccasse: & nolle peccasse: uel ad minus inseparabiles. ¶ Præterea secundum dei ordinationem non est possibile aliquem a peccatis liberari sine actu amoris præuio. Nam sicut in omni peccato fit auersio a deo ad creaturā plus deo dilectam, propter cuius dilectionē diuinum præceptum contemnitur: Ita in conuersione necesse est se auertere a creatura, & peccato propter deum: p cuius amore creatura contemnitur: ut conuersio ex opposito correspondeat lapsui, & auersioni. Propter hoc beatus August. xiiij. de ciui. dei. c. ultimo. hos duos amores tanquam radices duarum ciuitatum, iustorum scilicet, & reproborum posuit illius amorem dei usq; ad cōtemptum sui: & istius amorem sui usque ad contemptum dei. Unde omnis iustus habet in se amorem dei usque ad contemptum sui, & omnis reprobus amorem sui usq; ad contemptū dei: unde necessario sequit; q in iustificatione impij relinquatur amor sui, qui dictus est: & assumatur amor dei: & per consequens ad iustificationem impij requiri-

Nō potest peccatū dimitti sine actu amoris præuio in peccatore conuersio.

tur motus lib. arb. in deum per amorem dei. Et hoc etiam ex uerbis apostoli ad Rom. vj. accipi potest. Humanum dico uobis propter infirmitatem carnis uestræ: sicut exhibuistis mēbra uestra serui re immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatē: ita nūc exhibete mēbra uestra serui re iustitiæ in sanctificationem. Quod rectius, & uerius intelligitur de membris interioribus, intellectu, & uoluntate: quibus principaliter seruiendum est iustitię, quæ christus est: sicut ergo illa mēbra auersa sunt a deo ad iniquitatem in perpetratione mortalis peccati: ita con uertenda sunt ad deum in conuersione a peccato. Hæc autem auersio fit, & cōuersio contrarijs actibus intellectus, & uoluntatis. ¶ Hoc idem quantum ad cōuersionem ad deum per actum amoris testatur beatus Ioan. j. Ioan. iij. Qui nō diligit, manet in morte. ergo sine dilectione dei, nemo suscitatur a morte. Hoc idem innuit Augu. de uera, & fal sa pęnitentia. c. ix. loquens contra eos, qui putabant posse agi pęnitentiam de uno peccato absque alio: dum ait. Scio deum inimicum omni criminoso: quomodo ergo qui crimen reseruat de illo recipiet ueniam. & sequitur ad proposi tum. Sine amore dei consequetur indul gentiam: sine quo nemo unquam inuenit gratiam. Patet ergo, quod actus interiores requiruntur ad iustificationem, præter actus exteriores sacramenti: hoc est præter confessionem oris, & absolutionem sacerdotis. ¶ Et ad motiua Scotus respondere potest ad primum cū arguit, quod secundum illam opinionem nunquā per sacramentum penitentiæ deleretur peccatū: negetur illa cōsequentia: & cū probatur, quia prius esse deletum &c. dicitur concedendo, quod ante absolutionis sacerdotalis pronunciationem, confitens consecutus est peccati remissionē, uigore contritionis præcedentis apud deum, & quoad culpam: sed non apud ecclesiam etiam quoad pęnam absoluitur uigore absolutionis sacerdotalis: quia uirtute clauium aliquid pęnę temporalis remittitur ultra eam, quæ ex contritione præcedenti est remissa: de hoc ma

Respon detē ad motiua scoti.

gis dicetur infra dist. xviij. Item ut dicit Alexan. parte. iiij. q. lxxx. mem. j. Sacramentum pęnitentię delet actuale peccatum prout comprehendit contritionem interiorem, & exteriorem, confessionem, & satisfactionem: hæ enim ponūtur partes sacramenti pœnitentiæ ad intellectum infra dicendum. Et cum dicitur, quod hoc est nimis derogare sacramēto pęnitentiæ: quia per hoc nō haberet causalitatem ad primam gratiam: & sic esset simile sacramentis ue. le. quę tātum significabant gratiam: sed non cōferebant. Respondetur, quod in nullo detrahitur sacramento: sed magis commēdatur: quoniam (ut uult Tho. dist. xvij. q. xv. ar. j. sententialiter) causat effectū siue culpæ deletionem in uoto, quod includitur in contritione, & sic quodāmmodo operatur in contritione antequam exhibetur in opere eo modo, quo sacramenta habent causalitatem respectu sui effectus: quia statuit deus, quod cum quis conteritur habens uotum, seu propositum suscipiendi sacramentum: assistere uult sic contrito ad deletionem peccati, quod non faceret, si uotum recipiendi sacramentum non esset: sine illo enim non esset contritio: & hoc est signum magnę efficaciæ, sicut, & passio christi in hoc est efficax: quia operata est salutē in patribus ue. te. priusquam exhiberetur in effectu. Nec propter hoc est simile sacramentis ue. le. quæ tantum significabant, seu promittebant: quia hoc sacramentum confert gratiam: etsi non primam simpliciter, confert tamen augmentum gratiæ sicut & baptismus adulto: & cętera sacramenta suscipientibus: & hoc ex opere operato, quod non faciebant ueteris testa. sacramēta. Unde quātumcunque per contritionem præuiam gratia prima confertur delens peccata ante sacerdotalē absolutionem: tamen in termino absolutionis sacramentalis confertur nouus gradus gratiæ: & additur priori, per quem prior augmētatur. ¶ Ad secundum, quomodo dicatur secūda tabula: dicetur in dubijs: & patuit supra dist. iiij. ¶ Ad tertium patet; quod est signum efficax, & dispositio ad gradum

Quō pgatur sacramētum pœnitētiæ deletur peccatum.

In sacramento pęnitentiæ additur nouus gradus gratię.

gratiæ priori additum: & signum demõstratiuum: uel etiam pronosticum in quantum præcedit natura, ut dispositio: & est quoad aliquas sui partes tempore, gratiam infusam. Est etiam efficax & rememoratiuum primæ gratiæ prius infusæ, & tunc inexistentis. Et hoc sufficit: quod sacramentum sit gratiæ inexistentis: licet prius productæ: tamen per ipsum produceretur, si prius non fuisset producta. Sic est in proposito: si quis non sufficienter cõtritus accederet ad sacramentũ: & in ultimo non esse uerborum absolutionis eliceret plenum, ac perfectum actum contritionis: in illo instanti infunderetur prima gratia, quæ correspondet actui contritionis: cum gradu præcisè correspondente operationi sacramentali, & totũ esset una, & prima gratia, cuius efficax signum esset sacramentum pœnitentiæ: ut includit contritionem in actu, & satisfactionem in uoto: & ita nunquam sacramentum pœnitentiæ delet peccatum sine contritione præuia, uel concomitante. ¶ Ad illud, quod posterius addit: quod sacerdos eo modo dimittit peccatum, sicut in baptismo: uerum est: & bona comparatio, si cætera sunt paria: hoc est, si ubiq; suscipiens est adultus: quoniam paruulus nondum habens rationis usum, non est capax sacramenti pœnitentiæ: quia non potest conteri: quod tamen necessariò requiritur ad sacramentum pœnitentiæ nũc autem adulto baptizato baptismus non confert primam gratiam: requiritur.n. (ut dignè suscipiat) præuia eius dispositio per peccatorum displicentiã: sicut in pœnitentia, quæ si fuerit sufficiens: iã dimittitur originale, & omnia actualia priusquam baptizetur, quo ad culpã: licet non quo ad omnem pœnam, ut latius supra dictum est dist. iiij. q. ij. & ita illa ratio est ad oppositum, & contra opinantem: ut satis patet. Nam dispositio præuia interior respectu peccatorum, & dei requiritur in baptismo adulti: ergo magis in pœnitentia adulti: quia non est pœnitentia efficacior ad remittendum culpam, quam baptismus. Antecedens patet ex dictis. Vltra si requiritur in pœnitentia adulti, ergo in omni pœnitentia: quia non est pœnitentia nisi in adultis.

Nõ est pœnitẽtia nisi in adultis.

¶ Tertia opinio, quæ est quasi media inter priores duas, duo dicit. Primum, quod requiritur motus interior intellectus, & uoluntatis, quo peccatum displicet: ad hoc ut pœnitentiæ sacramentum habeat effectum suum: in quo accedit ad opinionem magistri. Secundò dicit, quod illo non obstante, peccatum quandoq; dimittitur uigore sacramenti pœnitentiæ in ultimo instanti prolationis uerborum absolutionis sacramentalis, sine qua non remitteretur: & tunc sacramentum habet plenum suum effectũ, qui est collatio primæ gratiæ peccatum remittentis: & in hoc accedit ad opinionem Scotus. Vnde dicunt; quod dispositio interior requisita, ut præuia sacramento: quandoq; est sufficiens ad gratiæ infusionem: & tunc ipsa habita gratia infunditur ante confessionem, & absolutionem sacramentalem: & tũc peccatum remittitur ante sacramentũ perceptum: & tunc sacramentum superueniens non confert primam gratiam, sed augmentum eius: ut supra habitũ est: & hæc dispositio uocatur contritio: & in hoc omnes concordant. Omnes .n. concedunt; quod per contritionem uerã, & sufficientem, peccatũ remittitur sine sacramento in actu. Quandoq; dispositio illa præuia non est sufficiens: sed disponit quasi a remotis: & hanc uocant attritionem siue pœnitentiam informẽ: & illa nõ sufficit ad peccati remissionem. Sed superueniens sacramentum, si non ponitur obex, supplet imperfectionem illius attritionis: & confert peccatorum remissionem, & gratiam: & per hanc format attritionem, ut mereatur dici cõtritio. Hæc opinio est beati Tho. sancti Bonauen. Richar. & Duran. ac Palu. Et per hoc patet secundum illos; quo modo sacramentum pœnitentiæ ex opere operato confert primam gratiam: quia illam confert; quando dispositio præuia est insufficiens in ultimo instanti absolutionis, siue primo non esse (non curo modo) & dum præcedit sufficiens dispositio: tunc non confert primam gratiã: quia

Opi. 3. G

De mõ remissionis peccati p sacramentum pœnitẽtię.

544

quia eā inuenit iā subiecto collatā: conferre tū sipręuentū nō esset: & ideo nō minor est eius efficacia: & licet tunc nō confert primā gratiā: auget tamen collatam, & minuit pœnam. ¶ Cōtra hāc opinionem arguo unū argumentū: probando, q̄ nōnūquam per sacramentū pęnitenciæ datur prima gratia cōfortādo ul timā rationem contra Scot. Ad effectū sacramenti pœnitentiæ, quæ est gratia remittens pctūm requiritur dispositio prȩuia ex parte peccatoris iustificandi: quę est detestatio pctōrū. Hoc cōcedit hæc opinio: & probatū est contra Scot. ¶ Aut ergo requirit detestatio peccatorū sufficiens ad infusionem gratiæ: & ut ultima dispositio: & tune statim infunditur gratia. Hoc similiter oēs concedūt: quia inter sufficientem, & ultimatā dispositionem ad formā, & formę productionē seu eductionem, nullū est mediū, tam in naturalibus, q̄ gratuitis: alioquin non esset sufficiens, & ultimata dispositio. Nec ualet, si diceretur: quia deus, q solus gratiā infundit, contingēter agit: & ideo non necessitatur per quācūq; dispositionem subiecti ad gratiæ infusionē: quoniam licet ita possit non infundere gratiam de potentia sua absoluta: tamen secūdum ordinatam, qua statuit non deesse facienti, qđ in se est: nec subtrahere gratiam sufficienter disposito ad eius receptionem: necessitatur ad gratiæ infusionem, existente sufficiente, & ultimata dispositione: hac .n. facit homo quicquid in se est: tunc ultra, aut requiritur, ut sufficit disposito insufficiens: tūc quęro, unde hęc peccati detestatio est insufficiens: aut quia nō est de omnibus peccatis: sed aliquod peccatum adhuc placet: uel est de omnibus: uel cū proposito nō abstinēdi ab oibus: & patet, q̄ illa dispositio impedit infusionem gratię: quia ipsa est mortalis culpa: & ergo illa stante etiā per sacramentū pęnitentię nō remittitur culpa. Aut quia est de omnibus etiam sine proposito nō abstinendi: immo cū ꝓposito abstinendi: sed nō est sufficienter circumstantionata omnibus circūstantiis inesse debitis in genere mōris, & maximè circumstantia finis, quæ principalissima est omnium circumstantiarum: & maximè debita ut sit perfectę uirtuosa in genere moris: ut dictum est in tertio: ut quia dolet se peccasse non propter deū tanquam finem ultimū: sed propter se, & amorē sui: puta quia peccata inductiua sunt pœnę: aut impeditiua gloriæ, aut cōfusiua personę, uel impeditiua alicuius temporalis commodi: uel occasio temporalis damni sui, uel suorum: uel alicuius alterius huiusmodi in seipsum finaliter ordinati: sed hæc detestatio omnino est dispositio ad peccati remissionem ad gratiā: quia hęc etiā est in malis, & damnatis. ut dicit Alex. par. iiii. q. lvii. memb. ii. unde ait. Actus dolendi de culpa causatur dupliciter: aut ex lęsione naturæ: aut ex offensione maiestatis diuinæ, & prȩuaricationis iustitiæ. Primum dolorē de culpa habere potest quis ex sola natura, sine gratia. Sicut enim hō naturaliter se diligit: ita odit omne ꝓpter quod malum incurrit: & hic dolor, siue pœnitentia est in malis, & damnatis, & angelis malis: & cū hoc uiuit, & regnat mala uoluntas: ideo deus eā nō acceptat: nec sic dolens inuenit gratiam, uel ueniam. Hæc ille. Talis itaq; actus detestationis peccati, quia caret circūstantia ultimi finis non ordinantur in deum: nec assumitur propter deū: & per consequēs nō est dispositio qualiscunq; sufficiens de congruo ad gratiā dei consequendā. Actus enim, qui nō fit propter deū, sed pręcisè propter creaturam: sibi statuit finem ultimum erit fruitio creaturæ. Etiam si propter deum in ordine ad creaturam finaliter erit usus dei: quæ est omnis peruersitas secundum Aug. in lib. lxxxiii. q. & ita mortale peccatum: & per consequens impedimentum gratiæ. ¶ Si autē fit propter creaturam: non tamen ibi cō stituendo finem ultimum: nec tamen in ultimum finem referendo: licet non sit fruitio creaturę: quia tamen caret circūstantia ultimi finis: nō est pfectè moraliter bonus. Etiā q̄a nō fit propter deū: sed precipuè ꝓpter creaturā: nō habet rōnē meriti cuiuscunq; apud deū: maximè respectu gratię, quę est perfectissimū in-

Nunq̃ per sacramentū pęnitentię datur prima gratia.

Attritio excludens contritionem non est disposi-

tio ad gratiā.

ter omnia dona dei, secundum apostolum. Est enim gratia essentialiter eadē charitati: ut in secūdo patuit: & hoc latius deductum est in probatione primæ opinionis. ¶ Aut illa dispositio non est sufficiens: quia licet sit sufficienter omnibus circumstantijs moralibus uestita: etiam ultimi finis: tñ non est sufficienter intensa: aut non usq; ad terminum temporis a deo præfixi continuata secūdum imaginationem Sco. Sed hoc non: quia si hæc detestatio fuerit uestita, & circumstantionata circumstantia ultimi finis, idest si fuerit elicita propter deum tanquam ultimū finem: & ita super omnia dilectum, est sufficiens dispositio, & meritum de congruo (quantumcunq; fuerit remissa, aut momentanea) ad gratiæ infusionem in eodem instāti temporis, in quo est talis dispositio. Quod sic ostēditur: quia detestatio illa procedit ex dilectione dei super omnia: quia ex dilectione dei, ut ultimi finis. Quod autem diligitur ut ultimus finis: diligitur propter se, ut simpliciter optimum, & summum: in quod omnia bona sunt ordinata. Hæc enim est ratio ultimi finis: ubi autem est dilectio dei super omnia: statim, idest simul tempore infunditur gratia: quia nulla perfectior dispositio ad gratiam potest assignari: ut habitum est supra. q. præcedenti. Nec potest esse nimis remissa: quia si ad eam intensam infunditur intensa charitas, etiam ad eam remissam infunditur remissa charitas: & ideo intensio, aut remissio dispositionis (dū alias fuerit sufficiens in spē) non uariat quantum ad infusionem, & non infusionem gratiæ: licet bene differentiam faciat quantum ad infusionem intensę, aut remissę gratiæ. Est ergo detestatio remissa peccatorum (tum propter deum tanquam propter ultimum finē) dispositio ad remissam: & intensa ad intensam gratiam. Præterea per quamcunque auersionem a deo ad creaturam, qua creatura deo præponitur actu perfecto, & deliberato quantumcunq; remisso peccatur mortaliter, & aufertur gratia: ergo etiam per actum perfectum quantūcunq; remissum, quo deus præfertur omnibus: & super omnia diligitur: restituitur gratia. ¶ Tenet consequentia: quia pronior est deus ad miserendum, quam ad condemnandum: iuxta illud Psalm. cxliiij. Miserationes eius super omnia opera eius. Ad hoc est authoritas Chrys. in de. reparatione lapsi: & allegat magister prope finem dist. xiiij. Talis, inquit: mihi crede: talis est erga hominem pietas dei: nunquam spernit pœnitentiam, si ei syncere, & simpliciter offeratur: Etiam si ad summum quis perueniat malorum: & inde tamē uelit reuerti ad uirtutis uiam, suscipit libenter, & amplectitur: & facit omnia: quatenus ad priorem reuocet statum. Syncere dicit quantum ad omnia peccata. Si namque non pœnitet de omnibus peccatis: non est syncera, neq; pura: quia adhuc admixtæ sunt feces peccatorum, placet. Simpliciter dicit quātum ad circumstantiā finis, idest propter deum finaliter: Alioquin si displicet peccatum propter aliud a deo principaliter: iam oculus intentionis non est simplex, & per consequens corpus, idest actus pœnitendi manet tenebrosum: iuxta uerbū christi Matth. vj. Si oculus tuus simplex fuerit &c. Et subdit Chryso. magis ad propositū. Quod que adhuc præstantius est, & eminētius: etiam si non potuerit quis explere omnem satisfaciendi ordinem quantulācunq; tamen, & quālibet breui tempore gestam: nō respuit pœnitentiam. Suscipit etiam ipsam, nec patitur quāuis exiguæ conuersionis perdere mercedē. Ecce dicit quantulamcunq;: quod respicit gradum intentionis. Et quamlibet breui tempore gestā: quod respicit moram temporis. ¶ Est tamen hic considerandum; q; detestatio peccati compara ri potest ad detestationem alterius generis, idest ad detestationem aliorū malorum temporalium, uel æternorum, uel ad detestationem eiusdē generis magis, uel minus intensam. Primō nō oportet detestationē esse maximam: quia sicut propter nullum malum uitandum, eligendum est peccatum. ita nullum malū plus est nolēdū, quā pctūm: immo detestatio peccati propter deum tanquam

Actus q non fit propter deū, nō est dispositio ad gratiam.

I Pronior est deus ad miserendum, q ad condemnādum.

K Quō detestatio peccati dicitur maxima.

ultimum finem, non potest esse nisi ma
xima: hoc modo quia fundatur in dile-
ctione dei super omnia: quæ nihil deo:
sed deum omnibus præponit. Nam si ali
quid præponeret deo: iam non esset di-
lectio dei, & finis ultimi. Sic etiam de-
testatio in hoc ampre fundata nullius
mali odiū ꝑponit odio mali, quo offen-
ditur deus. Et si præponere odium alicu
jus mali: immo odium peccati non esset
eiusdem generis: quia non esset odium
peccati propter deum, & ultimi finis.
Circumstantiæ enim (præsertim finis)
mutant genus moris, ut habitum est in
tertio. Et isto modo odium, uel detesta
tio peccati propter deum ut propter fi-
nem ultimum: quantumcunq; remissa
fuerit, est maxima. Secundo modo cō-
parando ad detestationem eiusdem ge-
neris, uel speciei, idest ad detestationē
peccati propter deum magis, uel minus
intensam: tunc in quodcunq; gradu sal
uatur genus moris, idest ut sic detesta-
tio peccati propter deum, ut finem ulti
mum: in eodem est dispositio sufficiens
ad gratiæ infusionem: quia ut dictū est:
in quocunque gradu fundatur in amo-
re dei super omnia: quæ esse non potest
in aliquo suo gradu sine proportionabi
li gratia. ¶ Ex illis sequitur, q non requi-
ritur continuatio detestationis pecca-
ti, ut sit sufficiens dispositio ad gratiā:
ita q ante terminū illius temporis non
esset sufficiens dispositio: quia in quo-
cunq; instanti habeatur: habetur etiam
dilectio dei super omnia, in qua funda-
tur: sed illa non pōt eē sine gratia: ergo
in nullo instanti potest esse talis detestā
Coro.1 tio peccati sine gratia. ¶ Ex quo sequun
L tur sex corollaria. Primum; q nulla de
testatio peccati sufficit ad remissionē
peccati tanquam dispositio de cōgruo,
nisi fuerit circumstantionata circum-
Coro.2 stantia ultimi finis. ¶ Secundo, q omnis
talis displicentia peccati sufficit, ut ul-
timata dispositio ad gratiæ infusionem:
immo nō potest esse sine gratia: & adeo
non est dispositio præuia: sed concomi-
tans: sicut omnis ultimata dispositio re-
Coro.3 spectu formæ. ¶ Tertio, q omnis talis de
testatio, dicitur & est uera contritio.

¶ Quarto, q attritio prout distinguitur Coro.4
contra contritionem: non est sufficiēs
dispositio ad gratiæ infusionē. ¶ Quin- Coro.5
to, q ad iustificationem impij requiri-
tur detestatio peccati propter deum, tā
quam propter ultimum finem: quia di- A
spositio requiritur, & attritio non suf-
ficit: ergo alia requiritur; quæ non est
nisi illa detestatio propter deū. ¶ Sexto Coro.6
sequitur, q ad remissionem peccati, &
infusionem gratiæ requiritur contritio
in habentibus usum rationis: ut meriti
de congruo sufficiens: nō quidem ut di
spositio præuia: sed ut concomitans grā
tiæ infusionem. Corollaria hæc satis pa
tent ex præmissis. ¶ Tertio notandum, Not. 3.
q sacramentum penitentiæ dupliciter M
accipitur. Vno modo solū pro exterio- Sacra-
ri sensibili signo, includente confessio mentū
nem peccatoris, & absolutionem sacer- peniten
dotis cum debita intentione utriusq; tiæ du-
& illo modo diffinitum est in. j. no- pliciter
tab. quia nihil aliud est de essentia sacra acci pi-
menti, quām materia, & forma debita, tur.
& intentio cōferendi in ministro, &
suscipiendi in eo, cui ministratur id, q
ecclesia intendit cōferre. Illis enim exi
stentibus, & omnibus alijs circumscri-
ptis, uerē est sacramentum: etiam si pro
pter fictionem suscipientis non habeat
suum effectum. Alio modo accipitur, ut
præter iam dicta etiam includit contri
tionem, & confessionem in actu: & pro
positum satisfaciendi: uocoque scilicet
includat suas tres partes: sicut & acci-
pit Alex. ut supra allegatum est. ¶ Quar- Not.4.
to notandum, q peccatum remitti per
aliquod multipliciter potest intelligi;
secundum quod ly per dicit uarias
causæ circumstantias. Vno modo intel
ligitur peccatum mortale deleri per
aliquod, tanquam per causam formalē;
& quando illud est forma inhærens ani-
mæ, expellens, seu non compatiens secū
mortale peccatum. Secundo modo tan
quam per causam efficientem principa
lem, uel dispositiuam, aut instrumenta-
lem. Tertio modo per ipsum, ut per si-
gnum pronuntians, uel ostendens abso
lutionem a peccatis. Declarationes ho
rum membrorum partim patēt ex prio-

ribus:& partim ex sequentibus conclusionibus.¶ Item peccatum remitti intelligitur,quandoq; quo ad culpam: quandoq; quo ad pœnam: & quandoq; quo ad utrumq;. Et hæc de articulo primo.

Arti. 2. ¶ Quantum ad secundum articulum, in quo ponendæ sunt conclusiones respõsiuæ ad quæstionem. Et quoniam,ut recitatũ est in priori articulo:diuersæ sunt opiniones,quarum quælibet habet graues uiros defensores: sequor nunc opinionem magistri,quam etiam sequitur ꝓfundissimus ueritatis indagator Guil. Ockam:cuius doctrinam tanquam clariorem frequentius imitor. Ponam ergo conclusiones probabiles secundum opi.primam:nihil præiudicans alijs opinionibus.

Cõcl. 1 ¶ Prima conclusio. Neq; tanquam per causam efficientem principalem:neq; formalẽ deletur mortale peccatum in suscipiente per pœnitentiæ sacramentum. Prima pars probatur: quia ille principaliter remittit peccatum;qui gratiã creat,& infundit:sed hoc est totius dei. Vnde scriptum est; ꝙ filius hominis uenit quærere, & saluum facere, ꝙ perierat. Luc. xix. Secunda probatur: quia peccatum deletur per gratiam animam informantem, & formaliter sanctificantem:gratia autem realiter distinguitur a sacramento: sicut signatum a signo:& effectus a sua causa:& spiritualε a sensibili.

Cõcl. 2 ¶ Secunda conclusio. Sacramentum pœnitentiæ acceptum ut includit partes suas in actu,& uoto: liberat confitentem non fictum a mortali peccato. Patet: quia sic accipiendo includit contritionem in actu, quæ quia semper formata est gratia: nullum peccatum secum compatitur. Et quia in cõtritione semper uotum sacramenti includitur:quia sine uoto suscipiendi sacramentum pœnitentiæ displicentia peccati non dicitur contritio: ut infra patebit. Et sic etiam pœnitentiæ sacramẽtum antequam ministratur in ipsa contritione peccatorum remissionem operatur.

Cõcl. 3 ¶ Tertia conclusio. Sacramentum pœnitentiæ acceptum propriè nunquã confert primam gratiam instrumentaliter sine contritione. Probatur:quia sine contritione peccatum non dimittitur:ut satis probatum est in.j.ar.contra opinionem Sco.ergo nec sine ea prima gratia confertur. Cum ergo præcedit contritio sacramentum pœnitentiæ tempore: prima gratia non confertur per sacramentum: quia iam collata est per contritionem. Si uero contritio primum in sacramenti ministratione elicitur:tunc prima gratia uigore utriusq; contritionis, & sacramenti confertur: ut supradictum est.

¶ Quarta cõclusio. Sacramentum pœnitentiæ est certũ signum remissionis culpæ: quandoq; totalis:& quandoq; partialis pœnæ. Primũ patet:quia quicunq; sacramentum pœnitentiæ suscipit non fictè, habet contritionem præuiam,aut concomitantẽ; per q̃ consequitur peccatorũ remissionem:ut prius probatum est. Et ideo sacramentum uerum, & certum signum est inexistentis gratiæ: partim per contritionem:partim per sacramentum infusæ:& per consequens remissionis culpæ. Secunda pars infra ostendetur dist. lviij.ubi declarabitur:ꝗ sacerdos,ut habitet uirtute clauium aliquid pœnæ remittit,pœnæ scilicet temporalis satisfactoriæ:pœna æterna per contritionem iam in temporalem cõmutata. Cõcl. 4

¶ Quinta conclusio: quamuis regulariter per contritionem præuiam peccatũ dimittitur:& gratia prima iustificans,confertur ante susceptionem sacramenti pœnitentiæ,ipsum tamen sacramentum semper est efficax signum gratiæ per sacramentum confitenti non ficto collatæ. Cõcl. 5 Prima pars patet ex conclusione tertia. Secunda probatur: quia ut dictum est: non fictè accedenti ad pœnitentiæ sacramentum,confertur gratia priori per contritionẽ collatæ addita:cuius sacramentum est infallibile, & efficax signũ. Nam omne sacramentum dignè acceptum,aut gratiam nouam, seu primam confert:aut si gratiam in subiecto inuenit,auget:alioquin non mereretur dici sacramentum:ut patet ex dictis d. st. j. huius quarti.

¶ Sexta conclusio. Regulariter per sacramentum pœnitentiæ aliqd temporalis pœnæ remittitur peccato iã deleto Cõcl. 6

deleto

deleto debitę. Cōclusio hec infra distin. xviii. ostendetur. Dicitur autem regulariter: quia quandoq; per contritionem præuiā tota pęna dimittitur: si fuerit perfectissima: & tunc nihil remanet per sacramentum remittendum: in quo casu, licet sacramentum pęnitentiæ nō remittat pęnam, neq; culpam; non tamen frustra suscipitur: quia augmentat gratiam: & liberat ab obligatione præcepti, & confessione. ¶ Ex his conclusionibus patet rēspōsio ad titulum quęstionis, quomodo, quando, & quibus modis pęnitentię sacramentum delet mortale peccatū. Et tantum de articulo secundō.

Arti. 3. Dub. 1. ¶ Quantum ad tertium articulū, est primum dubium de unitate sacramenti pęnitentię: utrum pęnitentia sit unū sacramentum. Et uidetur, ꝙ non: quia ad unitatem sacramenti requiritur simultas earum, ex quibus sacramentum integratur: puta materiæ, formæ, & intentionis: sed in sacramento pęnitentiæ non sunt simul cōfessio, & absolutio: quæ sunt eius materia, & forma: sed uno pœnitus definente, scilicet confessione: etiam per maiora interposita succedit absolutio: ergo non sunt unum sacramentum. In oppositū nisi esset uerum sacramentum: essent tantum septem sacramenta nouæ legis. Respondetur: ꝙ de unitate generaliter sacramētorū habitum est supra di. iij. & dis. viij. q. ii. Et breuiter hic dicit, ꝙ sacramentū pęnitentiæ iuxta diffinitionē datam. q. j. huius dis. in qua absolutio ponitur, pro genere: est realiter ipsa absolutio prolata a sacerdote: licet ad hoc, ut illa absolutio dicatur sacramentum pœnitentiæ, plura requirantur, prout dictum est distinct. viij. quęst. ij. de sacramento eucharistiæ. Et secundum hoc dici potest, ꝙ sacramentum pęnitentiæ est unum eo modo, quo oratio, quæ est absolutio, dicitur una. Si uero sacramentum pœnitētiæ acciperetur ꝓ omnibus ad esse huius sacramenti requisitis: tunc est unū sacramētū unitate ordinis: q̄a omnia illa ordinanť ad unū esse ctū, s. remissionē culpę actualis, & unitate significationis: q̄a significant eundē effectū, s. gratiā peccata delētē. Sed quō respondendum est ad id, quod ante oppositum dubij tangitur scilicet cum nō sint simul materia, & forma: quomodo perficiant sacramentum. Ad quod dicendum: ꝙ in sacramentis, quorum materia non est actus suscipientis sicut in baptismo, cōfirmatione &c. necesse est, ꝙ formalia uerba simul sint cū materia, ut dictū est de baptismate. Vbi autem materia est actus successiuus suscipientis sacramentum habens ordinem temporis ad uerba formalia: sicut in proposito cōfessio pœnitentis, quæ est materia huius sacramenti est res successiua & ordinatur tanquam obiectum ad absolutionē: ibi non requiritur: nec esse potest illa simultas. Vnde inter confessionem, & absolutionem potest cadere notabilis interceptio temporis: potest.n. pœnitens continuare confessionem suam per aliquot dies: ut nonnunquam faciunt, qui generalem confessionem omnium commissorum a puero perficere laborāt: ubi necesse est confessionem per tempus intercipere. Sic confessor audita cōfessione potest tempus deliberandi accipere: ut consulat; an confitens sit absoluendus, an ne. Sufficit ergo tanta simultas, quāta requiritur inter obiectum, & actū potentię: hoc est tanta, scilicet, ꝙ confessor possit uerba absolutionis referre ad peccata confessa: itaq; existimo: ꝙ requiritur aliqualis memoria peccatorum confessorum: ut ad ea possit dirigere intentionem in absoluendo. Nec impedit ab unitate sacramenti, ꝙ partes eius non sunt simul tempore: dum tamen illę sibi succedentes referuntur ad unum significandum, & efficiendum. Si tamen accipitur sacramentum, ut pro sola absolutione supponat: & extera requisita connotat: tunc ratio non procedit; quia tunc confessio non est pars sacramenti: sicut albedo non est pars albi: sed est aliquid requisitum ad hoc; ut absolutio dicatur sacramentum requisitum: non ut concomitans: sed ut præuium. Nec oportet semper connotatum termini simul esse cum substracto: sicut peccator supponit pro homine obligato

Vtrum pœnitētia sit unū sacramentum.

ad pœnam propter aliquod commissum, uel omissum contra dei legem: & sic cõnorat pœnam futuram, & transgressionem legis præteritam: quę non sunt simul cum peccatore: saltem non oportet

Dub. 2. ¶ Secundò dubitatur, cur pœnitentiã dicatur secunda tabula post naufragium. Respondetur; q pœnitentia siue uirtus, siue sacramentum, qua homini restituitur gratia, per quam attingit ad portũ salutis, dicitur tabula post naufragium metaphoricè. Cuius metaphoræ ratio uaria assignatur a doctoribus: sed sufficiat una: Mundus, in quo creatus est homo: mare magnum intelligitur: secundum illud ps: Hoc mare magnum &c. Nauis, est status innocentiæ, in quo p gratiam facile, & satis securè homo creatus poterat peruenire ad portũ salutis: quia nondum erat illa scopulosa rebellio, & periculosissima pugna sensualitatis, & rationis. Naufragium perditio, est status innocentię in Adã: quo integritas nauis fracta est: & perditus innocentiæ status. Tabulę, sunt remedia .i. sacramenta, quibus gratia perdita restituitur: non autem nauis reintegratur. Quia etsi quandoq; innocentia restituitur sicut in baptismo, & perfecta pęnitentia: qua omnis culpa, & pœna remittitur: non tamẽ status innocẽtię restituitur: quia manet peccati fomes: manet bellum intestinũ: manẽt scopuli, & arenæ multiplicium impedimentorum: quæ in statu innocentię non fuissent. Ideo sicut per tabulam cũ magnis labore, & periculis enatare oportet naue fracta ad littus: ita sub gratia restituta, in statu huius miseriæ cũ magno periculo, & labore pugnaq; contra tentationem ad mortem peccati inducere laborantes enatare oportet. Et quia duo sunt sacramenta ordinata contra duplex peccatum, quo naufragus periclitatur; scilicet contra originale, Baptismus: cõtra actuale, pœnitentia: & sicut originale dimissum non redit: ita baptismus nõ est iterabilis: homo uerò frequenter iterat peccata actualia: ideo necessaria fuit non solum baptismi tabula: sed & pœnitentia, quæ iterari potest, quoties peccatum iteratur. Et quoniam primum peccatum, in quo nascimur est originale: contra quod ordinatus est baptismus: ideo baptismus ipse dicitur prima tabula post illud generale naufragiũ naufrago generi humano, a misericordiarum patre concessa, & ordinata: sequentia peccata sunt actualia, per quę similiter homo periclitatur: contra quæ est ordinata pęnitentia: ideo dicitur secunda tabula. Nec opus est tertia: quia pęnitentia sufficit contra omnia actualia. His tabulis restituitur gratia; sed non nauis integra: quibus tamen quisquis hęserit: licet cum labore, & periculo tamen ad salutis stadium enatabit. Alias rationes alij assignant: sed hęc assignatio satis concordat sancto Bonauen. ¶ Ex simili ratione accipitur, cur pęnitentia dicitur fundamentum: ubi aduertendũ q secũdum beatum Tho. post Alex. par. iiii. q. lxij. membro. ij. art. j. Fundamentũ in spiritualibus dicitur ad similitudinem fundamenti ędificij corporalis duplici proprietate. Prima: quia fundamentum est primum in ædificio. Secunda: quia totum ædificium sustentat, & sic in ædificio spirituali fundamentum dicitur uel ratione prioritatis: uel ratione conseruationis aliorum: uel etiam ratione utriusq;. ¶ Prioritas attenditur dupliciter: uel quantum ad scienda in religione christiana: uel quantum ad agenda in uita christiana. Et hoc uel quantum ad fugam mali: uel quantum ad profectionem boni. Quantum ergo ad doctrinam, quę respicit intellectum: fides est fundamentum: quia sine fide uana est omnis doctrina. Hinc Heb. xj. Fides est substantia rerum sperandarum. substantia a substando, idest fundamentum. Et ibidem: Credere oportet accedentem. Et quia intellectus præcedit effectum: fides est simpliciter primũ fundamentum. Quantum autem ad effectum, & fugam mali, timor, & pœnitentia dicuntur fundamentum. Timor: quia est primũ in toto genere recedendi a malo tam commisso, quam committẽdo. Pęnitentia uero fundamentum est recedendi a malo commisso. ad Heb. vj. Non rursus iacientes fundamentum

Cur pœnitentia dicatur secũda tabula.

Cur pęnitentia dicitur fundamentũ.

pœnitentię: & ideo regulariter timor præcedit pœnitētiam sicut communius speciale. Sed quantum ad prosecutionem boni, charitas est fundamentum: secundum illud Ephes. iii. In charitate radicati, & fundati. ¶ Ratione autem cōseruationis in prosperis, humilitas dicitur fundamentum: in aduersis autē fortitudo. Et secundum hoc diuersæ uirtutes dicuntur fundamenta spiritualis ædificii secundum diuersos ordines procedendi in diuersis passibus scripturę.

Dub. 3. ¶ Iuxta hoc dubitatur tertiò de origine pœnitentiæ maximè uirtutis: quia ipsa præcedit pœnitentiam sacramentum: propter hoc dicunt magistri, quòd pœnitentia a timore concipitur. Respondetur, quòd licet quæ præcedēti plura de ordine actuum pœnitentiæ dicta sint: tamē propter eorum maiorem declarationē aliqua hic adduntur: & dicitur, quòd non est idem processus a peccatis conuertendi ad pœnitentiā diuersimodè habituatis. Et licet secūdū beatū Aug. super illud ps. lxxix. Incensa igni, & suffossa &c. Ad omne factū nostrū amor, & timor inducit: bonus ad bona, malus ad peccata: tamē etiā timoris amor est radix. Nunquā .n. malū timetur nisi ei, quòd amatur. Et ideo alius est processus in habituatis ad amādum se: & in habituatis ad diligendum deum: habituatis dico habitu acquisito ex actibus: & enim manent mutatis actibus: nam hab tuatus ad amandum deum potest peccare. Et licet per peccatum destruitur habitus charitatis infusus: cui repugnat omne mortale pctūm, tamen nō acquisitus. Sic habens habitū acquisitū amandi seipsum: si surgit a peccato incipiens amare deū: licet infundatur habitus charitatis: non tamen cōtinuo corrumpitur habitus cupiditatis. i. propriæ dilectionis. Non .n. mutatis actibus mutantur habitus: nec habitibus infusis, & eorū actibus contrariantur habitus acquisiti: ut habitum est in tertio. In habituatis itaq; in amore sui, processus conuersionis regulariter incipit ab amore sui, cui annexus est timor mali, uel discōuenientis sibi: in habituatis in amore dei incipit a dilectione dei, & timore offensionis dilecti. Et ita uniuersaliter uerum est dictū magistri, quòd pœnitentia a timore concipitur iuxta illud Esaię. xxvi. ut allegat magister. A timore tuo concepimus domine, & peperimus spiritum salutis. Sed quandoq; a timore seruili quoad primos: quandoq; a timore initiali, uel etiam filiali, & casto quoad secundos. In utroq; autem præcedunt actus intellectus, quos præsuppo nit uoluntas in actibus suis. In utrisq; ergo præcedit actus fidei, quo appræhēduntur peccata commissa: uel ut nociua, puta ut inductiua pœnæ temporalis, uel ęternæ: aut alterius incommodi temporalis: uel ut priuatiua æternorū gaudiorum, seu temporalium commodorum: uel etiā ut offensiua dei: ut separatiua a summo bono: uel ut contraria diuinæ iustitiæ. Sub omnibus his rationibus, & similibus aut aliqua, uel pluribus earum. Et hæc appræhensio cōmunis est utrisq;. ¶ Hunc actum intellectus tertio sequitur alius intellectus actus, quo credit se per peccata meruisse prędicta mala peccata cōsequentia quę per uoluntatem refugit. Ex quo statim sequitur passio timoris aut seruilis quoad primos: aut initialis quoad secundos. ¶ Quartò sequitur odium, seu displicentia peccati, hoc est uelle non peccasse propter aliquem finiū prædictorum. Et hoc aut ex amore sui præcise: quia sunt sibi mala: & sic displicentia illa non sufficit ad peccati remissionem: quia caret circumstantia debiti finis: immo quandoq; ipsa est peccatum: si eliciatur propter se tāquam propter finem ultimum: ut sup. dictum est: potest tamen esse actus indifferens: ut quando ex amore sui, non tamen ut finis ultimi oritur: & tantum caret circumstantia finis ultimi: non enim tenetur homo semper omnia opera sua ordinare in ultimū finem: quia non tenetur semper meritorię operari: tenetur tamen semper nihil sibi prærer deum ut finē ultimum præstituere. Potest enim homo seipsum diligere sine peccato: & incommoda propter seipsum nolle: non tamen in se quiescere tanquā in ultimo fine. Sed sic

R De origine pœnitētię, & ordine actuum.

Omnis nostra actio a timore & amore incipit.

S

se diligendo: aut propter se operãdo: nõ ulterius ordinando in deũ ut finẽ: non meretur gratiam, & pctõrũ remissionẽ. Non de condigno, ut manifestũ est: nec de congruo tanquã per dispositionem sufficientẽ: ut sup. ostensum est. Potest tamen esse aliqua dispositio remota ad dispositionẽ de cõgruo: dũ, ut magister ait dist. xxxiiii. artic. iii. timendo pęnas, paulatim fit consuetudo iustitię: & succedit timor initialis: & incipit amare, qd durum erat amari: & excludi seruilis timor intrante charitate. Timens enim gehennã, mala cauet: & ex eo, ꝙ mala cauet: se corrigit: & incipit bona desiderare. Incipit enim assuetus in omissione malorum, & operatione bonorũ considerare diuinã bonitatẽ, cuius prius solam iustitiã attendit: & sic incipit amare deum, quem timebat: & timere, ne amittat, quem amat. Sic timor seruilis introducit charitatem, & succedentem timorem filialem. Et secundũ hoc timor est dispositio: sed remota ad gratiã. De timore plura proposito nostro deseruiẽtia uide quæst. j. dist. xxxv. lib. iij. Et detestatio ab hoc timore seruili orta, dicitur etiã dispositio de cõgruo ad pęnitentiã nõ immediata: nec sufficiens: sed multum remota: nam cum hoc timore incipiunt peccata displicere. Ne hæc displicentia, ac informis pœnitentia uertatur in desperationẽ: opus est quintò considerare diuinæ misericordiæ largitatem per fidem, qua firmiter credat deum omnia ad se toto corde conuerso paratum remittere debita, ex qua consideratione sequitur actus spei, per quem incipit concupiscere deum, ut bonum summum. ¶ Et consequenter ex illo actu spei ascenditur sextò ad diligendum deum summum, & essentiale bonum in se: & appetere unionem sui cum deo. ¶ Ex illo actu considerato, ꝙ peccata sunt deo contraria, & diuinæ maiestatis offensiua: incipit septimò elicere de nouo peccati odium: & nolle peccasse propter deum finaliter super omnia dilectum. Et ille actus pœnitentiæ est alius a priori displicentia peccati propter alium finem. Et illa pœnitentia necessaria est ad peccati deletionem: & est dispositio sufficiens, non præuia: sed concomitans ad gratiam peccati deletricem: quia esse non potest sine dilectione dei super omnia: & per consequens nec sine gratia. In habituatis uero ad dilectionem dei super omnia, non oportet seruare hunc processum: quia tales post peccatũ redeuntes ad seipsos & considerantes peccatum ut dei offensiuũ, quem consueuerunt diligere: & ad illud inclinantur per habitum acquisitum immanentem: statim eliciunt actũ detestandi peccatum propter deũ tanquam finem ultimum. Qui actus est uirtualiter duo actus: scilicet odium peccati, & amor dei: quia est respectu medij, & finis: & sufficiens dispositio ad gratiam concomitantem: ut sup. dictũ est dist. j. primi. & in hoc quarto. Si uero post cõsiderationem peccati uoluntas prius eliceret actum dilectionis finis: & hinc specialem actũ respectu medii, scilicet odiũ peccati: tunc odium peccati sequeretur dilectionem dei, ut finis, quam cõcomitatur gratia: & non posset dici propriè dispositio ad gratiam: quia illam præsupponeret. ¶ Istos autem actus sequitur octauo timor filialis, ne offendat deum: & per hoc propositum emendationis uitæ cauendi peccata: seruandi præcepta: & per hoc confitendi, & satisfaciendi: & in omnibus uoluntati diuinæ præceptiuę se conformandi propter eũdem finẽ. ¶ Et ita patet, ꝙ iste ordo actuũ nõ est essentialis: potest enim uariari, & prępostérari: tamen regulariter ita seruatur. Ex pręmissis facile potest cognosci ordo uirtutis pœnitentiæ ad alias uirtutes, tam originis, quàm dignitatis: quoniam talis est ordo habituum ad seinuicem: qualis actuum. Et tantum de illa quęstione.

Iste processus nõ seruatur in habituato in dilectione dei.

QVAESTIO III.

TERTIO quęritur: utrum pœnitens post uerum pęnitentiam possit recidiuando in peccatũ cadere: & quoties ceciderit, ꝑ uerã pęnitẽtiã a pctis resurgere.

surgere. ¶ Tribus articulis quæstio determinabitur. Primus continebit terminorum declarationes, ac diversas recitabit opiniones. Secūdus respondebit per certas conclusiones. Tertius mouendas absoluet dubitationes. ¶ Quantum ad primum notandum, ꝙ quęstio intelligi potest tam de pœnitentia uirtute, quā de pœnitentia sacramento. Et intelligō hic per pœnitentiam uirtutem, non solū habitum pœnitentię infusum: nec tantum acquisitum: sed etiam actum eius: & magis de actu est quæstio, quàm de habitu. Nec quærit quęstio, utrum habens habitum pęnitentiæ, uel actum eius possit postea peccare: quia cum habitus potentiā inclinet, non necessitet (manet enim semper uoluntati sua libertas) qua non obstante quocūq; habitu infuso, uel acquisito in nō confirmatis: pōt ad utrūq; oppositorum deflecti: & se conformare inclinationi habitus, aut contra inclinationem actuui contrarium elicere. Sed quæritur, utrum si post pœnitentiam relapsus fuerit, precedens pænitentia uera fuit.

Arti. 1. Not. 1. Vtrum pœnitētia post uerā pę nitentiā possit recidiuan do cadere.

Not. 2. ¶ Secūdo notandum, ꝙ magister in textu recitat errorem quorundam dicentium: uerē pęnitentem ultra nō posse peccare damnabiliter: & sic grauiter peccauerit, ueram non precessisse pęnitentiā. Moti pluribus sanctorū auct. quas ibidem ponit: & de pęni. dist. ij. & .iij. ad hoc sonantibus: ꝙ pęnitentia est peccata commissa plangere, & plangenda iterum non committere: & ꝙ inanis est pęnitentia, quā sequens culpa coinquinat. Addunt & rationes: nam uera pœnitentia est, qua peccatum deletur: sed peccatum non deletur nisi pęnitentia, quæ non finitur: ergo pęnitentia, quę per sequens peccatum abijcitur, non fuit uera. Minor probatur: quia offensa est infinita: ergo & satisfactio si uera est, esse debet infinita. Pęnitentia enim est quędā compensatio facta pro offensa commissa: & ideo oportet, ꝙ sit proportionata offensæ. Non autem proportionatur infinito, nisi sit infinita: quia finiti ad infinitum nulla unquam est proportio. Et cū nō sit infinita intēsione: saltē esse debet infinita duratione: ergo si nō semper durat: non est uera pęnitentia. ¶ Præterea illa pęnitentia uera est, quæ pertingit ad finē, & effectū, ad quem ordinata est: sed pęnitētia ordinata est ad iustificationē, qua de filio carceris fit filius regni: ergo non est uera pęnitentia, ꝑ quā pęnitens non fit filius regni: sed per pœnitentiam, quam sequitur culpa: pęnitens non fit filius, aut hęres regni: ergo talis pęnitentia non est uera. ¶ Exemplo christi idem ostendere uolunt: quia legitur christum nunquam eundem bis sanasse corporaliter: ergo nec bis sanasse spiritualiter: non autem est uera pœnitentia, per quam non sanatur pœnitens: ergo. Ex illo consequenter inferunt, ꝙ pę nitentia non est iterabilis: quia non potest bis cōcedi. Nā pœnitentia uera usq; in finem perdurat: quia nullo sequenti peccato tollitur: si autem tollitur, prior non fuit uera: & per consequens non iteratur: quia quod prius non fuit, non iteratur. ¶ Et hoc idem auctoritatibus probat primo apostoli ad Heb. vj. Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati: gustauerunt etiam donum celeste: & participes facti sunt spiritussancti: gustauerunt nihilominus bonū dei uerbum: uirtutesq; seculi uenturi: & prolapsi sunt: rursus renouari ad pœnitentiam: rursus crucifigentes sibimetipsis filium dei, & ostentui habentes. Item pœnitentia efficaciam suam sortitur a passione christi: sed christus tantum semel passus est. ¶ Præterea si posset iterari sæpe, uenia daretur peccatori: sed hoc est inconueniens: quia facilitas ueniæ incentiua prębet delinquendi: deus autem non dat incentiua peccati: ergo non dat sæpe ueniam per pœnitentiam. ¶ Item Prouer. xxviii. Qui peruersis graditur uijs, concidet semel. Item baptismus iterari non potest, ne contumelia fiat sacramento: eadem ratione, & pœnitentia. Hinc Ambro. in libro de uera pœnitentia. Vnica est pœnitentia, sicut unicum est baptisma. Ad idem multas adducit auctoritates. Gratianus de pœni. distinctione. iij. Contra hunc errorem ponentur conclusiones ueritatem ostendentes in secundo arti-

Not. 3. Veritas rei dupliciter accipitur. culo. ¶ Tertio notandum post Alex. par. te. iiii. q. iii. membro. i. quod dupliciter accipitur ueritas rei. Uno modo ut refertur ad existentiā rei. Alio modo ad efficientiam. Veritas existentiæ est, cū res habet quicquid ad eius essentiam pertinet. Veritas efficientiæ est, cum res habet esse, ordinatā ad quē ordinata est: quomodo hō eatenus rationis usu: aut nō uiuens secundum rationem, dicitur non esse uerus hō: sed bestia: ut uult Boe. iij. de consol. prosa. iij. quod transformatum uitijs hominem æstimare non possis. Et secundū hoc dupliciter accipi potest uera pœnitentia tam uirtus, quam sacramentum. Nam primo modo pœnitentia uirtus uera est, dum habitus ex actibus detestandi peccatum secundū rectā rationem, & debitum finem elicitis est genitus ad huiusmodi actus natus inclinare. Similiter actus eius dicitur pœnitentia uera. Et in hoc, quod dicitur secūdū rectam rationem, includuntur omnes circumstantiæ debitæ inesse: scilicet quod sit omnium peccatorū propter debitum finem: & cū proposito confitendi, & satisfaciendi. Sic pœnitentia sacramentum uera est, si fuerit uera confessio: & absolutio sacerdotis absoluere potentis, & intendentis, etiam alijs circumscriptis: illa. n. tantum sunt de essentia sacramenti, materia scilicet & forma, & minister idoneus: in quo includitur intentio debita. ¶ Secundo modo adhuc dupliciter pōt pœnitentia intelligi uera quantum ad efficientiam: qa duplex est eius effectus: ppinquus, & remotus. Propinquus est gratiæ infusio, & pctī remissio. Remotus est æterna beatitudo. Primo mō pœnitētia dicitur uera, per quā pctūm remittitur, & gratia infunditur: siue gratia perseueret: siue non. Et illo modo etiam præscitus potest uere pœnitere: non autem uerū est sacramentum, si fictè accedirur: puta cū proposito continuandi peccatū: licet primo modo uerum est sacramentum, sicut uerus est baptismus, qui ab accedente fictè susciperetur cæteris paribus. Secundo modo pœnitentia non est uera, per quam pœnitens nō consequitur eternam beatitudi-

Arti. 2. nē. ¶ Quātū ad secūdū articulū est cōclusio prima. Post pœnitentiam ueram ueritate existentiæ, & efficiētiæ primo modo acceptæ, potest pœnitens in peccatum, & culpam mortalem cadere. Probatur conclusio aucto. magistri ad hoc plura allegantis in textu. Et ostenditur ratione: quia potentia uertibilis, ac libera non confirmata potest in utrumq; oppositorum: sed uoluntas post uerā pœnitentiam modo in conclusione specificato manet uertibilis: nec cōfirmatur in uia sicut ante pœnitentiā: ergo pōt peccare, & nō peccare post, sicut ante. ¶ Præterea ueritas pœnitentiæ tam uirtutis, quā sacramenti non dependet a futuro: sed quęcūq; pertinet ad eius essentiam, & et ueritatem efficientiæ respectu effectus propinqui possunt adesse præsentialiter, & simul. ut patet ex notabili tertio: quia simul esse possunt habitus, & actus pœnitētiæ, & effectus propinquus, s. gratia quoad pœnitentiā uirtutem. Similiter confessio, & sacramentalis absolutio quoad pœnitentiam sacramentalē: ergo his existentibus est uera pœnitētia: quicquid sequitur de futuro, hoc est siue pœnitens perseueret in ea: siue nō. Itē patet in exemplo de Dauid, qui uere pœnituit de peccato adulterii, & homicidij, Vnde: quia pœnitentiā eius dn̄s acceptauit: ut habetur. ii. Regū. xii. Dixit. n. Nathā propheta ad Dauid. Trāstulit dominus peccatū suū: non morieris. & tamē postea peccauit in numeratione populi. ij. Regū. ult. Et similiter de Saule, & apostolis, qui post remissionem peccatorū, & apostolatū peccauerunt: Petrus negando dominum: cęteri fugiendo, & fidem perdendo. ¶ Secunda cōclusio. Post ueritatem pœnitentiæ, efficientiæ respectu effectus remoti: non contingit pœnitentē finaliter in peccatum labi. Probatur cōclusio: qa uera pnīa sic accipiēda est, quæ pœnitentē perducit ad beatitudinē: sed q finaliter labitur in pctūm, nō cōsequitur beatitudinē, ergo pęnitētia pcedens nō fuit uera. Consequētia tenet. Maior patet ex quid nominis pœnitentiæ sic acceptæ: & minor est manifesta. Sic enim accipiendo pœnitentiā, cōnotat futurā beatitudinē: & per cōse-

Cōcl. 1. C Post pęnitentiā uerā pōt pęnitēs in peccatū cadere.

Cōcl. 2.

quens eius denominatio dependet a futuro. Non ergo denominat habitũ, actũ uel sacramentũ: nisi sequatur connotatum, futura .s. beatitudo. ¶ Et dicitur notanter finaliter labi: quia peccator pęnitens prędestinatus potest in peccatum labi post pœnitentiam ueram: & iterũ resurgere: sed non finaliter: alioquin præcedens pęnitentia non esset uera uerita te effectus remoti: si finaliter laberetur in peccatum mortale. Secus respectu effectus propinqui, qui est gratia: quia ille nunquã separatur a pęnitentia uera primo modo: quia pęnitẽtia uera est sufficiens dispositio ad gratiã, qua existente gratia non subtrahitur: ut dictũ est q. j. huius dist. ¶ Tertia conclusio. Pęnitens quotiescumq; ceciderit post actam pœnitentiã, toties resurgere potuit per dei gratiam. Illa conclusio probatur auctoritate christi Matthęi. xviij. loquentis ad Petrum quærentem quoties fratri in se peccanti peccata dimittere. respõdit. Non dico tibi usq; septies: sed usq; septuagessepties. ubi numerus finitus ponitur pro numero infinito: quoties peccauerit, & pęnituerit. Nõ autem potest Petrus dimittere peccata fratri, deo non remittente: cum solus deus peccata remittat principaliter: & ideo non minus Petro deus peccata remittit pœnitenti. Patet etiam in omnibus auctoritatibus uete. testa. quibus dominus promittit peccatorum remissionem pęnitentibus: in his etenim nullum numerum certum designat: sed indefinitè loquitur, qui in lege, ęquiualent uniuersali. Hanc conclusionem latè deducit August. in de uera, & falsa pœnitentia cap. vi. cuius uerba aliqua allegat magister in textu adducens eius alias auctoritates. ¶ Ratione ꝓbatur post Alex. par. iiij. q. xxiii. membro ij. ex infinitate diuinæ misericordiæ ex parte dei: & ex possibilitate ad cõuersionem ex parte animæ. Ex primo sic. Misericordia dei est infinita: ergo nunquã cessat remittere peccata subiecto non repugnante. Tenet consequentia: quia ubi cessat sublato impedimento: ibi finitur. Unde ex infinitate sua decreuit altitudo

Cõcl. 3.

Pęnitẽs quotiescũq; iterũ lapsus fuerit, toties põt resurgere.

diuinæ pietatis homini uiatori nunquã retrahere manum misericordię suę: ipso non per obicis positionem repugnante. Antecedens probatur: quia dicitur Eccles. ii. in fine. Secundũ magnitudinẽ illius: sic & misericordia illius cũ ipso ẽ. Sed magnitudo ipsius est infinita: scdm illud ps. Magnitudinis eius nõ est finis: ergo & misericordia: immo ęadẽ est magnitudo dei, & misericordia: qa realiter una simplex essentia diuina. ¶ Ex parte animę: quia manente possibilitate animæ ad conuersionem manet capacitas gratiæ, per quam conuertitur: & peccata remittuntur. Sed quãdiu anima manet uiatrix: manet in ea. libe. arbic. uertibilitas, per quam potens est se disponere ad cõuersionẽ, & gratiæ susceptionem: ergo. Consequentia nota cũ maiore. Minor probatur: quia uertibilitas animę fundatur in libertate arbitrii: quæ est essentialis animæ; quę quantum ad effectum, non tollitur nisi per desertionem dei, qua tantum deserit damnatos. ¶ Ex illa conclusione sequitur falsitas opi. immo erroris in primo articulo recitati, De cuius auctoribus August. dicit, ꝙ sunt perfidi, plusquam oportet sapientes: non sobrij: sed mensuram excedentes. ¶ Ad quorũ motiua nunc est respondendum. Ad primũ de auctoritatibus, quas magister in tex. & Gratianus de pœni. dist. ij. & iij. recitant. Satis ad illas ipsimet respondet locis allegatis: quoniam aut intelliguntur pęnitentia solemni, quę secundũ morẽ ecclesiæ non iteratur: aut de pœnitentia uera quoad effectum remotum principaliter intentum. post talem pœnitentiam nõ cõtingit finaliter peccare, nec resurgere. Aut intelligitur de peccatis simul cum pœnitentia cõmissis: nã non est uera pęnitẽtia eius, qui adhuc uult peccare .i. qui hẽt ꝓpositũ peccandi. Hoc .n. uelle est pctũm actuale: nõ .n. simul stant detestari, & odire peccatũ, & uelle peccare. ¶ Ad rõnes: ad primã cõcessa maiore. Ad minorẽ distinguitur: quia pęnitentiã finiri potest intelligi, uel in proposito, uel actu in proposito finitur, quando adest propositum recidiuandi: & hoc modo

E Exponũtur auctoritates ad opposi tũ sonãtes.

pœnitentia delens peccata non debet finiri; idest non debet habere annexum propositum recidiuandi: immo pęnitentia includit propositum nunquam peccandi. Sed pęnitentia uera potest finiri in actu, tam per recidiuam, quàm per cessationem ab actu detestationis peccati. Non enim potest pęnitens semper cogitare de peccato: & ita dum actu non cogitat de peccato, cessat peccatum in actu: quia actus pęnitentię est actus uoluntatis: qui præsupponit actum intellectus, qui est cogitatio de peccatis. ¶ Ad probationem minoris dicitur: ꝙ eo modo, quo offensa est infinita: satisfactio, & pęnitentia debet esse infinita: sed offensa non est infinita quoad intentionem, uel durationem: sed tantum obiectiuè: quia terminatur ad obiectum infinitum scilicet deum, qui offenditur. Et sic etiam ei proportionatur pęnitentia: quia similiter est infinita obiectiuè: quia terminatur finaliter ad deum, qui placatur: propter deum năq; placandum debet displicere peccatum. ¶ Ad secundum dicitur, concedendo assumptum: intelligendo de effectu propinquo: non autem de effectu remoto, qui est adeptio beatitudinis. ¶ Ad probationem conceditur, ꝙ pęnitentia ordinata est ad iustificationem impij. Et consequenter conceditur, ꝙ non est uera pęnitentia, per quam non iustificatur impius. Sed quod additur per quam fit filius regni: hoc potest intelligi uel secundum præsentem iustitiam: uel quo ad iustificationem finalem. Primo modo conceditur, ꝙ per pęnitentiam ueram de filio carceris fit filius regni. Iustificatur enim & acquirit gratiam: per quam habet ius ad regnum: & perueniet si ius illud, idest gratiam, retinebit. Si uero per spontaneam recidiuam proijciet gratiam: perdit ius ad regnum. ¶ Secundo modo negatur: quia semper per pœnitentiam fit filius regni: quia potest quis recedere a pœnitentia: & per hoc a iure acquisito ad regnum: & ita finaliter priuari regno. ¶ Ad exemplum christi, qui non legitur aliquem bis sanasse corporaliter: potest breuiter dici, ꝙ multa signa fecit dominus Iesus, quę scripta non sunt. Ioann. xx. & xxi. & ideo quamuis non sit scriptum: tamen eius contrarium similiter scriptum non est. Scriptum autem est, ꝙ sæpius spiritualiter eundem, & plures sanauit: ut patet supra de Dauid, Petro, & ceteris apostolis. ¶ Vel potest dici secundum beatum August. de uera, & falsa pœnitentia cap. v. ꝙ in eo, quod scriptum est. Christum multos cęcos: multos claudos: multos leprosos &c. sanasse: ostendit in diuersis illis eisdem sępe peccata dimitti. Ideo enim tot sanauit claudos, cęcos, aridos: ne desperet peccator: adeo autem non scribitur aliquis ni si semel sanatus: ut timeat quisq; iungi peccato. Et subdit. Videmus adhuc quotidie in ecclesia sæpe febricitantes: sępe languidos: sæpe passionibus captos: sæpe liberari: ut appareat toties opus miserentis: quoties confessio fit pœnitentis. Quomodo enim corpus, quod uilis res est sæpe sanaret: & animam digniorem, & redemptam non toties liberaret. Medicum se uocat: & non sanis: sed male habentibus opportunum. Sed qualis est medicus, qui malum iteratum nescit curare: medicorum enim est centies infirmum uisitare, & centies curare. hæc August. Et multa bene ad propositum ibi sequuntur. ¶ Corollarium uero, quod inferunt Nouatiani, ꝙ pœnitentia non sit iterabilis: patet falsum ex prædictis. Et quod addunt, ꝙ pœnitentia uera in finem durat: iam solutum est. ¶ Ad auctoritatem apostoli Hebr. vi. dicendum, ꝙ per hæc uerba non uult negare iterationem pœnitentiæ, & effectum eius: non enim sibi ipsi contrarius est. Sed in epistolis suis, quas scripsit conuersis ad fidem, & baptizatis: pœnitentia sua fit lapsis post baptismum, ut manifeste patet in epistola ad Corinth. ubi corinthum illum fornicatorem, etiam fornicatione peccata gentilium superantem, tradidit sathanæ uexandum in corpore, ut spiritus saluus fieret. Alioquin frustra

Margin notes: Penitentia quo debet nō finiri, & quo debet esse infinita. — Soluit replica de exemplo christi. — Coroll.

in epistolis suis laborasset reducere, & corrigere post baptismum errantes: si tales impossibile fuisset agere pœnitentiam fructuosam. ¶ Ad idem est, quod spiritus loquens Ioanni in apocal. sua fit ecclesiis, ut pœnitentiam agerent, quia prima charitate eeciderant. Pulchre, & late errorem hunc reprobat beatus Aug. in de uera, & falsa pœnitentia c. iij. iiij. & v. ¶ Sed uerba ista

G apostoli multipliciter exponuntur a docto. Nam aliquando fit uis in uerbo impossibile: quod secundum aliquos non accipitur proprie ut negat omnem possibilitatem: sed ut dicit difficultatem. Nam perfecti (de quibus loquitur ibi apostolus: quibus omnes conditiones sibi copulatæ conueniunt) lapsi difficulter resurgunt: uel exprimit impotentiam naturæ nostræ, quæ potest per se cadere: non autem per se resurgere secundum illud Psal. Spiritus uadens, & non rediens. ut recitat Alexand. & Hugo de sacra. lib. ii. parte xiiii. capit. iiii. Vel fit uis in uerbo pœnitentia: & hoc dupliciter: uel ita, quod pœnitentia refertur ad pœnitentiam, quæ est post hanc uitam: illa. n. non meretur peccati remissionem: sed tantum pœnitentia, quæ est in hac uita, & sic dicit glossa interli. super hæc uerba. In alia (inquit) uita impossibile est renouari per pœnitentiam, quod hic licet: nõ ibi. Vel refertur ad pœnitentiã præuiã baptismo. Nã & illa baptizãdo adulto necessaria est: ut dicit Augustinus ubi sup. cap. viii. Qui per se peccauit per dolorem proprium, & fidem ecclesiæ indulgentiam acquirit. sequitur. Sine pœnitentia nulli profuit baptismus, qui peccauit spontaneus. Ad illam pœnitentiam nemo potest renouari per baptismum post eius susceptionem: eo quod est initerabilis. Vult ergo apostolus, quod renouatio baptismalis ad pœnitentiam post baptisma semel susceptum sit impossibilis, & huic concordat glos. marginalis, quæ dicit. Negat hic apostolus reiterationem baptismi: sed non excludit pœnitentiam. Renouari enim est nouum fieri: nouum autẽ facere est lauare. & est sensus. Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati &c. rursus renouari, idest rebaptizari motos ad pœnitentiam. hæc glos. ¶ Et attende, quod baptismus renouat: quia omnem uetustatem peccati actualis tollit: culpam, scilicet & pœnam. Pœnitentia autem non renouat: quia licet culpam tollat: non tamen omnem pœnã: & ideo aliquid uetustatis relinquit: quod subsequens satisfactio remouet.

Exponitur auctoritas apostoli impossibile est &c.

Vtrasque solutiones tangit Nicolaus de lyra in postilla super textum allegatum. Et quoad istam secundam solutionem dicit apostolus: uolens remouere errorem quorundam de iudaismo conuersorum: putantium, quod sicut apud iudæos frequentabantur baptismata: sic iterari posset baptisma christi: ideo remouendo errorem hunc dicit. Impossibile est eos &c. renouari supple per baptismum, qui est fidei sacramentum rursus ad pœnitentiam: quia per pœnitentiam sequentem non possunt redire ad renouationem baptismalẽ: quia baptismus est sacramentum regenerationis, & renouationis ad Titum iij. Et ideo non dicit, quod impossibile est penitere: sed renouari ad pœnitentiam prædicto modo. Et ideo apte sequitur: rursum crucifigentes filium dei, & ostentui habentes. Tales reiterando baptismum, innuunt mortem christi iterabilem: & ita ostentui habent: id est derisioni: quasi non sufficeret, nisi iteretur. de quo sup. dist in&. vi. quæst. ii. Et huic concordat August. ubi sup. cap. iii. dicens. De baptismo, hoc apostolus intellexit. Dixit enim eos renouari per pœnitentiam impossibile esse: ut rursum crucifigant filium dei: & ut ostentui habeant: id est ut baptizentur: ita ut ly rursum crucifigentes &c. determinet ly renouari ad pœnitentiam: ut sit sensus. Impossibile est renouari ad pœnitentiam tali renouatione, qua rursus crucifigant, id est ostentui habeant mortem filij dei: hoc autem non fit nisi per baptismi iterationem, qui mortem christi, & sepulturam eius significat. Et secũdũ hoc etiã est intelligenda auctoritas apostoli ad Heb. x.

Voluntarie peccantibus nobis post acceptam notitiam ueritatis, iam non relinquit pro peccatis hostia, scilicet alia uel secunda: quia mors christi non iteratur. qui semel obtulit pro peccatis omnium. Vnde glo non dicit: non est ultra penitentia, uel remissio: sed hostia, idest crux secunda: quia una sufficit uolens ne ultra hoc expectemus, uel pęniteamus. hæc glo. ¶ Quamuis etiam innuat differentiam inter uolentem peccare, & uoluntarie peccare: nam uolēs peccat, qui passione aliqua uictus peccat: & nō ex malitia in peccato perseuerat. Sed uoluntarie peccat, qui ex habitu, & malitia, ac perseueranter peccat: & sic exponit uoluntarie in peccatis manentibus non relinquitur hostia: idest talibus non proficit hostia christi ad peccati remissionem: quia deficit pęnitentia. De expositione apostoli latē tractat Hugo de sacra. lib. ij. parte. xiiij. c. iiij. ¶ Per hoc ad aliud, quod sequitur, quod pęnitentia habet efficaciam a passiōe christi sicut baptismus, ergo non iteratur sicut nec passione, nec baptismus. Negetur consequentia: & ratio dissimilitudinis tacta est supra. q. j. dist. vj. quia non ita appropriatē significat pęnitentia christi mortem, sicut baptismus. Deniq; baptismus secundō datus nullam pęnitus habet efficaciam respectu remissionis peccati, sicut iterata pęnitentia. Cuius radicalis ratio est institutio diuina: licet cōcurrant etiam aliæ congruentiæ supra tactæ. ¶ Ad aliud de facilitate ueniæ, quæ præbet incentiuum delinquendi. Respondet Augusti. quod promptitudo dei ad remittendum peccatum, argumentū est, quod peccata multum displicent deo, qui semper præsto est ea destruere: si. n. eā amaret: nō ita semper destrueret: sed conseruaret, atq; sua munera fouetet. Semper destruit peccata, quæ inuenit: ne soluatur, quod creauit: ne corrumpatur, quod amauit. ¶ Tamen ad formam respondetur: quod nonnunquam malis, & ingratis mentibus bona sunt occasio mali: non per se: sed per accidens ex malitia abutentium. Sicut ecōuerso bonis omnia cooperantur in bonū. Rom. viij.

H

Cur pęnitētia reiteratur, & nō baptismus

Per se autem facilitas ueniæ est incentiuū amoris: sicut cętera dei beneficia, inter quæ illud non ē minimū: sed grande, & magnum. Vnde de per se incitat ad diligendum misericordem deum, qui per suam bonitatem non statim condēnat peccatorem: sed expectat: & semper reuertentem recipit, ut saluet. Nihil autem ita peccato obnititur, sicut dilectio dei. ¶ Itē non est simpliciter facilis uenia pctōrum per pęnitētiam acquisita, ut. n. peccatum pœnitus quoad culpam, & pęnam remittatur: requiritur magna contritio cordis: & grauis erubescentia ex confessione oris: & pęnalis satisfactio operis, quæ non sunt facilia: sed ualde difficilia: secus de uenia per baptismum collata. ¶ Ad illud de prouerbijs dicitur, quod loquitur de eo, qui sic graditur usq; in finem: nō reuertens per pęnitentiā: sed concidit per finalem impęnitentiā, a qua nemo resurgit. ¶ Ad sequēs de cōtumelia dicitur: quod per repetitionem baptismi contumelia fit baptismo, & passioni christi. Baptismo: quia frustra, & sine effectu reiteratur. Passioni: quia per iteratum baptisma, iteratio mortis christi significatur: & ita falsitas passioni eius imponitur. Non sic de pęnitentia, quæ si uera fuerit, nunquam caret suo effectu: nec ipsa iterata significat iteratam, seu iterādam christi mortem: quia licet habeat efficaciam ex christi passione: non tamen sic propriē est signum passionis: sicut baptismus. Pulchras rationes ponit Pe. de palu. dist. præsenti. q. v. arti. j. Cur pęnitentia iteratur, non baptismus. ¶ Ad ultimum de beato Ambr. dicendum, quod loquitur de penitentia solemni: de qua infra dicetur. Et tantum de articulo secundo. ¶ Quantum ad tertium articulum dubitatur primō de duratione pęnitentiæ: utrum postquam peccata sunt dimissa, manere debet eorundem pęnitentia. Pro respōsione supponendum: quod est pęnitentia uirtus: & pęnitentia sacramentum. Et quia pęnitentia sacramentum, non est nisi absolutio pęnitentis a peccatis confessis: ad illam pęnitentiam tenetur peccator, quando tenetur ad confessionem: & de

Arti. 3. Dub. 1.

I

De duratione penitētię.

illo uidebitur dis.xvij. ¶ Sed hic breuiter de pęnitentia uirtute, quæ est actus detestationis peccati, aut habitus ad illum inclinans infusus, si ponitur: uel acquisitus. ¶ Quo præmisso dicitur primò. Ad habitus pęnitentię infusi (si ponitur) cōseruationem: homo semper tenetur post peccati remissionem. Patet: quia semper tenetur homo non peccare: ergo semper tenetur habitum infusum pęnitentiæ post peccati remissionem in se habere. Tenet consequentia: quia habitus ille non amittitur: nisi per peccatū mortale: sicut & charitas, quam comitatur: qa sicut habitus infusi a solo deo infundūtur: sic a solo deo conseruātur. Conseruat autem deus dona sua: nisi ille, cui donātur, demereatur illa a se tolli. Hoc autem demeritum est per peccatum mortale. ¶ Secundo dicitur: φ pęnitens non tenetur habere semper habitum pęnitentiæ acquisitum: immo non tenetur illum habere. Probatur: quia sine isto habitu potest peccatum remitti, & frequenter remittitur: ergo non necessariò requiritur. Antecedens patet: quia ad unicum actum pęnitentiæ perfectæ circumstantionatum remittitur peccatum: ut patet ex pręmissis: sed habitus acquisitus non generatur ex uno actu; sed ex pluribus frequentatis: ut patet .ij. Ethicorum. ¶ Tertiò dicitur, φ pęnitens post peccatum dimissum: non tenetur semper ad actum pęnitentiæ efficiendum, uel elicitum conseruandum. Patet: quia habere huiusmodi actū, est quid positiuum: sed nullum præceptum affirmatiuum obligat per semper ad actum positiuum. Item: nullus tenetur post peccatū demissum cogitare de peccato commisso: saltem non semper: ergo non tenetur semper habere peccati detestationem. Tenet consequentia: qa detestatio peccati cum sit actus uoluntatis: præsupponit necessariò cognitionem detestandi. ¶ Quartò dicitur post Alex. parte. iiij. q. lxviij membro. ij art. ij. & Richar. dist. presenti. q ix art. j. cōcordat beatus Tho. dist. xvij. q. ix. artic. iiij. lib iiij. Peccator semper tenetur ad peccati mortalis detestationem: non tamen pro semper: sed pro aliquādo etiā post peccati remisionē. Probatur quātum ad illud, quod semper tenetur: per beatum Augu. in lib. de uera, & falsa pęnitentia. c. xiij. Pęnitens (inquit) dolorem cum uita finiat. Nam & si apostolus etiam peccata per baptismum remissa continuè plorat: nobis super fundamentum apostolorum positis, quid præter plorare restat. ubi enim dolor finitur, deficit pęnitentia Si autem pęnitētia finitur, quid relinquitur de uenia: tā diu enim gaudeat, & speret de gratia: quamdiu sustentatur a pęnitētia. Dixit enim dominus. Vade, & āplius noli peccare. Non dixit; ne pecces. sed nec uoluntas peccandi in te oriatur: φ quomodo seruabitur, nisi dolor continuè in pęnitentia custodiatur. Sic semper doleat, & de dolore gaudeat; & non sit satis, φ doleat. Ex fide doleat, & se non semper doluisse doleat. hæc Augu. Item beatus Grego. in moralibus super illud Ioan. xiiij. Anima ipsius super semetipso lugebit. dicit. Dignum est, ut in se sēper merores inueniat, qui in se relicto creatore gaudia quærebat. Item Hugo. lib. ij. de sacra. parte. xiiij. c. ij. Necesse habes semper pœnitere. Item idem. Dominus soluens pęnitentem a culpa ligat eum a uinculo perpetuæ detestationis eiusdem. Adducit ad idem Alex. persuasiones: quia semper debet homini displicere peccatum suum. Tum quia recessus a malo debet esse perpetuus. Si enim aliter malum placeret: bonus non esset. Tum quia ad pęnam perpetuam peccator fuit obligatus: ideo detestatio peccati, per quam soluitur pęna perpetua: debet esse perpetua. Tum: quia per peccatum deus, qui est bonum æternum: derelictus est: ideo pęnitētia, per quā deus recuperatur: debet esse perpetua. ¶ Sed quia dictum est: φ licet semper; sed tamen non pro semper tenetur peccator resurgens ad pęnitentiam: sed pro aliquando. Quæritur, & dubitatur secundò: quando tenetur ad actualem pęnitentiam post peccati deletionem. Respondet Alex & post eum Rich. φ tunc tenetur, quando pęnitens recordatur

Semper pecca--

tor tenetur ad actū pœnitētiæ.

Dub. 2. K

Licet sēper: sed nō pro semper tenetur peccator re-

gens ad pęnitentiam. peccatorum suorum, quibus deum offendit. quod Rich. hic probat: quia non fideliter seruat reparatum fędus diuinæ amicitiæ, cui actu non displicet, cum deliberat illud, quod inter ipsum, & deum causa fuit inimicitiæ. Et posset talis ratio addi: quando peccatum per intellectum præsentatur uoluntati sub ratione diuinæ offensionis: aut uoluntas circa illud elicit actum aliquem: aut nullum. Si nullum: uidetur magna paruipensio dei, q non stat cum eius dilectione: cogitare actualiter eius offensam: & in uoluntate non habere displicentiam: cum nullus cogitet de offensa amici, qui displiceat sibi. Et uise est nimis apud uoluntatem; q circa cogitatum nullum elicit actum. uidetur enim illud contemnere. Si uero elicit actum: aut complacentiæ: & hoc non: sic enim denuo peccaret: ergo actum displicentię. ¶ Et potest ratio breuiter sic formari. Occurrente peccato in memoria ut dei offensiuo: uoluntas tenetur circa illud elicere aliquem actum tanquam circa rem arduam, & non uilipendendam: & tenetur non elicere actum complacentiæ: ergo actum displicentię: quia non sunt alij actus uoluntatis eliciti, quam complacere, & displicere, idest nolle, & uelle. Et cōfirmatur. Ex charitate deus quilibet tenetur nolle, q actualiter nouit deo displicere: sed actualiter considerans peccatum ut dei offensiuum: nouit illud deo displicere: ergo tenetur illud nolle in quantum dei offensiuum. Consequentia nota: cum minore. & maior uidetur similiter manifesta: quia ex eo; q tenemur nos conformare diuinæ uoluntati nobis cognitę, cui displicet omne peccatum in ratione offensę, debet, & nobis displicere. Item præceptum est nobis nolle peccare: secundum illud. Vade, & amplius noli peccare. Ioan. v. & viij. Aut ergo obligat nos pro aliquando: uel pro nullo tempore. Non secundum: quia sic non obligaret, & ita non esset præceptum: uel pro aliquo tempore: & non potest assignare aliud, nisi dum actualiter occurrit in memoria, ut dei offensiuum. Et secundum hoc intelligendæ sunt auctoritates adductæ pro probatione primæ partis huius quartæ propositionis. Et si rationes illæ concludūt: uidentur ęque concludere, q occurrente memoria actuali dei ut summi: & infiniti boni: tenemur elicere actum dilectionis eius super oīa: non minus, quām actū detestationis pc̄ti in priori casu. Nā & actus detestandi peccatum ut offensiuum dei sūmi: includit hunc actum dilectionis dei super omnia. Et dictum est de libertate: quia si heret memoria imperfecta statim euanescens non haberent prædictā ueritatem. Quicquid sit de necessitate horum actuum displicentiæ peccati, ut offensiui dei, & dilectionis dei in casibus dictis: utile tamen est, & meritoriū eos elicere: & periculosum ommittere.

Dub. 3. L

Ad quā tam gloriam resurgat peccator.

¶ Tertiò dubitatur. Vtrum peccator pęnitens ad maiorem gratiam, minorem, uel æqualem resurgat, quam peccando perdidit. Pro responsione ad hoc dubiū notandū: q parū generalius loquendo: resurgere ad ęqualē statū maiorē, uel minorē pōt tripliciter itelligi: uel de statu dignitatis: uel de statu grāæ: uel de statu gloriæ. Status dignitatis attendit̄ ex uarijs prærogatiuis. Vnde sic status uirginitatis est dignior statu cōiugij. Sic status iustorum id est semper permanentiū in innocentia baptismali, nobilior est statu iustificatorum, idest resurgentium a culpa mortali per pœnitētiam. Et hoc modo resurgens per pœnitentiam non resurgit ad eundem, uel ęqualem statum dignitatis, in quo fuit ante lapsum: & hoc uult quædā glo. sup illud Amos. v. Cecidit: nō adijciet, ut resurgat uirgo israel. Nō negat posse resurgere: sed nō resurget uirgo israel: qa semel oberrās: etsi reportetur humeris pij pastoris, nō habet eandem gloriam cum illo, qui nūquam ab eo oberrauit. Nam ut uult Hugo. lib. ij. de sacra. parte. xiiij. c. iiij. licet qui cadit, resurgere potest: & non solū resurgere: sed etiam melior resurgere, quām fuit cum cecidit. Nemo tamen melior post casum surrexit, uel surgere potuit, quām si non cecidisset: & hæc, q modo resurgendo bona operatus est: omnia stando operatus fuisset. In hoc

secundum

secundum aliquid dici potest: quia omnis, qui cadit, id quod cadēdo perdidit, amplius totū recuperare non pōt: quia quicquid post ea ad correctionem, uel recuperationē adiecerit: facere omnino nō potest, quin melior fuisset, si hæc omnia haberet, & tamen non cecidisset: & addit moralē doctrinā dicens. Propterea nemo in spe correctionis peccare debet: quia quicquid semel amittitur: amplius ipsum non recuperatur. Si uirgo es: custodi diligenter, quod habes: noli in spe peccare: noli cadere, quasi melior surrecturus sis. Quicquid postea feceris: facere tamen non potes: quin melior esses, si hoc faceres, ut uirgo esse. sequitur. Si magnum est aliquando surgere: maius est utiq; nunquam cecidisse. Si bonum est sanatum esse: melius est nunquam corruptum esse. Hæc Hugo. Ex quo sequitur, quod resurgens post lapsum nunquam commodum reportat ex lapsu: etiam si resurgat melior, quàm fuerat ante lapsum: quia semper perdit tempus illud, quo fuerat in peccato, in quo multa merita comparare potuisset, si non cecidisset. & cum hoc omne meritum, quod resurgens sibi acquisiuit. ¶ Et per hoc patet; quod lapsus in peccatum nunquam resurgit ad statum eiusdem dignitatis, in quo fuit ante lapsum: licet etiā melior resurgat. Sicut stet uirginem lapsam per pęnitentiæ feruorem ad maiorē grām resurgere, quā habuit ante lapsum: & sic meliorem post lapsum, & pęnitentiam, quàm ante: tamen ad statum uirginitatis non potest resurgere. Sic quicunque lapsus ad statum non sic lapsi, non potest resurgere; & de hoc sufficiat tanta dixisse. ¶ Sed nunc redeundo ad diuisionem supra positam: resurgere ad statum ęqualis gratiæ maioris, uel minoris, est resurgētē æqualem gratiam maiorem, uel minorem resurgendo acquirere, sicut habuit ante lapsum. Sic resurgere ad statum æqualis glorię: est lapsum resurgentem habere ius ad æqualem gloriam: uel est ipsum resurgere ad statum illum, cui correspondebit æqualis gloria, & quam habuisset, si non cecidisset. Sic de maiori, & minori suo modo. & hoc modo intelligendo dubium sunt diuersæ opiniones.

M Tractatur opi. Scoti.

Vna Scot. distin. xxij. arti. ij. quarti scripti tenentis: quod resurgens post lapsum resurgit ad tantam gratiam: quanta debetur sua dispositione ad gratiam tanquam meriti de congruo: hoc est conatui boni motus sui, quæ habuit in resurgendo: hoc est resurgit præcisè ad tantam gratiam: quantam meruit actus pœnitentiæ, per quem resurgit: siue de condigno, siue de congruo: siue ante lapsum habuerit magnam gratiam, siue paruam. Et quia conatus ille est inęqualis in resurgentibus: etiam ad inęqualem gratiam resurgunt pęnitentes. Et aliqui ad maiorem gratiam ea, quam in lapsu perdiderant: aliqui ad æqualem aliqui ad minorem. Et hoc sic probat: quia non omnis cadens semper grauius cadit, quàm prius ceciderat: igitur nec resurgens gratior resurgit, quā prius fuit. Item prima gratia potest esse maior, & minor: & per consequens minima. Sed per pœnitentiam acquiritur prima gratia: ergo possibile est gratiam recuperatam per pęnitentiam aliquando esse minimam. ¶ Secundò dicit; quod omnis resurgens per pęnitentiam, resurgit semper ad plura merita in acceptatione diuina, quàm habuit, quando cecidit. ¶ Tertiò dicit, quod resurgens ex ea parte ad maiorem gloriam ordinatur: sed non oportet eum in maiori gratia resurgere. Quia ut dictum est: secundum dispositionem eius: in detestando peccatum commissum intensè: uel remissè, datur tunc sibi maior, uel minor. Cuius fundamentum est: quia in resurgente per pęnitentiam reuiuiscunt priora merita: sed non prior gratia. Cuius rationem infra assignat: quia gratia prior fuit tantum donū dei: merita autē erāt aliquo mō opera hois. Et ideo merita semp sunt sibi salua in acceptatione diuina: gratia uero nō, ut propter eam ordinetur ad aliquod præmium: quia habuit eam, sed tantummodo per eam, si nunc habet eam, et hoc consonat iustitiæ. Ad quorum declaratione pmittit, quod nō ē idē habere plura merita reseruata

in acceptatione diuina in ordine ad pręmium pro eis reddendum: & habere maiorem gratiam intensiuè. Vniuersaliter enim cuicunq; merito debetur: non tātum aliquod præmium accidentale; sed etiam præmium essentiale. Patet; quia si. quis illud solum haberet sine omni alio. merito beatificaretur: non præcisè in illo gradu in quo propter gratiam solā sine meritis beatificaretur: sicut paruulus tunc baptizatus. Gloria enim cuiuscunq; habentis proprium meritum excedit gloriam talis. ergo quodcunq; meritum sequens alia merita iam habita, requirit proprium gradum gloriæ essentialis sibi correspondentem: & hoc consonat scripturæ quæ in multis locis asserit, q reddet unicuiq; iuxta opera sua. psalm. lxj. Idem Apoc. ij. & xiiij Opera enim illorum sequuntur illos. ¶ Et contra illa replicatur sic responsio data uidetur includere repugnantiam: quia si resurgens est dignus maiori gloria, quādo resurgit, quam fuit, quādo cecidit: & cecidit a magna gratia, per quā fuit dignus, magna gloria: ergo non resurgit in parua gratia: quia ad unicum meritum quod resurgendo superaddit: nō addit tantum de gloria, quantum defectus secundę gratiæ siue eius minoritas respectu primæ diminuerit de gloria.

¶ Ad illud respondetur: q præscindēdo illud in gloria, quod respondet meritis, & dicatur b, ab illo, quod respondet gratiæ: & illud dicatur a forte excedit b, & quando iste resurgit: quia omnia merita priora uiuunt in acceptatione dei: redit sibi ius, & dignitas ad totum b, sed ad a nō redit sibi ius, si gratia secunda sit minor prima. ¶ Ex quo infertur; q utile est continuè (quantum possibile est) opera meritoria exercere: quāuis remissa adeo, ut per illa non statim augeatur gratia: quia correspōdet singulis in acceptatione dei determinatus gradus gloriæ. Nec adeo expedit salua re gratiā quantū opus remissum agere, p quod non augetur gratia: quia etsi iste sic remissè agens non habeat maiorem gratiam per opus suum; quam ille dormiens, in quo saluatur gratia sine tali opere: non tamen frustra ille egit: nec in ullo excedit illū, qui dormit per hoc quod agit: iam dignus est aliquo æterno bono, quo non est dignus ille. Vult ergo summariè, q peccans mortaliter p dit gratiam habitam quoad se: & quoad præmium correspondens: ita q post resurgens, gratiam peditam non recuperat: neq; premium gratię correspondēs. Sed consequitur tantum gradum glorię correspondētem meritis prioribus per pœnitentiam uiuificatis: & posterioribus, & gratiæ illi præcisè quæ per detestationem peccatorum est acquisita Supponit etiam, q non per quemlibet actū meritorium augetur gratia. ¶ Contra illam opi. arguitur; q resurgens ad maiorem gloriam: etiam resurgit ad maiorem gratiam, quod probatur: quia ut ip se dicit dist. xxj. q. j. ante solutionem rationum: quodcunq; meritum meretur augmentum gratiæ: quia aliquem determinatum gradum gloriæ, ad quem requiritur, ut dispositio pụia aliquis gradus gratiæ: ergo resurgēs ad priora merita, & per hoc ad maiorem gloriam resurgit ad maiorem gratiam. Tenet consequentia: ex dicto suo ibidem: quia omnis gradus gloriæ requirit determinatum gradum gratiæ, ut dispositionem præuiam. Sicut ergo resurgit ad priora merita: resurgit ad priorem gratiam: & cum hoc ad nouum gradum gratiæ primæ correspondentem bono motui detestationis. ¶ Et si respondetur; sicut ipse ubi supra respondet ad saluādum, ne sibi ipsi contrarietur: q nō semper post quemlibet actum meritorium deus augeat gratiam proportionatam merito: sed augmentum debitum meritis remissis reseruat usque ad instans mortis. Adhuc stat ratio, q resurgens per pęnitentiam non tantum surgit ad gratiam primam: sed etiam ad omnem gratiam prioribus meritis (prius per peccatum mortificatis: & nunc per pęnitentiam uiuificatis) correspondentem siue tunc, siue posterius conferendam: & p consequens ad omnem gloriam tā gratiæ priori, quam secundę; quam etiam meritis prioribus, & posterioribus cor-

Contra opinio. Scoti. N

respondente. ¶ Præterea dicere: quod augmentum gratiæ, quod meretur meritum remissum: non statim conferatur: sed usque ad instans mortis differatur: est omnino uoluntarium, nulla ratione, uel auctoritate suffultum, ergo ea facilitate contemnendum, qua approbandum secundum beatū Hiero. Rationabilitas quoque, quā ipse assignat, propter quam in instanti mortis augmentum gratiæ conferatur quia tunc non est homo in uia: sed in termino, in quo præmium meritorum reddi debet, nō ualet: quia gratia nō est præmium meritorum, quod reddi impedit status uiatorum: immo gratia uiatoribus est conueniens, & proportionata: secus de gloria. ¶ Præterea: sic se habet gratia ad opus meritorium: sicut uirtus ad opus uirtuosum, saltem quoad augmentum: sed uirtus per quemlibet actū continuo augetur, ergo etiam gratia per quemlibet actum meritorium. ¶ Præterea: omnis qualitas intensibilis per additionem gradus ad gradum: si intēditur per aliquod intensum: etiam intenditur per quodlibet eiusdē generis remissū. Gratia exēpli: sicut habitū uirtutis intēdit operatio intensa: ita etiam operatio remissa. Quia sicut se habet intensum ad intensum: ita se habet remissū ad remissum cæteris paribus. Gratia exēpli: sicut agens intensum producit actum intēsum: sic agens remissum producit effectum remissum: ergo sicut operatio meritoria intēsa augmentat gratiā ad gradum intensum: ita remissa ad gradum remissū. ¶ Et licet operatio meritoria propriè nō producat gradum gratiæ: cum gratia a solo deo creetur: producit tamen impropriè, & meritoriè. Et de lege ordinata deus augmentat gratiam secundū proportionem meriti: ut habitū est dist. xvij. In primo de charitate. ¶ Ex illis patet: quod per quodlibet opus meritorium augmentatur gratia, sicut gloria: bellus ad maiorem gloriam. ¶ Patet secundo: quod resurgens sicut resurgit ad plura merita, ita etiam ad maiorem gratiam. ¶ Ad rationem, quam adducit ad oppositum dicēdum: quod licet gratia sit donum dei: est tamen etiam ab homine meritoriè

Ad rationes Scoti.

de condigno, uel de cōgruo: nec infunditur adulto sine sua operatione: saltē dispositiuè. Sic & merita principalius sunt a gratia in ratione meriti, quā ab homine: gratia autem a solo deo: & ita operatio meritoria est etiam a deo. ¶ Præterea, etiam si gratia esset a solo deo: nulla præuia operatione hominis, & opus meritorium a solo homine: quorum tamen neutrum uerum est: adhuc nihil probat ratio sua: quia licet gratia sit tantum donum dei: tamen cum infunditur homini iam est data homini: & ut ita dicam, res sua: & per eam ordinatur homo, & acceptatur ad aliquod præmium essentiale: eo ipso, quod habet eā, & acquirit ius ad tale præmium: non minus, quam per opus meritorium ad præmium operi meritorio correspondens: ergo sicut manet ius ad præmium in acceptatione diuina ex opere meritorio (licet per peccatum sequens impeditū) ita manet ius ad præmium gratiæ correspondens: licet impeditum. unde sublato impedimento manet homini utrūque ius saluum. ¶ Ad aliam rationem primo dicto: non omnis cadens grauius cadit & c. negetur consequentia: nec est simile, quia ut infra dicetur, & tenet ille doctor peccata prius dimissa non redeunt, sed gratia amissa, & merita in resurgēte redeunt, & uiuificantur, ut infra dicetur. Si uero redirent peccata dimissa in recidiuante, antecedens esset falsum, tunc enim grauius caderet quisquis recidiuans, quia caderet in peccata priora redeuntia. & cum hoc in peccatum nouum, quo recidiuaret, sicut resurgēs resurgit ad omnem gratiam perditam, & merita mortificata, & cum hoc ad nouum gratiæ gradum pœnitentiæ, qua resurgit correspondentem, & ideo resurgit gratior. ¶ Ad secundum, si primam gratiam intelligit illam, quæ præcisè respondet dispositioni resurgentis, conceditur, quod illa potest esse minima in actu. Quod additur, quia minima, quæ potest esse, non est dabilis: non autem resurgit ad illam tantum, sed ad illam: & ad omnem prius perditam, & illa non potest esse minima: & per hoc gratior, quam

O fuit prius, quàm cecidit. ¶ Alia est opi. quam approbat Alex.q.lvij.part.iiij. & post eum sanctus Bonauen.dist.præsenti:quæ magis uidetur restringere diuinã largitatem:quia Sco.licet eam restringat.quantum ad restitutionem gratiæ, & gloriæ sibi correspondentis pœnitenti:extendit tãtum eam,quantum ad retributionem meritorum. Hæc autem opi. restringit eam quãtum ad gratiam: tenens,ꝙ gratia amissa per peccatum, non restituitur pœnitenti:nec quoad se: nec quoad præmium correspõdens. Sed pœnitenti restituitur gratia, secundum eius dispositionem magna,uel parua:& in hoc concordat cum Sco. Consequẽter tenet:ꝙ opera meritoria per mortale mortificata reuiuiscũt ad præmiũ,nõ scdm quantitatẽ grẽ,a qua sunt elicita: sed scdm quãtitatẽ finalis grẽ, ac si ẽẽt ab illa elicita: & si ista gratia finalis est magna:magnum præmium retribuitur: si parua paruum. Vnde stat merita uiuificata plus præmiari,si gratia finalis maior est ea,a qua sunt elicita. Stat etiam ea minus præmiari,si gratia pœnitentis: & finalis fuerit minor. Primum probat quædam experientia : quia cum perfectus aliquis cadit in peccatum enorme diu iacens in eo : postea dum pœnitet, sentit se tepidum, & pronum ad lapsum indigentem maiori manuductiõe, quã imperfecti non lapsi:ꝙ nõ esset, si prior gratia perfectorum rediret. Item sic uideretur:ꝙ dominus reuocando ad pœnitentiam retribueret gratiam secundũ priora merita,& gratiam priorẽ. Quod est contra uerbum Grego. dicentis : ꝙ in perpetratione malorum nulla debet esse fiducia bonorum peccatorum. Secundum probat:quia cum iudicium retributionis sit secundum gratiam finalem,in quo quis decidit:ut uult glos.super illud Ezech. xviij. Si auerterit &c. Sicut iustum ante peccatorem non grauant antiqua delicta. sic peccatorem ante iustum ueteres iustitię non adiuuant. Vnusquisque enim in quo inuenitur:in eo iudicatur. Sequitur:ꝙ merita pręcedẽtia & uiuificata præmiantur secundum quantitatem gratiæ finalis. ¶ Sed cõtra primum dictum huius opi. in quo concordat cum Sco.de gratia non redeunte,sufficiant rationes supra cõtra Sco. inductę. ¶ Contra secundum de meritis arguitur. Merita non præmiantur secundum charitatem, a qua non eliciũtur:quia non nisi a charitate, a qua eliciuntur,habent suam acceptabilitatem. Non enim trahunt suam bonitatẽ quã tum ad acceptationem ab aliquo posteriori:sed gratia finalis est posterior meritis. ¶ Pręterea:per meritum operans acquirit ius ad certum gradum gloriæ: quod ius suspenditur per sequens mortale : & per hoc dicitur meritoriũ opus mortificari. Et per sublationem impedimenti scilicet remissionem peccati uiuificatur:& per consequens habet idem ius post,sicut ante:ergo ad eundem gradum gloriæ. Ius enim semper manet saluum in acceptatione diuina:licet suspẽdatur per mortale:ideo sublato mortali stat meritum in diuina acceptatione sicut prius. ¶ Et per hoc ad rationes huius opi. Ad primam,quæ fundatur in experientia dicitur:ꝙ tepiditas illa,& inclinatio ad lapsum:non est ex imperfectione gratiæ in conuersione infusę:sed ex habitibus acquisitis ex actibus uitiosis,quos acquisiuit, dũ uitijs subiacuit, quæ manent etiam in conuersis cũ gratia:ut alias dictum est. ¶ Ad secundum dicitur:ꝙ nulla merita præcedentia lapsũ, merentur conuersionem post lapsum: nec restituitur perdita gratia propter merita ex ea elicita. Sed deus cum dimittit peccata, plenè remittit : ita ꝙ post pctõrum dimissionem, non memoratur eorundem ad damnationem peccatoris neq; ad subtractionem prius meritę beatitudinis. Et per consequens restituit peccatorem ad omne ius ad beatitudinem,quod habuit ante lapsum. Quamuis Sco. non uult negare,quin excellẽs misericordia dei propter merita præcedentia(licet iam mortificata)citius det gratiam ad resurgendum. Non tamen esse debet fiducia in malis ad perseuerãdum in malis propter speciẽ præteritorum bonorum; quasi sint merita futuræ conuersionis. Et hoc uult beatus Grego. ¶ Ad

Margin notes: Opinio Alex. & S. Bonauent. — Soluuntur rationes. — Tepiditas ad bonum post cõuersionem nõ est iper fectiõe gratiæ.

go. ¶ Ad tertium dicitur: quod iudicium damnationis, uel beatificationis fit secundum gratiam finalē habitam, uel derelictam: ita si finaliter inuenitur in gratia, saluatur: si non, damnatur. Non tamē solum remuneratur pro his, quæ ex illa finali gratia egit tātū: sed etiā pro his, quæ ante acquisitionem finalis gratię ex præcedenti gratia operatus est. ¶ Ad glos. dicitur: quod loquitur de iusto finaliter, & peccatore finaliter. Et ita uerū est, quod peccatorem finaliter, qui prius fuerat iustus: non iuuant bona præcedentia merita: quia durat impedimētum iuris, quod acquisiuit, dum fuerat iustus. Et ita unusquisq; in quo inuenitur in fine: iudicatur ad uitam, uel ad mortem: nō tamen præmiatur, uel punitur tātū pro his, quæ operatus est in fine. ¶ Tertia est opi. beati Tho. dist. præsenti. q. vij. quam etiam imitatur Ockā. q. viij. & ix. quarti: magnificans diuinam pietatem quantum ad gratiam, & meritum: & per cōsequens quātum ad gloriā, secundum quā responde tur ad dubium per tres propositiones.

P Tertia opinio, secūdū quā respondetur ad dubiū.

¶ Prima loquendo de gratia, quæ præcise correspōdet tanq merito de congruo actu pęnitētię: pęnitēs resurgit quādoq; ad gratiā maiorem: qnq; minorē, qnq; ęqualē gratię per peccatū pditę. Probat: quia illa gratia proportionatur intensioni actus pęnitentiæ: & secūdū uariā eius intēsionē uariat magnitudo gratię. Stat autē aliquem tanta intensione detestari cōmissa peccata: quod ipsa detestatio a deo acceptatur ad maiorem gratiā pœnitenti infundenda, quā prius habuit; sicut credi pōt de pœnitencia sanctę Marię magdalenæ. Pōt etiā detestatio peccati ita esse remissa, quod acceptatur ad minorem gratiā. & sic de ęquali. ¶ Secūda propositio.

ppo. 1.

ppo. 2. Pœnitēti restituitur tota gratia.

Pęnitenti restituitur tota gratia, quam perdidit peccando: eadem numero: uel simi lis in specie, & gradu. Quia propositio hæc in facto consistit: auctoritatibus probanda est. Probatur ergo aucto. Ezechi. xviij. Si impius egerit pœnitentiā, &c. uita uiuet, & nō morietur: omniū iniquitatum suarum, quas operatus est, nō recordabor: in iustitia sua, quam operatus est: uiuet. Recordaretur autem dominus iniquitatum suarum: si minus tribueret in gloria pro meritis suis præteritis, quam si non peccasset. Si autem omnia merita præmiat: necesse est, quod omnē gratiam habitam restituat: cum cuilibet gradui glorię in patria correspōdeat gradus gratię in uia: ideo addit. In iustitia sua, quam operatus est, uiuet. Nō restringit ad iustitiam opera, quæ operatus est pœnitentię præcisē: sed generaliter loquitur de iustitia, quam operatus est: igitur generaliter accipi debet, & de ea, quę operatus est ante pœnitentiam: & in pœnitentia: & post pęnitentiam. Item: nō minus diligit pœnitentem, quem recipit ad gratiam: quā si non peccasset. alioquin adhuc memoraret eius iniquitatū, quem minus diligeret ppter peccata cōmissa, & nunc remissa. Si autem non minus diligit: non minorem gratiam restituit, quam perdidit: quia hunc deus magis diligit, cui maiorem gratiam tribuit. hinc Iacobus: Dat omnibus affluenter, & non improperat. Improperaret autē, si propter peccata commissa perdita nō restitueret. Ad idem est illud Ezechiel. xxxiij. Impietas impii non nocebit ei, in quacunq; die conuersus fuerit ab impietate sua. Multum autem noceret cōuerso preterita impietas: si non restitue retur gratia omnis per impietatem amissa. Item Iohel. ij. Reddam uobis annos, quos comedit locusta, & bruchus, & rubigo. ubi glos. Non patiar perire ubertatem spiritualium, quam animi perturbationibus perdidistis. Perturbationes animi, quibus spiritualia perduntur, peccata sunt, aut passiones animi ad peccatum inducentes. Item glos. Leuit. vij. sup illud: Vbi immolabit holocaustum: mactabitur, & uictima pro peccatis. dicit: Eque placet deo uirtus iustorum: & digna pœnitentia peccatorum; quæ restituit in gradum pristinum Dauid & Petrum. Item ad Heb. vj. Non enim iniustus deus, ut obliuiscatur operis uestri, & dilectionis, quam ostendistis in nomine ipsius. Operis dicit, quoad merita: & dilectionis, scilicet ex qua illa opera bona fecistis quoad gratiam, quæ charitati identi-

ficatur.ubi glos. Sicut enim priora bona per sequentia mala mortua fuerunt,& irrita facta:ita ipsa eadem per pœnitentiā, & alia bona sequentia reuiuiscunt. Non enim pronior est ad condemnandū,quā ad saluandum. Alex. adscribit hoc dictū Aug.in libro.v.responsionum. Itē Amb. ut allegat Tho. Pœnitentia res optima est,quę omnes defectus reuocat ad perfectum. Itē Aug.ad Macedoniū. Intantū hominis aliquando iniquitas progreditur:ut etiam post actam pœnitentiā:post altaris reconcilationem similia,uel grauiora committat: & tamen deus super tales facit oriri solem suum. Nec minus tribuit,quam ante tribuerat munera uitę,& salutis. Ecce plane habetur; ꝙ dominus tāta munera tribuit post lapsum, quanta ante tulerat. Hinc idem in libro de uera,& falsa pœnitentia.cap.xiij.ait. Piū est eredere,ut recepta dei gratia,quę in ea destruit mala priora:etiam remuneret bona:ut cum destruxerit,quod suum non inuenit:amet,& diligat bonū,quod in peccatore plantauit. ¶ Aliæ plures adduci possent:sed illæ sufficiant, quę satis apertè propositum probant:licet eas nō nulli exponere nitātur: & ad alium,quā secundum literam prę ferunt sensum retorquere. ¶ Quòd additur in propositione,eadem numero: uel similis in specie, & gradu,utrūq; facere potest deus. Vel eam gratiam, quę annihilata est per peccatum reproducere, uel aliam eiusdem gradus creare.

ppo. 3. ¶ Tertia propositio. In resurgente per pœnitentiam uiuificantur omnia merita per antecedens peccatum mortificata. Patet illa propositio ex prę cedenti: quia eadem ratione, qua restituitur gratia:uiuificantur & merita priora. uiuificantur quantum ad acceptationem diuinam: quia per dei misericordiam ordinantur ad illud prēmium, ad quod ordinabantur primò ante peccatum. Quod sic ostendit Ockam,ubi supra:quia ex diuina misericordia ordinaē; ꝙ nullum bonum sit irremuneratum:nisi propter indispositionem actualē illius, in quo fit tale bonum. Sed talis indispositio est peccatū,quod remouetur per pœnitentiā:ergo remunerabitur,& ita reuiuiscit. ¶ Ex hac propositione, & priori infero duo corollaria. Primum:sicut omnis uerè pœnitens ad maiorem gratiam, quā perdiderat, resurgit: ita resurgens plura merita, & maiorem gloriam acquirit. Patet: quia resurgenti omnis gratia perdita restituitur: & omnia merita mortificata uiuificātur. Et ultra acquirit nouum gradū gratiæ correspōdentē actui pœnitentiæ: & nouū meritū per nouam gratiam,per quam perficitur, & continuatur actus pœnitentiæ,per quem ordinatur ad ulteriorem gradū glorię. Cor. 1. Q

¶ Secūdum:quamuis omnis uerè pœnitens resurgat melior,quā fuerat,dum cecidit in culpā:nō tñ melior, quā futurus erat: si stetisset in gratia. Prima pars patet: quia habēs maiorē gratiā melior ē: sed resurgēs hēt maiorē gratiā,& plura merita; ergo &c. Secunda pars probatur ex dictis supra in principio dubii. Si.n. stetisset in gratia tpe, quo in peccatis dormiuerat:multa merita cōquisiuisset: quia nō est otiosa charitas secūdū Grego. magna .n. operaē, si est: & per illa merita aucta fuisset charitas, & gratia: & per consequens correspōdēs gloria. Et tantū de illo dubio. Cor. 2.

¶ Quartò dubitatur: utrum per pœnitentiā omnes uirtutes morales restituantur. Ad illud dubiū respondetur breuiter:ꝙ dubiū pōt intelligi de uirtutibus acquisitis,uel infusis Si de acquisitis: dicendū:ꝙ non oportet: quia illæ acquirūtur per actuū uirtuosorum frequentiam: ideo si uirtutes nō præfuerunt in pœnitente ante lapsum: aut in tpe lapsus per habitus uitiosos sunt corruptæ:non regenerātur statim in actu pœnitentiæ. Sed per multos actus post remissionē peccatorū frequentatos generari possunt illæ tantum,quarum actus frequentantur:de hoc lib.iij.distin.xxiii. Si intelligitur de habitibus infusis: dictū est supra dist.iiii. q.j.ꝙ nihil cogit ponere habitus morales infusos: & illā opinionē tenendo:respōdeē ad dubiū negatiuè. ¶ Si uero tenetur opinio opposita:dicēdū est, ꝙ cū uirtutes morales infusæ concomitātur gratiā infusam:infusa gratia simul infūduntē uirtutes morales ea pfectione,qua gratia. Vnde si infunditur tota gratia Dub. 4. R Vtrū p pœnitentiā oēs uirtutes morales restituātur.

pter peccatum perdita: infunduntur & morales uirtutes in eadẽ perfectione, & gradu, quo fuerunt ante lapsum. Si uero gratia infunditur tantũ secundũ dispositionẽ, & intentionem actus penitẽtis: ut dicũt primæ duę opiniones: infunduntur uirtutes morales non in eo gradu, quo infuerũt ante lapsũ: sed sedm gradũ
Dub. 5. gratię de nouo infusæ. ¶ Quintò dubitatur: utrũ omnia opera mortificata p mortalem culpã, reuiuiscant per pœnitentiã.
Opera mortificata reuiuiscãt per pœnitẽtiã. Responsio ad hoc dubiũ quantũ ad opera meritoria iã patuit ex responsione ad tertium dubium. Sed propter opera bona de genere mouetur: & hæc sunt triplicia. Quędam bona meritoriè, quæ eliciuntur ex gratia. Quædam bona moraliter, quę nõ eliciuntur ex charitate, seu gratia: nec propter finẽ ultimũ: sed propter aliũ finem honestum. Tertia sunt, quæ circa obiectũ debitum fiũt: sed deficit circũstantia finis honesti: & illa, uel sunt indifferentia: uel uitiosa. Item magister in textu: & post eum doctores cõmuniter differentiã ponũt inter opera mortua, & mortificata. Mortua sunt, quæ nunquã acceptata sunt ad beatificã præmiationem. Et talia sunt omnia, quę non sunt elicita ex gratia: sicut omnia opera existentis in mortali etiã opera existentis in gratia: non tamen ab eo in
Mortificata. finẽ ultimum ordinata: sed mortificata sunt, quę ad premiũ ęternum sunt a deo accepta: sed per sequens mortale peccatum ab assecutione præmij impedita: talia sunt opera meritoria ex gratia elicita: lapsum in mortali pręcedẽtia. ¶ Quo præmisso dicitur: φ licet opera per culpam mortificata reuiuiscant per pœnitentiam: non tamen mortua. Prima pars patet ex pręcedentibus. secunda pars patet, quia quod nunquam uixit, non reuiuiscit. ¶ Prętεrea per pœnitentiã nihil noui datur operibus bonis pręteritis: sed tantũ remouetur impedimentum. s. peccatum: quo obstante ad effectũ, ad quem acceptata sunt: peruenire non poterant. Sed opera bona non meritoria nunquã accepta sunt ad remunerationẽ beatificã: & p hoc semp mortua: ergo per pœnitentiã nõ remouetur eis obstaculũ præmiationis: quia nõ fuerũt aliquando premiãda. Itẽ remoto obstaculo mortalis peccati: opera priora redeũt ad eũ uigorẽ, quo fuere ante peccatũ. Et quia mortua opera prius nullã habuere efficaciam respectu futuri premij beatifici: nõ acquirũt illã per remotionẽ
Dub. 6. impedimenti. ¶ Vltimò dubitatur de pęnitentia solẽni, qualis sit, & quis eius ritus. De hac pœnitentia tractatur dist. l. c. si quis post remissionẽ. §. potest. & aliter per plura sequentia. c. quorũ tenorẽ breuiter colligit Richar. q. xi. huius dist. ¶ Vnde post eum breuiter nota; φ est triplex pœnitentia: secreta, publica, & solemnis: & omnis solẽnis est publica, & nõ econuerso. In hac diuisione pęnitentia non accipitur pro uirtute: quia ista est in sola uoluntate. Nec pro pœnitentia, ut est sacramẽtũ: quia & huius forus secretissimus est: nec unquam licet peccatum ibi confessum, & remissum publicare. Sed accipitur pro satisfactione, quę sequitur sacramentum pœnitentiæ imposita confitentia confessore. ¶ Est ergo pœnitentia secreta satisfactio pro peccatis a sacerdote iniuncta secretè agenda. i. non publicè. Publica est, quæ pro manifestis peccatis iniungitur manifestè in facie ecclesię agenda: nõ tamẽ cum solẽnitate adstantiũ clericorũ: sicut est publica correctio uirgarũ, uel flagellorũ: aut circumitio nudis pedibus: capite discooperto ante crucem processionis dominicę diei: aut perigrinatio per mũdũ cũ baculo cubitali: & hæc põt iterari: & a simplici sacerdote iniungi. ¶ Sed pęnitentia solemnis est, quę a solo episcopo pro grauissimis criminibus publicis totã cõmunitatẽ cõturbãtibus, laicis fidelibus semel tantũ cũ debitis solẽnitatibus imponitur. Hæc nõ iteraẽ, ne uilis habeatur: etiã si peccatũ, p quo iniungenda est, iteratur. quo casu pœnitentia publica, aut secreta non negatur. dist. l. quãuis. hęc a susceptione ordinis impedit: & ideo nunquam clericis iniungenda est: ut eadem dist. in capite. §. hanc autem, & duobus sequentibus capitulis. ¶ Et quia hoc statutum est propter clericatus dignitatem: uidetur

T De pœnitẽtia solemni qualis sit, & qs ritus.

posse concludi, ait Rich. ꝙ nec laicis personis insignibus: nec religiosis propter status dignitatē iniungi debet: etiā nō debet iniungi iuuenibus propter ætatis fragilitatem. eadem dist. pœnitētes. Aliis personis utriusq; sexus a prędictis iniungi potest. Ritus autem huius, qui hodie in nonnullis, uel paucissimis ecclesiis obseruatur: describitur eadē dist. in capite. ex Agathensi concilio: ubi dicitur. In capite quadragesimæ omnes pœnitentes, qui publicā suscipiunt, uel susceperunt pœnitentiam: ante fores ecclesię se præsentent episcopo ciuitatis sacco induti: nudis pedibus: uultibus in terram demissis: reos se esse habitu, & uultu protestantes. Ibi adesse debēt diaconi, archidiaconi, archipresbyteri parochiarum, & presbyteri pœnitentium, qui eorum pœnitentiam, & conuersationem diligenter inspicere debent: & secundum modum culpæ pœnitentiā per præfatos gradus iniungere. Post hoc eos in ecclesiam introducant: & cū omni clero septem psalmos pœnitentiales in terra prostratus episcopus cum lachrymis pro eorum absolutione decantet. Tunc resurgens ab oratione, iuxta ꝙ canones dicunt: manus imponat: aquam benedictam super eos spargat: cinerem post mittat. Deinde cilicio capita eorum operiat: & cum gemitu, & crebris suspitijs denuntiet eis: quoniam sicut Adam proiectus est de paradiso: ita ipsi pro peccatis suis ab ecclesia abijciūtur. Postea iubeat ministris, ut eos extra ianuas ecclesię expellāt: clerus uero prosequatur eos cum responsorio. In sudore uultus tui uesceris pane tuo: ut uidentes sanctam ecclesiam pro facinoribus suis tremefactam, atq; cōmotam: non paruipendant pœnitentiam. In sacra autem domini cœna, rursus ab eorum decanis, & eorum presbyteris ecclesiæ liminibus præsententur. Hæc in tex. & glos. ibidem. Ita fit quolibet anno, ut tali die mittantur in ecclesiam: ¶ Et licet stent in ecclesia: non tamen cōmunicabunt cū alijs in eucharistia, uel osculo: & sic erunt usq; ad octauam paschæ: & tūc iterū exibūt de ecclesia: & erunt extra ecclesiam usq; ad talem diē sequētis anni. Et hoc fiet usq; ad finem pœnitentiæ. Et si bene pœnitēt duos, uel tres annos: potest eis reddi ingressus ecclesiæ: quandoq; etiam usq; ad finem uitæ manebunt extra ecclesiam. Et hæc intromissio fit a proprio sacerdote: nisi solemniter debeant reconciliari ecclesiæ s. finito tempore pœnitentiæ: uel etiam ante, si episcopo uisum fuerit. Hanc.n. solus episcopus pōt facere xxi.q. vi. c. j. Hec glos. Etiam uestes mutabunt, & comā deponent, si uiri fuerint, non mulieres: in signum subiectionis. dist. l. pęnitentes. in tex. & glos. ¶ Sed diceres: per hanc pœnitentiam peccatum confitentis publicatur: quod fieri nullo modo debet: ut infra dicetur. Respondet sanctus Thom. q. v. huius dist. artic. j. Sacerdos iniungendo talem pœnitentiam non reuelat confessionem, neq; crimē: licet suspitio oriatur illum aliquod enorme peccatum cōmisisse. Nec enim pro certo culpa scitur ex pœna: quia quandoq; aliquis pœnitentiam pro alio facit. Et si peccatum sit publicum: ipse pęnitens exequendo pœnitentiam confessionem a se factam manifestat. ¶ Sed aliter, & melius respondet Durand. & post eum Palu. q. vi. huius dist. allegans Durand. ubi & materiam hanc breuiter per conclusiones prosequitur: ꝙ per talem pœnitentiam non publicatur peccatum pœnitentis: quia quod est publicum de se: amplius publicari non potest: saltem quo ad illos, quibus iam innotuit tale peccatum. Pœnitentia autem neq; solēnis: nec publica imponi debet: nisi pro peccato publico: ut dictum est. Sed correctio eius publicatur per pœnitentiam: quod non est malum, sed bonum: ut publicum peccatum habeat publicam medicinam. Et quia maxima confusione dignus est, qui maximum peccatum publicē commisit: & ut sit aliis in terrorem, & in exemplum pęnitendi: ne desperent, qui in grauibus peccatis detinentur. Et tantū de quęstione, & de tota distinctione.

Ritus qs

V Qūo pc̄tūm p pœnitē tiā publi cam, aut solēnē publicatur.

DISTINCTIO. XV.

T ſicut prędictis. In priori diſtinctiōe magiſter egit de pęnitētia quantum ad eius diffinitionem, & diſtinctionē ſimul: circa hoc errorem excludens negantium eius iterationem. In hac diſtin. xv. incipit agere de eadē quātum ad eius integritatem: & circa hoc duo facit. Primò excludit errorem circa pęnitentię integritatem: quantum ad obiectum. ſ. peccata commiſſa. Secundò de partibus pęnitentiā integrantibus: quantum ad pœnitentiæ actū: uidelicet, contritionem, confeſſionem, & ſatiſfactionem. diſtin. xvj. ¶ Sententia huius diſtin. in tribus ſequentibus cōcluſionibus ſummariè continetur. ¶ Prima. Sicut errant, qui ueram pœnitentiam iterari poſſe negant: ſic & illi a ueritate deficiunt, qui de uno peccato ſine alio ueram agi pœnitentiam affirmant. Hanc probat, & multa contraria ſoluit. ¶ Secunda. Fruſtra ſibi blandiuntur de eleemoſyna, qua non correcti ſua expiari putant facinora. Et circa hoc magiſter diſtinguit eleemoſynarum genera. ¶ Tertia. Qui rem alienam iniuſtè auferendo proximum damnificat: non poteſt pœnitendo ueniam cōſequi: niſi ablatum, dum poteſt, reſtituat.

QVAESTIO. I.

A

IRCA hanc diſtinctionem de duobus quęrēdum eſt. De quibus prima, & tertia concluſiones ſonātt quoniā de eleemoſyna poſterius diſti. ſequenti determinabitur. Eſt ergo prima quęſtio: utrum exiſtens in pluribus peccatis mortalibus: de aliquibus poſſit uerè pœnitere: ita q non ſimul de omnibus.

Arti. 1.

¶ Pro reſponſione ad quęſtionem notandū: q quęſtio intelligi debet de uera pœnitentia, per quam remittitur peccatum: nam accipiendo pœnitentiam generaliter pro actu deteſtationis peccati: non eſt dubiū, quin aliquis poſſit habere diſplicētiam de uno peccato commiſſo: & complacentiam habere in alio. & ita dolere de uno, & non dolere: immo gaudere de alio. Sed quæſtio uult quærere: utrū dolens de uno peccato, & non de alio; poſſit conſequi remiſſionem illius peccati de quo dolet abſq; remiſſione peccati, quod adhuc complacet.

Noт. 1. Quęſtio quęrit de pęnitētia, qua remittiť peccatū

Not. 2.

¶ Secundò notandum: q aliud eſt quęrere, an quis poſſit pœnitere de uno pctō ſine alio: & utrum quis poſſit ſatiſfacere de uno peccato ſine alio. Et quamuis utraq; quæſtio tractetur a magiſtro diſtin. pręſenti: quia tamen ſecunda quæſtio multa præſupponit de ſatiſfactione, diſtin. ſequenti tractanda: ideo uſq; ibi differatur: ne ordo pręposteretur.

Not. 3.

¶ Tertiò ſupponitur ex prioribus; q peccatū quātum ad culpam non remittitur ſine gratia, & charitate. q q; gratia, & mortale peccatum ſtāte lege ſunt immediatè oppoſita: ita q omnis homo, aut eſt in gratia; aut eſt in mortali peccato: & nullus ſimul in mortali, & in gratia: etiam ſecundum gradum quantumcunq; remiſſum.

Coroll.

¶ Ex quo ſequitur; q minima gratia ſufficit ad remiſſionē omnium peccatorum mortalium. Patet: quia omnis gratia gratificat. i. facit hominē gratū deo: & per conſequens dignum uita æterna: ideo enim dicitur gratia gratum faciēs, de qua hic loquimur. Etiam omne peccatum mortale priuat peccatorem uita æterna: & reddit eum dignū morte æternæ. Sed impoſſibile eſt eundem pro eodē tempore acceptari ad uitam, & ad mortem ęternas: ſiue eſſe dignum, & indignū morte, ſiue uita: quia dignus, & indignus ſunt pdicata cōtradictoriè oppoſita, uel priuatiuè; & redit in idē: quia oppoſitio priuatiua infert contradictoriā. Hæc de primo articulo.

Arti. 2. Cōclu. B

¶ Quātum ad ſecundum articulum eſt hæc concluſio unica, & reſponſalis. Non poteſt pluribus irretitus peccatis mortalibus de aliquibus eorum uerè pœnitere: & non ſimul de omnibus. Illā concluſionem latè deducit beatus Augu. in de uera, & falſa pęnitentia. c. ix. & tangit magiſter in litera: & pōt breuiter ſic oſtēdi. Nō pōt unū

Nō pōt de aliqbus pęnitere, q multis eſt irretitus.

mortale dimitti sine alio in habente plura: ergo nō potest talis uere pœnitere de uno, & non de alio. Tenet consequentia: quia uera pœnitentia est, per quā remittitur peccatum: ut dictum est in .j. ar. Antecedens probatur: quia implicat cōtradictionē unum mortale dimitti sine alio secundum legem statutā: ergo. Antecedens probatur: quia sequitur: ipsi a, dimittitur peccatum: ergo a habet gratiā. Et similiter sequitur: a, habet mortale: ergo non habet gratiam. Sic ergo a, habet gratiā, & non habet gratiā. Prima consequentia probatur: quia sine gratia nō remittitur peccatū. Secunda probatur: quia gratia opponit peccato: iō positio unius infert negationē alterius. Itē impossibile est eundē esse amicum, & inimicum deo simul tpe: sed per gratiam est amicus dei: & per peccatū est inimicus: ergo non stant simul: & per consequens nec remissio unius peccati mortalis sine alio. Ad idē adducit beatus Aug. exēpla christi, qui totū hominem sanauit in sabbato. unde dicit. Nunquā christus aliquē sanauit, quem omnino nō liberauit. & sequit, quod dictū est. Totū hominē sanauit in sabbato: quia & corpus ab infirmitate, & animā ab omni contagione. indicans penitentem oportere simul & dolere de omni crimine orto in anima, & corpore. Et tantū de secundo articulo.

Arti. 3. Dub. 1. C Qualis pœnitentia de oblitis.

¶ Quātum ad tertiū articulum dubitatur contra conclusionem: nā pōt quis pœnitere de omnibus peccatis, quorum habet memoriam: & adhuc teneri aliquo peccato mortali oblito, de quo nō pœnitet. Nō.n. pōt quis pœnitere, & detestari peccatum, cuius nullā habet notitiā: cū omnis actus uoluntatis presupponit actū intellectus: & tñ talis absoluitur a peccatis, de quibus penitet: & nō de alijs oblitis: ergo conclusio falsa. ¶ Ad illud dubiū dicitur: quia aut talis fecit diligentiā debitā ad cognoscendū peccata sua: aut non. Si primū: tūc absoluitur ab omnibus peccatis, quorum memoriā habet: & ēt ab oblitis. Et qñ dicit, respectu oblitorū nullā habet pœnitentiā: & sine pœnitentia peccatū nō dimittitur. Dicit; q respectu oblitorū habet penitentiā in genere: licet non in particulari: quia ad hoc, q pœnitentia sit sufficiens dispositio ad remissionem peccatorum: requiritur; q sit in particulari respectu omniū peccatorū mortaliū in particulari cognitorū. Et ultra: q habeatur in genere displicentia omnium peccatorū oblitorū: ut infra dicetur de contritione. Item de oblitis habetur displicentia antecedenter: nā in hoc, q peccata cognita displicent, quia cōtra deum commissa sunt: et peccata quæcunq; contra deū displicent antecedenter: quia bene sequit: hoc peccatū displicet: qa cōtra deū: ergo omnē pctūm cōtra deū displicet: qa omnis causalis infert uniuersalē. Vnde bene sequitur: Ioānes est hō: quia rōnalis: ergo omne rōnale est hō. Si uero penitens nō fecit diligētiā sufficientē ad rememorādū pctā cōmissa: & subterfugiūt aliqua memoriā propter sui negligētiā: tūc nullū peccatū dimittitur: neq; cognitū, neq; oblitū, de quo magis inferius. Et secūdū hoc cōclusio debet intelligi; q non pōt quis uere penitere de uno, & nō simul de omnibus: & hoc in genere, uel specie: in se, uel in suo antecedente. ¶ Dubitatur secundō contra illud uerbū Aug. q quoscūq; dominus sanauit: pfectē sanauit corpus ab infirmitate: & aiam a pctī cōtagione. Nā dominus sanauit decem leprosos a lepra corporis. Luc. xvij. & non a lepra animę. Nā unus tātū redijt gratias agēs: cęteri nouem ingrati non redierūt. Nā & dominus ait. Nonne decem mundati sunt: & noue ubi sunt: ubi glo. super uerbo. Fides tua te saluum fecit. dicit: Fides, quę ad agendas gratias inclinauit; te saluum fecit. Econtra perfidia illos damnat, qui de acceptis beneficijs sunt ingrati. Nouem ergo licet corpore sanati fuerant: tñ secundū animā sunt damnati. Respondetur: q omnes decē a principio fideliter, & deuote petierunt clamātes. Iesu præceptor miserere nobis: qua fide, & deuotione meruerūt de cōgruo, ut dicit Lyra sanati corpore, & mente. Et uenietes ad sacerdotes ad uerbum domini. Ite, ostendite uos sacerdotibus, nouem, qui fuerant Iudęi decepti sunt a sacerdotibus, ne darent honorem chri-

Dub. 2. D Quoscūq; dominus sanauit, pfectē sanauit.

A

sto: sed magis sacrificio. Et ita relapsi sunt in infidelitatē: non se credentes a christo sanationem recepisse: & ideo nō redierunt ad gratias referendas. Et per hoc dicitur: ꝙ uera est auctoritas Aug. Nam simul receperunt omnes decē sanitatem corporis, & animæ: sed postea nouem decepti ad infidelitatem relapsi sunt. ¶ Possent dubia moueri de quibusdam auctoritatibus, quæ uidentur sonare ad oppositū cōclusionis: sed magister in textu sufficienter eas soluit. Et tantum de illa quæstione.

QVAESTIO II.

A CIRCA tertiam conclusionem textualem, quę sonat de restitutione iniustè ablatorum. Quæritur primò in genere: secundò in specie: Verum restitutio, qua alienum iniustè occupatū suo domino redditur: sit aliquid pœnitētię, per quā peccatū remittitur. Quia materia restitutionis latissima quidē: sed ualde necessaria est: ideo aliquantulū latius scripta doctorū colligēdo a fundamēto incipiendum est. Et quia quæstio pręsupponit aliqua bona esse, quibusdā aliena, & iniustè occupata. Primò uidēdū: si aliqua sint propria: aliqua aliena: hoc autē fundatur in distinctione dominiorū rei. Si .n. non sunt distincta rerū dñia: nihil erit propriū cuiquā: nihil alienū: sed omnia sunt omnibus cōmunia. ¶ Est ergo primò notandū post Sco. q. ii. huius dist. ꝙ rerū dominia non sunt distincta de lege naturæ: uel diuina: sed lege naturæ omnia sunt omnibus cōmunia: ut habetur viii. dist. c. quo iure. ubi recitatur dictum beati Aug. homil. vi. iuxta fi. super Ioan. Quo iure defendis uillas ecclesię diuino, aut humano &c. Et sequitur. Iure ergo humano dicitur hæc domus mea: hęc uilla mea: hic seruus meus est. Et sequitur. Tolle iura imperatoris: & quis audet dicere, hęc uilla mea est. Et post. Per iura regia possidentur possessiones: quia ipsa iura humana per imperatores, & reges seculi distribuit generi humano, hęc August. & beatus Clemens xii. q. j. dilectissimis. quāuis communis usus omniū, quæ sunt in hoc mundo omnibus hominibus esse debeat cōmunis: sed per iniquitatē alius hoc dixit esse suū, & alius istud: & sic inter mortales facta est diuisio per iniquitatem glos. id est per consuetudinem iuris gentium equitati naturali contrariā. uel iniquitatem .i. solicitudinem. Et addit Sco. rationem duplicem. Prima: quia usus rerū secūdū rectā rationē ita debet cōpetere hominibus, sicut cōgruit ad pacificā cōuersationem, & necessariam sustentationem. In statu autem innocentiæ cōmunis usus sine distinctione dominio tum ad utrūq; istorum plus ualuit, quā diuisio dominiorū: quia nullus tunc occupasset, quod fuisset alteri necessariū: nec insuper fuisset opportunū illud ab ipso per uiolentiā extorquere: sed quilibet hoc, quod primò occurrisset necessariū: occupasset ad usum. Secunda: quia sic magis fuisset sufficientia ad sustentationem, quā si alicui præcluderetur usus alicuius per appropriationem factam alteri. ¶ Illud autē iuris naturalis præceptū de habendo omnia communia post lapsum reuocatum est. ¶ Et rationabiliter propter eadem duo: scilicet pacificam conuersationem: & necessariam sustentationem: quia post lapsum communitas omnium rerum esset contra pacificā conuersationē: cū malus, & cupidus occuparet ultra ea, quę essent sibi necessaria: etiā inferendo uiolentiam aliis: qui uellent secum eisdem cōmunibus ad necessitatē uti: sicut loqtur de Nemroth, qui fuit robustus uenator corā domino i. hominū oppressor. Gen. x. Item esset cōtra necessariā sustentationē: quia fortiores bellatores priuarent alios necessariis. Etiam terra redigeretur in solitudinem: cū nemo ita diligenter cōmunicaret in labore cōmuni: sicut cōmunicate uellet in cōmuni fructuū perceptione. Et ideo politia Arist. Polit. ii. ꝙ nō sunt omnia communia: multò melior est, quā politia Socratis, quam reprěhēdit de omnibus cōmunibus secūdū illum statū, quem Aristor. reperit in hominibus. Reuocato igitur pcepto legis natu

[Margin notes: Vtrū restitutio sit aliqd pœnitētiæ. — Artic. I. Not. I. Rerū dominia nō sunt distincta lege naturæ. — Præceptū legis naturæ de cōmunitate est reuocatum.]

ræ de habendo omnia in communi propter lapsum, & mutationē status naturę: & per hoc concessa licentia appropriandi, & distinguendi cōmunia. Prima distinctio dominiorum quatenus iusta sit, facta est lege positiua iusta: siue lata sit a patre, siue principe, siue cōmunitate iuste regnante seu regente. A patre enim iustè potuit fieri hæc diuisio: quia de lege naturæ filii tenentur obedire parentibus. Nec ista lex per legem aliquam Moysaicam, aut euangelicam reuocatā est: sed magis confirmata. Sic probabile est factū fuisse post diluuiū: ꝙ Noe filiis suis distinxit terras, quas singuli occuparent pro se, filiis suis, & posteris. A principe, aut cōmunitate regente iustè: hęc est auctoritas distinguendi dominia rerum ex communi cōsensu, & electione ipsius communitatis: & hæc auctoritas dicitur politica, sicut prima uocatur paterna: & hæc paterna respicit descensum naturalem, quāquam non cohabitantium ciuiliter. Secunda politica respicit cohabitantes quantumcūq; nulla consanguinitate, uel propinquitate coniunctos: utputa: si ad ciuitatem aliquam ędificandam, uel habitandam concurrunt extranei aliqui: uidentes se non posse benè regi sine aliqua auctoritate: poterant cōcorditer consentire: ut uel uni personæ, uel pluribus cōmitterent illam communitatem. Et uni personæ, uel pro se tantum: & successor eligeretur sicut ipse: uel pro se, & tota sua posteritate. Et hæc auctoritas politica iusta est: quia iustè potest se quis submittere uni personę, uel communitati in his, quæ non sunt cōtra legem dei: in quibus melius potest dirigi per illū, cui se submittit, quā per seipsum. Hi ergo, apud quos residebat auctoritas paterna, uel politica, poterant condere leges iustas, habentes prudentiam in se, uel in suis cōsiliariis. Vnde ut lex sit iusta: duo sunt necessaria: auctoritas, & prudentia: qua secundum rectam rationem habens auctoritatem dictet, quid faciendum: & quid expediat ad finem debitū: in proposito ad pacificā cōuersationē, & necessariā cōmunitatis sustētationē.

Distinctio dominiorū facta est lege positiua.

Vnde dñorū trāslatio sit iusta.

Ex illo patet: unde est iustitia in proprietatū possessione, & dñio rerū: nam quicquid secundū leges huiusmodi iustas possidetur: iustè possidetur: quod uero contra eas tenetur: iniustè tenetur. ¶ Secundò notandum: ꝙ quia dominia rerū distincta non manēt semper apud eos, quibus in prima rerū distinctione appropriata sunt: nec manere potuerūt: tū propter mortē possessorū: tum propter uarias alias occurrētes causas: sed trāsferetur de persona in personā: necesse est intelligere: quomodo seruanda est iustitia in huiusmodi translationibus dominiorū. Pro quo consequenter attendendū secundum Sco. ubi sup. ꝙ translatio rerum potest esse, uel quantum ad dominiū, uel quantum ad usum, siue ius utendi, retento tamen dominio apud eundē: tunc enim transfertur dominiū rei in aliū: quando alter eādem potestatem habet in re ipsa, cuius dominium transfertur, quā habuit dominus rei, a quo translatū est utendi, donandi, alienandi &c. Ex quo patet, ꝙ in mutuo transfertur dominium. Nam mutuatam pecuniā distrahere potest mutuum accipiens, & alienare: sicut is, qui mutuò dedit. Vtrū autem in usura transferatur dominium, uel non: opiniones sunt doctorū: de quibus infra uidebit. Sed usus tantū trāsfertur, dum conceditur alicui; ꝙ re aliqua uti possit: non tamē possit re alienare, corrumpere, seu quo ad substantiam mutare: ut in locatione domus, uel accommodatione equi, aut instrumenti artis. Translatio dominij iusta pōt fieri dupliciter: uel auctoritate publica legis, uel principis. Vel secundò auctoritate priuata ipsius domini immediatè possidētis. Omnis.n. translatio dominij, quæ fit auctoritate legis iustę, iusta est: quia si lex iusta potuit iustè determinare prima dominia: & nō minor est auctoritas legis, uel principis (qd hic pro eodē habetur) post diuisionem dominiorū, quā ante: ergo propter eandē causam, & eundem finem, potest iustè transferre dominium; postquā fuit alicui appropriatū. ¶ Praeterea quilibet potest dominium suum transferre in alium: tota communitas

Not. 2. B Duplex trāslatio domini, ad usus.

Translatio dominij iusta duplex.

poteſt cuiuslibet de cõmunitate trãſferre dominiũ in quemlibet: quia in facto cõmunitatis ſupponitur includi conſenſus cuiuslibet de cõmunitate: ergo cõmunitas habẽs iuſtum conſenſum, quaſi iam oblatũ in hoc, ꝙ quilibet conſenſit in leges iuſtas condendas a cõmunitate, uel principe: põt per legem iuſtã cuiuslibet dominiũ transferre in quemlibet.

Translatio liberalis ſimpliciter: uel ſecũdũ quid. ¶ Secundò poteſt fieri translatio dominij per actum perſonæ priuatę immediatè habentis dominium rei. Et hoc dupliciter, uel per actum merè liberalẽ: quã do .ſ. transferens non expectat aliquã redditionem: uel actum ſecundum quid liberalẽ: dũ uidelicet pro eo, ꝙ transfert expectat aliquid ſibi reddi. Exemplum primi in donatione. Exemplum ſecundi in uenditione. Quoad primũ dominus alicuius rei non prohibitus a lege, ſeu ſuperiore, a cuius uoluntate dependet in dando, uel transferendo, donare poteſt rem ſuam alii uolenti eam ſuſcipere: nam ex quo per actum uolũtatis ſuæ fuit dominus: ergo per uoluntatem poteſt ceſſare eſſe dominus: & alius uult recipere: ergo poteſt incipere eſſe dominus. Et non prohibet aliqua cauſa ſuperior iſtum deſinere: & iſtum incipere eſſe dominum: ergo per donationem iſtã fit uerè, & iuſtè translatio dominij. Ex illo patet: quid requiritur ad iuſtam donationem liberalem. Primum liberalis, & uoluntaria donatio ex parte donantis. Secundum uoluntas recipiendi ex parte illius, cui fit donatio. Tertium: ꝙ nulla lege ſuperiori prohibeatur, ille donare: iſte recipere: nec per actum alterius, a quo dependeat ille, uel iſte in iſta translatione. Propter defectum primi, non poteſt monachus dare ſine licentia abbatis: nec filiusfamilias ſine parentis uoluntate. Propter ſecundum non poteſt quis donare pecuniam fratri minori: quia ille non uult eſſe dominus. Similiter propter defectum tertij, uiſitatus non poteſt uiſitatori: quia

De uiſitatoribus an poſſint recipe. prohibitum eſt, ꝙ uiſitantes a uiſitatis uila recipiant munuſcula: & ſi receperint, teneantur duplum reſtituere: uel non abſoluantur a maledictione, quam ipſo facto incurrunt: ut in cap. exigit de cenſi. lib. vj.

Corol. 1. ¶ Ex quo patet: ꝙ non merè liberaliter donat: ſi deceptus, uel quaſi neceſſitate coactus donat: quia ignorantia, & coactio excludunt uoluntarium .iij. Ethicorum.

Corol. 2. ¶ Ex quo ulterius patet, ꝙ deceptus de eo, cui donat, quantum ad rationẽ, propter quam donat: non ſimpliciter donat: & ideo ſi alicui donat tanquam propinquo, qui tamen non eſt propinquus: non ſimpliciter donat. Similiter ſi alicui ut egeno, qui non eſt egenus: ſic qui arctatus aliqua neceſſitate: ut in uſuris dandis, uel debitis remittendis, non eſt donatio merè liberalis: & per conſequẽs deficit iuſticia in hac ſpecie donationis, ſiue translationis dominij.

Nõ eſt iuſta donatio, ubi ſit coactio uel deceptio. ¶ Translatio ſecundo modo non mere liberalis: ubi ſcilicet transferens expectat aliquod æquiualens ei, quod transfert: dicitur propriè contractus: quia ibi ſimul trahuntur uoluntates partium: trahitur enim ille ad transferendum in illum a commodo, quod expectat ab illo, & quod recipit ille. ¶ Et horum contractuum quidam eſt rei utilis pro re utili immediate: ſicut uini pro blado, & huiuſmodi: & hic dicitur permutatio. Secundus rei utilis pro numiſmate: uel econuerſo: & dicitur emptio, uel uenditio. Tertius eſt commutatio numiſmatis pro numiſmate: & dicitur mutui datio: & mutui acceptio. In his contractibus præter conditiones ſupradictas ad omnem translationem dominij requiſitas: generaliter iuſticia in hoc conſiſtit: ꝙ fiant ſine fraude: & ſeruetur æqualitas ſubſtantiæ, qualitatis, quantitatis, in commutatis. Requiritur tamen in qualibet ſpecie contractus aliquod ſpeciale, ut ſit iuſtus: de quo infra (dum deſcendetur ad particulares ſpecies) dicetur.

¶ In translatione autem uſus tantum abſq; dominio iuſticia proportionabiliter attenditur; ſicut in quibus dominium transfertur: de quibus omnibus infra particularius tractabitur.

Not. 3. ¶ Tertiò notandum, ꝙ reſtitutio ſecundum Aſten. libro. v. titu. xxix. cap. C

Restitutio quid sit. primò est iterata immissio alicuius in possessionem, uel dominium rei suæ. Ait enim. Restituere est aliquid iteratò statuere in possessionem, uel dominium rei suæ. Posset tamen generalius describi sic. Restitutio est iusta recompensatio damni iniustè illati ei, cui illatum est. Vel adhuc largius accipiendo restitutionem: est recompensatio facta alicui pro illato damno: uel pro re ablata ipso consentiente, uel inuito. Dicitur pro damno: quia quãdoq; damnũ infertur: ubi nulla res aufertur: ut dum impeditur aliquod, ne acquirat aliquid sibi debitum. Dicitur consentiente: ut in mutuo, & deposito: uenditione & usura. Dicitur uel inuito: ut in rapina, & furto. ¶ Ex quo sequitur: ꝙ restitutio est actus iustitiæ commutatiuę, qua fit recompensatio rei ad rem secundum ęqualitatem ualoris earũdem. Et quoniã multipliciter potest quis damnificari: secundum ꝙ multiplicia bona iniustè ei possunt auferri. multiplex est restitutio: Sunt enim bona animæ tam gratuita, quàm naturalia. Sunt & bona corporis: ut corporis robur, sanitas, membrorum integritas, pulchritudo &c. Sunt tertiò bona famæ: secundum illud. Melius est nomen bonum, quàm unguenta præciosa. Sunt quartò bona exteriora, quæ dicuntur bona fortunæ: ut diuitiæ rerum mobilium, & immobilium, & in omnibus his quis potest damnificari iniustè. Et similiter restitutio fieri simpliciter, uel in æquiualenti. ¶ Quantum ad secundum articulum, est hæc conclusio prima. Restitutio damni illati iniustè, est de salutis necessitate. Probatur: quia omne, quod est præceptum, est de necessitate salutis: restitutio damni iniustè illati est præcepta: ergo est de necessitate salutis. Consequentia nota. Maior patet per illud Matthæ. xix. Si uis ad uitam ingredi: serua mandata. Minor probatur per illud. Non facias furtum. quo prohibetur omnis usurpatio rei alienæ, qua damnificatur proximus: ergo prohibetur omne damnum proximo iniustè illatum: & per consequens mandatur cessatio a damno illato: sed restitutio est cessatio a damno illato: ergo &c. nam damnum illatum tandiu manet, donec recompensetur: cum uero damnum recompensatur: cessat, & extinguitur. ¶ Præterea non tenere alienum iniustè ablatũ inuito domino &c. est de necessitate salutis: sed restituere alienum &c. est non tenere alienũ &c. ergo restituere alienum &c. est de necessitate salutis. Consequentia nota. Minor est manifesta. Maior probatur: quia de necessitate salutis est non peccare mortaliter: sed tenere alienum iniustè ablatum inuito domino est peccatũ mortale: ergo necessarium est non tenere: & per consequens restituere. Minor probatur: quia sicut auferre alienũ iniustè est mortaliter peccare contra pceptum. Non furaberis: ita tenere sic ablatum est mortaliter peccare. Tenet cõsequentia: quia maior est iniuria, & dãnum proximi in tenendo alienum, quã in auferendo: propter hoc enim auferre est iniuriosum proximo, & per consequens peccatum: quia adimitur proximo facultas utendi suis: hoc autem magis fit per tentionem rei proximi, quàm per eius ablationem. Item de necessitate salutis est remissio peccati, postquam commissum est: ergo & illud, sine quo peccatum non remittitur: sed sine restitutione peccatum in damnificando commissum non remittitur: ergo de necessitate salutis est restitutio. Consequentia nota cum maiore. Minor probatur per illud August. epistola ij. ad Macedo. & est in tex. Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatũ. & habetur. xiiij quæst. vj. c. j. ¶ Secunda conclusio. Restitutio rei iniustè ablatæ statim est facienda, & regulariter nulla mora protelanda. Probatur post palu. q. secunda huius distinctio. articu. quarto quia præceptum est negatiuum. Non remanebit opus mercenarij &c. Item aliter probatur: quia statim, & sine mora cessandum est a peccato mortali: sed detinere rem restituendam regulariter est peccatum mortale: ergo nullo tempore detinendum: & per consequens statim

Multiplex est restitutio.

Arti. 2. Cõcl. 1. D Restitutio ẽ de necessitate salutis.

Cõcl. 2. E Restitutio statim est facienda regulariter.

restituendum. Cõsequentia nota: & maior probatur infra dist. xvj de contritione. Minor patet ex conclusione præcedenti. ¶ Dicitur notanter, regulariter: quia quandoq; in casibus licet differre restitutionem exteriorem: posita tamẽ interiori uoluntate restituendi; cum occurrunt circumstantiæ opportunæ. Pro quo Sco. ponit hanc maximã. Licet detinere rem alienam; quando dominus rei debet rationabiliter eã uelle detineri. Hoc autem rationabiliter uelle debet dominus rei in tribus casibus, quibus addo duos. ¶ Primus: qñ restitutio ẽ in præiudicium cõmunitatis, uel ipsius recipiẽtis restitutionem: quia quilibet magis debet uelle bonũ cõmune; quã proprium: & magis uelle maius bonum suum, quã minus bonum: ideo cum restitutio est in pꝛiudicium boni communis, uel suipsius: & per cõsequens maius bonũ non recipere, quã recipere nõ debet eã uelle dñs rei. ¶ Secundus casus est: quando restitutio est in præiudicium famæ restituentis: quia magis debet quilibet uelle famam proximi restituentis, quãm modicum commodum suum: quod consequeretur ex continua, uel cita restitutione. Magis enim debet sustinere modicũ incommodum ex dilatione restitutionis, quãm ex hac occasione diffamiam proximi. ¶ Tertius casus est: quando ex restitutione sequitur maius incommodum restituentis, quãm sit commodum recipientis restitutionem: quod consequitur ex restitutiõe statim facta. In his casibus debet dominus rei uelle dilationem restitutionis usq; ad remotionem dictorum casuum. ¶ His addentur duo. Vnus: quando dominus rei sponte consentit in dilationẽ restitutionis: uel spõte remittit debitum restituẽdi: sic enim dominus non est inuitus: tenere autem alienum domino rei non inuito, nõ est peccatum: nec tenetur illo instãte restituere. Alter casus: quando debẽs restituere non potest restituere rem iniustẽ ablatam, uel detentam suo dño, uel qa nõ est in habendo. tunc enim impossibilitas excusat: ut in ca. odoardus, de solutionibus. Addit Pal. q. ij. dist. huius præscriptionem. Si iusto titulo, & bona fide fuerit res possessa: ueruntamen manet obligatio restituendi, ad quam restitutionem tenetur; dum uenerit ad pinguiorem fortunam. Vnde licet per mopiam debitoris actio suspendatur durante inopia: quia inanis est actio, quam excludit inopia debitoris: non tamen exspirat, nec extinguitur: quia manet ius agendi domino rei, sicut manet obligatio in debitore: licet sopita. Vel etiã: quia impossibilis est restitutio domino rei: ut dum ignoratur: ideo durante inuincibili ignorantia, non tenetur ad restitutionem domino rei: tenetur autem facere diligentiam, ut scire possit: qua facta si manet ignorantia: nec est spes aliquando sciendi: fiat sicut in restitutione uaga: de quo infra. Sic dum dominus rei agit in remotis. In his casibus tenetur detinens rem alienam, habere uoluntatem restituendi pro tempore opportuno: scilicet cessantibus prædictis casibus: durantibus autem eis non censetur tenere rem alienam domino inuito. Debet enim dominus rei stãtibus his casibus, uel aliquo eorum, non esse inuitus: hoc est non uelle pro tunc restitutionem rei suæ: est ergo tunc nõ inuitus: etsi non actu elicito: tñ actu debito: ut dicit Sco. ¶ Quòd si dñs uelit sibi restitui in casibus prædictis: & ita est inuitus actu elicito: inordinata, & iniusta est eius uoluntas, cui non tenetur se conformare debens restituere: quia etiam depositum, de cuius redditione est lex strictissima: teneri potest domino inuito uoluntate inordinata: & ideo præceptum negatiuum de non tenendo rem alienam domino inuito: ꝙ obligat pro semper: intelligẽdum est domino rei inuito uoluntate ordinata.

¶ Ex illo possunt determinari diuersi casus particulares. Vnde patet primò: ꝙ quando restitutio esset in damnum spirituale, uel corporale eius, cui restituitur: puta in periculum mortis, ut gladius furioso: aut in periculum mortalis peccati, aut alterius temporalis damni, tunc enim restitutio esset contra fraternam charitatem: ideo restitue- F Diuersi casus de restitutione notãdi.

tio tunc differenda est, donec amoueatur periculum. Sic etiam si quis habendo rem restituendam; sit pecunia, uel res alia, magis repugnaret, & præualeret bono communi: tunc enim (secundum Rich. dist. xv. arti. iiij. in solutione tertiæ rationis) detinens non tenetur illud restituere illi. sed debet fideliter reseruare, uel deponere, ut restituat: uel restitui ordinet ei, uel suis hæredibus: dum hoc fieri poterit sine præiudicio boni communis. Sic si persona detinens rem alienam, fuerit multum necessaria reipublicæ: & esset in tanta necessitate constituta: quod si restitueret, non posset seruire reipublicæ: & per hoc respublica notabile pateretur damnum: in tali casu non est statim facienda restitutio: quia magis cauendum est damnum commune, quàm priuatum. Si tamen illud iniustè detentum a persona multum necessaria reipublicæ nõ sit simpliciter necessarium reipublicæ: sed tantum ad saluandum statum suum solemnem: non excusatur a restitutione statim facienda: quia ut dicit Sco. Non licet alicui statum solẽnem tenere de bonis alienis: nec tantum ualet reipu. istius status solemnis, quem tenet per non restitutionem: quantum ualet fidelitas eius, & iustitia cõmuni; Hæc Sco. ¶ Videtur tamen: quod si talis sit necessarius reipublicæ: magis prouidendus esset de communi ærario; ut posset seruire reipu. quam de iniusta detentione rei alienæ. Et quando illud fieri non posset propter paupertatem reipu. aut malitiam regentium rempubli. tunc casus tenet. ¶ Similiter quoad secundum casum supra principalẽ: si restitutio nõ potest fieri sine damno famæ, puta si furtum occultum non potest restitui per furem, quin prodat seipsum: non debet per seipsum restituere: sed per aliam personam secretam, & fidelem. & expedit fieri per confessorem, cui crimen detectum est in confessione: & de cuius fidelitate, quod restituat, fidei suæ commissum satis debet credi. ¶ Est tamen bona cautela, ut confessor, uel alia persona restituens recipiat schedulam recognitionis ab eo, cui restituit; qua testetur se talẽ summam recepisse: tacito tamen cautissimẽ nomine eius, qui abstulit, aut secretò detinuit: ut sic restituens non incidat sinistram suspitionem. Potest ergo in hoc casu restitutio differri quousque haberi potest personam, per quam possit fieri huiusmodi restitutio fideliter, & secretè. ¶ Ad idẽ reducitur restitutio facienda per mulierem, quæ genuit puerum per adulteriũ, ipsa enim defraudat uerum hæredẽ in eo, quod spurius: qui putatur esse filius mariti: recipit hæreditatem, uel eius partem. Et de hoc casu uariæ sunt opiniones doctorum: ut recitat Sco. ¶ Et dicendum finaliter primò, quod mulier crimen non debet manifestare: neq; marito: quia supponeret se periculo uitæ: & maritũ periculo uxoricidij: quæ longè magis uitãda sunt, quã deuolutio hæreditatis ad alienum hæredem. sed nec reuelare debet filio spurio ad inducendum eum, ut non recipiat hæreditatem: quia non potest facile præsumere, quod filius spurius crederet matri. Et si crederet: non statim cederet hæreditati: tum ex cupiditate: tum quia per hoc timeret, se infamari. Neq; debet reuelare pueris in genere: dicendo, quòd unus eorum non sit filius legitimus: nõ tamen manifestando spurium, quis sit: ut sic sponte consentirent, ut spurius, cum eis reciperet hęreditatem: quia sic iterum se diffamaret: & esset periculum magnæ discordię inter fratres. Ad ista ergo mala mortis, diffamiæ, odij, ac discordię, quæ sunt ualde probabilia: & uidẽtur ut in pluribus euentura; non debet se mulier exponere propter incertũ bonum hæreditatis restituendum: unde generaliter nunquam restitutio eo modo facienda est, quo ex restitutione sic facta peiora eueniant mala, quàm ex retentione rei alienæ. Debet ergo mulier laborare quantum potest ad hoc, ut hæreditas reddatur uero hæredi quantum in se est: quia ut dictum est: non debet se exponere diffamationi. Sed ex alijs honestis causis filium spurium quantũ potest, inducere, ut dimittat hęreditatẽ: puta ut intret religionem: aut fiat clericus: & recipiat beneficia ecclesiastica & his

[Left margin:] Si p restitutione fur manifestetur: qd agendũ.

[Right margin:] G

[Right margin:] Quid de muliere adultera.

& his quasi sufficientibus cõtentus dimittat hereditatem. Et si per nullã honestam persuasionem potest eum inducere: debet mulier aliunde laborare restitutionem fieri uero hęredi secundũ correspondentiam iustitiæ: quia non tenetur reddere ęqualens toti hæreditati. Nam multum differt habere, & prope esse: & ideo restituat secundũ arbitriũ boni uiri. Hæc Seo. Sed unde mulier restituet. Respondetur, ꝙ de laboribus, & sudoribus suis, quos super eroget super illud, quod tenetur ratione uinculi côiugalis: de quo inf. q. proxi. uel de paraphernalibus, si habet: aut de dote sua: si in potestate habeat, & alijs licitè quæsitis: ut indẽnẽ faciat uirũ, & legitimos hęredes. nam de consumptis per spuriũ in sua educatione: quã de hereditate, si eam assequitur. Et non solum tenetur hęredibus uiri ab intestato succedentibus: sed etiam hæredibus scriptis: uel quibus uerisimiliter creditur: ꝙ reliquisset hæreditatem. Quod si facere nequit: est in cap. odoardus. & sic pro tunc non obligatur: agat tamen pœnitentiam de crimine: & de eo, quod non potest restituere: tenebitur: tamen si uenerit ad pinguiorem fortunã. ¶ Verum dicunt quidam (ut recitat Anto. par. ii. ti. ii. cap. vii.) ꝙ mulier, si satisfacere non poterit: tenetur reuelare marito, aut filio: si hæc tria concurrunt. Si apud maritum, & alios super hoc fortis, & grauis suspitio impressa esset: ut puta si alias leuis, & infammata mulier esset: aut forte uiro conscio, & contentiente: ut pura ab eo prostituta adultera fuisset. Secundò si ex certis, & sufficientibus caulis potest uehementer, & ualde probabiliter credi, ꝙ nil de præmissis periculis excresceret: sed potius minueretur. Tertiò, si firmiter præsumeretur: ꝙ filius spurius bonis mariti uoluntariè cederet. Sed uix, & rarissimè præsumendum est, ꝙ hæc tria concurrant. Si tamen uiro, aut filio spurio reuelaret concurrentibus prędictis tribus: iam se a debito restitutionis eorum, qui post reuelationem ad spurium deuenirent, liberaret. ¶ De adultero autem cuius est filius: dicendum secundum Anto. ꝙ si scit, uel credit uerisimiliter illum esse suum: ubi mater satisfacere non potest: uidetur, ꝙ teneatur de expensis educationis patri putatiuo secũdum suam possibilitatẽ: quia causam efficacem dedit dãno: ut habetur de iniu. & dam. da. si culpa. Similiter si puer dotaretur a patre putatiuo: aut hereditatem reciperet: tenetur restituere secundum suam possibilitatem ad arbitrium boni uiri. Sed si puerum mater mitteret ad hospitale nutriendum: tenebitur hospitali de nutrimento, & aliis expensis: nisi notabilis paupertas eam excusaret: quia hospitalia propter pauperes fundata sunt: non propter diuites. Quæ tamen satisfactio occultè fieri debet: cũ sine periculo manifestari non possit. Si autem dubitat adulter ex eo, quia leuis est mulier: & cum aliis adulteratur, uel etiam quia ipsa adultera dubitat: utrum sit eius, uel mariti: relinquat judicio dei, cui omnia nuda sunt, & aperta: & grauari non uidetur adulter de restitutione. In nullo tamen casu ad obuiandum huiusmodi malis, & periculis debet adultera, uel adulter quęrere mortem, uel abortum pueri. ¶ Sed quid si spurius reuelante sibi matre crederet se illegitimum: tenetur ne restituere hæreditatem, & bona recepta a marito matris. Respondet Antoni. Si indubitanter credit: & rationem credendi habet: tenetur secundum deum: non tamen iure humano: sicut si rationem credendi non habet: quia mater magis amat alios: aut odit spurium, aut stultitia ei dominatur: aut non est sufficiens certitudo, & similia. His aut altero eorum existente non habet rationem credendi. ¶ Sed quis de expensis educationis indubitanter credit se esse spurium: uidetur secundum Hostien. ꝙ non tenetur refundere eas: sed mater, & uerus pater: tum quia educatio sibi debetur a ueris parentibus iure naturali: tum quia sunt bonæ fidei possessores. Cautius tamen existimarem, si abundaret: ꝙ defectum parentum non restituentium suppleret. ¶ Ad tertium ii

Tribus casibus tenetur mulier adultera mari to reuelare.

De adultero.

Quid de spurio si teneat ad restitutionẽ.

Quid si propter distatiā sumpt⁹ sunt faciendi.

casum (scilicet q́ debet magis uelle, q̀ uitetur magnum incommodum proximi restituentis: quàm modicum cōmodum suum ex inuiata restitutione) reducitur casus ille quando non posset ab latum restitui, nisi fierent plures sumptus in missione: quàm ualeat id, quod mittitur: tunc enim non tenetur detinens statim restituere. Sed expectanda est præsentia personæ, si quandoq; credatur haberi: sed si non creditur haberi: nec nuntius interueniet sine nimijs sumptibus: tradendum est parentibus, aut propinquis, si adsint: si non: dandū est pauperibus ecclesiæ, aut in pios usus. Vniuersaliter enim dando eleemosynam pauperi &c. datur illi bonum spirituale: & in hoc fit sibi restitutio possibilis; quando non potest sibi reddi bonum temporale. Ad eundem casum reducitur; quando detinens est in extrema necessitate. Sed circa hoc distinguit Scotus, & similiter Richar. Aut detinens est in extrema necessitate: & nō ille, cuius est res restituenda: sed habet aliqua ultra extremam necessitatem: tunc res fit detentoris: eo iure, quo in extrema necessitate omnia omnibus sunt communia. Si autem ambo sunt in extrema necessitate: & si prius uenit dominus rei ad illam necessitatem, quā detentor; debet reddi duplici iure: tum quia prius suum: tum quia iam ex ista necessitate factum est suum. Si uero prius deuenit detinens ad extremam necessitatem: tunc domino rei post deuenienti ad istam necessitatem: non tenetur reddere: quia cessauit dominiū eius in re ista, & facta est alterius, scilicet detinentis. Si uero ambo simul deuenerunt ad istam necessitatem, debet reddi domino: quia ille nunquam cecidit a dominio: similiter si dominus prius deuenit ad necessitatem illam. ¶ Et si dicis: magis debet quilibet se diligere, quàm proximum: & per consequens magis diligere uitam corporalem, quam uitam proximi: & per hoc rem illam sibi simpliciter necessariā magis retinere sibi, quàm dare proximo. Respondet Scot. dist. in præsenti. q. ij. in solutione rationum: magis debet diligere suam uitam ordinatè: ut est diligibilis ad uitam æternam: & magis conseruationem iustam uitæ suæ: quàm conseruationem uitæ proximi sui: sed non magis conseruationem iniustam uitæ suæ, quàm conseruationem iustā uitæ proximi sui: sic enim magis debet latro sustinere suspendium, quàm occidere suspendentem, ut euadat. Cuius ratio est: quia dilectio uitæ corporalis iniustè custoditæ, nō est dilectio ordinata: quia non dilectionem dei, & animæ. Dilectio autem detinentis custoditæ uitæ suæ in casu ultimo est iniusta: quia sic diligens se est homicida: quia iniustè occidit alium: quia subtrahit sibi necessarium, quod illi debetur. ¶ Sed nunquid post extremam necessitatem, si deueniat detentor ad pinguiorem fortunam: tenetur tunc restituere. Respondet Scotus. Posset dici: quod si res talis simpliciter necessaria esset pertinens ad uictum: & tunc consumeretur, & iustè: quia consumens fuit dominus: aut ad amictum: & tunc non consumeretur. Et si detentor rem illam occupasset ante extremam necessitatem: tenetur ille cessante illa necessitate, dum scilicet uenerit ad pinguiorē fortunā reddere rem detentam: uel æquiualens, si fuerit consumpta; quia obligatio illa ad reddendum orta est ex occupatione præuia rei alienę: quæ fuit iniusta ante extremam necessitatem: & per extremam necessitatem non est extincta: sed sopita. Si uero nunquam ante extremā necessitatē: sed tantū illa adueniēte occupasset: tunc iustè simpliciter occupasset rem suam: tunc si est consumpta: non tenetur ad aliquā restitutionē. Hæc Sco. q. ij. huius dist. in solutione rationum. Si uero non fuerit extrema necessitas detinentis rem alienam: sed tantum res illa est necessaria ad uictum secundum decentiam status personæ. Dicit Rich. tenetur restituere: quia non ē licitum de alieno uiuere cum seculari honore ¶ Sed utrum sit necessarium tūc statim restituere: an (ut sibi, & familiæ suæ honestè prouideat) possit cum tempore successiuè restituere. Dicēdū: si di- I

An stati sit restituēdū.

latione non potest obtinere ab eo, q potest concedere usum rei: quamquā si sibi notus fuerit, diligenter impetrare conetur p se, uel interpositam personā: tunc distinguit; aut is, cui restitutio facieda est, est in simili necessitate: & tūc detinens statim restituere tenetur: uel cedat bonis: etiam si magnū ex hoc incommodum incurreret. Non enim licet de alieno uitare incōmodū suū cum incōmodo illius, cuius est res: sicut in simili supra dictum est de extrema necessitate. Si uero is, cuius est res restituenda, est abundās, & cōpetenter pōt statū suū transigere cū carentia illius rei restituendæ: non tenetur detinens statim restituere: cum sic incurrat notabile detrimentum: & ex consequenti deueniat usq; quasi ad extremam necessitatē. Et multa animæ, & corporis pericula possent sibi ex hac restitutione statim facta contingere: sed statim restituat, quātum commodè ualet: & per singulos mēses, aut annuatim restituat, quantum potest cauēdo oēm superfluitatē in uictu, & amictu in se, & familia. In hoc enim casu creditor non debet uelle restitutionem suorum secundum rectam rationē in proximi charitate fundatam cū tanto dāno proximi. Vnde df in Pisanella, q si debitor est in tanta necessitate: & creditor in tanta facultate, quòd teneretur debitori per eleemosynam subuenire: debitor non teneretur ad restitutionem: nam hoc casu creditor teneretur reddere. Vnde beatus Amb. Neque enim minus est criminis habēti tollere, quàm cum possis, & abundās his indigētibus denegare. Esurientium panis est, quē tu detines: nudorum indumentum est, quod tu recludis: & miserorum redemptio est, & absolutio pecunia, quam tu in terra defodis. & habetur xlvij. distin. Sicut hi. vbi glos. super uerbo. esurientium dicit, quod possunt pauperes cogere diuites ad præstandum eis: non per uiam actionis: sed per uiam denunciationis ad ecclesiam, quæ potest diuites cogere ad dandum eis. Et secundum hoc dicit dominus Antonin par. ij. titu. ij. cap. viij. q cum quis habet instrumenta artis suæ, unde ex labore suo gubernat se, & suos: & uendendo ea, ut restituat: non posset laborare, & se, & suos sustentare: puta libros quoad iurisperitos, ac medicos: ac instrumenta quoad artifices: laborando autem cum prędictis ultra sustentationem suam poterit paulatim satisfacere: non tenetur talis ista uendere; ut statim satisfaciat. Suo modo in quocunque casu, in quo ex restitutione statim facta sequitur magnum, & notabile damnum restituentis: notabiliter excedens damnum, quod pateretur creditor ex dilatione restitutionis: non debet uelle creditor sibi fieri restitutionem cum tanto damno detinentis. Et per consequens non tenetur detinens in tali casu statim reddere; ut supra habitum est in tertio casu generali. Si uero creditor est incertus, & detinens potest: debet statim reddere. si uero reddere non potest statim, sine graui damno; dicatur, ut statim supra. Et cautum foret; q episcopus, uel confessor terminum statueret: & modum restituēdi pręfigeret: ut infra dicetur. Nec tamen illa sunt prædicāda: ne daretur uia indebitè detinēdi aliena: ad quod nimis inclinatę sūt personæ. immo ne detur uia furtis, rapinis, & fraudibus: sed cum magna discretione in confessione, & consilijs hæc sunt tractanda, attentis circumstantiis detentoris, & creditoris, & singulis concurrentibus. ¶ Tertia conclusio. Restitutio non est pars sacramenti pęnitentiæ: nec satisfactionis propriè acceptæ. Hæc conclusio est Alexan. parte iiij. q. lxxxvj. & cæterorum sanctorum Tho. Bonauentu. & Sco. Dicitur autem satisfactionis acceptę propriè: qa accipiendo impropriè pro quolibet opere uoluntariè assumpto, ad quod quis tenetur eo, quòd talis satisfacit præcepto manifestum est; quod restitutio est opus satisfactionis: ut tāgit Alex. & Bonauentu. Sed propriè accipiendo satisfactionem pro opere uoluntariè assum pto a sacerdote pro confessis peccatis iniuncto, secundum quam acceptionē dicitur esse tertia pars sacramēti pęniten-

An quis tenetur uendere instrumenta artis suæ

Cōcl. 3 K

Restitutio non est pars sacramēti pęnitentiæ.

tiæ:ut dicetur dist.seq.uel etiam generalius pro opere uoluntarie assumpto ad redimẽdum penam pro peccato, per penitentiam (siue sacramenti, siue uirtutem) dimisso debitã: siue ut supra diffinita est: conclusio habet ueritatem. Quod probatur: quia restitutio præsupponitur pœnitentiæ utroq; modo acceptæ sicut cessatio a peccatis saltem restitutio rei iniuste occupatæ: & hoc in actu, uel uoto: ergo non est pars penitentiæ. Tenet consequentia: quia pars sub ratione partis non præcedit totum. Correlatiua enim nõ ampliatiua sunt simul natura. Antecedens patet: quia detinere rem alienam est peccatum: ut probatum est in prima conclusione: sed ante penitentiã necessario est cessatio a peccatis. Non autem cessatur ab iniusta detentione: nisi per restitutionem factam in actu, uel uoto: ut ibi ostensum est. Restitutio autem rei iuste detentę ẽ impertinens penitentiæ: cum non præsupponat peccatũ: ergo nec illa est pars satisfactionis, de qua hic loquimur: nec penitentiæ: unde sicut restituere adulteram uiro suo non est, nisi cessare a peccato: & transgressione huius præcepti. Nec mechaberis: sic & restituere rem alienam: unde sicut tenens adulteram, non est capax pœnitentiæ: sed irrisor: & si talis ueniat ad penitentiæ sacramentum: addit peccatum peccato: ita detinens alienum uoluntate, & facto, dum talis est, non est capax alicuius partis

Arti. 3. Dub. 1. penitentiæ. Hæc Sco. ¶ Quantum ad articulum tertium, dubitatur primo quid sit restituendum. Ad dubium illud in genere

Cõcl. 1. Quid sit restituẽdum. respondetur: quæ tamen responsio limitationem recipit in casibus particularibus, ut infra in singulis dicetur. ¶ Dicitur ergo primo, quod restituendum est omne occupatum, uel detentũ iniuste, id est domino rei inuito. ut exponit Sco. si restitui potest in se, uel in æquiualẽti. ¶ Dicitur primo. Omne occupatum: qualia sunt rapta furto ablata, aut alio modo usurpata: in quibus non transfertur dominium rei ablatæ. ¶ Dicitur uel detenta propter ea, in quibus transfertur dominium; ut in mutuo, & iniuste exactis.

Dicitur iniuste, id est inuito domino: quia accedente uoluntate domini, detinens non tenetur ad restitutionem: uolenti enim non fit iniuria. Et intelligendum est tam de domino proximo, quãm remoto, id est superiori, a quo uolũtas proximi dependet quantum ad rei alienationem. Nam licet dominus proximus consentiat in retentionem rei suæ: si tamen dominus superior dissentit, præcipiendo restitutionem: aut prohibendo talem alienationem: tenetur detinens restituere: ut in simonia, & ludo secundum aliquos. Et accipio restitutionem large: ut includit redditionem siue expositionem rei detentę in pios usus. Itẽ quod dicitur inuito: Intelligendum est de inuito actu non illicito: sed actu debito: ut supra dictum est in conclusione secunda. Item inuito accipi debet de inuoluntario simpliciter, uel ex conditione. Simpliciter, ut cum dominus rei uult actu elicito, & debito rem suam non detineri: uel ex conditione, id est uellet nõ detineri, si restitui posset sine periculo, aut grauiori damno domini rei: ut contingit in iniustis exactionibus, & oppressionibus pauperum, qui dant uoluntarie simpliciter exactoribus suis: sed inuoluntarie ex conditione: quia uellent non dare, si cessaret exactio, uiolentia, metus, & huiusmodi: omnia sic exacta restitui debent. ¶ Dicitur si restitui potest: quia si ob inopiam, aut aliam causam restitui non posset: non esset obligatio ad restituendum durante impossibilitate: quia generale præceptum nullum obligat ad impossibile: ut uult beatus Hiero. in explanatiõe fidei. ¶ Dicitur in se, quia res usurpata restitui debet eadẽ in specie, & in indiuiduo, si haberi potest; nec potest dari alia res eiusdem bonitatis pro ea contra uoluntatem domini ipsius rei. Vnde. iij. q. j. reintegranda: ubi dicitur, quod reintegranda sunt omnia spoliatis. Et hoc uerum nisi in casu cum usurpatio rei alienæ esset occulta: & ex restitutione eius in sua specie detegeretur usurpans: aut aliud inconueniens sequeretur: tunc sufficeret restituere precium eius. Suo modo si res consum- Eadem in specie, & numero restituenda.

Cõcl. 2. M

Lucrũ ex re iniustè ablata tenet ad restitutionẽ.

consumpta esset, uel periisset: sufficit: ꝙ restituatur in equiualenti. ¶ Secundò dicitur, ꝙ detinens iniustè rem fructiferã omnem fructum, quem consequitur ex re ipsa: uel consequi potuisset, si diligenter coluisset: eo modo, quo dominus rei solebat colere: tenetur restituere: deductis tamen expensis in rei conseruatione cultura, & fructus collectione. Vnde in. c. si culpa. de iniu. & dã. da. dicitur. Si culpa tua datum est damnum, uel iniuria irrogata: aut aliis irrogantibus forte opẽ tulisti: aut hęc imperitia tua, siue negligentia euenerunt: iure super his satisfacere oportet: ut si agrum, uel uineam abstulit; & fructus eius recepit: tenetur ad restitutionẽ fructuum. Nec solum quos recepit: sed etiam quos recepisset dominus rei, si ipse solito suo more coluisset. Gratia exempli: usurpator de agro tantum recepit uiginti modios: quia negligenter coluit. Dominus uero rei, quidiligenter solebat colere, recepisset quadraginta: usurpator tenetur restituere quadraginta. Similiter si quis equum subtraxit, de quo dominus eius lucratus fuisset per mensem unum florenum cum dimidio: tenetur restituere pro singulis mensibus detentionis equi unum florenum cum dimidio: licet ipse lucratus fuisset tantum unum florenum, uel minus, uel etiã nihil. Vnde breuiter oia damna, quæ dominus rei passus est ex carentia rei suæ: tenetur iniustè detinens cõpensare. ¶ Dicitur notanter detinens rẽ fructiferam &c. quia si res de se non esset fructifera: sed fructus prouenirẽt ex usu rei ex industria occupantis: ad illorum fructuum restitutionem non tenetur: ut dicit Sco. Vnde infert: ꝙ fenerator lucrum acquisitum ex pecunia fœnoris reddere non tenetur: puta si cum tali pecunia negotiatus fuisset. Probat: quia alioquin, qui reciperet pecuniam: puta qui dedit usuram, posset esse iustè usurarius: quia recipere fructum de sua pecunia prouenientem per industriam alterius est facere usuram. Lucrum enim usurarij: quod per suam industriam acquirit ex pecuniis per usuram acquisitis: suum est: quia per suam industriam acquisitum: & ideo non tenetur restituere: quia non suum: sed alienum restituendum est semper. Hæc sententia liter Sco. Et de similibus similiter est sentiendum: ut si fur, uel raptor aufert pecuniam: & cum illa pecunia ablata negotiatur, & lucratur: pecuniam ablatã tenetur restituere: non lucrum rei. ¶ Dicitur: deductis expensis. necessariis quidem non superfluis: quia si expensæ aliquæ factæ sunt in utilitatem, & conseruationem ipsius rei. Similiter si expensæ factę sunt in colligendo fructus, ac cultura, & huiusmodi: illę deducendæ sunt: & res ipsa cum eo, quod superest restituenda. ¶ Tertiò dicitur: ꝙ damna etiam, quę passus est dominus ex carentia rei suę: tenetur detentor ille iniustus compensare. Nemo enim debet a proximo iniustè damnificari. Et patet planè per ca. allegatum. si culpa. Vnde si quis pecuniam colligit ad satisfaciendum suis creditoribus: & fur subtrahit eam: propter quod compellitur ille pecuniam recipere ad usuram: aut uendere hereditatem remissius, quàm ualet: damnum illud tenetur fur restituere: sic si furatus ẽ fur modium sigilinis, dum ualuit. xx. & tenuit donec ualet. x. & tunc restituit: tenetur superaddere. x. scilicet ualorem eius, dũ furatus est. Sed quid si præcium rei ascendat; & plus ualet tempore restitutionis, quàm tempore ablationis iniustæ. Credo: si dominus rei fuerat rem suam seruaturus usq; ad hoc tempus: & per hoc damnificatus est: tenetur detentor ad damni compensationem: non tamen tantum superaddere, quantum ualet: sed aliquid ad dictamen boni uiri. ¶ Sed quid si res perijt Respondetur, si res rapta, aut furto subla ta perijt apud raptorem, seu furem: & si fuit in mora restituendi: tenetur pręstare ualorem eius secundum illud tempus, quo magis ualuit. Sed si non fuit in mora: puta, quia obtulit rem domino tempore, & loco debitis: & dominus rei neglexit recipere: non tenebitur de casu secundum Ray. ¶ Sed quid si res meliorata est industria usurpatoris. Respondetur: ꝙ in foro pœnitentię (de

Quę ex pensæ sint detrahendæ.

Cõcl. 3. N detẽtor iniustus tenetur ad dãna quæ passus est dñs ex carẽtia rei suæ.

Si res perit, aut meliorata sit, quid

quo in omnibus his intelligenda sunt, quę dicuntur) potest deducere expēsas, & labores meliorationis: quia sine culpa rationabili non debet quis priuari labore suo. de re iudi. sine culpa. li. vj. quod intellige exclusis dolo, & fraude: ut si quis dolosé meliorasset rem, ut res maneret sibi: quia dn̄s rei propter inopiam nō potest soluere meliorationem: tenet rē restituere, ut est meliorata: & tn̄ uidetur; ꝙ dominus rei, dn̄ potuerit, refundet expensas, & labores meliorationis. ¶ Du-

Dub. 2. O bitatur secundó quis tenetur restituere.

Quis tenet ad restitutionem. Pro huius dubii explanatione notandū, ꝙ quia secundum prędicta restitutio facienda est rei iniuste ablate, & detēte. i. inuito domino: & dominus dupliciter potest esse inuitus: simpliciter. s. uel ex conditione. Primó respōdendum est ad dubiū de ablatis domino simpliciter inuito: puta, qui actualiter, uel habitualiter uult rem suam a se non alienari, aut detineri. Deinde de ablatis domino nō inuito simpliciter: sed ex cōditione. ¶ Circa primum: quia omnis damnificans auferendo, uel detinendo rem alienam re-

Dn̄s occasionē. stituere tenetur: ut dictum est. Et dās occasionem damni, damnum dedisse uidetur. de inin. & dam. da. si culpa. §. sane. Non solum damnum per executionem personalem inferens: sed & causam inferendi prestans: ut sunt participantes, & consentientes restituere tenētur: per. c. allegatum si culpa. Vnde tales reprēhenduntur a propheta. Si uidebas furem (inquit, currebas cum eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas. Et ad Rom. j. Digni sunt morte: non solum qui ea faciunt; sed etiam qui consentiunt facientibus. unde est illud. Facientem, & consentientem par pœna constringit. ii. q. j. notū sit. Ponūtur autem nouē modi currendi, seu participandi cum fure, qui his uersibus secūdū Alexā. q. lxxxvi. par. iiii. mem. iii. ar. iiii Pal. dis. præsenti. q. ii. arti. iii. & alios post eum, comprehenduntur. Quilibet in solidum reddat prius inniriator. Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus, Participans, mutus, non obstans, non manifestans. Currere cum fure faciunt furtiq; reatum. Hi omnes causam prestant: & ideo restitue re tenentur: nam omnis obligatio ad restituendum: ut dicit Sco. reducitur ad auferre uel detinere: & hoc, ut causa principalis superior, præcipiendo, uel ut causa proxima immediate auferendo, uel detinendo: uel ut causa coadiuuans, ut socius coadiuuando: aut in re ablata participando: aut consentiendo, seu receptādo: uel ut causa inducens. Si consulit, fa uet, uel adulatur: ut non impediens: aut non obstans: quia non impedit: nec facit restitui, dum id sibi ex officio competit & manifesta sibi sit iniuria: ac sine periculo personæ potest: sed dissimulat, aut tacet in iudicio requisitus: ubi posset sententialiter res suo domino restitui: & tamen dicendo ueritatem non imminere sibi periculum status, uel persone: & hoc intelligendum quando propter illa, seu aliquid illorum positiué, uel priuatiué aufertur, uel detinetur res aliena: secus si illis non existentibus nihilominus res auferret a raptore uel fure, aut ablata detineretur: quia tunc non tenentur, qui dicti sunt ad restitutionem: quia tunc propriè non præstant causam: cum causa sit qua posita ponitur effectus: & ea non posita non ponitur effectus: ut dictum est dis. j. q. j. huius collectorij. Illorum autem quilibet dum causam prestat: tenetur ad restitutionem in solidum. s. totius ablati: quia quilibet fuit causa totius ablationis: licet non causa totalis: sed partialis. Veruntamen uno restituente omnes alij liberantur a debito restituendi quantum ad damnificandum: tamen alij tenentur pro rata portionis, quæ eos contingit, illi qui pro omnibus satisfecit: ut dicit Sco. & cum eo cæteri. Verum Angelus in sum. dicit in uerbo furtum. §. xvi. Nec credo in cōscientia: ꝙ de necessitate teneantur primo satisfacienti: quia obstat sibi turpitudo sua: nisi ille fuisset causa; sine qua nō induxisset illum ad aliquod tale faciendum: sed de bono consilio debet dari pauperibus. ¶ Et pro illorum maiori declaratione circa modos participandi quæritur utrum mandantes, uel consulentes rem iniuste usurpare; satisfa-

Modi currēdi, & participandi cū fure.

P Quid si uidēs fieri furtū,

Iubeat fieri restitutio nem, an sic se liberet.

ciant, si post usurpationē huiusmodi mā dent, seu consulant usurpatori, ut restituat: ita q̃ ad aliam restitutionem nō teneantur. Et uidetur q̃ sic: quia sicut consilium de usurpatione rei alienę obligat consulentem ad restitutionem: & multò magis percipientem: ita & præcipiēs, uel consulens restituere absoluit ipsum ab obligatione restitutionis: quia si præceptum, & consilium de restitutione nō absoluit: nec preceptum, & consiliū de usurpatione obligat consulentem, & præcipientem: quia est par ratio. Nō. n. plus fecit præcipiens, uel cōsulens ad usurpationem, quā ad restitutionem. ¶ Præterea sicut præcipiens, uel consulens usurpare p hoc nihil participat de re usurpata: ita non uidetur, q̃ teneatur ad restitutionē eius, quod non accepit. ¶ Ad hoc respondet Alex. par. iiii. q. lxxxvj. mem. iii. arti. iiii. §. ii. q̃ si usurpator motus præcepto, aut consilio subtrahit rem alienam: alias eam non subtracturus, præcipiens, aut consulens: tenetur ad restitutionem. Si tamen eam fecerit usurpator: solutus est præcipiens, & consulens ab obligatione restitutionis. non autem a peccato nisi pęniteuerit. Si uero usurpator rem non alienat, aut subtrahit a domino suo: & non exequitur iussionem, aut consilium: licet iubens, & consulens peccet mortaliter iubendo, aut consulendo: nō tamen tenetur ad restitutionem rei ablatæ: quia nulla est ablata. Et ita est par ratio pręcipientis restitutionem quoad absolutionem obligationis, & præcipientis usurpationem quoad obligationem restitutionis: si res eodem modo se habeāt: hoc est si usurpator utrobiq; conformat se præcepto, aut consilio: ita q̃ si ad præceptum usurpauit rem alienam: ita similiter ad iussionem, seu consilium restitutionis restituit rem alienatam. Si uero obedit precepto alienando: & non obedit restituendo, non est par ratio. Et per hoc patet solutio primi. Non enim pręceptum usurpandi obligat pręcipientem: nisi sequatur effectus usurpationis; nec præceptum restitutionis absoluit eundem: nisi sequatur effectus restitutionis. ¶ Ad secundum dicendum, q̃ non solum participans in re alienata tenetur ad restitutionem: sed quicunq; dat causam alienandi, ac damnificandi: ut dictum est: sicut. n. dedit efficacē causam damnificandi: ita tenetur dare efficacem causam restituendi, quam si usurpans nō facit: ipse tenetur. ¶ Verum de consilio dicit Franciscus de platea, q̃ hoc de dante consilium locum habet tā in contractibus, quā in delictis, quando consilium est fraudulenter datum: s. ex odio, uel malitia: nam in contractibus non tenetur ad restitutionem: si bona fide consuluit: ut in c. nullus. de regu. iur. lib. vi. ubi dicitur. Nullus ex consilio (quando fraudulentum non est) obligatur. In maleficiis autem consilium semper est fraudulentum: cum ergo consulitur maleficiū. i. quod de se est malum aut peccatum: tenetur non ei cui consuluit: sed cōtra quem consuluit: si uero cōsuluit in re illicita: ut in cōtractu doloso: tenetur ei, cui cōsuluit: ut si consuluit, ut mutuaret pecuniā debitori non idoneo. De hoc Io. an. in glos. regul;: Nullus. allegatę. & hoc non hēt locū in præcepto. ¶ Sed adhuc circa sextū participationis modum. s. recursus, ubi notantur receptatores usurpatorum rei alienę. Ponatur; q̃ fur, uel raptor timore mortis confugiat cum spoliis ad domū alicuius, ut mortem euadat: & cōmittat se & spolia illa bone fidei illius: uidetur, q̃ receptor non teneatur ad restitutionem: alioquin cōmitteret crimen proditionis. Respondet Alex. ubi sup. §. v. q̃ in casu ille, apud quem latet latro cū spoliis: dū habet spolia in sua potestate, tenetur illa restituere; nec est de proditionis crimine arguendus: si spolia furto habita suo domino restituat. immo potius exequi, qd iustitia requirit. Nec ex hoc fidem uiolat: quia in uoto illicito debet rescindi fides: ut dicit Isido. in syno. Quoniā si illa reciperet cū proposito seruandi furti, uel sibi ipse esset furti particeps: & reus mortis secundū legem humanā: propter qd necesse habet illa restituere: si tamen sine proditione personę, & imminente sibi periculo restituere possit: si uero imminet sibi periculum:

Quid si fur confugiat ad domū alicuius, quid is faciat.

ut ꝙ furtũ sibi imputaretur: restituat per personam mediã: puta sacerdotem, cui cõmittat sub sigillo cõfessionis restituẽdũ. ¶ Sed hic notandum, licet nõ prodẽdus sit, qui bona fide ad alium confugit, non tamen est defendẽdus: quia qui defendit delinquentem, maledictus est apud deum, & homines: & corripietur increpatione seuerissima. unde xi. q. iii. qui consentit. & xxiiii. q. iii. qui aliorum dicitur. Qui aliorum defendit errorẽ, multò amplius damnabilior est illis, qui errant. Vnde in glos. in Cle. j. de penis. notatur duplex defensor. Vnus, qui auctoritatem delinquendi præstat: & ille amplius punitur. Alius defensor, qui post delictum defendit: puta impediendo ne delinquens ad iudicem ueniat examinãdus, uel puniendus: uel ne fiat executio: & hic punitur. Verũ si talẽ defenderit, ne lædatur a priuato, uel ipso offenso, uel eius consanguineis uindicare uolentibus: non forefacit: nec pęnã incidit: cum illa sit iniuria, ad quam propulsandam a socio quis tenetur. Hæc glos.

De duplici defensore ante factum: & post.

¶ Sed adhuc quęreres: quia dictum est, ꝙ participes: puta iubens, consulens &c. tenetur ad restitutionẽ: quãdo propter hæc res aliena aufertur: alias non auferenda: quomodo sciri potest, quando propter præceptum, consilium, uel consensum res aufertur: & non alias. Respõdetur: ꝙ si fur, uel raptor non posset auferre rem alienã, nisi accederet consensus: quia sine consensu prohiberetur: certum est; ꝙ propter cõsensum res alienatur. Similiter potest hoc nosci ex uerisimilibus coniecturis, quę præsumptionẽ quasi uiolentam inducunt: ut si talis cõsideratur habitudo iniuriatoris ad consentientem, ꝙ nequaquam eum offenderet: quia eius uindictam euadere non posset: præsumitur; ꝙ non auferret rem alienam: si non accederet consensus.

Dub. 3. ¶ Dubitatur tertiò, cui facienda est restitutio rei iniustè ablatæ. Respondetur: ꝙ regulariter damnificato: si iusto titulo possedit: si nosciturː si eius præsentia haberi potest: aut res ablata potest ei mitti sine maioribus expensis, quã res ualet: si rerum suarum administratio

Q. Cui facienda sit restitutio.

nem habet: si restitutio ei facienda non est interdicta ecclesiastico, uel imperiali edicto: pater. iii. q. j. reintegrandæ. & de re. spo. quasi per totum. de quo uide Palud. q. ii. artic. iiii. di. huius per totum. ¶ Dicitur notanter: si iusto titulo possedit: quia si furtum, aut spolium auferrur furi, uel raptori, restituendum est domino rei; & non furi. Et dicitur notanter: si iusto titulo &c. & non uero domino rei, qui si possideret bona fide: licet non esse uerus dominus; ei esset restituẽda: & nõ uero domino: nisi de uoluntate possidentis. ¶ Dicitur si nosciturː qui si ignoratur, cuius fuerit res ablata; post diligentem inquisitionẽ debet restitui pauperibus: uel ecclesiæ: aut in pios usus: ut dictum est supra conclusione tertia. Sed cuius auctoritate, seu per quẽ fiet restitutio, infra dicetur. ¶ Dicitur notanter: si eius præsentia haberi potest: quia si haberi non potest, forte quia mortuus est: aut ignoratur, ubi sit: restituendum est hęredibus: aut quibus uult sua restitui in testamento: si sciuntur alias pauperibus: ut supra. ¶ Dicitur tertiò, aut res ablata mitti potest sine maioribus expensis: de hoc sup ra cõclusione tertia. ¶ Dicitur quartò: si rerum suarum administrationem habet: propter pupillos, aut furiosos, aut minores: tunc enim restituendum est procuratori eorum. ¶ Dicitur ultimò: dummodo non fuerit interdictum &c. ut quando aliquid acceptum est ex turpi causa, in quo restituere tenetur: non debet restitui illi, qui dedit: sed ecclesiæ, uel pauperibus debet erogari: si tamen ille, qui dedit, potuit alienare: alioquin ei, qui habet administrationem, reddendum est: ut si ob causam turpem monachus aliquid daret, aut uxor: reddendum est abbati, uel marito: tacita tamen persona, qui dedit. Sic in acquisito per simoniam: aut dum acceptum ipso iure applicatum est fisco: non est restituendum danti: sed ecclesiæ, uel fisco: & in hoc casu non pauperibus. ¶ Si quæris, si restituendum mittendum erit ad dominum in remotis agentem; cuius expensis mitti debet. Respondet Pal.

in.c.cū tu.de usuris. Si debens restituere mutauit locum: manentibus illis, quibus debet restituere; suis expensis mittat. Si uero dominus rei restituendæ mutauit locum: tunc domini sumptibus ei mittetur: ut in glos.c.eum tu.de usuris. Et hoc si fuerit malæ fidei possessor: ut fur, raptor, aut usurarius. Si autem fuerit bonę fidei possessor: & aliquo iusto titulo habet: arbitrio boni uiri stabit, cuius sumptibus mittatur, pensata qualitate, & causa absentię: & si non fuerit in mora.

Dub. 4. ❡ Dubitatur quartò: per quem debet fieri restitutio. Respondetur per duas propositiones.

R ppo. 1. Per quē debet fieri restitutio.

Prima. Restitutio certis facienda cognitis, & notis, fieri debet per eos, qui rem abstulerunt: aut qui detinent: & hoc per seipsos: uel per personas interpositas: quia ibi tenet regula. Qui per alium facit, perinde est, ac si per se faceret uideatur. Et cum delinquēs in ablatione rei est occultus: fiat per alium cautè: ne publicetur actor. Caueat etiam diligenter; ꝙ cū per alium facit: cautè prouideat; ut is recipiat restituenda, cui debetur: ne persona, per quam uult restituere; sibi retineat: quia non esset propter hoc liberatus: ut dicit Antoninus: & subdit: Nec confidat deprædicatoribus, & confessoribus, ac quæstoribus, qui quærunt pecuniam, non animarum salutē. de restitutione facienda ecclesiæ in pios usus: uel pauperibus: puta, quando non noscitur dominus rei ablatę, nec eius hęredes: uarię sunt opiniones. Quidam dicunt, ꝙ talium restitutiones pertinēt ad episcopum: quia cum huiusmodi bona sint pro animabus eorum, quorum fuerunt fideliter dispensanda; per consequens eo ipso sunt ad diuinum cultum, & subuentionem pauperum ordinata. Solus autem ecclesiasticus prælatus est rector, & moderator diuini cultus: ac pater pauperum: & dispensator rerum diuino cultui ordinatarum: ideo secundum iudicium eius incerta debita per eum dispensanda sunt, unde. lxxxvij. distinctio. Diuinæ. dicitur: Diuinæ retributionis memor ad pontificalem cōscientiam non ambigas pertinere egentium commodis piam solicitudinem non negare. Huius opinionis uidentur esse Hostien. & Ioannes andreę. ❡ Contrarium tenet Archidiaconus, dicens sententiam Hostien. esse ueram: dum nullus deputatus est a testatore, qui hoc exequatur: sed ubi certa persona deputata est: illa exequatur: ut.xii.q.ii.de laicis in fine capituli immo persona, quæ ad restitutionem tenetur, per seipsam tenetur hoc facere: & pauperibus erogare absq; licentia, & auctoritate episcopi, uel alterius personę ecclesiasticę: ut satis colligitur in.c.cum tu.de usuris. & in glo. c.sicut dignum.de homicidio. ubi huiusmodi restitutio pauperibus facienda imponitur eis, qui iniustè possederunt. Nec contra hoc facit.c. cum sit.de iudæis, quod dicit: ꝙ iudęis officialibus super christianos tamdiu christianorum communio in commercijs, & aliis denegetur: donec in usus pauperum christianorum secundum prouidentiam diœcesani episcopi cōuertatur, quicquid fuerit a christianis adeptus occasione officii sic suscepti: & officium cum pudore dimittat, quod irreuerenter assumpsit. Quod ca. Hostien. pro sua opinione allegat: quoniam hoc ca. loquitur de iudæo cōstituto in officio super christianos: de quo nō potest præsumi ꝙ ipse fideliter distribueret (accepta ratione officii) christianis pauperibus: & meritò est susceptus. Et ideo bene dicit canon: ꝙ hæc restitutio fieri debet secūdū prouidentiā diœcesani: sed nō est extendendus ad christianos restituentes, in quibus cessat hęc suspitio. Hāc opinionem Archidiaconi sequuntur plurimi canonistæ: eo ꝙ nullū ius expressum contrariū dicit: quamuis: episcopus dicitur procurator pauperū: quia potest procurare pauperibus de suo proprio: si habet uel de fructibus ecclesię, & aliis modis. Et quia sacerdotes simplices sunt imperiti pro maiori parte: episcopi uero reputantur sufficientes: hinc inoleuit: ꝙ huiusmodi restitutionēs remittunt ad episcopos. Unde si cōfessor peritus fuerit, & sciat sufficiēter cōsulere: nō est opus: ꝙ remittat ad epōs. ❡ Ad rōnē pro alia opinione inductā, dicitur: ꝙ quāuis episcopi, & prælati sint dispensa-

tores rerum datarum ecclesijs: non tamen sequitur: quod sint dispensatores omnium, quę secundum deum sunt in diuinum cultum, & in pauperes eroganda: sed solum eorum, quæ iam sunt in diuinum cultū ordinata: ut sunt ecclesiarum reditus, & huiusmodi: nā si essent dispensatores omniū erogandorū, secūdū hoc essent dispensatores omniū superfluorū, quę diuites ex diuino præcepto tenētur pauperibus erogare: secūdū illud. Quod superest, date pauperibus. Luc. xj. Vnde Angelus in sum. dat tale cōsiliū. Si habet episcopus talis conditionis, qui reditus suos dispenset in pauperes reseruata sibi solū necessitate: tūc tales habentes dispē sare incerta non debent hoc facere sine eius cōsilio, & auctoritate: quia præsumēdum est: quod nouit melius pauperes, quàm alius aliquis. Si uero talis episcopus, qui de pauperibus nihil curat: sed potius de pōpis, aut statu, aut sublimatione cōsanguineorum: tali non sunt dāda talia incerta: quia qui tali ea daret: non esset tutus in conscientia: sed ipse ea dispenset: uel uideat, quomodo dispensentur. Hæc angelus. ¶ Huic ultimò satis concordat Sco. dis. xv. quæst. q. ii. dicens. Si quęris, per manus cuius reddi debet pauperibus. Respōdeo, nō inueni, quis determinatus sit necessariò mediator in distribuendo ista pauperibus. ¶ Dicit unus doctor: quod confessor, uel aliquis, de cuius fidelitate credat. Videtur mihi: quod per seipsum: consilio tamen alicuius boni uiri potest ista distribuere pauperibus: quia tali mediatori posset dare, ut restitueret, de cuius fidelitate pręsumeret: & tamen ille sibiipsi applicaret: uel alijs usibus, quā deberet. Vnde ubi lex diuina, uel ecclesiastica nō ligat personam, sequenda est ratio naturalis: illa autem dictat: quod persona, quę tenetur, magis restituat pauperibus per seipsam, quàm per aliam: licet non excludendo consilium alterius boni uiri: sed includendo. Hęc Sco. similiter beatus Tho. non determinat per quem. ¶ Ponit tamen Angelus quatuor casus, in quibus episcopus potest se intromittere de restitutionibus incertorum. Primus: quando mortuo illo, qui debebat restituere: nullus est relictus heres: uel executor ad restituendum. Secundus, quando is, qui debet, restituere non uult: & in iudicio agitur contra eum. Tertius: quādo restituens malè dispensaret: quia non dicitur factū, quod aliter factū est, quā debuit: pōt ergo se intromittere, ut legitimè dispenset. Nec tamen excusare tur: si interueniente auctoritate episcopi malè dispensaret: nō enim habet se intromittere, nisi quatenus bene fiat; alioquin ambo incidunt cælestem iracundiam. Quartus casus est, quando talia incerta possidentur a manifesto usurario: quia tunc ex dispositione iuris dispē satio debet fieri per episcopum, uel eius auctoritate: ut in. ca. quamquam. de usuris. lib. vi. ¶ Sed quæritur. Vtrum episcopus possit sibi reseruare restitutionē incertorū per sua synodalia statuta: & prohibere, ne alius se intromittat: eosq; excommunicare, qui contra huiusmodi statutum dispensent pauperibus. Respōdet Angelus ti. restitutio. ii. §. xiiii. in rosella. ti. restitutio. xv. §. ii. in fine. Io. de ligna. nō in dicto. c. cū tu. secundum Ioan. cal. in quodam consilio suo: & fratrem Clarum, & Hugonem, quod episcopus non pōt de iure sacerdotes excommunicare, qui se intromittunt de dispensatione incertorum. Ex quo infert Angelus in summa sua, quod multò minus religiosos exceptos: & quod non est casus suus, nec sibi pōt de iure reseruare nisi in quatuor casibus prędictis. Huic opinioni concordat Pisanella: restitutio. vi. in additionibus. Rich. in iiii. Antoninus, Angelus, & cęteri supra positi cum plurimis alijs. Et quia probabilior uidetur secundū eum: ponitur hęc secunda propositio. ¶ In restitutione uaga, siue incerta, idest ubi uerus dominus rei ignoratur: satisfacit detinens si per se, uel alium restituendum in pios usus: hoc est ecclesię, uel pauperibus, eius ordinatione fideliter distribuantur. Patet ex præmissis, & cautius agit, si de consilio alicuius prudentis boni uiri agit. Excipitur tamen quartus casus supra dictus; in quo accedere debet auctoritas diœcesani. Congruit etiam, ut inter pauperes

Per quē debet distribui restitutio pauperibus.

S In uagis restitutionibus, nō requiritur autoritas episcopi.

ppō. 2.

Qualiter pauperes sint eligendi. eliganturpauperiores: & inter æqualiter pauperes iustiores: quia non tā paupertas, quā religio attendenda est. Et cō uenit, ut detur pauperibus illius loci, in quo ablatio facta est: quia sic citius pos sent casu peruenire ad ueros dominos: & magis præsumitur uerum dominum in casu uoluisse restitutiones fieri pauperibus loci sui, quā alienis: & sic tenent doctores allegati. ¶ Quid autem si facta restitutione in prædictos pauperes, apparet dominus rei, uel eius hęredes.

Si apparet dominus rei. Respōdet: q̄ si talis, q restituit, fecit debitam diligentiā ad uerū rei dominum inueniendū, non tenetur amplius: quia bona fides non patitur, ut semel exactū exigatur: ut in regula. Bona fides. de re. iu. lib. vi. Secus si non adhibuit debitam diligētiā: quia sic iterū tenetur restituere uero domino. Non. n. aliena (cum ip sa potuissent eis, quorum fuissent, restituere) debuerūt pauperibus erogare.

Dub. 5. T ¶ Quintò dubitari potest: quando restitutio facienda est: sed de hoc satis habitum est in secunda conclusione. ¶ Sed dubitatur: an confessor possit dare dilationem obligato ad restitutionem.

An confessor possit dare dilationē. Respondetur: quando certus est, cui restitutio fieri debet, & restituere debēs est in soluendo, nō potest: quia nō pōt deferri restitutio extra casus supra conclusione secunda positos sine peccato mortali: quia non potest confessor dare licentiā peccandi. ¶ Est tamen unus casus singularis, qui tamen frequenter contingere posset: scilicet cū debens restituere, & potens nō uult restituere totum simul: forte propter aliqua commoda: licet non sufficiant excusare: nec is, cui tenetur, uult dare aliquam dilationem. Verū tunc confessor possit dare aliquam dilationem. Ad hoc respondetur in directorio ti. restitutio. q̄ etiam si non immineat periculum uitæ restituere deben ti: uel aliud graue incōmodū, potest confessor conscientiam suam formare, ex eo, q̄ intendat negotiū utiliter gerere creditoris: eo quia uidet; q̄ nō ita citò: uel ita cōmodè uel nūquā posset rē suā recuperare. Et sic dilationem, & absolutionem potest dare peccatori: dummodo promittat bona fide certa die satisfacere: uel aliā cautionē faciat: nō tamē iuramentum exigat: ut ita creditor habeat suum: & peccator non recedat a confessore desperatus. Concordat Hostiens. in summa. Quod bene notēt cōfessores, qui non solū nō utiliter gerūt negotium creditorū: sed potius damno sē absoluendo illos, qui restituerent, si absolutionem negarent: quia tenentur ipsi de omni dāno dato creditoribus. Hæc Angelus resti. ii. Si uero restitutio fuerit uaga, seu incerta, potest non solum episcopus, aut pœnitentiarius: sed etiam proprius confessor ex rationabili causa dare dilationem restitutionis: ita tamen, q̄ per hoc non lædantur pauperes, sicut faciunt, qui talia concedunt ad pompam illorū, qui restituere tenentur ad damnationem tam concedentiū, quā illorum, quibus cōceditur. Si etiam restituere debens pauper fuerit: & ad consilium confessoris disponat res restituendas: potest confessor, si uiderit eū æquè indigentem, uel plus quā cæteros pauperes, quibus foret erogandum: sibi remittere partem: uel etiam totū si uiderit tantam necessitatem, & partē residuam nō remissam fideliter inter pauperes restituat ordine, quo supra: & nihilominus pro remissis impendat orationes deuotas: & si quæ alia bona poterit pro animabus eorum, quibus debe retur restitutio, si scirentur. Hæc Franciscus de platea in tractatu de resti. restitutio. x.

Dub. 6. V De ordine restitutionis. ¶ Dubitatur sextò de ordine restitutionis. Si debitor pluribus obligatur, cui primū restituere tenetur: dum non poterit omnibus satisfacere. Respondetur: q̄ si habet res aliquas nō suas, quarū dominium est apud alios: & res extant: illa ante omnia suis dominis sunt restituēda: ut rapta, furata &c. quia nunquam fuerunt sua: & ideo in alium usum, uel commodum non potest cōuertere. cæterum inter res restituendas, quarū hēt dominium: certa pręponenda sunt incertis: in certis pręponēdus est: qui iure potior est. Inter quos multę sunt distinctiones, de quibus canonistę latè tractāt, ad quos remittitur: quia mia

mittitur furtum: quia non possunt contrectari. ¶ Dicitur fraudulenta: quia si quis credebat rem esse suā, quæ tamē nō est sua: uel etiam si scit non esse suam: credebat tamen dominū rei nō esse inuitum: & habuit rationem iustam credendi: non committit furtum. In dubio .n. præsumitur dominus inuitus. ¶ Dicitur inuito domino: quod intelligendum est tam de domino propinquo, quā superiori, uel remoto: quia si dominus superior non esset inuitus: non esset furtū, nec rapina. Sicut patet in spoliatione ægypti per filios Israel. Exodi. xii. Requiritr igitur: φ uterq; sit inuitus: altero enim uoluntario non est furtū. unde simonia, aut usura nō dicitur furtū propriē: quia uolente domino rei, & eius uolūtate cognita, recipiens rē nō cōmittit furtū. Si tamen crederet dominū inuitū: furtum cōmittit sic recipiens quantū ad intentionē: nō tamen tenetur ad restitutionem. Et dicitur dominus inuitus, etiam dū uidet rem auferri, & non cōtradicit propter timorem, uel uerecundiā: alias non cōtradicendo cū potuerit, uidetur consentire. ¶ Dicitur gratia lucrandi: quia si non animo lucrandi: sed animo custodiendi: uel reddendi cautiorē dominum rei: aut alia simili causa rem auferret: nō esset furtum. ¶ Dicitur, rem ipsam, usū, uel possesionem: quia nihil refert, an tollens rem alienam intendat sibi appropriare rem, siue solum usum rei, siue eius possesionem. Nam quodlibet horum intendat: furtum committit. ¶ Et si placet, furtum apertius distinguere a rapina: addendum est occultē. sicut addit sanctus Thomas: licet etiam per hoc, φ dicitur fraudulenta satis distinguitur: quamuis minus apertē: de quo statim infra. ¶ Quòd etiam dicitur domino inuito: intelligi debet non actu illicito: sed actu debito: ut tactum est

Not. 2. B De speciebus furti manifesti, & nō quæstione præcedenti. ¶ Secundò notandum: φ in genere duplex est furtum: .s. manifestum. Et est quando cū eo fur depræhenditur, priusquam ueniat ad locum destinatum. Aliud non manifestum: cum quo .s. fur non deprehenditur. Sunt etiā quędā furta, quę specialia sortiuntur nomina: ut sacrilegiū, quod est furtum rei sacrę, uel rei non sacrę, de loco tamen sacro. Vnde sacrilegiū dicitur quasi sacrilędiū: uel quasi sacrę legis læsio. Committitur sacrilegiū uel in personam: ut cū lęditur persona ecclesiastica: uel in locum: ut cum immunitas ecclesię, uel cœmiterii lęditur: uel in re: ut cum res aliqua sacra de loco sacro: aut res sacra de loco nō sacro aufertur. ut habetur in glos. sacrilegiū. xvii. q. iiii. & in c. Si quis contumax in textu. eadē. q. Sic furtum cōmissum in re religiosa: uel in republica dicitur peculatus. Sic si disperso grege inde furetur: dicitur abigeatus. Similiter furtum hoīs liberi uenditi uel ēmpti scienter dicitur plagiatus. Et eodem modo solicitatio serui alieni: uel asportatio, uel ad aliā regionē furtiua ductio: cętera furta retinent generale nomē furti. ¶ Tertiò notandū: φ rapina multipliciter accipitur. Vno modo largissimē, & impropriē pro omni indebita usurpatione rei: siue temporalis siue spiritualis. Sic accipitur ad Phil. ii. ubi de Christo dicit apostolus. Non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo: quia non attribuit sibi æqualitatem dei debitam. Fuit enim, & est ęqualis patri secundum diuinitatem: & uerus deus de deo uero. Hanc autem rapere uoluit primus parens. ut dicit Aug. Voluerunt rapere diuinitatem: & perdiderunt felicitatem. Et huius rapinę pœnam soluit christus, ut ait in Psal. Quæ non rapui, exoluebam. Secundo modo accipitur communiter: minus tamē largē pro usurpatione, uel retentionē iniusta rei alienę temporalis quęcunq; siue manifesta, siue occulta: & sic comprehendit sub se furtum rapinam propriē acceptā, usuram &c. hinc Amb. in lib. de bono mortis; & habetur in decretis. xiiii. q. iiij. si quis. Si quis usuram accipit: rapinam facit: uita non uiuit. & Augu. xiiii. quæst. v. Si quid. ait. Si quid inuenisti, & non reddidisti: rapuisti. Et beatus Hieronymus, & habetur distinctio. xlij. §. ordinandus. Aliena rapere conuincitur, qui ultra necessaria sibi retinere conatur. quod intelligendum est de

Margin notes: manifesti. — Not. 3. C Rapina sumitur multipliciter.

superfluo naturæ, & personæ: & illo mô rapina non distinguitur a furto: etiam largè accepto. Tertio modo accipitur ꝓpriè, & strictè, ut distinguitur cõtra furtum propriè: & sic rapina describitur. Est rei alienæ per uiolentiam ad lucrum facta illicita usurpatio. ¶ Dicitur rei alienæ: quia si quis per uiolentiam acciperet rem propriam ab eo, qui eam abstulit; dum asportat: aut dum postquam ad locum fur, uel raptor se contulit, & portauit: non esset rapina: ut dicetur. ¶ Dicitur per uiolentiã, ad differentiã furti, quo recipitur res aliena per fraudulentiã. ¶ Dicitur ad lucrum, eadem ratione, qua in diffinitione furti: quia si qs uiolẽter eriperet gladium de manu furiosi ad prohibendũ homicidiũ nõ esset rapina. Similiter si quis auferat ancillam alicuius, ut fornicetur cum ea, nõ est rapina: licet possit dici raptus: ut est species luxuriæ. ¶ Dicitur illicita: quia propter ablata uiolẽter in bello iusto ab hostibus: similiter cum alias debitum ab aliquo inuito publica auctoritate aufertur: nõ committitur rapina. ¶ Ex illo patet duplex differentia inter furtum, & rapinã.

Differẽtia inter rapinam, & furtum.

Prima: quia furtum fit occultè: rapina manifestè: hanc innuit philoso. v. Ethic. c. iiij. Similiter & secunda; qa furtum fit dolosè: sed rapina, ut dictum est uiolenter. Accipitur tamẽ rapina strictissimè: ut distinguitur contra prædationem. Et tunc rapina respicit res immobiles: deprædatio uero mobiles. Communiter tamen accipiuntur pro eodem indistinctè: & ita diffinita est: & sic accipitur inproposito. ¶ Quartò notandũ: ꝙ cum rapina, sicut & furtum dicunt ablationem rei alienæ cõtra uoluntatẽ dñi rei. quia domino inuito secũdũ modos inuoluntarij possunt distingui species, seu modi rapinę. Est enim uoluntarium simpliciter: & qñq; secundum quid siue ex conditione: ut patet iij. Ethicorũ, & per oppositum de inuoluntario. Vnde ablatio rei simpliciter est inuoluntaria, quæ est uolita actu elicito: & talis ablatio quatenus est aperta, & iniusta, est manifesta rapina: quia fit per manifestam uiolentiam. Quandoq; uero ablatio est

Not. 4. D

Variæ species rapinæ.

inuoluntaria ex conditione: quia nollet eam fieri, si prohibere posset sine maiori damno: ut dum subditi patiuntur oppressiones a suis dominis iniustas. Et huiusmodi extorsio non effugit rationem rapinæ. Et secundum hoc uarijs modis committitur rapina: scilicet manifestè ut a latronibus, & publicis raptoribus, ac uiarum insidiatoribus, qui uagâtur, & undecunq; possunt, rapiunt. Fit in naufragijs: in pedagijs: fit in quæstibus, & tallijs, & similibus. Fit in guerris, & bellis: fit in uarijs tam dominorũ, quàm officialium extorsionibus: de quarum restitutionibus uidendum. ¶ Quintò notandum: ꝙ omnis rapina, similiter & furtum peccatum est: quia includunt in suis rationibus iniustitiam. Nam ut dictum est: si res aliqua iustè auferatur siue ignorãte domino, siue sciẽte, & nolente: neq; furtũ dicitur: nec rapina. Vnde ut dicit beatus Tho. secunda secũdæ. q. lxvj. arti. viij. Rapina dicit quandam uiolentiam, & coactionem, per quã cõtra iustitiam aufertur alicui, quod sui est. Coactionem autem iustam in humana societate nemo habet: nisi publica potestas. Idcirco priuata persona non utens publica potestate, si quid per coactionem, aut uiolentiam aufert: iniustè agit: & rapinam committit. Principibus uero, ac rectoribus communitatũ publica potestas ad hoc committitur: ut sint iustitiæ custodes: & ideo non licet eis uiolentia, & coactione uti: nisi secundum iustitiæ tenorem: & hoc uel contra hostes pugnando: uel cõtra ciues malefactores puniendo. Et quod ꝑ talem uiolentiam aufertur: non habet rationem rapinæ: cum non sit contra iustitiam. Si uero contra iustitiam aliqui auferunt per publicam potestatem uiolenter res aliorum: illicitè agunt, & rapinam committunt. ¶ Sed si pergis quærere: an omnis rapina, & furtum, sint peccatum mortale. Respondetur, ꝙ sic de suo genere. Patet: quia est contra expressum præceptum negatiuum decalogi. Non furtum facies. Vbi furtum accipitur communiter pro omni iniusta rei ablatione: siue per fraudem occultè

Not. 5. E

Omne furtum, & rapina peccatum.

An omnis rapina, & furtum sit peccatum mortale

siue per uiolentiam manifestè: ut dictũ est:& ita illo præcepto prohibetur omne furtũ,& omnis rapina:& per consequens est mortale per diffinitionẽ mortalis peccati beati Aug.ut habet i scdo: Si tñ aliquid minimũ contrectaretur ex surreptione: non ex malitia, excusaret a mortali:ut dicit sanctus Tho. Et dicit non ex malitia:quia quãtumcunq; modica sit res,quæ aufertur:si tamen ablatio procedit ex affectu nocendi proximo:aut ex cupiditate possidendi rẽ alienam:& præsumitur, φ ablatio rei tam modicæ sit contra uoluntatẽ dñi eius: nõ excusatur a mortali. Cum etiã sola uoluntas,& cõcupiscentia rei proximi ẽ mortale,& contra decimum præceptũ. Non concupisces &c. ¶ Differunt tamen rapina,& furtũ in rõne peccati:qa cæteris paribus rapina est grauius peccatum furto. Vnde Augu. in lib. q. Exod. Pœnale est occultè auferre: sed multò maioris pœnæ est uisibiliter eripere. xiiij. quæst. v. Pœnale. ubi glos. Pœnal. id est dignum pœna. ¶ Magis enim delinquit raptor,quam fur: duplici ratione secundũ beatũ Thomã,ubi supra arti. ix. Prima: quia cum furtum,& rapina sint peccata pro quanto per ea aufertur res aliena inuito domino:quantò dominus rei est magis inuitus,seu inuoluntarius: tantò grauatur peccatum ablationis rei. Nũc autem uiolentia,quæ est rapina: directius opponitur uoluntati,quã ignorãtia,quę est in furto. Secunda:qa per rapinam non solum infertur damnum alicui in rebus:sed etiã uergit in quandam ignominiã,& iniuriã.i. uilipensionẽ personæ dãnificatę,quę prępõderat fraudi, & dolo:quæ sunt in furto. Et põt addi tertia:quia maior est temeritas, & pertinacia in rapina,quàm in furto:& ita intensior uoluntas auferendi rem alienã: & per consequens grauius peccatum in rapina. nam intensio uoluntatis malæ aggrauat peccatum. sicut e regione intensio uoluntatis bonæ auget meritũ. Maior enim est temeritas, & intensior uoluntas in peccato publico, quàm occulto. Magis enim uult auferre alienũ, qui minus retrahitur ab illa uoluntate: quia firmius inhæret paratus defendere suam uoluntatem contra repugnantes: & ita est in rapina. Nam raptor non retrahitur uerecundia,quia publicè rapit paratus defendere: quia uiolenter rapit: & frons meretricis factus est sibi nesciens uerecundari: quod aggrauat peccatum. Nec impedit; quòd raptor magis uerecundatur de furto, quàm de rapina. De maiori autem turpitudine magis uerecundamur:& ita maior uidetur esse turpitudo in furto, quàm in rapina:& ita magis peccatum: quia ut dicit Thom. ex quo homines sensibilibus inhærentes magis gloriantur de uirtute exteriori,quæ manifestatur in rapina: quàm de uirtute interiori, quæ tollitur per peccatum: & ideo minus uerecundantur de rapina, quàm de furto: quia furto adest quidam timor, & pusillanimitas, quam magis detestantur, quàm audaciam. Additur,& quarta ratio: quia plus punitur rapina,quam furtum,tã secundũ leges, quã canones. Nam secũdũ canones excõicat ab epo,in cuius diœcesi rapinã commisit:de rapto.c. j. & ij. Nec absoluitur,nisi prius emendet ablata restituendo,si poterit. Si autẽ nolit satisfacere,uel satisfaciendi plenã securitatem dare: negetur ei beneficiũ pœnitentiæ. Et si usq; ad obitum in obstinatione fuerit:& tunc emẽdationem: uel emendandi securitatem præstiterit:pœnitentiam, & uiaticum, ac sepulturam habebit. Si uero in morte satisfacere non poterit: contentus uiaticũ habebit: & ecclesiastica sepultura carebit: ut in ca. super eo. de rap. Et hoc ad terrorem aliorũ:uel ad cõfusionẽ cognitorũ: ut per hoc inducantur ad satisfaciendum. Et additur in.c. allegato: φ si qui presbyterorũ,uel clericorũ cõtra hoc in uita, uel in morte pœnitentias dare, uel sepulturę interesse,aut eorũ eleemosynas accipere attentauerint:si huius rapinæ participes inuenti fuerint; ordinis sui damnum irrecuperabiliter patiantur:& ecclesiastico beneficio careant. Et intelligit hoc Hostien. si sæpe admonitus sit: uel si fuerit, & modico tempore contumax fuerit absolutus per propriũ

Rapina est grauior furto.

Cur magis raptor uerecundat de furto, quã de rapina.

presbyterum sepeliendus erit: & hæredes cogentur per censuram ecclesiasticam satisfacere secundum facultatem defuncti. eodẽ titu. in literis. Et est idẽ: si in morte constitutus satisfacere pro mihi, si conualesceret: & ante satisfactionem decessit. Similiter etiam si in uita satisfacere non posset: non negaretur ei pœnitentia, si emendare promitteret: & si ad pinguiorem fortunam ueniret. Et intelligenda sunt hęc de raptoribus notis, non de occultis & idem intellige de prædonibus. ¶ Vtrum autem furtum, & rapina differant specie in genere moris, siue peccati: parum refert in proposito. certum est; ꝙ eodem præcepto prohibentur. Signantur tamen per diuersas species accidentaliter differentes: & superfluum iudico talia hic inducere. ¶ Vltimò notandum: ꝙ duplices

Not. 6. Dupliciter cum fur. participatur.

sunt participantes cum furibus, & raptoribus. Quidam participant in actu furandi, uel spoliandi: quidam in re per furtũ, uel rapinam acquisita. Primi sunt, qui dederunt occasionem iubendo, consulendo &c. sine qua actus furti, uel rapinæ non fuisset commissus. Secundi sũt, qui non dederunt occasionem actu: sed tamen in rebus subtractis participant illas a raptoribus accipiendo, emendo, utendo, consumendo, & huiusmodi: & hoc fieri potest scienter, uel ignorãter.

Arti. 2. Cõcl. 1.

Et tantum de arti. j. ¶ Quantum ad articulum secundum est conclusio prima.

F Omnis fur, atque raptor singula furta, aut rapina acquisita tenetur domino rei restituere: si earũ restitutio fuerit in sua potestate. Probatur cõclusio: quicunq; aliquid acq̃siuit iniustẽ, dolosẽ, aut uiolenter contra domini uoluntatem: tenetur id restituere domino rei, si fuerit possibile: sed omnis fur, & raptor est huiusmodi: ergo tenetur &c. Consequentia nota: quia in primo primæ. Maior probata est quæstione pcedenti. Minor etiam patet ex descriptionibus furti, & rapinæ in priori arti. positis. ¶ Quòd dicitur domino rei: & si restitutio in sua fuerit potestate præcedenti quæstione declaratum est. ubi ostensum est quid, & cui sit facienda restitutio, & secũdũ modificationes ibi tactas intelligenda est hæc conclusio. ¶ Secunda conclusio.

Cõcl. 2

Omnis participans in actu, uel re ablata cum fure, uel raptore ad restitutionẽ tenetur, secundum diuersos tamen participationis modos diuersimodẽ. Patet conclusio: quia participans in actu tenetur ad restitutionem totius, si sine eius cooperatione actus non fuisset commissus, ut dictum est quæstione præcedẽti. Participans autem in re ipsa tenetur restituere partem illam, in qua participauit: ut infra particularius dicetur. In alia enim parte ablati, quæ ad eum non peruenit: nõ est culpabilis: si tamẽ non participauit in actu. ¶ Quantum ad tertium articulum est primum dubium contra primam conclusionem. Nam q̃ furatur ex pietate, ut faciat eleemosynam: non tenetur ad restitutionem: ergo conclusio falsa. Antecedens probatur: quia nullus tenetur ad restitutionẽ rei, quam tenet sine peccato. sic autem furans non peccat: quod probatur: quia si peccaret maximẽ contra præceptum secundæ tabulæ. Non furtum facies: sed hoc non: quia omnia peccata contra p̃cepta secundæ tabulæ, sunt contra charitatem proximi: sicut peccata contra præcepta primæ tabulæ sunt contra charitatem dei: sed furtum præsertim in casu argumenti, non est contra charitatẽ proximi: stat enim cum ea. Nam charitas proximi est uelle dilectionem dei, & æterna bona, ac cætera ad beatitudinẽ promouentia: ut habitum est in. iij. dist. xxviij. sed hoc posset uelle proximo, & tamen nihilominus aliquam rem temporalem sibi subtrahere: maximẽ q̃ sibi non est necessaria ad salutem, & præsertim si est sibi impedimento: ut sunt bona exteriora superflua, quæ tenetur erogare indigentibus: ut dicitur Lucæ. xj. Quod super est, date eleemosinam. Illa enim possum nolle proximo ex charitate. Ad hoc respondetur, ꝙ nequaquam est furandum proximo etiam superabũdanti, ut detur eleemosyna: nisi in extrema necessitate proximi: sed tunc cessat ratio furti. In illa enim posset quis de rebus diuitis subuenire proximi necessita-

Arti. 3. Dub. 1. G

Nõ est furandũ ex pietate, ut fiat eleemosyna

cessitati: dū de suis nō posset, sicut & sibi ipsi; & de hoc Aug. in homi. Forte aliquis cogitat, & dicit: multi sunt christiani di uites, auari, cupidi: non habebo peccatum, si suum illis abstulero: & pauperibus dedero. Vnde. n. illi nil boni agunt: mercedē habere potero: sed huiusmodi cogitatio a diaboli calliditate suggeritur. Nam si totum tribuat pauperibus, quod abstulerat: addit potius peccatum, quàm minuat. Hæc Aug. xiiii. q. v. forte. Non enim sunt facienda mala, ut eueniant bona: ad Rom. iii. furari autem malum est: quia prohibitum. ¶ Sed ad rationem dicitur, ꝙ omne peccatum est peccatum inquantum est contra charitatē dei: quia ratio peccati secundum Augu. & Amb: consistit in transgressione legis diuinæ, quæ obuiat charitati dei. Vnde commissum in proximum: ideo est peccatum, quia a deo prohibitū: & dilectio charitatiua proximi includit dilectionē dei: unde non potest charitatiuē diligi proximus: nisi diligatur deus. Nec diligit deus ab eo, qui precepta eius non seruat. Conceditur ergo: ꝙ peccans contra preceptum secundæ tabulæ: peccat contra charitatem proximi: sed nihilominus magis contra charitatem dei. Et cum arguitur: furtum stat cum charitate proximi: negetur. Et consequenter dicitur, ꝙ diligere proximum charitatiuē est uelle proximo dilectionem dei: & beatitudinem: & quicquid boni deus uult nos proximo uelle: & nolle omne malum, quod deus uult nos proximo nolle. Et per hoc, qui temporalia mala uult proximo contra legem dei: licet non contraria saluti: non diligit proximum: & sic non stat furtum cum charitate, proximi in casu argumenti. ¶ Secundò dubitatur: utrum uxor, quæ aliqua subtrahit, reseruat, exponit, seu dispensat uiro ignorante: teneatur ad restitutionem uiro: similiter uir uxori: & proles parenti. ¶ Pro horū solutione aduertendum: ꝙ existentiū in coniugio tripicia sunt bona: quędam sunt propria uiri: quędā propria uxoris: quędā cōmunia utrisq;. Cōmunia utrisq; sunt, quę cōibus laboribus lucrant: ut fructus dotis, ac donationis ꝓpter nuptias.

Dub. 2. H An uxor possit aliqd reseruare.

Est autem dos, id quod donatur uiro a parentibus uxoris: aut ipsa uxore: uel aliis, ad subleuationem onerum matrimonij. Sed donatio propter nuptias est, quod sponsus sponsæ donat: quando ab ea dotem accipit: & idem si dotem non acciperet: ut in §. illud. de dona. inter uirum, & uxorē. c. nuper. Bona uiri sunt cętera bona, quæ uir sua industria, ac labore uel alias (nō concurrente uxore) collaborando habet, uel acquirit: ut sunt etiam bona paterna: aut hæreditaria præter dotem, & donationem propter nuptias. Bona uxoris sunt bona paraphernalia, idest quęcūq; habet mulier præter dotem: a para quod est iuxta: & pherna, quod est dos, quasi iuxta dotem: ut successiones hæreditariæ legata ei, uel donata. Item si mulier ultra gubernationē domus exerceret artem aliquam lucrosam: ut quia textrix est: uel lanaria: netrix, uel negotiatrix: & similia. ¶ Secundò aduertendum: ꝙ ut dicit angelus in sum. in uerbo Vxor: ꝙ uxor quandoq; operatur in bonis uiri pro suo: utputa in lana uiri, ut faciat uestimentum: uel in lino, ut faciat linteamina pro usu domus: & sic lucratur uiro. Nec minus illa sunt uiri, quā si nihil operis in eis fecisset: nec prætium laboris petere potest a uiro. Aut laborat in rebus uiri: aut aliis quibuscunq; non ad communem usum: sed ut inde lucrum habeat: & sic non cedit lucro uiri. hoc est non uiro: sed sibi lucratur: nisi quando non attulit dotem sufficientem ad alendū se, & cōmunes liberos cum marito: quādo maritus nō habet alia bona sufficientia. Sed si attulit dotē sufficientem ad alendum se, & cōmunes liberos: uel salte se, quando maritus hēr alia bona sufficiētia: nō tenetur cedere lucro mariti: sed pōt in eis bonis, uel in aliis laborare: ut habeat ꝓciū laboris, & sibi acquirit. Et hoc patet: quia mulier non tenetur laborare pro uiro: si habet dotē sufficiētem pro parte onerū supportanda: uel alias alimenta iure legati. Nec potēst etiam uir eam compellere ad laborandū

Paraphernalia bona quæ.

subtrahendo alimenta: ut uult Panor. in cap. litteras. de resti. spolia. Si uero uxor non portauit dotem sufficiẽtem ad sustentanda onera matrimonij: saltem pro parte, laborare debet pro ipsis oneribus supportandis: & si non uult: uir potest ei negare alimenta. Iura uero, quæ uidentur uelle, ꝙ simpliciter cedat lucro uiri: & ꝙ debet esse in officio uiri; debent intelligi quantum ad debitum reddendum: & dum laborat pro usu suo in re uiri: alias non haberet ueritatem. Sic quòd dicitur esse pęne famula uiri; de dominio uiri intelligendum est; ꝙ non simpliciter: sed secundum quid inquantum est sub eius cura: & debet regi ab eo: & quoad debitum coniugale: q͞a non transit in potestatem uiri. Vel dicitur secundum eundem, ꝙ prædicta debent intelligi quoad obsequialia opera in domo, ut custodire res uiri: respicere coquinam, parare cibos, lauare, ordinare utensilia domus, & similia. Et hoc attenta conditione mulieris, quia si nobilis fuerit, ad uilia opera cogi non debet: & si desisteret a talibus obsequialibus operibus, & paruæ æstimationis propter faciendam artem: pars lucri talis artis communicari, deberet cum uiro, secundum iudicium boni uiri: quod autem ultra talia obsequialia exercens ꝑ artem lucratur: potest sibi retinere tanquam proprium: & non cogitur communicare. Hæc Angelus. ❡ His præmissis respondetur per aliquas propositiones. Prima. Vxor si de rebus mariti pro prijs aliqua dispensando subtraxerit: restituere tenetur: nisi extrema necessitas suorum liberorum, uel familiæ, excusauerit. Patet, quia uxor in rebus mariti nullam habet dispensandi facultatem, multominus quam uir in rebus uxoris. Ex quo sequitur; ꝙ de his bonis uxor eleemosynam facere nõ potest: nec quicquam in pios usus conuertere. ❡ Dicitur, nisi excuset extrema necessitas. Eadem ratione, qua supra dictum est de extrema necessitate. ❡ Secunda propositio. Vxor de suis bonis paraphernalibus uel lucris distrahens, uel disponens marito ignorante ętiam prohibente; nõ

ꝓpo. 1.

ꝓpo. 2.

tenetur restituere: nisi cętera uiri bona ad alendum proles, & coniugem non possent sufficere. Probatur: quia quantum ad bona sua propria, uxor non sub est dominio uiri, ut dictum est: & per cõsequens quantum ad illa est sui iuris in dispensando. Satis concordat sanctus Thom. secunda secundę. q. xxxij. ar. viij. Item dum sufficit dos ad alimentũ: non tenetur uxor laborare ad lucrum: ideo si sua sponte lucratur suum erit lucrum: ut dictum est. Sed de suo quilibet potest disponere ut uult: nisi lege aliqua prohiberetur: quæ in proposito non apparet. ❡ Et dicitur nisi cętera &c. quia in hoc casu tenetur laborare ad educationem puerorum sui, & coniugis iure naturali: ideo lucra in alios usus non potest exponere. ❡ Tertia propositio. Vxor si de bonis communibus contra uiri consensum, expressum, uel præsumptum extra casum necessitatis occultè tenet, uel derogat: uiro ad restitutionem tenetur nisi negotia uiri utiliter agat. Probatur conclusio: quia dispensatio bonorum communium ad uirum pertinet tãquam ad caput, & principalẽ domus gubernatorem: ideo de illis contra uiri consensum non habet facultatem dispensandi extra casus in propositione designatos. ❡ Dicitur primò de bonis communibus, propter dicta in secunda propositione. ❡ Dicitur contra uiri consensum: quia consentiente uiro, potest de rebus communibus disponere. ❡ Dicitur uerum, uel præsumptum: quia si ex consuetudine loci, aut alijs signis potest probabiliter ꝑsumi de consensu: potest erogare: & non tenetur restituere. Gratia exempli: si consuetudo loci ita habet; ꝙ uxorẽ de pane, & uino, & huiusmodi faciunt eleemosynas: potest ꝑsumere: & sine requisitione uiri dare: q͞a consuetudo dat iurisdictionem. Et licet uiri aliquando prohibeant: dicit Angelus in sum. in uerbo eleemosynę. §. vij. debet mulier sibi formare conscientiã secundum Rodon. ꝙ ideo faciunt, ne nimis dent: sed temperatẽ. Et suo modo intelligendum est de alijs consuetudinalibus mulieribus. ❡ Dicitur nisi ne-

De uxore quid possit in donare.

ꝓpo. 3.

gotia uiri utiliter gerat: nam uxor habens uirum prodigum, inutilem sua malè, uel turpiter dispensantem, ac sibi ac liberis non satis (ut potest, & tenetur) prouidentem aliqua celat de bonis cōmunibus: immo de bonis uiri contra eius prohibitionem: ut sibi, & uiro prouideat tempore necessario: nec peccat: nec ad restitutionem tenetur, neque ad obediendum uiro præcipienti sibi, quod omnia ei tradat: quia hoc esset dare gladium furioso. Sic si uidet uirum crudelem, ac peruersum, ac sceleratum potest dare moderatas eleemosynas, aut in pias causas: ut deus suspendat iram suam, aut illuminet, & conuertat eiusdem hoc agit occultè: & sine scandalo uiri. Nam his placatur deus, ut ostendit Beatus Hieron. super Malach. & recitatur xvj. quæst. j. reuertimini. Sic enim Abigail mulier sapiens liberauit uirum suum Nabal stultum a morte propter panes, & cætera datos David contra uoluntatē uiri: ut habetur. j. Regum. xxv. Et sicut mulier potest in necessitate aliqua expendere in medicos corporis: etiam uiro non consentiente: ita in necessitate animæ. ¶ Dictum est etiam extra casum necessitatis: quod quoties dicitur intelligendum est, non tantum de necessitate mulieris: sed etiam uiri, liberorum, familiæ, immo extraneorum: quoniam in eorum extrema necessitate posset, & deberet furari: hoc est res proximi auferre: & subuenire necessitatem patienti: dum non adsit alius, qui possit, & uelit subuenire. Sic etiā si uir ad restitutionem malè ablatorum teneretur: nec induci posset ad restituendum aut compelli: posset uxor de bonis uiri restituere: cautè tamen, & prudenter: quia in hoc utiliter ageret negotiū uiri proudēdo animæ suæ: sicut posset prouidere corpori eius in infirmitate medicorum ope etiam ipso nolente. de hoc infra.

Ppo. 4. ¶ Quarta propositio. Maritus distrahens dotem uxoris: aut propter nuptias donatum: tenetur restituere quicquid fuerit distractum. Probatur: quia dos est proprium patrimonium mulieris, de qua uir tenetur mulierem: & onera matrimonij sustentare. Unde soluto matrimonio tenetur uir, aut hæredes dotem restituere; lucratur tamen uir fructus rerum dotalium propter onera matrimonij. Unde fœtus dotalium pecorum ad maritum pertinent, qui in fructus computantur: sic tamē ut suppleat inde mortua capita ex iam natis fœtibus. Quod autem lucrantur fructus uerum est si sustinet onera matrimonij: alias non: sed uxori restituitur. ¶ Si quæritur, cui restituenda est dos. Respondetur; si dos fuerit profectitia: scilicet quæ a patre, uel auo aut nomine eorū, ac eorum bonis datur: redditur patri, si mulier præmoriatur, si non reliquerit filios alias de consuetudine remanet penes liberos. Si uero uir præmoritur, reddi debet patri, & filiæ: non tamen potest pater eam petere nisi accedente uoluntate filiæ. Si autem dos fuerit aduētitia: hoc est data ab ipsa muliere, uel quocunque alio a patre, & auo: si præmoritur mulier tad eius hæredem pertinet dos. si præmoritur uir: ad uxorem redibit. Et si dos consistit in rebus immobilibus, debet restitui statim soluto matrimonio. Si inmobilibus, restitui debet infra annum a marito: & hoc inquantum facere potest habita ratione, ne egeat. Ponet tamen cautionem, quod si ad meliorem fortunam peruenerit; soluet residuum, & hoc priuilegium transit ad filios eiusdem matrimonij, & non ad hæredes extraneos: potest tamen uir detrahere expensas necessarias: non autem uoluntarias, aut uoluptuosas. Et sunt mulieri obligata omnia bona uiri: nec perdit ea propter delictum uiri: sed propter adulterium perdit: & uir lucratur eam. Et prædicta de restitutione dotis uera sunt: nisi interueniat pactum, aut cōsuetudo loci alia, aut statutum municipale aliter disponens: in hoc enim magis statur legi municipali, seu statuto, quàm iuri communi. Multa de dote a donatione propter nupties tractant canonistę, & legistę, quę hic rescinduntur. ¶ Quinta propositio. De filiofamilias nondum emancipato; sed adhuc sub ptāte patris existēte; filiusfamilias

Maritus distrahens dotem tenetur ad restitutionem

Cui restituenda Dos.

ppo. 5. De filio fimilias.

aufecens aliquid de bonis parentum extra extremam necessitatem contra eorum expressam, uel præsumptam uoluntatem: furtum committit: & tenetur ad eorundem restitutionem. Patet: quia aufert rem alienam inuito domino: ergo tenetur ad restitutionem: res enim parentum alienæ sunt a filijs quantum ad dominiũ, & administrationem: nec in eis aliquod ius competit filijs: licet hæreditatem futuram expectent. ¶ Dicitur contra uoluntatem expressam, uel præsumptam: quia si uoluntas parentum administrationem habentium adest: nõ est furtũ. Et dr̃ administrationem habentium: quia nõ sufficit consensus matris: cum ipsa non habeat dispensationem rerum mariti, neq; communium. Et dicitur uoluntas præsumpta, quando filius ex certis signis, & coniecturis credit parentes consentire: ut quia sciunt, & nõ contradicunt: aut tale habet communis consuetudo loci, uel domus paternę: & sic de similibus. Et quia filiusfamilias non potest auferre de rebus paternis: multominus filius emãcipatus. ¶ Sed

Si filius habet peculiũ.

diceres: quid si filius haberet peculium: nunquid de illo potest dispensare, ut uolet. ¶ Pro solutione notandũ: ꝙ peculiũ dicitur quasi pusilla pecunia, siue patrimonium pusillum. Et ad propositum dicitur aliquid: quod filiusfamilias acquirit uiuente patre sub eius potestate existens: siue illud acquirat a patre: siue aliunde. ¶ Et est quadruplex: scilicet profectitium: aduentitiũ: castrense: & quasi

Quotuplex peculium.

castrense. ¶ Profectitium est; ꝙ ex rebus patris, uel earum occasiõe proficiscitur, idest prouenit: ubi ex capitur largẽ: ut extẽdit se ad omne, quod occasione patris ut causæ proximæ uel immediatæ prouenit, ut est pecunia: uel res aliqua patris filiofamilias a patre concessa: & fructus uel lucrum inde prouenĩens, siue acquisitum: & hoc sine labore, & industria filij. Puta sibi possessionem a patre datam: alij locat colono pro certa parte cremẽti: aut pecunia mercatori, de qua habet lucrum. Quæ sic proueniunt; erũt profectitia: sed id, quod filius acquirit ex prædictis bonis, ex labore suo, uel industria: puta personaliter colendo agrũ, uel negotiãdo cum pecunijs prædictis: lucrum pro parte illa, quæ debetur possessioni: est profectitium, & pro parte, q̃ debetur operationi, & industriæ personæ lucrantis: erit aduentitium. Vnde omne lucrum, quod prouenit ex persona filij in casu, est aduentitium. In peculio profectitio ad patrem pertinet, & proprietas, & usufructus: & nil iuris habet in eo filiusfamilias: & ad nihil ualet filio, nisi ut non publicetur in casu, quo alia bona patris publicantur. ¶ Peculiũ aduentitium est, quod aliunde prouenit ut ex donatione matris, amicorum, aut aliorum quorumcunq; non intuitu patris: aut acqritur ex industria: aut prouenit ex euentu, uel fortuna: non tñ occasione militiæ, uel officij publici. Et hic excipitur, ꝙ ab imperatore, seu Augusta, uel rege donatur. In isto aduentitio peculio filiusfamilias acquirit dominiũ, seu proprietatẽ: sed pater habet usufructum; donec uixerit, nisi remiserit: uel nisi ab aliquo sibi detur, uel relinquatur hoc pacto, ut ad patrem non pertineat usufructus: uel nisi succedat filius una cum patre in hæreditate fratris, uel sororis. Moriẽte autem patre id peculium totum erit filij: nec communicabit cũ fratribus alijs. ¶ Peculium castrense est, quod filiofamilias a parentibus, uel alijs occasione militiæ, & non alias donatur; aut ipse in militia acqrit: quod nisi militaret: acquisiturus non fuisset: quia ꝙ in militia degenti datum esset, uel acquisiisset: etiam in militia non degenti, non pertinet ad peculium castrẽse. ¶ Peculium quasi castrense dicitur, ꝙ filiusfamilias ex officio publico recepit: ut si fuerit aduocatus, medicus, magister studiorum liberalium artium, notarius, aut officialis, uel rector, qui salaria, uel stipẽdia recipiunt publica. Quod additur: q̃a quod notarij communes acquirunt: nõ pertinet ad peculium quasi castrense. Sed notarij dominorum, & officialium deberent habere salarium de publico. Addendum etiam est, uel ex donatione imperatoris, uel Augustæ, seu regis: ut supra. ¶ Et in duplici peculio castrensi, uel

quasi castrensi, filiusfamilias habet plenum dominium, & proprietatem ac etiã usufructum, & censetur ut paterfamilias: & testari potest: & dare eleemosynam: & ad uota disponere. Pater quoq; nihil iuris habet in eis. Omnia prædicta de peculio, legibus sãncita sunt, quas si placet, quære in summis, seu apud legistas. ¶ Ex his patet: quod filiusfamilias auferens aliquid de peculio profectitio: siue quo ad rei substantiam: siue quo ad usufructũ: aut de peculio aduentitio, quo ad usufructum aufert rem patris: & per consequens tenetur ad restitutionem. Secus si de peculio castrensi, uel quasi castrensi aliquid tollit aut errogat. Et hoc quoad prima duo habet ueritatem patre non consentiente, tacitè, nec expressè. Et est hæc propositio quinta limitanda sicut tertia: supra de uxore rerum bonorum communium cum sua declaratione.

Ppo. 6. L ¶ Sexta propositio. Famuli, & famulæ auferẽtes aliqua de rebus dominorum, uel dominarũ suarum contra eorũ expressã, seu tacitã uolũtatẽ: siue in unctualibus: siue alijs extra casum extremę necessitatis, furtũ cõmittũt: & tenentur ad restitutionẽ per oĩa, sicut supra ppositione tertia. Excipitur tamen casus, si reciperent aliquid alias sibi debitum. Sic enim licet occultè accipiendo peccarẽt: non tamen tenentur ad restitutionem: ut infra declarabitur.

Famuli, & famulæ.

Coroll. ¶ Ex prioribus sequitur: quod uxor nõ potest de rebus uiri uel cõmunibus dare filijs prioris matrimonij: nisi per modũ eleemosynę & multò minus alijs amicis. Et hoc uerum est, quantum ad proles prioris matrimonij: secundum Guil. quando tales filij nõ habent actionem contra matrem. Si uero talẽ habent: ut quia obligata est eos alere, cum sint impuberes: uel quia ambo cõiuges possident bona eorũ: uel ex alia iusta causa maritus tenetur eos alere: quia mater cum suis oneribus ad maritum trãsiuit secundum aliquorum consuetudinem. Sed tamen quia maritus habet administrationem: uxor contra illius prohibitionem non debet eos alere nisi in extrema necessitate. Potest tamẽ procurare, quod maritus ad hoc periudicem cõpellatur. Si tamen in casu dicto eos aleret: credo; quod non teneretur ad restitutionem: eo quod alimentatio est pueris debita: & non dat eis alienũ: sed quod eis est debitum. Si uero pueri non habent actionem contra matrem, hoc est: quia mater non tenetur eos alere: nec maritus, non debet mater eis aliquid dare. Et si daret de rebus cõmunibus, teneretur ad restitutionem: nisi esset consuetudo: quod in rebus communibus non solus uir; sed etiam uxor habeat administrationẽ: posset uxor dare sicut maritus: quia in re communi quilibet habet ius ęquale. ut. ff. pro socio. per totum. quod intellige de re communi quoad administrationem. In his, & alijs præmissis de dote, & peculio multa operantur pacta consuetudines, statuta & municipalia, quæ (ut supra dictum est) pręiudicãt iuri cõmuni in prædictis.

¶ Si quæris: quid si mulier fecit furtum, siue ante matrimonium, siue post: & uir cõmunicat in furto: aut uir fecit furtũ, & mulier participat. Rñdeo secundũ Guil. quod ubi de consuetudine regionis uir, & uxor communicant sibi de bita ex cõtractu, uel maleficio: si res furtiua adhuc existit in eorum potestate: uxor potest illam restituere, etiam contradicente marito. Idem etiam esset; si inter eos, non esset talis communio. nam quicunq; habet rem furtiuam; debet illam domino restituere. Si autem cõsumpta est: potest uxor, si uir expressè nõ cõtradicit: negotiauiri utiliter gerendo, & se liberando æstimationem restituere de communibus bonis. Prohibente autem uiro dicit Pisanus: non credo; quod debeat facere huiusmodi restitutionem: cum nõ habeat administrationem rerum: sed maritus. Si tamen restituit de bonis communibus bona fide: non credo; quod peccaret mortaliter, si hoc faceret latenter, & sine aliorum scandalo: cum hic nõ sit fraudulenta contrectatio: nec animus lucrãdi.

Si mulier fecit furtũ; quid.

Dub. 3. M ¶ Tertiò dubitatur: utrũm auferens rẽ suam, aut aliquid sibi debitum, uel eius ualorem a detentore uiolenter, uel occultè: furtum committat, uel rapinam: & ad restitutionem teneatur. Respondetur per unicam propositionem. ¶ Qui

Propõ.

rem suam, uel sibi debitam aufert a detẽtore nihil iuris in eo habente: furtum nõ committit uel rapinam: nec ad restitutionem tenetur: quamuis a peccato in certis casibus nullatenus excusetur. Satis concordat sanctus Tho. ii. ii. q. lxvj. art. vij. Richar. ar. v. q. vii. disti. præsenti. Palu. q. ii. ar. ij. Asten. & cęterorum sentẽtia doctorum communiter. Probatur propositio: quia in casu talis non aufert rem alienam: sed suam, uel sibi debitã: & ideo talis ablatio nec furtum est, nec rapina: ut satis patet ex descriptione utriusq;: etiam quia non aufert animo lucrandi: nec auferendo proximum damnificat. Quod etiam ad restitutionem nõ teneatur: patet: quia nullus tenetur ad restitutionem rei sibi debitæ, illi cui non debetur: sed non restituere tenetur: nam frustra restitueret, quod sibi restitui deberet. Quod uero peccet in certis casibus sic recipiendo declarabitur infra.

¶ Dicitur in propositione: rem suam: ut si rem iniustè ablatã reperit apud aliquẽ detentorem: siue ille abstulerit, siue aliter ad ipsum peruenerit. ¶ Dicitur: uel sibi debitam: ut sunt accepta per usuram: extorta per fraudem: concessa per mutuum: debita per laborem, & seruitiũ, uel alio modo: ita φ si rem illam iusto iudicio imperisset, & in probatione non defecisset: sibi adiudicanda fuisset: de omnibus illis loquitur propositio. ¶ Dicit: aufert: quod intelligendum est secundũ mentem dubij, siue occultè, siue uiolenter, & manifestè. ¶ Dicitur: ad restitutionem nõ tenetur: itelligendum est in foro conscientiæ: secus in foro exteriori: in illo. n. perderet rem ipsam: nisi incontinenti recuperaret, antequam ereptor ad locum tutum deportaret: sic. n. uim ui repellere licet. Etiam quãdoq; furti, uel rapinæ condemnaretur: si deficeret probationes, quibus probaret rem esse suam. Similiter in usura, mutuò, & mercede: si debitum propria auctoritate recuperaretur. ¶ Dicitur: a peccato non excusaretur. Ex quo patet; φ non semper quis tenetur ad restitutionem eorum, quæ cum peccato acquirit. ¶ Dicitur: in certis casibus. Primus est, quando posset iudice sententiante suum habere: quia nullus debet habere sibiipsi ius dicere: si uero iuridicè habere non posset propter iudicis negligentiam: aut detentoris potentiam: aut testium, seu probationis defectum: nec petendo a detentore posset recuperare: certus tamen esset de re ipsa, φ esset sibi debita: nec recipiendo debitum suum excederet: a peccato excusaretur. ¶ Ex quo patet; φ recipiens occultè depositũ, uel quod mutuauerat, non requisito eo apud quem deposuit: uel qui mutuo accepit: peccat: quia grauat depositarium: qui tenetur restituere: uel ostendere se innoxium esse sie debitore. Etiam peccat contra communem iustitiam dicendo sibi ius: & tenetur ad reuelandum grauamẽ depositarii: non ad restitutionem rei: ut dicit Thom. ii. ii. quæstio. lxvi. arti. v. Et quia bona fides non patitur, ut idem bis restituatur: tutum esset, φ qui damnum suum occultè recuperat: declararet damnificatori, furi, uel raptori, aut hæredibus suis per aliquem modum honestum: uel donaret ei, si quid debeat: ne ductus conscientia, restituat malè ablatum prius occultè recuperatum. Hæc Anto. ¶ Secundus casus, quando ex huiusmodi receptione sequeretur scandalum sui uel proximi: aut graue periculum innocentis, apud quem forte res custodienda erat commendata: nemo enim cum periculo siue alterius iactura debet locupletari. ¶ Tertius casus: si sic recipiendo se committeret periculo corporalis uitæ, diffamię, uel alterius læsionis magnæ. Posset enim si deprehenderetur ut fur infamari, & iudicari deficientibus probationibus, φ res accepta esset sua. ¶ Quartus casus, si immineret periculum mortalis peccati: ut quia habet conscientiam non credens sibi licere: sed furtum reputat: uel quia se exponit periculo periurij, si peteretur potius peierando, quam confitendo: quoniam aliquo istorum casuum interueniente non licet: sed accipiendo peccat: ad restitutionẽ tamen non tenetur. Si tamen ex huiusmodi receptione imminet periculũ, aut dãnũ proximo tẽporale uel spũale tene-

Coroll.
Quo peccat qui suũ aufert.

tur damnum, non rem ablatam restitue re. Extra hos casus nec peccat: nec restituere tenetur: etiam si prælatus præciperet sub pœna excommunicationis; ꝙ habens aliquid de talibus rebus a detentore ablatis restituat: quia ex quo licite potest ibi in recōpensationem detinere: iam suum est factum: nec amplius est alienus: nec si prælatus in sententia sua, qua excommunicaret receptores: exprimeret eos, qui animo recompensandi, uel qualitercūq; abstulissent: quia tunc sententia continet expresse intolerabilem errorem: & ideo non tenetur. Similiter non ligatur, qui non reuelat quando scit talem animo recompensandi abstulisse: & est certus, ꝙ res ei debetur: secus si non sit certus. Similiter si quis rem furto, aut iniuste alteri ablatam apud detentorem reperit, & uero domino restituit: non tenetur ad restitutionem detentori: nec cōmittit furtum: quia non sit fraudulose: nec animo lucrandi: dum tamen sine periculo fieri potest ut supra, etiā utiliter gerit negotiū furis: ergo tenetur ratū habere. Ita nec furtum committit: nec peccat, qui christianos ab infidelibus captos furatur, & liberat: qa infidelis iniuriose eos tenet. Similiter est dicendum de eo, qui liberat iniuste detentum a christiano. Dicit tamen Ray. & Hostien. tempore treguę si tales fuerint, ꝙ nullus de rebus ab altera detentis partium deber aliqd contingere, uel alienare: tenetur qui liberauit christianum captum ab infideli restituere (non ꝙ restituat ipsum hominem christianum in animę suę periculum) sed æstimationem eius. Si tamen infidelis compulit christianum ad circūcisionem, uel idololatriam: iam christianus pęnitus liber factus est l. iiii. d. st. nulla. & ideo qui eum liberat non peccat: nec restituere tenetur: sed meretur. Sic si quis uiolenter uteretur ancilla sua: nec uellet desistere: si aliter non posset euadere tale malum: licite posset fugere, & dimittere dominum suum: ut dicit Anto. Res autem infidelium, nisi esset indictū bellū contra eos, capere non licet. ❡ Dubium quartum de participantibus. ❡ Et quidem de participantibus in actu furandi (quod multipliciter contingit) dictū est quęstione præcedenti: nisi quod hic additur. Quid si plures simul participāt furto, uel rapina. Vbi considerandum, ꝙ dupliciter hoc contingere potest. Aut quia aliqui associantur raptoribus, nō ut rapiant: sed ut defendant raptores: uel ut terreant spoliatos ne se defendant, & sine quorū præsentia raptores nō raperent. oēs illi tenentur ad restitutionem in solidū. Etiam ut Ange. in sum. in uer. furtum. §. xv. Si tales animo pacificandi uadūt cum eis: per quod spoliatis timor incutitur, quo res suas non audent defendere: nisi eisdem hoc significarent: quia dant causam efficacem. Allegat Innocen. & Hostien. sicut dignum. de homici. & direc. ti. restitutio. §. iii. Secundo modo potest contingere ꝙ associant se mutuo ut rapiant. Et hoc dupliciter cōtingit. Aut uniti uadunt: puta sub uno duce: ut simul in communi spoliēt: & quilibet horum tenetur ad restitutionem totius insolidum: quia quilibet dat causam efficacem totius spolij. Alio modo non concurrunt sic uniti sub uno domino, uel duce: ut quilibet per se rapiat, uel furetur: & tunc aut unus est in culpa in subtractione facta per alium, dando consilium alij, uel auxilium: & tunc tenetur in solidum ad horum restitutionem, quæ rapta sunt suo cōsilio, uel auxilio. Aut non fuit in culpa subtractionis rei per alium: & sic non tenetur restituere nisi quantum ipse rapuit: licet Hostien. uideatur sentire, ꝙ etiam ille teneatur in solidum: quod uerū est quoad pœnam legalem, non quo ad conscientiā. ❡ Sed de participantibus in re furata, uel spoliata, & non actu spoliandi. Dubitatur quinto de recipientibus res huiusmodi: utrum teneantur ad restitutionem. Pro cuius solutione notādum, ꝙ recipiētes huiusmodi furta, uel rapta uel quomodolibet iniuste acquisita: ita ꝙ acquirentes tenentur ad restitutionē earum: siue recipientes ea recipiant per donationem: siue per contractum: puta per uenditionem, uel per mutatio-

Sententia excōmunicationis non ligat, qui furatus ē, qđ sibi debebatur.

Dub. 4. N

De participantibus in actu furandi.

Dub. 5. O

De participantibus in re spoliata, & nō actu spoliandi.

ne,aut huiusmodi:possunt se habere in triplici differentia. Quia aut sciuerunt tempore receptionis rem iniuste fuisse acquisitam modo prædicto:aut simpliciter nesciuerunt,aut dubitauerunt. Et dixi notanter iniuste acquisita:ita q acquirentes teneantur ad restitutionem: ad excludendum iniuste acquisitum:ad cuius tamen restitutione acquirens no tenetur:ut in turpi lucro:puta de meretricio,histrionatu,& similibus. Nam quando primo recipiens iniuste non tenetur ad restitutione:etiam alij ab eo recipientes non tenentur. Quo præmisso respondetur per tres propositiones. ¶ Prima.

ppo.1. Quilibet recipiens rem iniuste acquisitam scienter, siue per donationem: siue per contractu: tenetur ad restitutionem eiusdem rei,si eam habet:aut ualorem eius si non habet domino rei, si eu nouit:uel ei,a quo recepit: non obstante quocunq; statuto humano ad oppositum edito: donec domino rei per se, uel per alium fuerit plene satisfactum. Ista propositio est de mente Alex. de Hal.par.iiii.q.lxxxvi.membro.iii.ar.v.& Hostien.in sum. Et probatur. Quia omnis tenes rem alienam scienter tenetur ea restituere:talis aut est omnis, de quo sonat propositio:ergo. Maior antecedentis est probata quæstione præcedenti: & minor est manifesta.¶ Dicitur in propositione: quilibet recipiens: quia nihil refert his,qui recipit rem iniuste acquisita a primo acquisitore, a domino rei: puta fure,raptore, uel usurario: siue ab eo,qui ab illo emit,uel recepit,sit secundus,uel tertius,quartus,uel quotuscunq; in infinitum: secudum Hosti.quia quocunq; modo peruenit ad eu res iniuste acquisita:semper tenet alienum:ideo tenetur ad restitutione.¶ Dicitur:re iniuste acquisitam:quod intelligitur(ut statim dictum est)de re,ad cuius restitutionem acquirens iniuste tenebatur: quia secus est de turpi lucro. ¶ Dicitur: scienter: quia secus si ignoraret, uel dubitaret: ut infra dicetur. ¶ Dicitur:siue per donationem,ut si fur gratis donaret: siue per contractum quo æquiualens redditur ei, a quo recipitur: ut si emit, aut pro alio commutato recepit. ¶ Dicitur:eiusdem rei si habet:quia sic tenetur idem numero restituere:ut supra.q.præcedenti. ¶ Dicitur: uel eius ualorem,si non habet:& hoc secundum optimum statum rei.i.secundu q ualuit plus,postquam fuit recepta,empta.s.uel commutata:secundum declarationem supra habitam quæstione proxima:cum fructibus, si quos recepit:& no liberatur,quocunq; casu ab usu rei ceciderit:siue eam uendidit, siue consumpsit, uel alienauit:siue res perijt:siue eā amisit:quia fuit in mora restituendi: secus tamen si eā domino obtulisset debitis loco,& tempore: & dominus eam recipere renuisset:si tunc post perijsset,excusaretur. ¶ Dicitur: domino rei:& hoc necessarium est:si res fuerit sibi donata gratis: qui tunc non satisfacit restituendo ei,qui donauit:cum res non fuerat donātis.Si uero recepit per contractum emptionis:uel commutationis:quia secundum Alex.ubi supra potest potius sibi cōsulere,quam alteri: potest restituere ei, cum quo contraxit,recepto præcio rei, quod dedit. A domino autem rei nō potest exigere neq; in foro cōsciētię, neq; in foro exteriori: quantumcunq; in foro publico emit:sed discat cautius mercari:non obstante opposita consuetudine,uel statuto:& hoc uerum,si emit animo sibi seruandi; si uero emit animo reddendi domino suo: quia alias dominus rei non posset eam habere:uel nō pro tam remisso præcio: tunc enim posset præcium,quo emit a domino rei petere: quia utiliter gessit negotium eius. Si tamen de re sic empta haberet utilitatem: tunc tenetur compensare fructum rei cum expensis, & præcio. Et si res sic empta periret sine culpa sua: aut eam amitteret: non teneretur in foro conscientiæ: licet in foro contentioso non crederetur sibi: nisi publice protestatus fuisset; q ea intentione emerit. Hæc omnia in directorio iuris loco alleg. ¶ Dicitur: si eum, scilicet dominum, nouit: quia si ignorat dominum rei: scit tamen, q iniuste acquisita est; eum autem inuenire non potest, postquam fecit

fecit diligentem inquisitionem: tunc te netur restitutionem facere pauperibus, sicut in restitutione uaga cum fructu ipsius. ¶ Dicitur: non obstante quocunq; statuto humano: ut si forte statutum esset; quicunq; in tali foro publico publice emeret, nõ teneretur: quia hoc statutum iniquum est: quia restitutio rei alienæ scitæ talis esse, est de iure naturali, & diuino: & tenens eam peccat mortaliter: ideo nihil ualet statutum contrarium. ¶ Dicitur donec domino rei &c. quia semper tenetur ad restitutionem quousq; domino rei satisfactum est: siue rem uendat; siue donet. in priori casu: dum scilicet reddidit suo uenditori. Cum autem domino plene satisfactum fuerit: aut dominus sponte remiserit: liberatus est a restitutione domino rei facienda: non autem a restitutione præcij eorum, quibus ipse uendidit: quod præcium, uel lucrũ non restituat emptori: obstat enim sua turpitudo: sed pauperibus: quia fuit malæ fidei possessor: secundum Ray. Sed hoc intelligit Hostien. de consilio: quia purgatum est uitium quantum ad restitutionem: quia plene satisfactum est.

ppõ. 2. ¶ Secunda propositio. Recipiens rem alienam bona fide nesciens, nec credens eam male acquisitam: siue per donationem: siue per contractum: non tenetur eam restituere: si ignorantia non fuerit crassa, nec perceptos fructus durante bona fide. Hæc sententia est Hostien. in sum. lib. iiii. de peni. & re. c. de resti. & cæterorum. ¶ Dicitur: bona fide: quæ est (ut sequitur) quando nõ scitur: nec creditur res esse male quæsita: sed præsumitur non esse aliena.

De recipiẽte rẽ alienam bona fide.

Panor. in c. grauis. de resti. spo. Malæ fidei possessor est, qui possidet, & scit ad aliũ pertinere. & contra: bonæ fidei possessor, qui cũ ignoraret se possidere alienũ, possidet cognitione dñi. ¶ Dicit: siue per donationem scilicet liberam receperit: siue per contractum commutationis, uel emptionis. ¶ Dicitur: si ignorantia non fuerit crassa, uel affectata: ut puta quia communiter tenetur; quod res illa rapta fuerit: uel bellum iniustum: uel quia episcopus tales, a quibus recepit, tanquam raptores excommunicauit: uel quia emit a stipẽdiario calicem, uel missale, aut similia: talis enim ad restitutionem tenetur: sicut is, de quo prima propositio. ¶ Et nota, quod ignorantia facti, non iuris excusat: si enim recipiens rem scit probabiliter eam esse raptam: & tamen nescit prohibitum talia a iure emere: quia hæc prohibitio a iure naturali traxit originem, eius ignorantia non excusat. ¶ Dicitur: nec perceptos fructus: quia fructus durante bona fide perceptos non tenetur restituere: nec pretium rei, si eam uendidit, uel cõmutauit: nec rem ipsam si perijt: aut si eam perdidit, uel consumpsit. Quicquid horũ cõtingit durante bona fide: non tenetur restituere: sed cessante bona fide: scilicet dum pcipit rẽ fuisse male quæsitam: tunc incipit esse malæ fidei possessor: & tũc tenet ad restitutionẽ rei, si extat, & lucri, si ex ea locupletior factus ẽ: põt tamẽ subducere expensas: si quas habuit in re ipsa, eã cõseruãdo, uel meliorãdo, durante bona fide: non illas quas habuit cessante bona fide secundum moderamen supradictum quæstione præcedenti. Potest etiam, si emit bona fide petere a uenditore in foro contentioso precium rei. Si tamen iudex sententiauit rem fore restituendam: non autem si ad sacerdotis imperium: uel non coactus sententia iudicis restitueret: licet in foro conscientiæ uenditor teneretur restituere: & ad hoc inducendus esset: non tamen compelli posset in foro contentioso: nisi cauisset expresse, dum emit de emptione: unde consulendum est tali, ut faciat recitari in iudicio a domino rei, & citatus denunciet uenditori, ut ipsum defendat, & sic tenebitur eum in foro iudicij seruare indemnem. ¶ Tertia propositio. Recipiens rem alienam in probabili dubio, non præmittens diligentem de re inquisitionem: tenetur ad eius restitutionem. Sententia est Host. loco allega. Probatur: quia sola fides bona excusat a restitutione rei alienæ: sed probabiliter ppõ. 3.

Quantũ confert bona fides.

dubitans non est possessor bonæ fidei: ergo. Item habet ignorantiam crassam nō faciens diligentiam in inquirēdo de re ipsa: & illa non excusat: sicut non a mortali: ita nec a restitutione. Non a mortali: quia in dubio probabili committit se periculo mortalis peccati .s. cōtrectationi rei alienæ, & per consequēs peccat mortaliter: iuxta illud. Qui amat periculum: in illo peribit. Eccles.iii. Nec a restitutione: ut dictum est: quia malæ fidei possessor: & eo modo restituere tenetur, quo malę fidei possessor secundū Hosti. Dicitur in probabili dubio .i. quando habet rationem dubitandi ex probabilibus signis generantibus probabilem, siue apparentem suspitionem, seu præsumptionem: ex quibus cōmuniter a sapientibus iudicatur res esse aliena iudicio nō certitudinis, sed præsumptionis. In tali enim dubio propinquior est scienti, quā nescienti: secus si nō fuerit dubiū probabile: sed ex scrupulosa conscientia ortum: aut ex signis leuibus, & incertis, aut indifferentibus: tale .n. dubiū spernendum est, & contra scrupulos agendum: ut dicit Gerson cancel.

Coroll. ¶ Ex illis propositionibus sequitur corollarium, ꝙ omnes, qui scienter comedunt, uel utuntur, uel in alios usus conuertunt aliquid sumptum de re aliena: puta acquisita per rapinam, uel furtum, aut usuram siue sint religiosi, siue alij. & similiter si dubitant probabiliter, tenentur ad restitutionem: ut dicit Alex. de Hales loco sup. allegato: & addit quoad dubium, ne cōmittant se discrimini. Habetur.n. pro regula: ꝙ quicūq; habet conscientiā de re, ꝙ sit aliena: tenetur eam restituere. Et hoc uerum est de re ipsa in numero: quæ rapta est, uel furata: in qua .s. non transfertur dominiū: quia ibi requiritur restitutio eiusdem rei. Si uero transfertur dominium (ut in usura secundū multos) tunc aut detinens rē: puta usurarius habet aliqua bona iustē acquisita, quæ non sunt obligata restitutioni: tunc comedens &c. non tenetur: quia per hoc non redditur iniustē detinens impotens ad restituendum. Si autem non habet alia bona iustē acquisita: sed omnia, quę habet sunt obligata restitutioni: quia tāta, uel plura tenetur restituere, quā habeat. In hoc casu, qui ab eo receperit, tenetur ad restitutionem pro quanto p ea, quę recepit, redditur impotens ad restituendum. ¶ Sed circa hoc dubitatur de uxore, & familia, quę scienter comedunt, nutriuntur, & uestiūtur de talibus. Ad hoc dicitur post Hosti & alios per distinctionem statim sup. positam. Sed pono, ꝙ maritus non habet alia, quā rapta. Dicendum primō: ꝙ uxor non debet recedere a marito propter debitī redditionem, ad quā tenetur: nisi forte ui cōpellere uellet uxorem ad furandū, uel rapiendum. Secundō dicitur, ꝙ uiuere debet de dote, si potest: uel de paraphernalibus si habet: aut de laboribus supererogatis: uel apud amicos; siue extraneos mendicando: uel alio honesto modo uictum conquirat. Quōd si his uijs non potest sibi prouidere: aut maritus sua crudelitate non permittit, ꝙ de alijs uescatur: tunc est in casu extremæ necessitatis, & potest tunc de raptis, uel malē quęsitis uiuere: sed parcissimē quātum requirit conseruatio uitę, & sanitas corporis, omnia superflua resecando: quia in eo casu etiam furari posset sine peccato. Et quoniam difficillimū est in illis seruare punctuale medium necessitatis: utile est cū timore, & dolore sumere, & pœnitentiam agere: ac propositum restituendi saltem aliqualiter habere. ¶ Sunt tamen quatuor casus, in quibus potest de his raptis uiuere. Primus, quando negotiū spoliatorū utiliter agitur: s. inducendo raptorem aut usurarium ad restitutionē: & hoc si spes correctionis habetur: & eo tempore, quo opportunis horis instat pro correctione. Et quamdiu fuerit homo in hac uita: non est simpliciter de eo desperandum: quia accidit in puncto, quod non euenit in anno: ideo si non desinit opportunis horis corrigere maritum: & orare pro eo, & eius cōuersione ad dominū. pōt sana cōscientia de rebus illis ad necessitatē uti: non tantū extremā: sed etiam citra extremam: nō tamen ad superfluitatem. Sic etiā religiosi prędi-

Quid de scienter comedentibus de malē acquisitis.

Casus quatuor in quibus uxor pōt uti raptis.

catores ipsum arguentes: & reducere laborantes, siue in prædicationibus publicis: siue admonitionibus priuatis, possunt tempore huius correctionis, & laboris rebei de male quæsitis: & hoc cũ tali moderamine, ꝙ propter hoc non efficiatur non soluendo in toto, uel in magna parte. ¶ Secundus est, dum utiliter laborat circa bona raptoris: uel circa spolia ipsa conseruando: aut augmentando: quia hoc cedit in utilitatem creditorum: seu illorum, quibus debet fieri restitutio: si tamen utilitas est tanta, quantus sumptus. ¶ Tertius casus est, quando raptor habet multa incerta restituere, quę pauperibus debentur: & episcopus cum eo dispensauit: potest de illis: ut pauper uiuere. ¶ Quartus casus est, qui dictus est: dum extrema necessitas (quæ legem non habet) excusat. In primis tribus casibus possunt excusari filij, & familia; non autem in quarto: nisi essent filii in minori ætate constituti: quia potest familia, & liberi recedere a raptore, & aliis seruire: & ideo in eis casus necessitatis locum non habet: secus de uxore. Et de hoc magis inf. de restitutione usuræ. ¶ Sexto dubitatur: utrum

Dub. 6.

R rapientes aliquid de naufragio teneantur ad restitutionem. Respondetur breuiter, ꝙ res proiectæ e nauibus: uel relinquuntur naue fracta: quandoq; habentur pro derelictis: & sic sunt capientis: quia quod derelinquitur; in nullius bonis est: & id est: & id efficitur capientis. Quando autem res habetur pro derelicto: dicetur sequenti dubio. Quando uero nõ habetur pro derelicto: tunc dicitur secundum Hostien in sum. tracta. de restitutione. titu. de peni. & remiss. Quicquid de ipso naufragio inuentum est: siue illud acceptum sit in maris: siue in littore: restituendum est: quia est res aliena: inuentori igitur restituẽda. Insuper qui animo sibi appropriandi talia tollit: mortaliter peccat: & furtum cõmittit: & agit contra fraternam charitatem: nec a restitutione excusatur per quodcunq; statutum, uel consuetudinem editum, uel editam in contrariũ: quia irrationabilis est: & cõtra legẽ

De rapientibus de naufragio.

diuinam: & fraternam charitatem. Itẽ talia rapientes sunt excommunicati ipso facto: ut in cap. excommunicationi, de rapto, ubi ex concilio Lateranen. dicitur. Illi etiam, qui christianos naufragium patientes: quibus secundum regulam fidei auxilio esse tenentur; damnata cupiditate spoliant rebus suis: nisi ablata reddiderint: excommunicationi se subiacere nouerint. ubi glos. Qui contra hoc faciunt: sunt ipso iure excommunicati; & tenentur infra annum ad quadruplum: & furtum committunt. Nec fiscus etiam aliquid sibi uendicet in calamitatem alterius. Et intelligunt aliqui de excommunicatione, ꝙ ipsam incurrunt ipso facto post admonitionem: uel si fuerint in mora, dũ possunt restituere, & non restituunt. Qui uero christianos pro honestis causis nauigantes capiunt, uel spoliant: excommunicandi sunt. Ex quo patet, ꝙ magis puniuntur, qui spoliant naufragos, quã qui spoliãt nauigantes: quod est contra tyrannidem quorundam improborum rectorum populi, qui addentes afflictionẽ afflicto, naufragorũ naues, & omnia cõfiscant: quorum nulla erit salus: nisi cõfiscata omnia plenẽ restituant. ¶ Dicitur etiam notanter in cap. allegato pro negotiatione, uel aliis honestis causis: quia secus est in nauigio exercentium piraticam prauitatem, uel inimicorum christiano nomini. Ex quo sequitur, ꝙ si domini conueniãt cũ nautis de certa quãtitate danda: ne deprehendantur in naufragio: tenentur restituere quicquid hac de causa recipiunt: quoniam cum debitum sit nihil recipere de naufragio: nõ potest recipere aliquid, ut non peccet. Nec sufficit ꝙ conuentio illa sit de uoluntate naturæ: quoniam non est ibi uoluntarium simpliciter: sed ex conditione: quia nisi timerent se spoliari suis dũ incidunt naufragium: nequaquam cum domino conuenirent: nemo enim libẽs sua gratis exponit. Simile est de his, qui bona eorum, qui incendium patiuntur: rapiunt, seu furantur. qui etiam grauius peccant, quã in simplici furto: pro quã to addunt afflictionẽ afflicto. Sed quid

De rapientibus ex incẽdio.

si quis destruit domum uicini, ne sua cōburatur. Respondetur; q si fuerit iustus metus: puta quia iam ignis peruenerat ad domum uicini: uel probabiliter dubitatur: quia tempus erat uentosum; & huiusmodi: non tenetur restituere. Vnde dicit lex nullam iniuriam, aut damnum dare uidetur æquè perituris ædibus. Si uero non fuerit iustus metus: tunc tenetur ad simplum damnum, secundum Hostiē. in summa. de incē. Et addit: q si a uicinitate domus alicuius est dirupta metu incēdij: q iudex ex officio, & summa æquitate debet facere: q uicini eius satisfaciant quilibet pro parte sua: eo q domus illa dirupta est in utilitatem uicinorum, quæ si non sequitur: puta per irruptionem domus ceteræ ab igne non preseruantur: nihil tenebuntur. ¶ Dubitatur

Dub. 7. De rebus inuentis.

septimò: utrum res inuentæ subiaceant restitutioni. Pro responsione notandū: q rerum inuentarum multiplex est differentia. Quædam enim de propinquo fuerunt in dominio alicuius: quædam nunquam fuerunt: ut lapilli in littore maris, feræ syluestres, & huiusmodi: quedā fuerunt, sed de non propinquo: ut antiqui thesauri. Item eorum, que fuerunt in dominio alicuius de propinquo: quædam habentur pro derelictis: quedam non. Pro derelictis habentur, quando dominus rei, qui perdidit, tacet: nec p se, nec per alios perquirit: aut ex certis coniecturis colligitur: q dominus rei a se rem illam remouit: ut exemplum datur in proiectione mercium pro nauis alleuiatione. Si quis proijcit librum pannis inuolutum, ut conseruetur in aqua: signum est; q non uult habere pro derelicto: & sic de similibus. Si uero apertum proijcit, quasi periturum: presumitur; q habeat pro derelicto. ¶ Quo premisso est

ppo. 1.

propositio prima. Res inuenta, quæ de propinquo fuit in alicuius dominio, & non derelicta: de necessitate salutis est restituēda. Probatur: quia qui animo seruandi sibi tales recipit: furtum committit, seu rapinam: sed omne furtum est restituēdū: ergo. Antecedens probatur per illud Hiero. super Leuit. Multi sine peccato putāt esse, si alienū, qd inuenerūt, teneāt. & dicunt: deus mihi dedit: cui habeo reddere: discant hoc peccatum simile esse rapinæ, si quis inuenta nō reddat. Et beatus Augu. in quadā homil. xiiii. q. v. Si quid. ait. Si quid inuenisti, & nō reddidisti: rapuisti. quantum potuisti, fecisti: quia plus non inuenisti. qui alienum negat: si posset, & tolleret: deus eor interrogat: non manum. ¶ Dicitur primò, res inuenta, & non specificatur ubi: quia propositio ueritatem habet de re inuenta in quocunq; loco, siue dominus amiserit illam ex ruina: siue incendio: siue naufragio: siue in mari: siue in portu. ¶ Dicitur, quæ de propinquo fuit in alicuius dominio, propter res, quæ nō fuerunt in dominio alicuius: & tales sunt occupantis: sicut lapilli in littore maris inuēti; & feræ syluestres: & aues indomitæ: sed de his infra dicetur. ¶ Dicitur nō derelicta: quia si derelicta fuerit: occupāti conceditur. Prædictis concordat sanctus Tho. & Rich. & talis non restituens mortaliter peccat adeo restituendo nō satisfacit deo, nisi etiā pœniteat de peccato ¶ Si quæris: cui restituetur. Dicitur: domino rei, si notus fuerit. Si ignoratur: dicit Sco. q debet tradi alicui publicæ personæ custodienda: & in locis publicis proclamari: ut sic dominus rei ad eā pertingere possit, qui eā amisit. Sed si post talem proclamationem nullus appareat dominus: faciendum est sicut de restitutione uaga: de qua supra. Et si inuentor est pauper: potest distributor earum puta confessor, uel prelatus dare ei totum, uel partem tanquam pauperi. Quòd uero ante proclamationem tradantur personæ publicę custodiendę: consilij est, & securum, non præcepti: sic enim liberatur, si res postea per incuriam periret. ¶ Secunda propositio. Res quæ aliquando fuit in dominio hominis: nō tamen de propinquo: sed antiquo, q non est in memoria hominum: inuenta secūdū distinctionem sequentem restituēda, est, uel seruanda. Hec propositio declaratur. Res talis, ut thesaurus antiquus, aut inuentus est in solo proprio inuentoris: & sic suus erit. Ideo dicitur in euangelica parabola Matthe. xiii. ut teci-

ppo. 2. T

tat beatus Thom. de inuentore thesauri absconditi in agro: q emit agrum illum, ut haberet ius possidendi totum thesaurum. Si uero inuenit in alieno solo, & a casu: medietas erit sua, & medietas erit domini soli. Si autem non a casu: sed data opera: utputa quia a proposito fodit, & quærit: totus erit domini loci, in quo inuenit: ut colligitur in directorio iuris: & recitatur in glos. xiiii. q.v. si quid. Petrus de pal. q.ii. artic.ii. dicit de inuentione thesauri esse seruandã cõsuetudinem loci. si domino ex toto, uel ex parte ueniat tradẽdus. Sed quod in præfata glos. dicitur, q thesaurus inuentus in loco sacro, uel religioso ealu fortuito fit inuentoris: ab aliis reprobatur dicentibus: q agendum est secundũ distinctionem prędictam institu. de rerũ

ppõ. 3. diui. §. thesauros. ¶ Tertia propositio.

V Terra per alluuionem addita: uel insu-

De insula de nouo nata. la de nouo nata: secundum sequentem distinctionem est illi, uel alteri approprianda. Declaratio. Nam insula nata in mari est occupantis: in medio uero fluminis est communis habentibus prædia iuxta flumen ex utraq; parte: si uero nõ est in medio: illius est, cuius est proximior. Hæc Angelus in sum. & addit. Ager autem a flumine diuiso circũdatus remanet eius, cuius erat & si flumẽ mutat alueum: primus alueus efficitur eorum, qui prędia circa eum habent: & secundus alueus est publicus: & si reuertitur ad primum: secundus alueus erit eorum, qui habent prædia circa eum. Similiter ager mundatus aqua ipsa recedente manet eius, cuius erat. Hæc habẽtur Institu. de reru diui. §. insula. Et ita seruandum, nisi consuetudo sit in con-

X trarium, uel statutum. ¶ Sed quæritur:

Quid de lignis p alluuionem. quid de lignis, quę ui fluminis impulit in agrum aliquorum. Respondetur: q nisi habeantur pro derelictis: non sunt occupantium: immo furtum cõmittit, qui talia occupat: nec ius præsumit: q habeatur pro derelicto: nisi per qualitatem rei, & actus uel aliter de uoluntate domini appareat: cum nemo præsumitur iactare suum. Et communis consuetudo, q occupans lucrifaciat, uidetur exp̃ssẽ reprobata p legẽ de. ff. ad l. rho. de iac. l. de precario. ut ibi notat in glo. Et licet ibi loquatur de iactis causa nauis alleuiandæ: tamen idem uidetur in istis flumine ablatis: cum parum differant ab illis iactis: cum non interueniat factum hominis: sicut in illis iactis. Vnde in casu dominus agri satisfacit, si denunciet domino lignorum; q tollat: uel q pro derelicto habeat. Et si dominus non comparet per se, uel per alium, præsertim in tempore statuto a iudice: uidetur ea habere pro derelicto, ut occupanti concedantur. Ad hoc textus. ff. ad l. rho. de iac. l. qui leuãdę in principio. Videtur n. illa lex statim sibi necessitatẽ imponere perquirẽdi res amissas: alias si taceat: prima præsumptio, quę erat, q non dimiserit derelinquendo: tollitur per ultimam s. negligentię non perquirendo. Si autem dominus agri non uult conseruare ligna ablata alluuione: & suum fundum impeditum uult euacuare, potest proijcere. Et similiter est de alijs rebus per alluuionem ablatis &c.

QVAESTIO IIII.

A QVAESITVM est de rapina, & furto: quę maliciam in sua ratione includũt. secũdũ philosophũ. i. ethic. ac eorum restitutione. Consequenter quęritur de bello, in quo frequenter rapinę, & furta concurrũt: licet nomẽ belli iniustitiam non includat. Vnde quęritur quartò: utrum in bello acquisita sint suis dominis restituenda. ¶ More solito tribus articulis qò expedietur. Primus continebit terminorum declarationes. Secundus conclusiuas responsiones. Tertius dubiorum solutiones. ¶ Quantum ad articulum primum est primò notandum: q per bellum intelligitur impugnatio hominum uiolenta, quę fit gladio, & armis: siue fiat homini, in personis, siue in rebus. ¶ Et est duplex bellum: iustum, & iniustum. Iustum est (ut colligit Arch. xxiii. quęst. ii. in prin. ex uerbis beati Aug. contra Faustũ) qd̃ auctoritate dei, uel principis geri

De acq sitis in bello.

Artic. 1.
Not. 1.

Bellum.

tur a conuenienti persona, cōtra inuasores,& oppressores boni status reipublicæ:nō humana cupiditate: sed amore pacis habendæ: & communis salutis procurandæ. Alij sic describunt. Bellum iustū est, quod interueniente legitima auctoritate ex causa iusta, intentione recta, cum moderamine debito geritur. Prima tria ponit beatus Tho. ii ii.q xl.arti.j. Quartum addit Astaxanus in sum. Ray. uero & Gof. addunt duo: rem scilicet, & personam. Hęc enim quinq; dicunt requiri ad iustum bellum: personam, rem, causam, animum, auctoritatem. Idem recitat Hosti. in sum. de tregua & pace. sed in auctoritate includitur persona. Si. n. aliquam personam: puta ecclesiasticam, bellare non licet: haud dubium, quin ex defectu auctoritatis: quia scilicet auctoritate legis diuinæ, uel humanæ prohibita. Res uero, pro qua bellatur, sufficienter includitur in causa iusta bellandi. Verum Hosti. omnia illa reddućit ad auctoritatem, & causam: & tandem ad solam auctoritatem: unde dicit ubi supra. Est ergo iustum bellum illud, quod ex edicto geritur de rebus repetendis, aut propulsandorum hominum causa. & sunt uerba Isido. lib. ii. Etymol. & subdit. Et breuiter qui auctoritate sui iudicis recte interueniente accipit gladium, siue iubentis, siue consentientis iustum est. Non enim præsumitur, q̄ ius uel iudex auctoritatē conferat bellandi: nisi concurrant omnia ad iustū bellum requisita. Tamen pro maiori declaratione prosequamur, quā breuiter quatuor prædictas cōditiones ad iustum bellum requisitas. ¶ Prima conditio est legitima auctoritas quoniam ut dicit Tho. non pertinet ad personam priuatam bellum mouere. Tum quia potest ius suum in iudicio superioris cōsequi. Tum quia cōuocare multitudinē (quod in bello oportet fieri) nō pertinet ad priuatā personā. ¶ Est autem duplex auctoritas: iuris, & iudicis: quarum altera sufficit. Iuris auctoritas interuenit ubicūq; ius concedit humanum, naturale, uel diuinum. Ius humanum, sicut qui assasinos receptat, diffidatus est a populo romano: & possunt bona eius occupari,

Auctoritas legitima.

B

Auctoritas iuris

etiam sine speciali diffidatione: secundū Hosti. de homici. pro humano. §. si. Sic ius naturale uim ui repellere concedit dist. j. ius naturale. Vnde Ray. lib. j. tit. v. §. xvij. ait. Videtur caluit: & reuera ita est, addit glo. in quo sine auctoritate principis, uel ecclesiæ possit moueri bellum: uidelicet pro rebus repetēdis: & pro defensione patriæ: nam de iure naturali cuilibet licitum est uim ui repellere incontinenti, & cum moderamine inculpatæ tutelæ: hoc autem moderamen inculpatæ tutelæ est, dū quis causa tuendi, uel defendendi se resistit aduersario, cum tanto moderamine, q̄ non excedit modum in defendendo, plus lędendo ex pręposito aduersarium, quam illata exigat uiolentia. Et additum est incontinenti, idest quamcito nouit uim illatam, antequam diuertat ad contrarium actum: quæ continuatio ęstimanda est secundum qualitatem negotij: secūdum q̄ exigit ad pręparationē maiorem, uel minorem temporis tractū. Vnde si aliquis nobilis collecto exercitu intrat terram alterius nobilis: & occupat ibi castrum: aut aufert prædam, & ducit ad propriam terram: si alius nobilis hoc audito: cum non statim possit congregare exercitum: & liberare castrum: uel recuperare prædam missis nūtijs congregat exercitum: licet non possit congregare infra unam hebdomadam, uel duas, uel plus: reputabitur tamen incontinenti se defendere: & castrum liberare: uel prędam recuperare: et si iam aduersarius eius receperit illam in munitionibus suis. Et sequitur ibi. Credo etiam, si dum taliter prosequitur prędam: & non possit ad eam recuperandam pertingere: quia forte est in locis inexpugnabilibus recepta: si reperit aliqua bona aduersarij sui: aut eorum, qui eum iuuant: uel ipsum prosequentem rem suam impediunt: poterit de illis retinere: & suæ indemnitati consulere quantum sua interest. Et quod dictum est: antequam diuertat ad contrarium actum: exponit eadem glos. q̄ non est contrarius actus, cum quis comedit, bibit, aut dormit: uel se preparat ad repellendum aduersarium suum,

sed dum dissimulat iniuriam, & animum deponit rem suam prosequendi: alijs occupationibus operam dando: actus est contrarius: quo facto non potest quasi defendendo se propria auctoritate bella tenere aut arma ad se defendendum sumere. Ius, quod diuinum interuenit, dum bella re lex diuina præcepit: sicut præceptum fuit filijs israel exterminare inhabitatores terræ promissionis: & contra Amalechitas, ac alios arma sumere: ut habetur in uete. testa. pluribus in locis. ¶ Auctoritas iudicis interuenit; dum bellum geritur de mandato ecclesiæ, uel principis. Vnde Aug. contra Faustum. Ordo naturalis mortalium paci accommodatus hoc poscit, ut suscipiēdi belli auctoritas, & consilium apud principes sit. & habetur. xxiii. q. j. quid culpat. Et beatus Tho. ubi supra. Cum cura reipublicæ commissa sit principibus, ad eos pertinet rem publicam ciuitatis, regni, uel prouinciæ tueri: & sicut licite defendunt eam materiali gladio contra interiores perturbatores, dum malefactores puniunt (secundum illud Roma. xiii. Non sine causa gladium portat; dei enim minister est uindex in iram ei, qui male agit) ita etiā gladio bellico eam tueri ab exterioribus hostibus ad eos pertinet. ¶ Sed hic quæritur: quis nomine principis intelligatur: cuius auctoritate, & edicto bellum geri possit. Ad hoc secundum Guil. in glo. ubi supra sic distinguitur. Princeps, qui non habet superiorem, siue sit rex, siue imperator, potest auctoritate propria (si sit causa iusta) mouere bellum: quam auctoritatem etiam subditis suis dare potest: si causa subsit, & uidetur expedire: & hoc contra extraneum principem, uel contra subditos eius: sed non contra subditos proprios; quamdiu uolunt coram eo, uel suo iudice (si sit iudex medius inter principem, & iniuriantem) stare. Princeps uero qui habet superiorem: non potest auctoritate propria licentiā dare mouendi arma passo iniuriam: nec ipse potest arma mouere contra eum, qui nec mediate, nec immediate sibi subest: sed auctoritas superioris principis est quærenda: maxime si iniurians pertinet mediate, uel immediate ad iurisdictionem principis superioris: quia contra non subditos non dabit actionem. Actor enim sequitur forum rei: nisi ob defectum iudicis nolentis ius reddere: ut. xxiii. quæstio. ii. dominus noster. ubi dicitur, quod iustum bellum est contra gentem, uel ciuitatem, quæ negligit iudicare, quod a suis improbe factum est. Et idem uidetur: si non uult eo modo reddere, quo tenetur, & quo est iniuriatus, potest iustitiam consequi: nam perinde est non reddere, & non iuste reddere. Sic si iniurians superiorem nō haberet, quo iniuriatus sua posset repetere: res suas auctoritate propria posset recuperare: ut dicit Ange. in sum. uer bellum. §. v j. Si uero princeps, uel comes, uel communitas habet propriam iurisdictionem: potest propria auctoritate bellum mouere his, qui suæ iurisdictioni subsunt: si fuerint contumaces, & rebelles: & concedere; quod liceat unicuiq; res eorum inuadere & suas facere: etiam rebelles capere, & detinere quousq; domino repræsentare potuerint: ut uult Panor. in. c. sicut. &. infra de iureiu. & subdit. Si nullam iurisdictionem super iniuriantes habet, non potest sine auctoritate superioris principis mouere bellū: nisi sui essent inuasi: tūc potest se & sua defendere cum moderamine inculpatæ tutelæ: & hominem percutere, & etiam occidere: non tamen aduersarium capere: nec inuadendo res aduersarij suas facere: nisi in recompensationem damnorū suorū: & in satisfactionem expensarum, laborum & operum: & ipsum adiuuātiū: uel nisi in territorio suo eos delinquentes inueniret. Et hoc dictum de habente iurisdictionem temporalem etiam extēditur ad personas ecclesiasticas temporalem iurisdictionem habentes: de quibus tamen latius tractant canonistæ: quod transeo gratia breuitatis. Hoc solum summarie addo. xxiii. quæstio. viij. clerici. & cap. seq. quod sacerdotes etsi propria manu arma arripere non debent: nisi forte ad proprij corporis defensionem: tamen uel his, quibus huiusmodi officia commissa sunt, persuadere; uel quibus li-

Auctoritas iudicis.

C

Quid nomine principis intelligendū sit.

Qūo ecclesiasti ci possunt bellis interesse.

bet:ut ea accipiāt,sua auctoritate ualēt imperare.ut dicit Gratianus.xxiii.q.viii. quicunq; ex clero.§. his ita.possunt & bellis interesse: ut iustè pugnantibus spiritualiter suis exhortationib⁹ subueniāt, & absolutionibus, & cæteris spiritualibus subsidijs:ut uult beatus Tho.loco supra allegat. ¶ Ex his patet primū ad iustū bellum requisitum, scilicet legitima auctoritas, sine qua quisquis accipit gladiū; gladio peribit. Matth.xxvj.id est peccator gladij, seu occisionis dānabitur. Unde Aug.contra manichęos lib.ii. Ille accipit gladium, qui nulla superiori, uel legitima potestāte iubente, in sanguinē alicuius armatur:qui uero ex auctoritate principis, uel iudicis (si fuerit persona priuata) uel ex zelo iustitiæ quasi ex auctoritate dei (si sit persona publica) gladio utitur: non ipse accipit gladium: sed ab alio sibi commisso utitur:unde ei pœna non debetur. ¶ Secunda conditio, quæ ad iustum bellum requiritur, est causa iusta. Sunt autem plures causæ iustæ, pro quibus arma moueri possunt: sed ad tres in genere reducūtur:hæ sunt defensio, correctio, recuperatio. ¶ Defensio legum humanarum, ac diuinarum, patrię & hominum:ut patet.j.Machab.ii.& iii. ca. ¶ Correctio, uel coertio malefactorum, & iniurantium deo, & hominibus ad correctionem negligentium, cum ad illam teneantur, aut iniustè impedientiū. Et propter hanc causam iussit dominus pugnare contra habitatores terræ promissionis, eosq; interficere. Deuteron. xx.& contra beniamitas. Iudicum.xix. & xx. ¶ Recuperatio iniustè ablatorum, uel detētorum, ac læsionis siue in rebus, siue in fama: siue in corpore: siue in personis. Sic Abraam iustè pugnauit contra reges, qui loth filiū fratris sui captiuū duxerunt, & spolia rapuerunt. Gen.xiiii. Et filii Israel iustè bellabant contra occupatores terrę, promissionis, postquā dominus illā eis dederat:ut habetur Iosue.j.& c.seq. Hoc autem intelligendū; dummodo iniuriatores perseuerant in delicto: & satisfacere: aut iuri stare (saltem coram arbitris, aut uiris bonis si iudicem superiorem non habent) recusant.

Causa. D

De causa propter quā bellū debet moueri.

Sic dominus Deutero.xx.præcepit filiis Israel. Si quando accesseris ad expugnādum ciuitatem, offeres ei primò pacem. ¶ Tertia conditio requisita est intentio recta:ut.s.non ex ira, odio, uindictę, appetitu, aut alia inordinata passione moueantur. Unde Aug. lib.xxii. contra Faustum. In bello culpatur nocendi cupiditas: ulciscēdi crudelitas: implacatus atq; implacabilis animus: feritas rebellandi: libido dominandi: & si qua sunt similia. Ubi ergo talis est bellantium intētio, quāuis adsit legitima auctoritas: & causa iusta: nihilominus culpabile bellum geritur: nam oculus intentionis nō est simplex, neq; rectus. Est autem intentio recta, quę ex charitate procedit: puta ex amore dei proximi, aut uirtutis, pacis.s. iustitię, uel obedientiæ, charitate proximi. Non solum dico amici: sed etiam inimicorum contra quos bellatur:ut scilicet corrigantur, & ad pacem redeant. unde Aug. de puero centurionis. Si ista respublica terrena chrīstiana pręcepta custodiret:etiam ipsa bella sine beniuolentia non gerentur: sed ut potius ad pietatis iustitiæ societatem uictis facilius cōsulatur: nam cui licentia iniquitatis eripitur: utilius uincitur: quia nihil infelicius felicitate peccantium, qua pœnalis nutritur impunitas: & mala uoluntas: uelut interior hostis roboratur. & habetur.xxiij.q.j.paratus. Sic pax finis esse debet proprius in bello intentus:ut uult Aug.ad comitem Bonifa Zelus quoq; iustitię mouere debet amicum.unde Calixtus papa.xxiii.q.iii.iustum.ait Iustum est, ut qui diuina contemnunt mandata, & inobedientes paternis existunt iussionibus: seuerioribus corrigantur uindictis: quatenus cęteri talia cōmittere timeāt: & omnes gaudeant fraterna concordia: & cunctis umant ueritatis, atq; bonitatis exemplum. ¶ Quarta conditio requisita ad bellum iustum: est debitum moderamen: ne forte cum bellum geritur, lędantur innocentes: aut dolosè uel plus debito inimici, & nocētes. Innocētes.n. qui in nullo aduersariis pstāt auxiliū, uel fauorem: quamuis sunt subditi aut uasalli hostium: inuadi non debēt etiam si do minus

Intētio E

Quæ intentio sit iustè pugnātiū.

Pax finis belli.

Moderamen. F

Quale moderamen seruandū in bello.

minus eorum uiolenter eorum rebus ablatis, uteretur in subsidiũ belli sui iniusti. Si uero timore humano, uel mundano uicti domino suo præstant auxilium; licet mallent nõ facere: rei sunt: & sicut dominus eorũ: ita & ipsi inuadi possunt: ut uult Ray. & Host. Cum ergo innocẽtes subditi nocendi non sunt: quantò minus non subditi, quos bellum in nullo concernit: ut peregrini, mercatores, non subditi, spoliandi non sunt; nec aliquatenus lædendi. Iuste uero bellantes non solum aduersariũ: sed etiã uasallos subditos, & uniuersos complices auxilium, uel fauorem præstantes tanquam aduersarios inuadere possunt: ut dicit Astex. in sum. alleg. c. j. de off. de leg. Nec tamen debent hostes dolosè decipi: quamuis contra eos liceat insidijs uti: quoniam falsum, siue mendaciũ hostibus dici non debet: nec promissa uiolari. unde Ambr. in lib. de offi. Sunt qui de iura bellorum, & fœdera etiam inter ipsos hostes seruanda. & Aug. ad comitem Bonifa. Fides quando promittitur etiam hosti, seruanda est, contra quẽ bellum geritur. Insidias uero ponere possunt, & propositasua ac inuadendi consilia occultare, quæ non propriè uocantur fraudes. Sic mandauit dominus Iosue ponere insidias habitatoribus ciuitatis Hay. eiusdem viii. Similiter cauendum est: ne inimici plus iusto lædantur: siue in personis, rebus, locis uel possessionibus. Pro cuius intellectu notat Astex. in sum. q̃ bellum dupliciter dicitur iustum: s. simpliciter uel ex causa. Simpliciter: quod fit ex edicto principis. s. papæ uel imperatoris: & in tali liberi capti serui fiunt capientium: & dominium rerum spoliatarum trãsit in occupãtes. Si autem fuerit iustum ex causa: puta propter repetitionem ablatorũ, aut defensionem: non licet personas capere in seruitutem redigendo: uel bona eorum: nisi ad satisfactionem damni dati, laborum, operis, & expensarum tam sui, quã suorũ: uel donec ipse hostis offerat ius. Intelligo cum sufficienti cautione satisfaciendi: & hoc tam sibi, quàm suis: tam in prædationibus, quàm incendijs, effracturis, cedibus, uulneribus, & alijs quibuscunq;: & ultra hoc non debet recipere, nisi hostis meruisset, ut bona sua publicarentur, & de terra exterminarentur. Oportet etiam in hoc moderari zelum belli: ne loca consecrata uiolentur: aut bona clericorum: aut religiosorum in terra hostium habitantium inuadantur. Similiter nec illi, qui confugiunt ad ecclesias: nisi incastellauerint ecclesias: & inde pugnauerint.

Fides seruáda hosti.

¶ Secundò principaliter notandum: q̃ uenientium ad bellum multiplex est differentia. Quidam ueniunt ut principales: ut sunt domini, uel communitates: aut personæ priuatæ, quæ bellum indicunt, aut mouent diffidando. Quidam sunt horum auxiliatores: & hi duplices: quidam sunt principalibus specialiter iuncti: ut subditi, familia, uasalli. Alij sunt pœnitus extranei: & horum aliqui sunt uocati in auxilium a principalibus, uel eorum officialibus, uel subditis. Alij non uocati sua sponte se ad bellandum offerunt, uel ingerunt. Et secundum hoc diuersæ sunt ponendæ conclusiones.

G Differẽtia bellãtium.

¶ Quantum ad articulũ secundum est prima conclusio. Acquisitorum in bello iusto ex edicto principis superiorem non habentis: non fit restitutio ei, contra quem bellatur: sed capitaneo, ut ab eo unicuiq; pugnantium secundum merita portio distribuatur.

Arti. 2. Cõcl. 1. H

Probatur conclusio quoad primam partem: quia ut statim dictum est: in illo bello captiuni serui: & bona eorum efficiuntur capientium, & per consequẽs non requiritur restitutio: quia dominium eorum translatum est in capientes. Secundò pars est de mente Bar. in l. Si quid bello. ff. de capti. Quod tamen uerum est, nisi consuetudo haberet; q̃ unusquisq; sibi retineret, q̃d cepit: tunc enim non teneretur assignare capitaneo: quia illud intelligitur actum, quod est consuetum.

¶ Secunda conclusio. In bello pro rebus repetendis moto, bellantes tenentur restituere quicquid ultra res recuperandas, & damna passa; & labores, atq; expensas ab hostibus acquisiere. Probat̃ cõclusio: quia grauãs aliũ, siue damnificans nihil sibi debẽtem: te-

Cõcl. 2.

neiut ad restitutionem ex dictis supra. q ij dist. præsenti. Sed recuperatis rebus ab hostibus ablatis cum damnis illatis: nihil amplius tenetur hostis ergo. Et dicitur notanter ultra &c. quia siue bellū fuerit iustum: siue iniustum: propter defectum auctoritatis personæ, uel intentionis rectæ: si tamen res subsit, pro quibus repetendis bellatur: non tenetur, qui mouit bellum restituere, quod ibi cepit: dummodo non excedat, id quod hostis tenebatur: ut dictum est in notabili de debito moderamine; & hoc uerū in foro pœnitentiæ: ubi habet locum liquidi ad non liquidum compensatio.

Quia ut supra dictū est: quomodocūque aliquis recuperat sibi debitū ab alio sibi debente: siue iustè, siue iniustè: nō tenetur i foro animę recuperatū restituere, licet pro peccato iniustæ recuperationis teneatur pęnitentiam agere; ut si qs mihi tenetur .x. si furor sibi .x licet peccem: non tamen teneor in foro animæ restituere scdm Host. Tho. Ric. Pal & alios secus in foro exteriori, in quo perdit rem suā pro eo, φ propria auctorita te debita sua uendicat in pœnam illius peccati. Et ideo licet perdit: non tamen tenetur sua remittere, & recepta restituere: nisi pœna per iudicem decreta, & exacta fuerit. Nam in foro animæ, pœna non est soluenda, nisi post condemnationem. glo. xij. quæstio. ij. fraternitas. Et per hoc soluitur ratio, si arguitur: si in foro contentioso perdit: ergo non erit sua, sed aliena: ergo tenetur restituere in foro conscientiæ. Solutio perdit per modum pœnę, quæ tunc soluenda est, cum condemnatur.

Et propter supra dicta non est additū in conclusione in bello iusto: sed simpliciter dictum est in bello. ¶ Tertia conclusio. Omnis bellator in bello iniusto extra casum præcedentis conclusionis tenetur ad restitutionem ablatorum, ac omnium damnorū aduersarijs ac sibi adherētibus illatorū: si tñ ipsum sciat eē iniustū. Probatur conclusio: qa quicūq; damnificat proximū iniustè: tenetur ad damni refusionem: sed omnis bellator in bello scito esse iniusto damnificat

Cōcl. 3. I bellator in bello iniusto ad quid teneatur

proximū iniustè: ergo. Consequentia hc ta cum minore. & maior extra casum prioris conclusionis φ patet per c. Si culpa. de iniurijs, & dam. ex lege charitatis proximi, quæ est uelle bona proximo, & nulla mala iniustè. Item ubi est eadem ratio obligationis: eadem est obligatio: sed causa propter quam tenens iniustè alienum obligatur ad restitutionem est: quia tenendo alienum iniustè damnificat: ergo quicunque iniustè damnificat: similiter ad restitutionem tenetur. Dicitur dummodo, tamen sciat ipsum iniustum propter sequentem conclusionem. Et dicitur in conclusione: omnis bellator: quia nullus q in cō clusione non excipitur a restitutione excusatur: licet sit subditus mouētis bellum, uel uasallus: licet etiam timeat priuati cunctis bonis suis, si bellantem non sequitur. Quoniam ut dicit August. ij. de ciuita. dei: talis potius quælibet mala pati decernat, quam malo consentiat: licet enim metus culpā attenuet: non tamen a culpa excusat. Illi enim in guerris innocentes non sunt, qui habent iniustum bellum: fauent directè, uel indirectè: ut ait Rich. in. iiij. distinct. xv. ¶ Quarta conclusio. Subditi dominorum iniustè bellantium, & uasalli dū ignorant bellum iniustum fore: etiam si dubitent: excusantur a damnorum aduersarijs illatorum restitutione: si pu gnauerint bona fide. Probatur conclusio per beatum August. contra manichęos. xxiij. quæstio. j. Quid culpatur: dicentem. Vir iustus si forte sub rege sacrilego militet: rectè potest illo iubente bellare: si uice pacis ordinem seruans, quod sibi iubetur: uel non esse contra dei præceptū certum est: uel utrum sit certum non est: ita ut fortasse reum faciat regem iniquitas imperādi: innocentem autem militem ostendat ordo seruiendi. ¶ Dicitur in conclusione subditi: quia non subditi: nec uoto fidelitatis domino bellum mouenti astricti: quos bonum obedientiæ nō excusat: sed si tales dubitant de belli iustitia a restitutione non excusantur. Vnde extranei, stipendiarij, amici, con

Cōcl. 4 K Quid de subditis.

sanguinei, in dubio non excusantur: qn teneantur ad restitutionem, si bellum fuerit iniustum: licet ipsi ignorauerint fuisse iniustum. Non enim debent se cõmittere discrimini, ut iuuent aliquem in præiudicium alterius. Nam ut dicit Amb. lib. de offi. & habetur. xiiij. q. v. Deniq; Si non potest alicui subueniri: qn grauetur alter: commodius est neutrum iuuari, quam grauari alterum. Item tenet Angelus in sum. in uer. bellum. §. viij. & baptis. ibidem. ¶ Dicitur: dũ ignorant: quod intelligendum est de ignorantia non affectata, qua nollent scire, uel refugerent: nec informationẽ ueritatis accipere uellent. Illa enim penitus non excusat: sed magis aggrauat: ut in secundo dictum est dist. xxij. q. ij. ¶ Dicitur etiam si dubitant, quod quidam intelligunt, si talis dubitãs inquisiuit quã tum potuit, & peritiores consuluit: & dubius semper fuit, & permansit: tunc excusatur alias non. Sed hoc uidetur durũ: qa durum esset subditis, si eis a domino suo præciperetur ire ad bellum: prius q̃rere consilia iurisperitorum: an dominus eorum haberet causam iustam bellandi. Sic enim non uiderentur subditi, sed magis dominorum suorum iudices. Perfecta etiam obedientia non disputat: sed simpliciter obedit: sed & subditus de suo superiore debet præsumere meliora: & ita obedire: nisi certus foret, quod dominus contra deum, & iustitiam præciperet. Et ideo uidetur: q; sufficiat subdito secundum uerba beati August. allegata: quod ei non sit certum id, quod sibi iubetur esse contra præceptum diuinum. Verum si affectaret ignorare, aut nollet scire: esset in culpa. ¶ Dicitur: si pugnauerit bona fide: quia de damnis non tenetur, quæ bona fide hostibus intulit: aut a quibus commodè abstinere non potuit secundum industriam, & consuetudinem bona fide pugnantium; siue in incendijs, effracturis, arborum excisionibus, siue uulneribus, & cedibus. Si autem grassandi, & animo malitiosè ea intulit: cum alias commodè posset sibi consulere; tenebitur: & compensabuntur

Nisi foret certus qđ domin' contra deũ, & iustitiã præcipe ret.

L

illa damna cum damnis sibi datis, & hominibus suis usque concurrentes quantitates, ac de eo, quod super excreuerit, tenebitur satisfacere illis, quos damnificauit, ut uult Guil. in glos. & concordat Vlri. Est autem bona fides; cum putatur bellum iustum, & adest intentio recta. Cum enim secũdum prædicta, omne bellum fieri debet amore proximi, ac uirtutis, pacis, iustitiæ aut obedientiæ, quicquid ex hac radice procedit, bona fide fit. Vnde omnia illa, per quæ hostis congruentius reduci potest ad pacem non turbandam, ad debitam obedientiam, & satisfactionem secundũ regulam iustitiæ bona fide fieri intelliguntur. Exigit autem charitas, q; illud secundum casus euentũ cũ minore, qua poterit læsione fiat. Idcirco si hostis ad ea, quæ dicta sunt, compelli posset sine incendijs, & effracturis castrorum, ciuitatum, uillarum; siue excisione arborum, uinearum, ac sine extirpatione seminum, & huiusmodi, hæc fieri non debent, nisi bona hostium essent publicata. Si autem sine his hostis nec informari, nec uinci, aut humiliari: ac ad iustitiam, & obedientiam reduci posset: quatenus sibi iniquitatis suæ licentia eripiatur. hæc omnia secundum morem bellantiũ fieri possunt: donec reducatur. ¶ Nec tenebitur, qui iustè bellat illata damna cum damnis passis (ut dictum est) compensare. Vnde saluo fine belli: misericordia tanta, quanta fieri põt: etiam hostibus impendi debet. Hinc Aug. ad Bonifaciũ scribens: & habetur. xxiii. q. j. Noli. ait. Itaq; hostem pugnantem necessitas deprimat: non uoluntas. Sicut bellãti, & resistenti uiolentia redditur: ita uicto, & capto misericordia iam debetur: maximè in quo pacis perturbatio non timetur, & pt xm. fit. Hoc ergo bellando paci faeus: ut eos, quos expugnas, ad pacis utilitatem uincendo perducas. & Tullius. j. de offi. c. v. Peracta autem uictoria conseruandi sunt illi, qui in bello non crudeles: non immanes fuerunt. ¶ Cauendum tamen est omni studio quantum fieri potest a cedibus hominum: ut non (nisi defensionis sui: & aliorum; aut re

Quid fit bona fidei in bello.

Cũ minimalæ siõe hostis reduci debet

rum necessitas compellat) occidantur. Tantò siquidem grauius est iniustè bellantes occidere (dummodo commodè, & sine notabili damno saluari possunt) quantò tales sunt in maiori animæ suæ periculo: puta in actuali peccato iniustè bellando. Non enim tantum eorum corpora prosternuntur: sed etiam animæ in mortem perpetuam transmittuntur. Si tamen necessitas occidere compellit: non occisoribus: sed occisis culpa imputatur. Dicit enim Ioan. in summa lib. ij. titu. j. q. xiij. In casu ineuitabilis necessitatis; hoc est se, & sua liberando: licet sine dubio laico occidere, qui potest patriam, uel res suas armis defendere. Et quod dictum est de non occidendo inimicum: uerum est nisi iniustè pugnãtes: propter grauissima crimina: iam morti essent addicti, atq; principis auctoritate iustè bellantibus præceptum: ut uniuersos hostes occiderent: de quo beatus Ambro. & habetur. xxiij. q. v. Remittuntur. §. Cum ergo. dicit. Cum diuino nutu ad puniendum peccata populi excitantur: sicut iudaicus populus excitatus est ad occupandam terram promissionis: & ad delendas gentes peccatrices sine culpa noxius sãguis effunditur; & quæ ab eis malè possidentur: in ius & dominium ritè transeunt, & bonorum. ¶ Ex quo: & alijs concludit Gratianus. Apparet, inquit, q aliquando per legitimam potestatem gentes: aliquando per populos diuino iussu excitatos, mali pro peccatis suis: nõ solum flagellantur: sed ritè etiam perduntur. ¶ Quinta conclusio. Dominus gerens bellum iniustum: subditis suis cum bona fide sequentibus: tenetur ad restitutionem omnium damnorum eisdem ab aduersarijs occasione belli illatorum. Hæc conclusio est Angeli in sum. in uerbo. Bellum. §. xj. Et patet ratione: quoniam dans occasionem dãni ad restitutionem tenetur: ut in cap. Si culpa. de iniu. & dam. da. sed faciens bellum iniustum, dat occasionem aduersarijs damnificandi subditos suos: ergo &c. Particulæ conclusionis satis patent, quæ sunt notandæ. ¶ Sexta conclusio. Dominus iustum bellum faciens tenetur restituere damna ab aduersarijs passa, quæ uerisimiliter præuidere poterat: non subditis per eum uocatis, nisi conducti fuerint: aut hoc fecerint causa humanitatis parentelę: aut pietatis, uel ex simili causa gratis. Patet: quia uocati accedentes, & non proprio motu sunt uelut mandatarij, qui contra mandantẽ habent actionem mandati: & ita mandans tenetur eis de damnis, quæ occasione sui mandati inciderunt. Inno. in c. Sicut de iureiur. ¶ Dicitur notanter bellum iustum: quia uocati ad bellum iniustum non habẽt actionem aliquam contra uocantem ad impendia, uel dãna contingentia occasione uocationis, uel mandati: quia in re turpi non contrahitur obligatio. ¶ Dicitur damna passa ab aduersarijs: quia si aliunde paterentur: non occasione uocationis: non tenetur uocans, seu mãdans. ¶ Dicitur, q̃ puideri poterãt, q a dehis, q̃ eueniũt casu fortuito, q̃ preuideri non poterant: non tenetur ut in c. Ioan. de homicidio. Et licet euentus belli penè omnes sunt fortuiti: quia uarius est euẽtus belli: & nũc hunc, nunc illum consumit gladius. ij. Regum. xj. Horum tamen aliqui præuideri possunt: & in talibus tenetur dominus. In his uero, quæ raro accidunt, & præuideri non possunt, non tenetur: ut similes ante cõgressum cadens de equo frangeret crus: uel simile. ¶ Dicitur non subditis: quia his, qui tenentur dominũ sequi, quales sunt subditi, & uasalli: non tenetur. ¶ Dicitur uocatis: quia si non uocati, & sponte accedunt animo obligandi dominum tanquam eũ, cuius negotium utiliter agunt, tenetur dominus: & sufficit; q negotium utiliter cęptum est: etiam si sine culpa eorum uergeretur in deteriorem exitum. Si uero non accederent animo obligandi: sed gratis auxiliandi: non tenebitur eis dominus belli. Similiter si quis proprio motu accedit contradicente domino belli: non obligat sibi dominum, in cuius subsidium uadit etiam utiliter incipiendo, & feliciter finiendo: quia gerens negotium alterius eo inuito: non potest petere aliquid nisi pro benè gestis ante prohibi-

Cõcl. 5. M

Cõcl. 6. N

Dominus bellans iustè tenetur mandatarijs de damnis.

Non te- prohibitionē. Ita dicit baptista in sum. post
nef bel- Anto. alle. Ioann. de lig. Nec est simile
lans ue- de medico curante infirmum contra suā
nientip voluntatem. De quo dicit glo. lxxxiii.
hibito. distin. in summa, q tenetur infirmū mo
rientem inuitum curare: quia ut dicit Antoninus. Infirmus præsumitur insanæ mentis: cum absolutē non uult curari. Si tamen uellet curari: sed non ab isto medico: sed potius ab alio: tunc non procedit glossa. Sic contradicens alicui, ne ueniat secum ad bellum: non præsumitur insanæ mentis: quia possibile est, q non confidat de eo, aut dubitat, ne prodat ipsum. Sic etiam dominus belli non obligatur ei qui propter consequendam gloriam in bello sua sponte uadit: quia non ut mandatarius: quia ibi nullum interuenit mandatum: & actio mandati non oritur nisi interueniente mandato: nec ut ei, qui negotium utiliter gessit, quia non accessit animo gerendi negotia illius, sed propria. Multò minus obligatur ei, qui accessit animo spoliandi. ❡ Dicitur nisi conducti fuerint: quia tales locant operas, & rem. Cui enim conuenit aliquid recipere pro mercede: nō potest agere actione mandati: quia mandatum debet esse gratuitum. Vnde stipendiarii, qui ueniunt pro precio non sunt mandatarii: ideo non possunt agere ad damna. Quod uerum est nisi aliud pactum speciale intercederet: uel consuetudo aliud inducat. ❡ Dicitur ultimò nisi hoc fecerint gratis causa parentelæ uel pietatis: talibus non obligatur dominus belli, in cuius adiutorium uenit de damnis: quia non uenit animo obligandi eum. ❡ Se-

Cōcl. 7. Subditi bona si de bellā tes in bello iniusto quando teneāt.

prima conclusio. Subditi in dubio bellātes ex obedientia superioris: postquam cognouerint bellum iniustum fuisse: tenentur omnia, quæ habent restituere: non autem consumpta existente bona fide. Primum patet: quia tenens rem alienam mala fide: tenetur eam restituere: ut patet ex præmissis. Sed tenens rē, quā acquisiuit in bello iniusto: postquam nouerit bellum fuisse iniustum: cessat habere bonam fidem: ergo. Secunda pars patet: quia consumptor fuit possessor bonę fidei: ideo de sic consumptis non tenetur: ut infra dicetur de præscriptionibus. De hoc angelus in sum. in c. Bellum. §. ix. & pręsumptio. § iiij. ❡ Octaua conclusio Non subditus ueniens ad bellum iniustum tenetur ad restitutionem omnium damnorum iniustē impugnatis illatorum. Illa conclusio ostensa est supra in declaratione quartę conclusionis.

Cōcl. 8.

❡ Nona conclusio. Ad restitutionē tenētur, qui dānificant (siue in iusto, siue in iniusto bello) innocētes, aduersariis nec auxiliū, nec fauorem præstātes. Illa cōclusio supra ostensa est in primo arti. in quarta conditione ad iustum bellum requisita. ❡ Quantum ad tertium articulū dubitatur primò: utrum bellum in dubio sit præsumendum iustum. Responde tur secundum Panor. in c. Sicut. iii. de iureiu ran. In bello indicto a summo principe ipsum præsumitur iustum: & legitimam causam esse in principe: sed in bello indicto ab habente superiorē in dubio præsumitur iniustum. Quod puto uerū quātum ad extraneos: non quoad subditos. Nā subditus de suo superiori semper meliora debet pręsumere. ❡ Secundo dubitatur: utrum acquirens aliqua per repręsalias teneatur ad eorundem restitutionem. ❡ Pro solutione nota: q repræsalię dicuntur generalis retentio bonorum aliquorum auctoritate principis, uel ciuitatis pro recōpensatione damni dati indulta: ut quando unus de uno dominio non ualens consequi ius contra aliquem de alio dominio, retinet res omnium, quę sunt de tali dominio pro satisfactione: ut Angelus in sum. c. repręsalia. Et quandoq; sunt licitæ: quandoq; non. Ad hoc, q sint licitę sex requiruntur. Primò, q dominus, uel ciuitas, requiratur pro iustitia ministranda. Secundò, q constet de negligentia iustitię administrandę. Tertiò, q adeatur superior, si habet superiorem de iure, & de facto: si adiri potest, & expediret: puta: quia iniuriatus non plus expenderet adeundo, quàm recuperare posset, ut superior faciat iustitiam. Quartò, q concedantur a iudice proprio iniuriati: non habente superiorem, uel non recognoscente: dante sententiam

Cōcl. 9.

Arti. 3. Dub. 1. O

Dub. 2. P

Repręsaliæ, quādo licitę.

super defectu, & negligentia iustitię: dū modo nō est superior faciens iustitiam. Quintò, q̃ sit causa iusta, & sufficiens: s. notabilis iniuria, aut læsio iustitiæ. Non enim pro modica iniuria, uel partiali lęsiōe iustitiæ cōceduntur repræsalię, quia remedium illud est odiosum, & contra ius commune: ideo non debet dari pro modico. Sextò, q̃ non extendatur ultra terminum quoad damnū passum: & quo ad personas, contra quas conceditur. Quicquid enim detinetur excedens passum damnum, iniustum est. Similiter extendi non debet ad clericos, & ecclesiasticas personas: neq; ad bona eorū: Tūc respondetur ad dubium: q̃ acquirens aliquaper repręsalias stantibus sex conditionibus supra dictis: non tenetur ad restitutionem. Si uero aliqua harum deficit ad restitutionem quadrupli cogitur. In cōsciētia uero tenetur ad omnium sic acquisitorum plenam restitutionem damnorum, & expensarum. Fundatur hęc materia in. cap. Dominus. xxiii. quæst. ii. ubi dicit August. Iusta bella solent diffiniri, quæ ulciscuntur iniurias: sic gens, uel ciuitas plectenda est, quę uindicare neglexit, quod a suis improbè factum est. Hanc materiā

Dub. 3. tractat latius domini legistæ. ❡ Tertiò dubitatur, utrum conducens equos, arma, & huiusmodi ad bellum: si perdantur in bello: teneatur ad restitutionem. Respondetur secundum dominum Antōn. q̃ idem est ius omnino sicut de commodato, locato, & conducto. Vnde dicit Innocen. in. cap. Sicut. iij. de iureiuran. q̃ non: quia sic ea conduxit, & non excedit fines contractus. Et hoc uerum puto: nisi speciale pactum interuenerit, aut consuetudo contraria: ut supra dictum est.

Dub. 4. ❡ Quartò dubitatur: utrum clericus uadens ad bellum cum domino suo possit aliquid recipere de lucratis ex bonis aduersariorum. (*De clerico, q. in bello rapiat.*) Respondet Angelus post Monal. titu. de restitu. Si clericus talis ea rapuit, peccauit rapiendo: & restituere tenetur eis, a quibus abstulit: quia illam rem recipiendo non potuit facere suam: quia sicut dominus non potuit ei dare auctoritatem bellandi: & ita nec in bello recipiendi, posset tamen retinere; si guerra durante dominus ut illa teneret, consensit. Si uero non rapuit: sed ab his, quibus rapere licuit: sibi data sunt: non tenetur restituere: si tamen illi, qui rapuerunt, rapta fecerunt sua: ut nec teneantur pręsentare capitaneo.

Dub. 5. ❡ Quintò dubitatur: utrum in bellis iustis incendentes, aut demolientes ecclesias teneantur ad restitutionem. (*Quid de incē dētibus ecclesias.*) Respondetur secundum Guil. Si non sunt incastellatę, & incenduntur a proposito: incendentes tenentur ad restitutionem, & emendam: si uero sunt incastellatæ, aut non ex proposito incendantur: sed ex casu, dum scilicet iustè bellantes præstant operam rei licitę incendendo machinas hostium, & huiusmodi: non tenentur. Idem quando incendunt uillam, quam alias commodè expugnare non possunt. ❡ Sed quid de rapientibus res de ecclesia. Dicitur: q̃ si res fuerint ecclesiæ, aut clericorum in terra hostium habitantium: rapientes illa tenentur ad restitutionem: nisi auctoritate ecclesiastici prælati hoc fieret: uel nisi essent uictualia, & huiusmodi: nō tamen ecclesię, aut clericorum. Sic si irruentibus hostibus iustum bellum agentibus confugientes ad ecclesiam eam incastellauerint: aut inde impugnauerint hostes, huiusmodi non gaudent immunitate ecclesiæ, quam ipsi uiolauerunt in de impugnando. Similiter si ponantur ibi uictualia, quibus sustentātur resistentes hostibus iustè bellantibus possunt inde tolli, nec tenentur ad restitutionem. Concordat pręd. Vlricus in sum. Idē si ibi conseruarentur arma bellica. Concordat Fran. de platea.

Dub. 6. ❡ Dubitatur sextò: utrum omnes existentes in bello iniusto teneantur ad restitutionem insolidum. Respondetur breuiter: q̃ de hoc supra. q. iij. huius distin. etiam tactum est de participātibus in furto, & rapina omnes tenentur de omni damno dato suo auxilio, consilio, uel fauore, sine quo datum non fuisset. xvi. q. iiii. Omnes. Si uero probabiliter credit, q̃ sine consilio suo, fauore, uel auxilio idem fecis-

sententiæ plus propter suum consiliū: nō tenetur nisi de his, quę ipse habuit: uel
Dub. 7. ipse dānū dedit. ¶ Vltimò dubitatur: utrū
V domini, qui mouerunt sibi bella, inuicē
Verum domini bellātes possint cōponere inuicem sub ditis nō cōsen-tienti-bus. componere possint super dānis eorum, quæ subditi passi sunt. Ad hoc responde tur, secundum Guil. quod si cōpositio fiat de consensu libero damnificatorum: stā dum est illi: alias qui iniustè mouit bellū; non potest per suam cōpositionem præiudicare suis hominibus: quin teneatur ille de proprio satisfacere pro damnis: tā aduersariorum (quos iniustè uexauit) quā suorum (quos ad bellandū induxit) nisi hinc inde liberè, & sponte remittantur. Quis uero bellum iustum egit: debet, si potest compellere aduersarium ad restitutionem damnorū suorū subditorū, & non componere sine subditorum consensu: priusquam eis fuerit satisfactum. Si uero non potest aduersarios ad hæc compellere: nisi cum periculo sui, & suorum: potest tanquam utiliter gerens negotia suorum componere, & aduersarios de damnis resarciendis quitare: etiā subditis contradicentibus: ut uult Panor. in cap. in ecclesiarum. de constitutionibus. ubi dicit, quod licet imperator non habet dominiū rerum priuatarum, tamen ex causa rationabili potest eorū bona occupare, & tollere rem unius, & dare alteri. Et non potest esse causa rationabilior, quā fauor publicus, & carere bello. Et idem intelligendum est de alijs dominis inferioribus: maximè qui præscripserunt iura imperialia: ut possint in prædicto casu cōponere subditis inuitis propter bonum ipsorum subditorū, & pacem hominum, & eorum contradictio est irrationabilis, hoc tñ intelligēdū, quādo domini prius fecerūt, quantū in eis fuit: ut resarcirētur dāna data. Sed propter malitiam aduersariorum ad hoc deducere non ualuerunt. Et si ad euitandum bella, & scandala componūt cum aduersarijs: etiam cum temporali damno suorum subditorū uidentur cōmendandi. Concordat Hostien. Verūtamen remissio prędicta nō ualet quoad dāna data ecclesijs, & ecclesiasticis personis, nisi prælati ipsarum consentiāt. Et tantum de restitutionibus faciendis de acquisitis in bellis. ¶ Alia plura materiā bellorum concernentia hic rescindun-tur tanquā minus nostro proposito. s. restitutionibus deseruientia. Et tantum de quęstione illa.

POSTQVAM quęsitū est de restitutionibus ablatorū domino rei simpliciter inuito: & in qbus dominiū nō trāsfert. Cōsequēter qrendū est de restitutione rerū ablatarū domino nō simpliciter nolente, uel inuito: sed inuito ex cōditione: quo cōsentiente per coactionem, uel metū: sicut proijciens merces simpliciter uolens proijcit: quia posset non proijcere: sed tamen nolens ex conditione. Nollet. n. proijcere, si eis non proiectis posset saluari. Metu itaq; perdendę uitę, & coactione tempestatis nō simpliciter cogitur: sed secūdū quid inducitur ad uolendum proijcere. Ita qui metu maioris periculi aliqd uolēs quidā dat: nō daturus tamen si periculū nō immineret: dicit dare inuitus, seu nolēs ex cōditione. Et licet in tali datione dominiū transfertur, tenetur tamē recipiēs, si metus iniustè fuerit illatus ad restitutionem. Et quia frequenter pauperes, ac subditi a suis dominis opprimuntur iniustè, & metu pęnarum coguntur ad uarias præstantias. Quęritur quintò iuxta eandem distinctionem. De duplici cō sensu in alienatione rei.

QVAESTIO V.

VTRVM habentes tēpotale dominiū in subditos, omnia teneātur restituere, in qbus inueniuntur subditos tam suos, quā alienos aggrauasse. ¶ Solito more tribus articulis quęstionis ambiguū absoluetur. Terminos declarabit primus. Conclusiones subiunget secundus, & tertius mouenda dubia determinabit. A

¶ Quantum ad primum notandum: quod licet apostolo ad Roman. xiij. teste. Omnis potestas dominandi a deo est. Non enim (inquit) est potestas nisi a deo. Quod August. contra Manichęos Artic. 1. Not. 1. Potestas dominādi

licet sit a deo, non tñ est naturalis generi humano.

exponit, dicens. A deo siue iubente, siue sinente. Non tamen hæc naturalis est generi humano: nec fuisset in statu naturæ integræ. Nam omnes homines ex eadem radice originem duxerunt ex Adam .s. & Eua: quibus iure naturali cõmunis est possessio, & communis omnium libertas: ut dicit Isidorus lib. v. Etymol. Sed hominum culpa exigente: sicut iure humano facta est rerum diuisio: ita & concessa est potestas dominandi. Unde iusta dominandi auctoritas populi electione primò concessa est: ut supra dist. præsenti. q. ii. dictum est. Et sicut sine lege populus crescente malitia, pacificè conuiuere non potuit: ita nec sine domino, siue rectore legis executio fieri. Unde eodem Isido. teste ubi sup. & habetur in decre. dist. iiij. c. ij. factæ sunt leges: ut earum metu humana coerceatur audacia: tutaq; sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur audacia, & nocendi facultas. Et Gregor. xii. moraliũ. Omnes homines natura æquales sumus: sed accessit dispensatorio ordine, ut quibusdam prælati uideamur. Et Aluarus in deplanctu ecclesiæ. parte j. ar. j. Quãuis ambitio dominandi deo sit odiosa: tamẽ ambientium regimen ad refrenandum inordinatorum hominum malitiam, & ad conseruandum unumquodq; in sua iustitia: ac disponendum ciues in concordia permissum est a deo dominium, & prouisum. Permissum ad punitionem malorum. Prouisum ad concordiam, & pacem bonorũ. Hinc ait apostolus ubi supra Rom. xiii. Principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem, bonũ fac, & habebis laudem ex illa. Dei. n. minister est tibi in bonum. Si aũt malum feceris, time: non. n. sine causa gladium portat. Dei. n minister est: uindex in irã ei, qui malè agit. Et licet in statu innocentiæ etiam prælatio fuisset officio consulendi, & diligendi: sicut patet in primis parentibus, in quibus Adam prælatus fuit Euę. nam caput mulieris uir. j. Corin. xi. Et inter angelos prælatio est. Non tamen fuit ibi dominiũ inquantum opponitur seruituti. Hæc enim pœnalis est: nam post peccatum inducta est seruitus propter peccatum. Et licet potestas dominandi uarijs titulis, & modis acquiratur: quandoq; iustis, & legitimis: quandoq; iniustis puta electione populi habentis libertatem sibi eligendi dominum: aut iusto bello pugnando contra infideles, aut rebelles ut supra: aut per legitimam successionem: aut per institutionem principis, uel superioris habentis iurisdictionem in eos, quibus perficiẽdis est dominus: uel per emptionem, permutationem, aut donationẽ: siue præscriptionem bona fide factam: aut alio aliquo tali iusto titulo.

Etiam in statu innocẽtiæ fuit prælatio.

Omnes tamen isti modi legitimi reducũtur originaliter ad consensũ, aut electionem populi. Nam primus princeps legitimus in principatu politico (de quo nunc loquimur) propter principatum paternum, qui iure naturali obuenit populi consensu constitutus est: ut dictum est. q. ii. huius dist. art. j. Cuius etiam ordinatione, & consensu leges constitutæ sunt: ut ibidem habitũ est.

Varijs modis acquiritur auctoritas dominãdi.

¶ Ex quo corollarie sequitur: ꝙ non propter dominiũ, seu dominũ populus: sed propter populũ dominus est institutus: quia nõ dñs populũ constituit: sed populus adunatus dominũ sibi sua sponte elegit, sub cuius regimine populi auctoritate tradita pacificè conuiuerent. Nec obstat, ꝙ quidam principantur hæreditaria successione. i. ꝙ dominus ille, & omnes sui hæredes sibi regendo president.

Coroll. 1.

¶ Secundò sequitur: ꝙ dominus ex ipsa sui cõstitutione tenet regere ad utilitatẽ, & cõmodũ reipublicę, cui pstitutus est dominus, atq; rector: & quoties cõtra bonũ reipublicę aliquid psumit: excedit terminos suæ potestatis: cõtra illud Prouerb. xxii. Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerũt patres tui. siue hoc faciat opprimendo subditos, siue iniustè exactionando: siue alijs modis. Unde qui non quærit bonum reipub. sed lucrum suum contra utilitatem reipub. non meretur dici rex, princeps, aut dominus: sed tyrãnus. Et ideo ut dicit btũs Tho. in epistola ad ducissam Brabantię: sunt

Coroll. 2.

5 8 0

eis instituti reditus: ut ex illis uiuentes a spoliatione abstineāt subditorum. Vnde Ezech. xlv. dicitur. Principi erit possessio in Israel, & non depopulabuntur ultra populum meū principes. & sequitur. Sufficiat uobis principes israel: iniquitatem & rapinas intermittite: & iustitiam, & iudicium facite. ¶ Secundò notandū: ꝙ sicut dominus tenetur populo suo fidelitatem, amorem, & defensionem: ita populus tenetur domino suo obedientiā, tributum, & reuerentiam. de primo dicit apostolus Ro. xiii. c. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. & infra. Ideoq; & necessitate subditi estote: non solum propter iram: sed etiam propter conscientiam, & de secundo, & tertio ibidem dicit. Ideo enim & tributa præstatis: ministri. n. ei sunt in hoc ipsum seruientes. Reddite ergo omnibus debita; cui tributum tributum: cui uectigal uectigal: cui timorē timorem: cui honorē honorem. Nemini quicquam debeatis: nisi ut inuicem diligatis. Item. j. Corinr. ix. Quis militat suis stipēdiis unquā. Quis pascit gregē, & de lacte gregis non manducat. Et dn̄s ipse pro se, & petro soluit didrachmā. Matthei. xvii. Et censum iussit dari cesari dicēs reddite, quæ sunt cęsaris cęsari: & quę sunt dei deo. Matthę. xxii. Iuste ergo dominus a subditis exigere pōt unde possit rempub. tueri ac defendere ab aduersariis plus, uel minus: secundum ꝙ necessitas defensionis secundū casuum occurrentium habitudinē exigit, & requirit. Multa. n. in necessitate exigere potest: quæ extra casum necessitatis non pōt. necessitatis dico reipub. Vnde multa enumerantur inter iura regis. j. Regū. viii. ut ꝙ potest tollere filios populi, & ponere in opere suo: & omnia illa, quæ reddunt populū seruilē: & quæ nō respiciūt rēpub. siue bonum reipublicæ: sed magis hominis in regno positi uoluntatem: ut dicit Lyra super loco allegato. Allegantur etiam ibi quædam per modum presagii; quæ frequenter occurrunt; dum regalis politia uertitur in tyrannidem: ut est istud. Et eritis ei serui. ¶ Tertiò notandum: ꝙ subditorum quidā sunt serui: quidam uero non: sed liberi uel liberti. Verum seruus quādoq; proprię: quādoq; minus proprię capitur secundū uarias species seruitutis. Est. n. seruitus dei: de qua. j. Cor. vii. Quilibet uocatus est, seruus est christi. Precio enim empti estis (quo præcio Petrus ostēdit) precioso sanguine agni immaculati. j. Petri. j. hęc seruitus summa ingenuitas est: ut ait beatus Agathes Quintiano. Alia ē seruitus peccati: de qua Ioā. viii. Qui facit pc̄tūm: seruus ē peccati. Et de utraq; dicitur Rom. vi. Serui estis ei, cui obeditis: siue peccati in mortem: siue obeditionis ad iustitiam. Tertia est seruitus, qua homo seruit homini: de qua apostolus ad Eph. vi. Serui obedite dominis uestris carnalibus cum timore, & tremore in simplicitate cordis uestri: sicut Christo non ad oculum seruientes. ¶ Et hæc seruitus sic describitur. Seruitus est institutio iuris gentiū, qua quis domino alieno contra naturam subiicitur. Contra naturam. s. primæ cōditionis. Vnde Grego. xii. q. ii. Cum redemptor. Homines, quos ab initio natura liberos protulit: ius gētiū iugo substituit seruitutis. Dicitur autem seruitus instituta iure gentiū. non ꝙ ius gentium eam inuenit: sed quia eam approbauit: ut dicit glo. dis. j. Ius gētiū. Contrahitur autem hæc seruitus quadrupliciter. Primò ex necessitate: ut cū quis nascitur de serua. Hoc tamen limitat Panor. in ca. Licet. de cōiu. ser. Quod uerum est: nisi consuetudo uel statutum habeat aliud, sicut hodie est: ꝙ natus ex ancilla non est seruus: si pater est liber. Secundò efficitur aliquis seruus iure gentium: dum capitur in bello iusto auctoritate principis indicto. Tertiò ex delicto: ut cum libertus, id est manumissus propter ingratitudinem reducitur ad seruitutem: uel cum alio modo a lege pro peccato imponitur: ut raptor puellę fit seruus eius. Sic deferens prohibita saracenis fit seruus capientium eum. Quartò ex propria uoluntate, ut cum maior uiginti annis sciens se liberum: consentit uenditori, ut se uendat, & participat de præcio. Quinta seruitus est, quę sequitur culturam terræ: quæ largo uocabulo dicitur seruitus, & impropriè: &

Marginal notes: Not. 2. B — Quę teneatur princeps subditis pręstare. — Quod modis dicit̄ seruus. — Quid ē seruitus. — Not. 3. C

huic seruituti subiecti dicuntur ascriptitij uel originarii: & sunt homines ita ascripti terris colendis: quod non possunt a cultura recedere sine dominorum uoluntate: nec possunt uendi sine gleba: nec gleba sine illis. Et dicuntur ascriptitij: quia ascripti sunt: siue deputati ad culturam. Et dicuntur originarij: quia a suo origine tales sunt: hi quandoq; coloni dicuntur: hi a legitimis actibus non repelluntur: nisi quod ad ordines non admittuntur: de ultimis duabus seruitutibus est ad propositum.

Not. 4. D Varia nomina præstationum. ¶ Quarto notandum: quod præstationes, quæ populis a dominis imponuntur, uariis modis appellantur. Dicunt enim tributum, census, stipendium, gabellum, pedagium, sindagium, assisum, teloneū, tallia, collecta, exactio. Horum tamen sæpius unū accipitur pro alio. ¶ Tributum a tribu dicitur: uel a tribuo sumptum est: quæ a tribubus seu populis dabatur pro imminentibus reipublicæ. Vel est census, qui præstatur ratione proprij soli a possidentibus. accipitur cōmuniter pro stabili, seu annua pensione, quæ datur rectoribus, qui imponuntur possessionibus subditorum. ¶ Census, pēsio, uel præstatio est: quæ soluitur de prouentibus, aut possessionibus: uel quicquid annuatim soluitur in quātitate, uel summa. ¶ Stipendium dicitur: quod datur militibus soldariis pro precio: de quo Ioannes baptista ait militibus. Estote contenti stipendiis uestris. Luc. iii. ¶ Gabella præstatio dicitur, quæ imponitur rebus usui hominum subiectis emendis, aut uendendis: aut de loco ad locum transferendis: ut uino, carnibus, & cæteris ad uictum, & usum pertinentibus. ¶ Pedagiū dicitur, quod datur a transeūtibus in locis constitutis a principe. glos. in cap. super quibusdam. de uerborū signifi. ¶ Sindagium est, quod datur pro saluo conducto per terram alicuius, ut securius uadat. ¶ Assisum est; quod imponitur rebus uendendis. ut quod uendens sextarium uini, detcinitati unum denarium: & est species gabellæ. ¶ Teloneum dicitur præstatio de mercibus marinis circa littus acceptis. Cuius exactioni beatus Matthæus præfectus fuit. ¶ Vectigal præstatio de rebus uectis per mare, siue per terram. ¶ Tallia exactio est, uel collecta, quæ imponitur subditis. ¶ Collecta, & exactio sicut & præstatio: generalia sunt ad omnia prædicta: & potest accipi pro eo, quod imponitur in casu, nō pro semper. Et patet: quod multa horum uocabulorum coincidunt in suis significatis. Sunt etiam aliquæ harum præstationum ordinariæ: ut tributa, & ea, quæ temporibus determinatis, & sub certa quantitate præstantur ex certa constitutione aut longa cōsuetudine. Aliæ sunt ordinariis præstationibus additæ de nouo pro casuum occurrentium necessitate, uel regentium uoluntate. Et tantum de articulo primo.

Arti. 2. Cōcl. 1. E Superiores non habētes dominiū tenentur cedere. ¶ Quantum ad secundum articulum est conclusio prima. Superiores non habentes in subditos legitimum, sed usurpatum dominiū: tenentur dominio cedere: & omnia a subditis exacta (expensis dumtaxat pro utilitate reipub. habitis deductis) integre restituere. ¶ Dicitur in conclusione superiores. per quos intelligo quoscunq; populi siue communitatum dominos: siue rectores: siue unus: siue plures, ut rex, princeps, comes, senatus, iudices: & cæteri temporalem iurisdictionem in aliquos habentes. ¶ Dicitur non legitimum: sed usurpatum dominium. Dicitur autem non legitimum: sed usurpatum, quod non iusto titulo (de quo in primo notabili) sed fraude, uel uiolentia obtentum est, & iniuste a uero domino ablatum: ad excludendum dominos legitimā potestatem habentes. Quo premisso probatur prima pars conclusionis: quia quicunq; sibi usurpat officium: nullum habens in eo ius seu titulum: peccat mortaliter: & assumendo & actus officii exercendo: & per consequens ea ratione tenetur ipsum dimittere, qua tenetur a peccato mortali abstinere: sed usurpans dominiū est hmōi: ergo. Consequentia nota. Maior patet: quia qui intrat, & nō per ostiū: fur est, & latro. Io. x. Sed qui intrat sine legitimo titulo: nō intrat per ostium, sed aliunde: ergo. Minor est manifesta. Intelligenda tamen est hæc pars conclusionis: si pōt cedere sine

notabili periculo animarum, corporum, rerum: puta quia populus per eius dimissionē poneretur in seditionem: aut sequeretur destructio reipu. uel depopulatio patriæ, uel huiusmodi. In quo casu tenetur resignare uoluntate, & cessante causa cum effectu cedere. Nec alias posset absolui, obstante peccato mortali, quod continuat, tenendo iniustum dominū: nisi posset instituere titulum: hoc est acquirere iustum titulū sui dominij. Vnde August. ad Macedo. xiiii. quęst. vi. si res. Si res aliena, propter quam peccatum est: reddi posset, & non redditur: pœnitentia non agitur: sed simulatur. Deniq; sic usurpans dominium: si quos etiam morti dignos per se, uel suos officiales occidit, uel mutilauit, ut homicida iudicandus est: quia dicit August. j. de ciuit. dei. cap. xxj. & habetur. xxiii. quæst. v. si non licet. His exceptis quos uel lex iusta generaliter: uel ipse fons iustitię deus specialiter iubet occidi: quisquis hominem, uel seipsum, uel alium occiderit: homicidij crimine innectitur. Lex autem iusta non permittit aliquem occidi: nisi per legitimam potestatem, qua caret, qui dominium usurpat. ¶ Secunda pars conclusionis probatur: quia quisquis dolosè aut iniustè extorquet rem aliquā à proximo ad restitutionem tenetur: ut frequenter ostēsum est: sed usurpans dominium in subditos, nihil iuris habet in eos: ideo quicquid extorquet ab eis iniustè extorquet. Excipitr, qđ in utilitatē subditorū cōuertit ꝓ cōseruatione, aut defensione ciuitatis, aut bonorum ipsorū: quia per hæc utiliter gessit negotia eorū, & ideo ad illorū restitutionē non tenetur. Idē dicendum est de officialibus, quos tales tyranni in officiis ponunt. Nam tales nec salarium possunt recipere a subditis: nisi esset tale officium, quod esset necessarium reipub. uel utile: quia tunc non peccarent recipiēdo salarium: nec restituere tenerentur: ut dicit Ange. in sum. allegat. c. in literis. de resti. spoli. & c. nihil. de elec. per doc. ¶ Secunda conclusio. Dominus habens legitimam potestatem in subditos: instituens, aut exigens pedagia, uectigalia, gabellam, taliam ac similia: si non sit causa sufficienter excusans, & iustificans: tenetur de necessitate salutis restituere omnia. Probatur: quia iniustè damnificans proximum: tenetur pro damno satisfacere perc. si culpa. de iniu. & dā. da. Hæc autem satisfactio fit per restitutionem ablatorum. Sed instituens, & exigens prædicta sine causa iustificāte: damnificat proximum iniustè: quia contra legē diuinam. Non furtum facies. & non concupisces. Etiam contra legem positiuam: ut patet in c. super quibusdā de uerbo. signi. ergo tenetur omnia hæc restituere. ¶ Dicitur: nisi sit causa iustificans &c. ¶ Sunt autem in genere quatuor causę iustificantes: quibus existentibus, habens legitimum dominium potest licitè exigere: s. efficiens, finalis, formalis, & materialis. ¶ Efficiens: ut scilicet sint imposita ab eo, qui habet potestatem huiusmodi imponendi. Hi autem nominantur ab Innocentio tertio in cap. allega. super quibusdam. §. præterea. ubi dicitur. Illa pedagia, salinaria, guidagia auctoritate apostolica, sunt interdicta: quę non apparent imperatorum, uel regum, uel Lateranensis concilij largitione concessa, uel ex antiqua consuetudine (a tempore cuius nō extat memoria) introducta. ¶ Vbi quatuor ponuntur: quo instituta iustificantur huiusmodi prestationes: imperator, rex, cōcilium: sub quo etiam papa intelligitur: quia concilio generali pręsidet papa. Et consuetudo cuius initium non est in memoria hominum. Consuetudo .n. habet uim tituli. Et hoc in capacibus possidendi alias non. Panor. in dicto cap. Quicumq; aliorum non habentium auctoritatem ab aliquo dictorum quatuor imponunt, aut exigunt: rapinam committunt: & sunt excommunicandi secundum ius canonicum. de censi. innouamus. immo per processum curiæ sunt de facto excommunicati, excommunicatione papali in bona quinta feria promulgari solita. De iure uero ciuili: sunt perpetuo exilio damnandi. ¶ Fuerunt, qui per reges non quosli-

Cōcl. 2. F

Dñs le-

gitimus tenetur ad resti tutionē exactorū quando.

Quatuor causę.

bet: sed tantum Romanorũ regem intelligere uoluerunt, qui est electus in imperatorem. ¶ Sed hodie de facto oẽs reges, & etiam ciuitates Italiæ: & quod peius est: omnes castellani imponunt, quod fieri non debet. Vnde & Panor. in allega. c. innouamus. dicit. Hodie reges inferiores præscripserunt in eorum regnis iura imperatorum: quo casu possunt prædicta exercere, ut imperator, & sic uidemus hodie in aliquibus communitatibus Italiæ. Et idem in c. super quibusdam. de uerbo. signi. dicit: ꝙ reseruata principi in signum specialis priuilegij: possunt acquiri consuetudine tanti temporis: de cuius initio nõ est in memoria hominum. Barto. tamen tenet contrarium, & dicit, ꝙ gabellæ sine permissu principis sunt extorsiones, & hoc in forensibus. secus in ciuibus, qui possunt sibi ipsis grauamen imponere. ¶ Secunda causa est finalis: quæ est bonum commune, seu bonum reipub. ut sunt publicæ necessitates: ac uiarum, ac patriæ defensiones: personarum quoq; & rerum: refectiones pontium, ac stratarum, & domorum publicarum: dum ad hæc non sufficiunt propriæ facultates. Dum autem hæc causa non subest: etiam habentes auctoritatem imponere non possunt. Similiter si causa subest, & tamen recipientes non faciunt, secundum totum posse suum propter quod imposita sunt: iniuste accipiunt, & ad restitutionem tenentur. Non quidem pedagij recepti: quia iuste fuit impositum: sed damni ex suæ negligentiæ passi: ut si uiator spoliatus est: tenetur ad restitutionem spolij, quod cauere po-

G tuisset: ut magis infra dicetur. ¶ Tertia causa est causa formalis: quæ modum ponit in huiusmodi exactionibus: ut non excedat debitum moderamen, per respectum ad personas, & ad finem. Ad personas: ut subditi non nimium grauentur: sed sit præstatio imposita eis tolerabilis: & non uergat ad eorum inopiam: quomodo tyranni excoriant pauperes, ut ipsi ditentur: contra illud Prouerb. xxir. Non facias uiolentiam pauperi, quia pauper est: neq; conteras egenum in porta: quia dominus iudicabit causam eius: & configet eos qui confixerunt animam eius. Etiam exactio debet esse moderata per respectum ad finem: ut non plus imponatur populo, quam necessitas eius exigit, pro qua imponitur. Nam ut dicit Richar. in ii. distinct. xliiii. si facultates domini sufficiunt, non est imponenda huiusmodi præstatio: ut statim dictum est. Ad hoc enim rectores accipiunt tributum, & prouentus eis assignatos, ut de his defendant rempublicam. Dicuntur autem sufficere quando tantæ sunt ut propter defensionẽ reipublicæ, & eius promotionem, non cogitur ita se depauperare, ꝙ nihil sibi remaneat in thesauro, quo se iuuare, ac defendere possit, si ite rũ in breui ab aduersariis inuaderetur: maxime si multos habeat insidiatores. Rectori enim necessarius est thesaurus: qui non est penitus exhauriendus: nam & aduersarij hoc scientes magis eum timent: & per hoc magis pacificẽ uiuit ipse, & subditi sui: licet melius esset thesaurizare amorem hominum subditorum, & extraneorum, quã aurum, & argentum. ¶ Quarta causa est causa materialis: quæ est res, uel personæ, quarum occasione dantur, seu recipiuntur pedagia &c. Vnde hæc exigi non debent a clericis, ab ecclesijs, & ecclesiasticis personis: nam si quis a talibus, aut rebus eorum proprijs, quas non causa negotiationis deferunt: exigit per se, uel interpositam personam: si est persona singularis: excommunicatus est ipso facto: si collegium, uel uniuersitas ciuitatis, castri aut uillæ, subijcitur interdicto, donec restituerit extorta. de hoc in cap. quãquam. de censi. lib. vj. Et hoc uerum nisi recipientes haberent super hoc specialem licentiam a papa recipiendi. Nam consuetudo cõtraria non excusat: quia in c. allega. dicitur. Cõtraria cõsuetudine quorumcunq; quæ uerius dicenda est corruptela: non obstante. ¶ Sunt autem personæ ecclesiasticæ (ut tradit Anto. par. iij. ti. xxiij.) omnes aliquem ex maioribus ordinibus habentes: similiter

Res, & personæ ecclesiasticæ nõ debent taliari.

H

Quæ sint personæ ec

eclesiasti ca. omnes canonici regulares, monachi, fratres mendicantes, cæteriq; aliquam ex religionibus approbatis profitentes: similiter, & omnes conuersi tria substantialia vouentes: sanctimoniales quoq; fœminę ecclesiasticæ personæ sunt indubitanter: ut habetur xxvii. quæst. j. ut lex continentię. Item omnes nouitij talium religionum, clericiuel conuersi: quamuis non sint proprię religiosi, & complete: quia liberi ad egressum nedum rebus propriis expoliati: ut in cap. religioso. de sen. excom. §. quamuis. lib. vi. Item nomine clericorum etiam intelliguntur in minoribus ordinibus constituti: similiter, & tonsurati coronam, & habitum clericalem gerentes, nec statum clericalem dimittentes, matrimonium contrahendo: ad actus contrarios, & exercitiis omnino laicalibus insistendo xi. q. j. de persona. §. ne uero. Omnes prędicti gaudēt priuilegio clericali tā personali, q̄ reali. Personale est, ꝙ scilicet iniciens in eos manus uiolentas est excommunicatus. xvii. quęst. iiii. si quis suadente. Reale, scilicet ꝙ in causa ciuili, uel criminali non potest conueniri coram iudice seculari: sed coram ecclesiastico: ut in allega. c. de persona. Et ꝙ in bonis patrimonialibus suis, uel ecclesiarum suarum, & locorum suorum non debeut talliari: sed esse liberi ab oneribus laicorum: ut in impositionibus, pręstantiis, gabellis, pedagiis, & huiusmodi: ut sup. dictum est. Nec priuilegia illa perdunt religiosi, sicut apostate: si tamen fuerint professi tacitę, uel exprēssę. Nec clerici seculares in maioribus ordinibus constituti habitum, & tonsuram non habentes, dum sciuntur esse tales: etiam si fuerint excommunicati, irregulares, suspensi, depositi: nisi essent solenniter degradati, & traditi curię secuları. Nec possunt priuilegio clericali renunciare: sed tales reducendi sunt, & suis superioribus præsentandi: & compellendi ad obseruantiam clericalem. in glos. xxi. distinct. cleros. secus de existentibus in minoribus ordinibus: qui p actus contrarios amittunt priuilegium clericale; ut. lxxxiiij. dist. quisquis. ¶ Sunt & aliæ personę, de quibus disputant doctores: utrum sint dicendæ ecclesiasticę gaudentes priuilegio clericali: ut professi tertij ordinis sancti Francisci: de quibus tractandum relinquo canonistis.

I ¶ Res uero, quę possunt talliari sunt, quę causa negotiationis aut mercantiæ dicuntur, & non aliæ. C. de uecti. omnium unde de his, quæ quis facit deferre pro necessitate ad usum uitæ suę, & familię, non potest exigi pedagium: nec ualet consuetudo in contrarium; quia irrationabilis est, & iniqua secūdum Hosti. & Bern. in c. super quibusdam. de uerbo. signi. immo uult lex uniuersi. C. de uecti. ꝙ decapitetur, qui de rebus ad proprium usum: uel gratia ruris colendi: uel ad se defendendum empris, uel delatis exigit pedagium. ¶ Sed nota; ꝙ pedagium potest etiam dici collecta, quæ posset imponi super suos subditos in huiusmodi legitima causa, & de ista non loquitur lex ista; tamen ad istam collectam forenses non tenentur. Verū Anto. par. ii. ti. j. c. xiii. §. ix. hic addit quandam specificationem nota dignam. Ait enim. Si pedagium, & gabellum sumantur pro eodem; contrarium seruatur de facto in ciuitatibus Tuscię, Florentię, & aliis multis: immo penè per totam Italiam, & multas partes Alemannię: quia de omnibus prædictis exigitur gabella sic imposita per statutum ciuitatis per modum cuiusdam talliæ pro expensis fiendis in utilitatem ciuitatis: secundum Anto. ubi supra. ¶ Dicendum igitur: ꝙ ciuitas exigens dictas gabellas pro uictualibus: siue regatur per unum, ut ducem, marchionem, principem, & huiusmodi: siue per plures de populo, ut priores, consules, antianos, & huiusmodi: si habent potestatem leges condendi, & imponendi collectas (quod est prę supponendum si ex more antiquo: cuius memoria non extat in contrarium: hoc faciant) uidetur etiam posse imponere solutionem talium gabellarum pro suo adiutorio, ac defensione. Quamuis enim populus aliquis non posit legem facere generaliter (quia hoc est

Queres posit talijs subijci.

imperatoris) specialem tamen facere potest: & in hoc consentit princeps. Sic etiam collectam specialē imponere potest pro suis necessitatibus: etsi nō generaliter: sicut in exact one pedagiorum sine licentia principis: quinimmo per legem municipalem derogatur legi communi: ut patet in materia dotium, & successionum, & aliorum: ad quod facit regula iuris. Genus per speciem derogatur. de regu. iur. lib. vj. Et sic nō obstat, q lex communis prohibeat exigi pedagium, uel gabellam de uictualibus, & huiusmodi: quando uel lex municipalis uel cōsuetudo prçscripta habet contrariū: cū cōsuetudo rationabilis, & prçscripta tollat legem. de cōsue. c. ulti. Nec uidetur irrationabilis consuetudo: quia cū sit necessarium pro expensis supplendis cōmunitatis, & ciuitatis defensione: qa omnes ciues debēt se, & sua exponere pro patriç defensione. Et licētia principis, quæ requiritur ad imponendū pedagium: uidetur obtenta, si extat consuetū. Nec ē i memoria hominū cōtrariū. Presupposita ergo licētia habita a principe, si gabella nomine pedagij intelligatur: & multó magis si gabella sit non ut pedagium, sed ut collecta: uidetur, q homines teneātur soluere gabellas de uictualibus, & quibuscūq;, ut in articulo tertio dicetur. Vnde beatus August. lib. ij. confes. Pactum inter se gētis, aut ciuitatis consuetudine, uel lege firmatum, nulla ciuis, aut peregrini libidine uioletur. dist. viij. quæ contra. Turpis enim est omnis pars uniuerso suo non congruens. Hæc illç. Ex hoc dicto Anto. satis ostenditur: qn huiusmodi gabellç sint licitæ uel non. ¶ Et nota circa

K
Si plus exigit̄ quā causam exactionis reqrit.

causam tertiā, quæ modum determinat impositionis per respectum ad causam finalem. q si plus imponeretur, quā causa propter quam exigeret ad restitutionem tenentur. Vnde Inno. tertius statuit: ut habetur de immu. eccle. quia pleriq;. dicens. Quia plerique prælati ut procurationem, aut seruitiū aliquod impendant legato uel alij plus extorquent a subditis quā soluant: & in eorum damnis lucra sectantes quærunt prædam potius, quam subsidium in subiectis. Id de cętero fieri prohibemus. Quod si quis forte præsumpserit: & sic extorta restituat: & tātumdē cogat pauperibus elargiri. Et similiter iudicetur in similibus. Et q dictum est in conclusione de imponentibus noua pedagia: etiā intelligēdum est de augmentantibus, aut aggrauantibus instituta. ¶ Tertia conclusio. Potest dominus, aut rector reipublicæ ultra possessionem, & redditus sibi assignatos: pacta quoque cum suis subditis per se uel suos antecessores inita: contributionem, seu collectas ab eisdem exigere: dum assignati possessiones, & redditus ad salubre reipublicç regimen scdm casuum emergentiū necessitates digno scuntur non sufficere. Illa conclusio satis patet ex notabili secundo: nam sēper bonum commune præponendū est bono proprio, & singulari: ideo cum respublica saluari non potest sine contributione subditorū: potest illa rector eis imponere: quia & pro defensione, & salute reipublicç tenētur subditi nō solū exteriora bona, sed ēt corpora sua exponere: ut pcedenti conclusione tactū ē. ¶ Sunt autem casus octo in quibus hæc licēt: puta aliquid a subditis exigere ultra cōsuetū, uel statutū: ut colligit dñs Anto. par. ij. ca. xiij. §. ij. ¶ Primus cū hostes irruunt, & iniuste terram inuadere, ac depopulari præsumunt: tunc enim pro defensione terræ, ciuitatis, castri, aut uillç ac personarum non solum impertire tenentur contribuendo sua: sed etiā corporaliter laborare, & munire se in ciuitatibus, castris &c. ac uigilare: ut se, & sua saluent: ut satis elicitur ex textu. c. peruenit. de immu. eccle. Itē xxiij. q. iij. fortitudo. & sequen. ¶ Secundus casus. Si dominus ire uult in exercitū indictum ab ecclesia, uel principe contra hæreticos, paganos, aut alios rebelles, & reipublicæ uastatores &c. nec de suo absque graui damno posset expensas necessarias facere: tunc enim potest a subditis auxilium moderatum petere. ¶ Tertius casus. Si in bello iusto ex parte sua captus est: nec potest se redimere de suis sine graui iactura ut supra: potest.

Cōcl. 3
L
Quando dominus pōt collectam imponere populo.

Octo casus.

exigere moderatum auxilium a subditis. ¶ Et dicitur notanter: in bello iusto: quoniam si in bello iniusto ex parte sua: puta a se temere, uel ab alijs ex sua culpa moto capitur: non posset contributionem exigere a subditis: & si exigeret totam summam, uel partem a detentoribus suis sibi impositam tenetur restituere, secundũ beatum Thom. in epistola ad ducissã Brabantię. ¶ Quartus. Dum dominus disponit ire ad principem ad impetrandum priuilegium pro defensione aut utilitate reipublicæ: & non posset de suis reditibus cõsuetis pficere: potest imponere collectam moderatam, per quam populus nõ grauatur. Et simile est de alijs agendis ad commodum reipublicæ. Vnde in ca. cum apostolus. de cens. dicitur. Prohibemus, ne subditos suos tallijs, & exactionibus episcopi grauare præsumant. Sustinemus autem pro multis necessitatibus, quæ aliquoties superueniunt: ut si manifesta, & rationabilis causa extiterit: cum charitate moderatum ualeant ab eis auxilium postulare. Et hoc idem intelligendum est de temporalibus dñis. ¶ Quintus casus est secundum Hostien. refectio pontium, & uiarum: & eadem rõne munitionũ necessariarũ reipublicę: ad quorũ reparationem nõ sufficiunt redditus constituti. ¶ Sextus est, quando ex iusta causa dominus depaupatus est uel nimijs obligatus debitis: nec habet unde decentem statum ad utilitatem reipublicæ (non ad pompã) habere possit: tenentur subditi subuenire ad conseruationem reipublicę. Immo in talibus, & similibus dicit Antoninus, uasalli debent se recognoscere obligatos: & hoc pene ubique probat consuetudo generalis, quę cum rationabilis sit censenda, ab omnibus est imitanda. Et in hoc concordat beatus Thom. in epistola allega. ¶ Septimus casus est, quando dominus maritat filiã; uel filiũ facit militẽ, sic n. potentior redditur ad defendendum rempublicam propter amicos acquisitos ex maritatione filiæ, & exaltatiõe filij: ita tamen, ꝙ cum moderamine debito exigatur: & etiã dum cõsuetũ est in his casibus aliquid exigere a subditis. Concordat cũ his Ray. Vlricus, Guil. & Hostiẽ. ¶ Octauus casus: dum dñs releuat feudũ, aut nouũ auget: aut filiũ, aut fratrem, aut terram captam redimit. Addit Ange. in sum. Aut aliquid acquirit in notabile commodum reipublicæ: sic dũ terram aliquã comparat; unde subditis suis notabile cõmodum obuenit: & reipublicę ut potentia defendendi terram suã: aut acquirendi uictualia, uel alia reipublicæ necessaria: secus si ad augendum pompam: aut ad magis opprimendum subditos, aut alios innocẽtes. Vnde breuiter in omnibus, quibus boni cõis utilitas cõparatur: siue directẽ, ut in primis quinq;: siue indirectẽ, ut in tribus casibus sequentibus: potest dominus collectam moderatam imponere; qñ de suis reditibus no põt cõgruẽ debito reipublicæ regimini pręesse: quia in his etiã pro mouetur utilitas subditorũ. tñ ut dicit Richar. expedito negotio si facultas prĩcipis superabundat: & communitas nimis grauatur: debet subuenire subditis, sicut caput membris. Extra hos casus, & similes ad hos reducibiles: si domini aliquid extorquent a subditis per se, uel officiales suos directẽ, uel indirectẽ. Indirectẽ, ut quando denegãt subditis iustitiam: aut non defendunt: uel uexationes per alios occultẽ subordinant: aut dissimulant, dum remouere possunt: ut sic aliquid extorqueant: fures sunt, & latrones: & ad restitutionẽ obligantur: secundum Hostiẽ. & alios.

¶ Quarta conclusio. Dominus grauans subditos insuetis seruitijs, canibus uel expensis: tenetur ad restitutionẽ illati grauaminis. Patet illa conclusio ex secunda. Nam iniuste damnificans tenetur ad restitutionem damnificato: ut ibi probatum est: sed grauans suos insuetis seruitijs, aut expensis iniustẽ damnificat grauatos: ergo. Et intelligitur conclusio extra casus in tertia conclusione positos. Et dicitur notanter insuetis: quia consueta seruitia ritẽ introducta exigere possunt: similiter ut de pedagijs habitum est in conclusione tertia. ¶ Quinta conclusio. Dominus impe- Cõcl. 5

[Right margin: Cõcl. 4 M Dominus grauãs canibus tenetur]

diens subditos suos in usu licito suarum rerum: aut prohibens earundem concessam naturali iure defensionem, tenetur eisdem ad damnorum passorum restitutionem. Probatur: quia dānificans iniustè tenetur ad damni restitutionē: ut frequenter dictum est de iniur. & dam. da. si culpa. sed impediens aliū in usu rerum suarum: impedit eum in iure suo: quilibet ius habet rebus suis utendi, licitè tamen: & per cōsequens damnificat iniustè. Similiter qui prohibet defensionem naturalem. ¶ Corollariū. Impediēs rusticum, ne operas suas exerceat, piscatorem, aut uenatorem, uel aucupem a captione piscium, ferarum, aut auiū: iniustè damnificat, & ad restitutionem tenetur. Sententia est Ange. in sum. in uer. restitutio. & Francisci de platea allegantium ad hoc leges. Et probatur: quia quando res est ad aliquid destinata naturaliter, qui ipsam iniustè impedit; tenetur ad damni restitutionem: sed in casu rustico, & uenatori aufertur suus proprius usus: qui erat sui proprij iuris: & fructus in eorū usu causaliter, & quasi seminaliter contentos: & ideo tenetur ad restitutionem damni: arbitrio tamen boni uiri, q attendit si uerisimiliter talē utilitatē habuisset, & sic restitui faciet. Si uero utilitas uerisimiliter non fuisset secuta: sic nihil faciet restitui: & sic de similibus. ¶ Et intelligi debet corollariū nisi impediens haberet solus facultatem uenandi, aut piscandi, cum exclusione aliorū in certo loco a principe, uel populi consensu: aut consuetudine: seu prę scriptione legitimè, & non uiolenter introducta: tunc enim posset in tali loco cęteris prohibere uenationem, & piscationem &c. ¶ Corollarium secundum. Prohibens subditum ne de possessionibus suis feras fructus suos depascentes, expellat fugando: etiam occidendo causa defensionis: tenetur ad damnorum illatorum restitutionem. Patet: quia naturali iure competit cuilibet defensio rerum suarum: etiam contra homines iniuriantes: ergo magis contra bestias, & feras irrationales, & maximè illas, quæ in nullius sunt bonis: & naturali ratione occupanti conceduntur. Item aut feræ sunt in bonis dominorum: aut non: sed in nullius. Si secundum: tunc conceduntur occupanti, & capiēti: & per consequens iniustè prohibentur ab eorum captione. Si primum: tenentur cauere, ne damnificēt pauperes aut damna restituere non minus: quam de animalibus domesticis: neq; consuetudo, aut constitutio aliqua humana tollere potest legem naturæ: & ideo prohibitio contraria est iniqua. ¶ Corollariū tertium. Dominus dānificans subditos, auferendo ab eis usuarium, quod habuerūt in nemoribus, aut pascuis, uel aquis. Similiter qui eos damnificant auferendo ligna, uel depascendo: ad restitutionem tenentur subditis: nec satisfaciūt soluendo dominis. Primum patet, & secundum: quia quicunq; aliū iniustè dānificat: restituere tenetur: sed auferens usuarium, aut damnificans iniustè impedit proximum in suis: & aufert bona nō sua: ergo. Tertium patet: quia pro illato damno satisfieri debet damnificato nō alteri: nisi esset seruus, aut non habens proprium de quo supra. ¶ Utinam domini, qui multis modis, & excogitatis inuētionibus innumeris suos subditos grauant, & excoriant: non uerè defensores domini: sed prædones, & tyranni, attenderent uindictam dei in regem Achab, & impiam eius uxorem Iezabel, pro ablatione uineæ Naboth Israelitæ. de qua iij. Reg. xxj. Forsitam temperarent cupiditates suas, & grauamina in pauperes. ¶ Quartum corollarium. Principes, & rectores, qui condunt leges iniquas populum indebitè grauantes: & a suis utilitatibus impedientes, contra ius diuinum, naturale, aut positiuū: grauiter peccāt: nec his ad sui obseruantiam populum obligant. Primum patet per illud Esa, x. Væ qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitiam scripserunt, ut opprimerent in iudicio pauperes: & uim facerent causæ humilium populi mei, ut essent uiduæ prædæ eorum, & pupillos diriperent. Quid facietis in die uisitationis, & calamitatis de longe uenientis. Ad cuius confugietis auxilium: & ubi dereį in-

Coro. 1 — N — De impediente piscatoré ue natoré.

Nota.

Coro. 2

Coro. 3

Nota.

Coro. 4 — De condētibus leges iniquas.

derelinquetis glor iam uestram:ne incur uemini sub uinculo, & cum interfectis cadatis. Secund pars patet per beatum Augu.lib.ii.confes. & habetur viii. disti. quę contra mores.& clarius.c.procedē. quo iure.§. dignitate. ubi dicit Gratianus. Dignitate uero ius naturale præualet consuetudini,& constitutioni. Quæ cūq; enim uel moribus recepta sunt: uel scripturis comprahensa: si naturali iure fuerit aduersa:uana,& irrita habēda sunt. Idem si contra legem diuinam:ut allegatus canō Augu.ostendit. Idem si contra legem positiuam: ut dicit Hosti. in sum. ti.de pœnitentiis. §. quibus, & qualiter. uer. quid de condentibus. ¶ Sexta conclusio. Quamuis seruus propriē acceptus quantum ad labores corporis, & lucra tēporalia sit inplena potestate domini sui: non tamē sic adscriptitii, uel originarij. Primum probatur ex notabili tertio. Et hæc ratio seruilis conditionis, quia emi, & uendi potest: & per cōsequens sicut corpus, ita & res exteriores, si quarū usum habet, uel peculium in potestate sunt domini. ¶ Et dicitur notanter quantum ad labores corporis: quia corpus serui non est simpliciter in potestate domini, sicut corpus pecoris: nō enim potest dominus seruum occidere, uel mutilare impunè: nec eo abuti contra legem diuinam: quę homicidiū & mutilationem proximi ac cæteraui tia generaliter prohibet: quam legē non potest tollere lex humana, qua introducta est seruitus. Lucra etiam temporalia ex laboribus serui prouenientia sunt in potestate domini: tenetur tamen dominus prouidere seruo de necessitatibus uitę: unde quantum ad illa lucra tēporalia nō est obligatio domini ad seruū. Et ideo omnes superiores conclusiones de subditis intelligendę sunt de illis, qui nō sunt seruilis cōditionis. Allegationes legū omitto. ¶ Secūda pars proba:ur: quia adscriptitii, uel originarij nō sunt proprię serui: sed liberi: nec a legitimis actibus repelluntur, nisi quia ad ordinēs nō admittūtur: unde dum debitam culturā glebę perficiunt: & onera realia, & personalia supportant: ad alia non tenentur: & q̄ supplicant, eorū sunt: nō dominorū: &

Cōcl. 6.
O
Quō serui se habent propriē ad dños suos.
ā adscriptitijs, & originarijs.

iō si sup hęc a dominis grauātur: ad restitutionem eis tenentur, sicut cæteris liberis sibi subiectis. ¶ Septima conclusio. Subditi, & uiatores, fraudātes pedagia, tallias, aut telonea instituta pro causa iusta, & legitima auctoritate: tenentur dominis ea, quę fraudarunt restituere: si tamen a recipientibus teloneum id agitur, cuius causa est institutum. Hæc est communiter doc. sentētia, & probatur: quia stantibus prædictis conditionibus, debitum est dare teloneum, seu pedagium: ut patet ex prędictis: sed fraudantes debitum, ad quod tenentur: peccāt, & tenentur ad restitutionē. Vnde qui talia sciēter faciūt: fures sunt: ut dicit Hosti. tracta. de restitu. §. quibus, & qualiter. uer. quid de quæstis. ¶ Dicitur notanter: causa iusta, & legitima auctoritate: quo niam aliter sunt iniusta, & per consequēs non soluenda: quia frangenti fidem fides frangetur eidem. de iureiur. c. peruenit. Et ideo si uiator fraudat sua occultando, dummodo nō mentitur, non peccat: nec ad restitutionem tenetur: si uero mentitur non iurans: peccat quidē ueniáliter: si addit iuramentum, peccat mortaliter; in neutro tamē casu tenetur ad restitutionem: quia nō subtrahit alienum: sed reseruat, quod suum est. Et dicit Ange. in sum. in uer. pedagiū. Si recipientes, aut imponentes pedagia non laborāt loco, & temporepro uniuersali utilitate, uiarū. s. & potiū reformatione, & saluatione psonarū, & rerū iuxta suū posse, ad qđ tenētur secūdū Arch. in e. si quis romipetas. xxiiii. q. iii. non peccāt, qui ea defraudant sine mendacio tamē, & periurio: nec tenentur ad restitutionem. ¶ Item antiqua consuetudo, cuius impositionis initium non est in memoria hominum: habetur pro legitima auctoritate: secūdū Hosti. ubi sup. ¶ De nouis uero pedagijs, & augmentationibus nouiter factis oportet certificari de legitima auctoritate, & iusta causa: quod si non fit: ius præsumit ea iniusta: ut in c. quemquam. de censi. lib. vi. ubi dicitur. Pedagiorum exactiones tam iure canonico, quā ciuili regulariter merito sunt dānatę, & ideo anteq̄ probetur, quia

Cōcl. 7.
P
Fraudātes pedagia iusta tenent.
Nota d solutione daciorum.

ſint legitimè inſtitutæ: nullus tenetur ſoluere;& ideo ſi quis fraudat: non tenetur:ut ſupra.Et addit Ange. ꝙ nullus poteſt exigere huiuſmodi pedagia &c. niſi ſit certus, ꝙ ſint legitimè impoſita ab habente auctoritatem imponendi,& ex iuſta cauſa: ex quo (ut dictū eſt) ius præſumit; ꝙ omnia ſint iniuſta. Subditus tamen ſi cogeretur a domino ſuo exigere talia: excuſaretur in dubio propter bonum obedientiæ:non autem illi, qui uoluntariè ſe offerunt ad exigendum ea: tenentur enim hi, & illi ad reſtitutionē ſubleuatorū:poſtquā conſtiterit, ꝙ ipſa nō ſunt legitimè impoſita:ſeu non ex iu-

Cócl. 8 ſta cauſa. ¶ Octaua concluſio. Officia-

Officia lis iniu-ſta exi-gens te-netur. Q lis collectas iniuſtas exigēs: aut iuſtas inæqualiter ſubditis imponendo odio, aut fauore tenetur damnificatis per eas illata damna reſtituere. Probatur per ca. ſæpe allega. ſi culpa. de iniu. & dam. da. & eſt de intentione domini Anto. parr. ij. ti. x. c. xiij. §. ij. & ſeq. ubi late ſub multis diſtinctionibus proſequit. ¶ Et dicit notanter odio, uel fauore: quia ſi facta diligentia debita in inquirendo bona eorum, quibus imponunt:& ſi parum deficerent, uel excederent: non tñ quærēdo proprium commodū: ſed nec moti ſunt fauore amicorum, aut odio inimicorum: in hoc caſu non tenentur. ¶ Et dicitur notanter: damnificato:& nō ſpecificaſ cui: qa quādoq; dānificatur cōitas, uel dñs: quādoq; is, cui imponitur: qñq; cæteri cōpræſtatores, ſecundū ꝙ diuerſimodè imponitur. Qñq; .n. imponitur certa ſumma ſoluenda aliqbus: ut ꝙ iſti ſoluant mille, & illa ſumma inter eos diſtribuitur ſoluēda. In quo caſu ſi alicui eorū minus imponitur: tenentur fraudatores illis, quibus prædicta ſumma ſoluenda imponitur:& illi, uel illis, quibus ſoluitur: iſti.n. non patiuntur iacturam. Si uero non imponitur certa ſumma totalis, ſed ꝙ detur de centum unus: tunc reſtitutio fieri debet (dū alicui minus imponitur) illi domino, uel communitati, cui debet fieri ſolutio impoſitionis: ſi uero plus, illi qui grauatur. ¶ De iniuſtis uero exactionibus patet ex præmiſſis, ꝙ illis reſtituēda eſt, a quibus exacta eſt. Non. cōcluſio. Recipiē- Cócl. 9

tes a tranſeuntibus pedagium:& permit R tentes eos robari; dum poterant prohibere, tenētur ablata reſtituere: aut raptorem exhibere. Hæc eſt ſententia, & Hoſtien. & Archi. in cap. ſi quis romipetas. xxiiij. q. iij. Et hoc uerum, ſi talis rapina ex defectu eorum uenit: non faciendo quod in ſe eſt ad prohibendum in territorio ſuo. Nec ſufficit: nec tenetur reddere pedagium, ſed tenetur reddere ſpolium: qa iuſtè recepit pedagiū: & tenetur tueri tranſeuntes a periculis latronum: ut ſupra dictū eſt in cōcluſiōe. vj. ¶ Quātū ad articulū tertiū dubitaſ primò: utrum ſubditi teneantur obedire domino non legitimo: ſed uſurpatiuo. Reſpōdetur: ꝙ non tenentur: quia ſicut ipſe nō eſt eorum dominus: ita nec ipſi eius ſubditi: tamen ut dicit beatus Thom. ij. ij. non tenetur quis obedire homini, niſi inquantum requirit ordo iuſtitiæ: qui autē non habet iuſtum dominium: ſed uſurpatum dominium: non habet ordinē iuſtitiæ ad ſubditos, & per cōſequēs nō tenetur obedire: ꝙ uerū eſt niſi ex inobedientia immineret ſcandalū, uel periculū ſui, uel aliorū: in quo caſu obediendū eſſet; donec ſcandalū ſedaretur: aut periculum caueretur. Sed habentibus iuſtū dominium obediendū eſt, quantumcūq; mali ſint: ſi tamen non præcipiunt illicitum. Vnde. j. Petri. ij. Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis ueſtris: non tantum bonis: ſed etiam diſcholis. Et ad Roma. xiij. Qui poteſtati reſiſtit, deo reſiſtit. Si uero illicita præcipit, puta cōtra legem diuinam, aut naturalem: ſeu etiam ſuperioris, ſi ſuperior habetur in terris: in eo obediendum non eſt: ſed reſpondendum præcipienti illud Petri Act. iiij. Si iuſtum eſt in conſpectu dei uos potius audire, quàm deū: iudicate. Et illud eiuſdem Act. v. Obedire oportet deo magis, quàm hominibus. Ad idem Auguſt. in de natura boni. quod ſi illud iubeatur a poteſtate, ꝙ non debeas facere: hic ſanè contemne poteſtatem. Et ſequitur. Nec minor debet iraſci, ſi maior prælatus eſt. Sequitur. Si aliud iubeat imperator, aliud deus, quid

Recipiē tes pe-dagia a uiatori bus.

Arti. 3. Dub. 1.

Subditi non te nentur obedire domi-no inio ſte occu panti.

iudicas: maior potestas deus: da ueniā o Imperator: tu carcerem, ille gehennam minatur. Hic iam assumenda est tibi fides tua, tanquam scutum, in quo possis omnia ignea iacula inimici extinguere: & habetur dist. ulti. lib. ij. & latius. xi. q. iij. qui resistit. & c. seq. pulchre ad propositum: ubi ait Aug. in psalmis: Iulianus extitit infidelis imperator: nonne extitit apostata: iniquus idololatra: milites christiani seruierunt imperatori infideli: ubi ueniebant ad causam christi: non agnoscebant nisi illum, qui in cœlo erat: quando uolebant, quod idola colerent, ut thurificarent: præponebant illi deū: quando autem dicebat. producite aciem: ite contra illam gentem: statim obtemperabant: & distinguebant dominum æternū a domino temporali. ¶ Dubitatur secundò: utrum dominus potest alicui concedere immunitatem talliarum. Respondetur secūdum Panor. in c. peruenit. de immu. eccle. quod princeps proprio motu potest: sed non ad petitionem nisi ponatur in clausula. Non obstante. l. si. C. si contra ius, uel publicam utilitatem: quia cum sit cōtra publicam utilitatem: oportet fieri mentionem de eo. Ab inferioribus autem potest concedi: sed sine præiudicio communitatis: puta si communitas dabat centum: & eximitur, qui dabat decem: non dabit communitas nisi nonaginta. Similiter inferiores, & communitates possunt concedere immunitatem hanc non suis subditis: licet non habeant iura imperij, ut ueniant ad habitandum in terris suis: ut quotidie fit medicis, & doctoribus: sed non iam subditis: nisi in præiudicium concedentis. Ex quo patet: quod domini milites, aut communitates, qui imponunt ad libitum suum nunc plus, nunc minus exigendo: peccant tanquam fures, & latrones: secundum Hosti. Nec habet locum consuetudo, ubi cum uiolentia est introducta. ¶ Dubitatur tertiò: utrum domini uel communitates possunt a recedentibus a suis dominis recipere, quantum uolunt. Respondetur, quod si certum est: quod huiusmodi consuetudo, & onus impositum est

Dub. 2. Vtrū dominus possit cōcedere alicui immunitatem.

Dub. 3.

terre, uel hominibus sine fraude, & malitia: potest tolerari: si uero nō est certū, aut credatur uerisimiliter; quod nō sit legitime impositū: tenetur restituere. In dubio tamen dicit Ange. in sum. in uer. talia. § x. Ex quo ab ecclesia toleratur: non esset eis absolutio deneganda simpliciter: sed cum dubitatione præstanda. ¶ Sed uidetur; quod hic distinguendum sit sicut de pedagijs, & alijs, ut quis: de quo rum initio, & institutione nō extat memoria hominum: quod ibi præscriptio lōgi tēporis locū habeat. ¶ Dubitatur ultimò: utrum dñs teneatur ex facto familiæ, & suorū officialiū. Rñdetur quod tenetur ad restitutionē dāni per familiā illatū in eo officio, cuius ministerio dñs est præpositus: & ipse in eo ministerio utitur opera familiæ, ut dominus, cui incumbit custodia terræ: tenetur ex robaria per familiam suam facta siue sit libera, siue seruilis: ut uult Panor. in cap. licet. de rest. spo. Sic dñi, qui male utuntur suis officialibus, & negligunt eos corrigere: & officio priuare, cum male agant in talibus officijs: & subditos, uel extraneos iniuste grauant: tenentur ad restitutionē totius damni inde secuti. Prouidere ergo debēt domini de honesta familia deū timente: ne ex eorum maleactis, & sua negligenti correctione, fiant culpabiles. Et propter hoc non licet dominis officia sua uendere officialibus: per hoc enim minus liberi sunt ad corrigendū eos. Nec eos priuare possunt officijs, dum in eis delinquunt, quæ eis uendiderunt. Dat quoque officialibus huiusmodi occasionem extorquendi iniuste præcium a subditis sui officij. Et ementes secundum leges grauiter sunt puniendi: ut ostendit Baptista in summa restitu. iij. Et tenentur uendentes secundū eundem ad restitutionem pecuniæ: nō illis, qui dederunt propter turpitudinem: sed pauperibus. Debent etiam officia gratis committi: ut caueantur extorsiones, & grauamina pauperum: oppressio iustitiæ: & alia innumera mala, quæ sequuntur huiusmodi uenditiones. Quæ si oia possent sufficienter caueri: & lex prohibens nō obstaret: posset forte tole

Dub. ul. Vtrum dominus teneatur ex facto familiæ.

ratur ut uult beatus Tho. in quadam epistola ad ducissam Brabantiæ: licet, & ipse suadeat, ut non uendantur: sed idonei eligantur.

QVAESTIO. VI.

A QVAERITVR sextò circa restitutionem iniustè in iudicijs a litigantibus extortorum: ubi grauati uolunt quidam dare simpliciter: nolunt tamen ex conditione: utrum ministri iustitiæ exacta a partibus propter actus iudiciales, uel ad iudicium requisitos, teneantur restituere: & iustitiam partibus gratis ministrare. ¶ In quęstionis responsione præmissis notabilibus, ponentur côclusiones: & secundo mouendorum dubiorum solutiones. ¶ Quantum ad primum articulum notandum post Alexã. de Hales par. iij. q. xl. ꝙ ad iudiciũ quo ministratur iustitia plures concurrũt personæ. Quædam substantialiter, sine quibus non est iudicium. Quædam contingenter, quę frequenter concurrunt: nõ tamẽ necessario, neq; semper: puta sine quibus esse potest iudicium. Primæ sunt quatuor. Iudex, actor, reus, testis. Alię sunt, assessor, aduocatus, procurator, tabellio siue scriba, executor: & si quæ aliæ sunt ad iustitiæ ministrationem congruæ. ¶ Iudex requiritur ad sententiandum, de quo dicitur Deut. xvj. Iudices, & magistros constitues in omnibus portis tuis: ut iudicent populum iusto iudicio: nec in alteram partem declinent. Non accipies personam: neq; munera: quia munera excęcant oculos sapientũ, & mutãt uerba iustorum. Et est triplex. Ordinarius, cui ex dignitate, uel officio conuenit iudicare: sicut habens dignitatem, uel officium, cui annexa est iurisdictio: sicut episcopi, archidiaconi &c. Delegatus est, cui ex speciali commissione ordinarij iudicis conuenit in certa causa, uel etiã generaliter cognoscere, seu iudicare. Arbitrarius, qui nullam potestatem habens consensu litigãtium in iudicem eligitur. ¶ Accusator requiritur ad accusandum. Nam secundũ

Arti. 1. Nota. 1 De multiplicibus personis ad iudiciũ concurrentib⁹.

Amb. super epistolam ad Corint. iudicis non est sine accusatione damnare. & habetur. ij. q. j. de manifesta. Verum est hoc: nisi crimen sit notorium: nã ut idẽ dicit euidentia patrati criminis clamore non indiget accusatoris: fama enim publica eum accusat. ¶ Reus requiritur ad respondendum. Sicut enim non est iudicium sine iudice, qui iudicat: ita nec esse pôt sine eo, qui iudicatur: unde reus est, qui accusatur, seu impetitur super aliqua re siue iustè, siue iniustè. ¶ Testis requiritur ad probandum. Nam ut dicit Felix papa: non ante sententiam proferãt damnationis; quàm aut reum se ipse confiteatur: aut per innocentes, aut canonicè examinatos testes regulariter conuincatur. Quod etiam de non notorijs intelligendum est, sicut de accusatore: euidentia enim sceleris: & confessio propria accusati uicem supplent testis. ¶ Reliquæ personæ non requiruntur semper: sed in casu. ¶ Assessor ad côsulendum iudici, dum iudex non est sufficienter iurisperitus. ¶ Aduocatus, & procurator ad defendendum, ac dirigẽdum reum, uel etiam actorẽ. ¶ Tabellio ad scribendum acta: ne cadant a memoria. ¶ Executor requiritur ad effectũ sententiæ consequendum. Vnde quando iudex est sufficienter peritus: actor, & reus similiter iudiciarij processus gnari &c. potest sine assessore aduocato, procuratore &c. celebrari iustum iudicium. ¶ Secundò notandum: ꝙ dictæ personæ deficere possunt a iustitia multis modis, quibus innocentes damnificantur: & hoc uel scienter, et ex proposito corrupti prece, precio, fauore, inuidia, aut certa malitia: aut ignoranter: uel nõ a proposito propter negligentiam, aut alium casum præter uoluntatem accidẽtem. ¶ Vbi aduertendum: ꝙ quilibet in officio constitutus, tenetur habere peritiam tantam, ut possit officium iustè exercere: unde iudex ecclesiasticus habere debet saltem mediocrem scientiã: licet eminens sit affectanda: ut habetur in cap. cum nobis. de elec. in textu & in glos. ¶ In seculari autẽ iudicio (ut dicit Antoninus) si habet côsuetudinem causarum

Not. 2. B Dictæ personę possunt deficere a iustitia modis multis:

sarum, uel peritiam iudicandi: potest cōmitti causa iura ignoranti: & potest esse ordinarius: nam & milites possunt esse iudices: dantur enim assessores iudicibus, consulant ignorantibus iura. ¶ De iudice etiam delegato dicit Vltricus, q; sæpe est ignarus iuris, quod etiam nouit delegans: sed ratione bonitatis delegat causam. Idem uidetur dicendum de arbitris, dum ergo per se non habēt peritiam sufficientem, assumant assessores iurisperitos; ut tales consulant, quorum informationibus suas suppleant imperitias.

Not. 3. C Iudex gerit uicē Dei. ¶ Pro quorum ampliori declaratione notandū est tertiò post Alexan. de Hales. par. iii. q. xl. membr. iiii. q; ut dicitur Deut. j Dei iudicium est. unde homo iudicando gerit uicem dei. Ideo iudex in tribus debet conformari deo: scilicet in potestate: in ueritate: in bonitate. Hinc Exodi. xviii. dixit Ietro Moysi. Prouide de omni plebe uiros sapientes, & timentes deum, in quibus est ueritas: & qui oderunt auaritiam; qui iudicent populum omni tempore. Potestas sit in auctoritate: ueritas in iudicij discretione: bonitas in animi rectitudine. Vnde Deut. xvj. Iudices, & magistros constitues in omnibus portis. ecce auctoritas potestatis: ut iudicent populum iusto iudicio: ecce iudicium ueritatis: nec in alteram partem declinent: ecce rectitudo animi. Vnde sequitur ibi. Non accipies personas: nec munera: quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant uerba iustorum. ¶ Hæc etiam tria notantur Deut. j. Date ex uobis uiros sapientes, & gnaros. Ecce discretio ueritatis. Quorum conuersatio sit probata. Ecce rectitudo bonitatis. Vt ponam eos uobis principes. Ecce auctoritas potestatis. ¶ Et propter defectum harum conditionum quædam personę repelluntur; ne sint iudices. Propter defectum primę: mulieres non possunt esse iudices ratione sexus: quia post peccatum dictum est ei. Sub potestate uiri eris.

Quę personæ repellunt ab officio iudicandi.

Vnde. j. ad Cor. xiiii. Mulieres in ecclesiis taceant: non enim permittitur eis loqui: sed subditas esse. Eadem ratione, & serui repelluntur a iudicis officio. De quibus. j. Pet. ii. ita dicitur. Serui subditi estote in omni timore dominis. ¶ Propter defectum secundę conditionis: scilicet iudicium ueritatis, seu discretionis, repelluntur surdi, & muti, furiosi, minorēnes. Nam in iudice requiritur scientia iuris: & cum hoc experientia iudicii: tamen secundum moderationem supradictam. Vnde Deut. j. dicitur. Date ex uobis uiros sapientes, & gnaros: sapiētes. s. per iuris, & legū notitiam: gnaros propter experientiam. Hinc & Numeri. xi. dixit dominus Moysi. Congrega senes populi, quos tu nosti: q; senes sint populi, & magistri: ut sustentēt onus tecum. Hinc propter imitationis exemplum, iudex omnium christus ad actus prelationis non processit nisi in ętate perfecta triginta annorum, & post baptismum: ut habetur Lucę. iii. ¶ Propter defectum tertiæ conditionis, scilicet propter defectum bonitatis, seu approbationis ritę repelluntur infames, hæretici, excommunicati, aut probabiliter suspecti: ut inimici, uel etiam consanguinei actoris, de quibus probabilis est suspitio declinationis a rectitudine iustitiæ. Hinc etiam supra Deut. j. ait Moyses. Date ex uobis uiros sapientes, & gnaros, quorum conuersatio sit probata in tribubus uestris: ut ponam uobis eos principes. ¶ Quartò notandū, q; quicunq; ui, uel metu ab aliquo pecuniam, uel aliam rem utilem extorquet indebitam, idest ad quod non tenetur: peccat, & ad restitutionem tenetur: nisi ex parte dantis turpitudo uersaretur: tunc enim non esset restituendum: sed pauperibus erogandum. Hęc maxima sic probatur. Nam quicunq; damnificat alium iniustē: ad restitutionem tenetur ut in cap. si culpa. de iniu. & dam. da. sed qui extorquet indebitum, damnificat iniustē: ergo ad restitutionem tenetur. Consequentia nota cum maiore. Minor probatur: quia quicūq; extorquet indebitum, extorquet iniustē: & per consequens damnificat iniustē. Antecedens patet: quia omnis extorsio iusta est extorsio debiti: q; ad ea, quę iusta sunt, quilibet hō tenet: & p cō

Not. 4. D Qui extorquēt tenet.

Concus sio quid sit. sequēs extorsio indebiti est iniusta. ¶ Praeterea. Extorsio rei indebitae reducitur ad crimen concussionis. De quo beatus Ioan. Luc. iii. in regula militum ait. Neminem concutiatis. ergo ad restitutionem tenetur. Tenet consequentia: quia crimen concussionis punitur restitutione quadrupli: ut. xviij. dist. in. quoniam. §. porro. & glos. cum allegatis ibidem. Antecedēs probatur: quia ut colligitur. j. q. j. iubemus. & duobus. c. seq. cō cussionis crimen est, dum quis minatur alicui, nisi hoc, uel illud des, aut facias: illud faciam, uel non faciam. Vel quando iudex uenalem dat sententiam alias non daturus: aut non dat alias daturus: uel dum pœnam remittit prẹmio, uel cupiditate ingessit. Sic qui in accusatione innocentum coierit: uel qui pecuniā ob accusationem, uel non accusationē denunciandam, uel non denunciandam: uel ob ferendum, uel non ferendum testimonium accipit. Vnde breuiter concussio est; quando quis ad id, quod tenetur: non impedit nisi data pecunia saltem ultra stipendiū sibi deputatum. Vnde beatus Aug. in de uerbis domini. & habet. xxiii. q. j. militare. Militibus, protectoribus, cūctisq; rectoribus dicitur. Quicunq; sibi stipendia publicē decreta cōsequitur: si amplius quẹrit: tanquam calumniator: & concussor Ioan. sententia condemnatur. Et tantum de articulo primo. ¶ Quantum ad articulum secūdum

Arti. 2. Cōcl. 1. E est conclusio prima. Tam iudex, quā cęterae personę ad iudicium concurrentes, si defecerint a iustitia scienter, & spōte: tenentur damnificatis per ipsos damna restituere. Patet ex notabili quarto: quia iniustē damnificans tenetur ad restitutionem maximē, dum nullā habet legitimam excusationē. Et qui sciēter, & sponte a iustitia declinando damnificat: dolosē, & fraudulenter agit: ideo non excusatur: quoniam fraus, & dolus nemini pa

Cōcl. 2. trocinantur. ¶ Secunda conclusio. Iudex per suam negligentiam damnificans partē: tenetur ipsam seruare indemnem. i. tenetur parti lęsę damna compensare. Probatur: quia negligendo dat causam efficacem damno: & per consequēs tenetur ad restitutionem dāni: per. c. si culpa. frequenter allegatū. unde glos. in. c. quoniam contra. de proba. super uerbo. negligentiam. dicit. Si culpa, uel negligentia iudicis pars aliqua damnum incurrat: totum iudex relarcier. Committit autem iudex negligentiā secundū Hostien quādo negligit terminare causam, uel habere tabellionem, uel aduertere: uel nō prouidet de aduocato, ut tenetur: uel nō curat reuoluere libros, & huiusmodi, quae suo officio incumbunt. ¶ Tertia conclusio. Iudex damnificans partem per ignorantiam omittens quod in se est facere: tenetur parti lęsae damna resarcire. Cōcl. 3.
Patet: quia talis in culpa est illati damni, cum se insufficientem sciuit, uel scire debuit: & tamen causam iudicare praesumpsit. Et hoc uerum est secundum Hostiē. in ordinario. Delegatus autem, qui necessitate obedientię iudicat, & bona fide & de consilio iurisperitorum: licet iniustē iudicet, non tenetur ad restitutionem: nec peccat, sed magis eius assessor: ideo notanter dictum est: omittens facere quod in se est. unde si sine consilio peritorum secundum caput suum iudicaret, aut assessorem minus idoneum scienter assumeret: esset in culpa. ¶ Quarta cō Cōcl. 4.
clusio. Iudex recipiens a partibus munera prohibita siue iustē iudicet, siue iniustē: siue ut nō iudicet: uel ut iudicium differat. tenetur restituere recepta. Probatur conclusio. Nam quicunq; recipit aliquid contra legem prohibentem receptionem, facit rem non suam: & per consequens tenetur ad restitutionē. F Iudex recipiēs munera quō tenetur.
Antecedens declaratum est supra. ea. distin. q. ii. arti. j. Sed utraq; lege politica, & diuina prohibitum est iudicibus recipere munera: nam ut supra allegatum est Deut. xvi. iudicibus dicitur. Non accipies personam, nec munera &c. & in alijs pluribus locis scripturę. hoc quoad legem diuinam. Quoad politicā dicitur in. c. cum ab omni. de uita & hone. cleri. Nec iustum iudicium uendere licet: & uenales sententię ab ipsis etiam secularibus legibus reprobantur. ad idem. cap. statutum. de rescrip. lib. vj. ubi additur. Si quis autem contra constitutio-

nem præsentem receperit, ad ipsius restitutionem integram teneatur: nulla eorum, quibus restitutio facienda fuerit remissione nullatenus profutura. Ex quo patet. quod remissio restitutionis si fieret per eum, cui restitutio est facienda, non releuat iudicem munera recipientem. Et licet decretalis illa loquatur de iudice delegato: magis tamen locum habet in ordinario: ut uult glos. Facit ad idem dictum beati Aug. ad Macedo. dicentis. Non licet iudicem uendere iustum iudicium: etsi liceat aduocato uendere iustum patrocinium: & iurisconsulto rectum consilium: ut habetur. xi. q. iij. nō licet. Ad idem beatus Greg. ea. quęst. qui recte. ubi dicitur. Qui recte iudicat: & præmium remunerationis expectat, fraudem in deum perpetrat: quia iustitiam, quā gratis impertiri debuit, acceptione pecuniæ uendidit. Bonis male utuntur, qui pro temporali lucro iuste iudicant. Et sequitur. Acceptio numorum præuaricatio ueritatis est. Unde pro iusto dicitur. Qui excutit manus suas ab omni munere: iste in excelsis habitat. ¶ Dicitur notanter in cōclusione: munera prohibita: nam aliqua munera sunt quibusdam iudicibus concessa. Hinc Alex. par. iij. q. xl. memb. vi. art. iii. Nullus iudex potest recipere pecuniam pro iudicando: immo sicut de prædicatione, & aliis spiritualibus officijs dicitur. Gratis accepistis, gratis date. ita gratis, & sine intentione precii debet iudicari: tamen sicut de prędicatore dicitur Mat. & Luc. x. Dignus est operarius mercede sua: idest sustentatione. ita & de iudice: tamen cum distinctione. Sunt enim iudices ordinarii, & iudices delegati. Ordinarij sunt duplices ecclesiastici, & seculares. ¶ Iudices ordinarij ecclesiastici cum ratione suæ dignitatis habeant sufficientes redditus sibi assignatos: nihil omnino debent accipere: unde & ad illos extenditur illud uerbum Ioan. baptistæ. Luc. iij. Contenti estote stipendijs uestris: ut sup. habitum est in fine art. j. ¶ Nec xenia recipere debent a litigantibus etiam sponte oblata, propter suspitionem uitandam a partibus. Excipiuntur tamen esculenta, & poculenta, quæ breui tempore consumi possunt. Unde in allegato cap. statutum. ita dicitur. Insuper ut gratis & cum omni puritate iudiciū coram ipso scilicet iudice procedat: nullum munus, uel quicquid aliud nisi forsan esculentum, uel poculentum mera liberalitate oblatum: quod paucis consumi posset diebus, recipere præsumatur. Ubi glos. de aliquo, quod in muneribus consistit: etiam unius denarij ualorem recipere non potest nisi esculentum &c. Et ponitur ibi iudicium pro sententia: & etiam pro omni eo, quod sententiam præcedit. Et dicitur mera liberalitate: ut scilicet exactum, uel petitum, directe, uel indirecte non fuerit.

Iudices ordinarij.

G ¶ Sed quid si iudex ordinarius ecclesiasticus non habet de sua dignitate, unde uiuat: nunquid tenetur suis expensis iudicare. Respondetur: quia scriptum est. Iuste, quod iustum, est exequeris: & simpliciter prohibitum est ordinario iudici: ne aliquid recipiat extra casus concessos: si non habet de sua dignitate, unde possit gratis iudicium impendere: cedat dignitati, & officio. Non enim assumere debet dignitatem, qui non potest iuste exequi, quæ sunt dignitatis. ¶ Ordinarius autem secularis de iure ciuili petit sportulas: nec aliud potest petere. iij. quæst. iij. inducię. §. obseruatur. Sportulæ autem sunt munera a lege non diffinita: ut Angelus dicit in summa. Hoc est: sportulæ uasa sunt, in quibus solent offerri munera iudicibus: & qualia, quantaq; debeant esse illa munera: non est lege diffinitum. Dicunt tamen quidam: quod ordinarius secularis non potest recipere aliquid a partibus eadem ratione, qua ecclesiasticus: quia & ipse propter iustitiam tuendam, & ministrandam habet suam prouisionem. Potest tamen recipere esculenta &c. ut supra. ¶ Iudex uero delegatus ecclesiasticus nihil accipere potest nisi esculenta &c. sicut & ordinarius: ut patet per capitulum. cum ab omni. & capitulum statutū. supra allegata. ¶ Verum delegatus

De iudice delegato.

poteſt accipere expenſas uię: dum cogitur proficiſci extra domicilium moderatas: in quibus non plus ab una parte, quã ab alia exigat: cũ commune negotium utriuſq; gerat. In quibus modum teneat, ut non occaſionem aſſumat proficiſcendi propter expenſas: ſed ſola cauſę utilitas, uel neceſſitas proficiſci compellat, ꝙq; ſi partes notabiliter pauperes fuerint: etiã pro expenſis nihil prorſus exigat ab eiſdem. Fuerunt, qui dixerunt; ꝙ proficiſcens extra domicilium, tenetur cõputare expenſas, quas domi habuiſſet: & illas ſubducere ab expenſis uiæ: & hoc tenet gloſ. in c. cũ ab omni. Sed Panor. in eo c. tenet ꝙ non. Et hęc opi. eſt magis benigna: licet tutior ſit prima. ¶ Item delegatus eccleſiaſticus a principe, ſi indiget: poteſt aſſeſſorem partibus non ſuſpectum aſſumere: & ei de competenti ſalario a partibus facere prouideri. Si uerò aſſumere non indigens: tenetur ei de ſuo proprio prouidere. omnia hæc in c. ſtatutum. Neutrum autem præmiſſorum duorum poteſt iudex ordinarius. Si enim contingit eum proficiſci, ſuis expenſis proficiſcatur. Similiter ſi aſſeſſorem aſſumit, de ſuo proprio prouideat: quia habent reditus ſibi aſſignatos: unde debent iuſtitiam gratis miniſtrare: & habere debent peritiam iudicandi: ut ſup. dictũ eſt. ¶ Sed de delegato ab ordinario ſunt opi. Utrum habeat expenſas, ſi proficiſcatur. Tenẽt quidam, ꝙ ſic ſicut delegatus a principe: tam pro uictualibus, q̃ pro equorum uectura, & ſimilibus: niſi eſſet delegatus ad uniuerſitatem cauſarũ, uel ad unã maliciosè: quia tunc ordinarius habet prouidere de ſuo. argumentũ ad hoc ultimũ in c. inter cętera. de offi. ordi. hanc opinionem tenet gloſ. in c. ſtatutum. Alij tenent, ꝙ indiſtinctè legatus ordinarij nõ habet petere expenſas a partibus: ſed ordinarius debet ſibi prouidere: & hoc tenet gloſ. in c. cũ ab omni. Sed opinio prima uidetur magis æqua. ¶ Delegatus autem ſecularis etiam a principe nõ habet niſi duos aureos in principio: & duos in fine: dum cauſa excedit centum aureos. Si non excedit: nihil habebit: ita diſponunt iura ciuilia: ut habetur in gloſ. cap. cum ab omni. ¶ Sed quid ſi delegatus eccleſiaſticus non habet reditus, uel beneficium eccleſiaſticum ſufficiens; unde uiuat. Panor. in cap. cum ab omni. tenet, ꝙ poteſt petere id, quod poteſt petere delegatus a principe ſeculari. ¶ Sed magis placet angelo in ſum. opinio contraria: ꝙ non poſſit; niſi propter tale cauſam occuparetur ab aliquo honeſto exercitio, de quo uiuit: tunc procedit opinio Panor. ¶ Sed de notario manifeſtum eſt: ꝙ pro notario cauſæ, qui ſcribit, delegatus poteſt petere ſalarium, quod metas rationis nõ excedat: dum tamen ipſe nullo modo cum ipſo, aut aſſeſſore lucrum participet: ut in cap. ſtatutum. ¶ Sed de ordinario dubium eſt, quia uidetur, ꝙ de ſuis debeat prouidere ſuis officialibus: ſed probabile eſt, ꝙ poſſit. hæc de iudice. — *De notario.*

¶ Quinta concluſio. Actor iniuſtè damnificans reum in proceſſu iudiciali tenetur reo ad compẽſationem illati damni. Probatur concluſio: quia dat efficacem cauſam damni: & per conſequens ad reſtitutionem tenetur per capitulum. ſi culpa. de iniu. & dam. Poteſt autem actor in iudiciali proceſſu multipliciter deficere. Nam ut dicitur. ii q. iii. §. notandum. In criminali actor, ſiue accuſator tripliciter peccat. ſ. calumniando, præuaricando, tergiuerſando. Calumniatur quando falſa crimina alicui ex malitia imponit: ſicut in ciuili, dũ petit aliqua bona tãquam ſibi debita, quæ nouit per ſe, uel ex conſilio peritorum ſibi non deberi: & talis in utroq; caſu peccat mortaliter: agens contra charitatem proximi, & contra iuſtitiam. Et talis de omni damno dato tenetur læſo, quod inde ſecutum eſt: ſiue in fama: ſiue in perſona: ſiue rebus ad arbitrium boni uiri. Et ſi eſt in progreſſu cauſæ, debet dimittere eam, & non proſequi. ¶ Secundò peccat præuaricando: quaſi uariè certando, & contingit in criminali. aliam partem. ſ. accuſatum adiuuando, colludendo cum eo, uel diſſimulãdo: uel nõ inducẽdo legitimas probationes, quas habet contra eũ: & acceptando — *Cõcl. 5. H Actor iniuſtè damnificans tenetur.*

ptando plures excusationes. Et cum hoc facit corruptus pecunia a reo, aut precibus eorum inductus: tūc secundum beatum Thom. ii. ii. q. lxviii. ar. iii. peccat mortaliter: quia facit contra rempublicam, cuius bonum procuratur per punitionem criminum. Et hoc uerum, si falsitatē committit, aut maliciosé agit: & si ex hac prçuaricatione sequeretur notabile damnum reipu. uidetur, φ ad restitutionem tenetur reipub. per ca. de iniu. & dā. In causa autem ciuili, ubi agitur de temporalibus: quia ibi non intenditur nisi indemnitas actoris, seu acquisitio iuris ipsius: & quilibet potest iuri suo renunciare: ideo absq; peccato potest desistere a prosecutione causæ suę: siue concordando cum aduersario: siue cedendo iti ad uitandum expensas, & grauamina litigiosa. ¶ Tertiò peccat tergiuersando, qui penitus ab accusatione desistit in criminali: aut liti cedit in ciuili. Et de hoc dicitur: sicut statim dictum est in præuaricatione. ¶ Nota tamen: si actor habet iustam causam criminalem, uel ciuilem: & eam prosequitur per indebita media: ut per testes corruptos: aut falsa instrumenta &c. obtenta uictoria. Licet peccet utendo indebitis medijs: tamen quia certus est de iustitia causç: non tenetur ad restitutionem. Similiter si credidit se habere causam iustam sic informatus ab aduocatis. Licet sit iniusta, & uincit: non tenetur restituere durante bona fide. Si tamen post certificatur de errore suo: tūc tenetur ad restitutionem illorum bonorum in iudicio obtentorum: nisi iā bona fide præscripserit. Idem est de eo, quod quis tenet ex iniusta sententia data pro eo a iudice, etiam non procuratione ipsius obtinentis, sed ignorantia, uel malitia iudicis lata: dum nouit sententiam esse iniustam: licet qui succubuit, non appellasset. Et in hoc uidetur consensisse sententiæ: quia consensus ille non est uerus, sed præsumptus: quia non sufficit in foro conscientię. hæc Antoni. par. ii. ti. j. c. xix. §. v. ¶ Sexta cōclusio.

Cōcl. 6. I Reus se calumniosè defendendo inferēs dānum actori, uel iudici: tenetur ad restitutionem damni. Probatur cōmuni medio: quia dat efficacem occasionem dāni. ¶ Defendit autem se tripliciter: aut calumniosè dicendo falsitatem: aut tacendo ueritatem, quam tenetur dicere: aut friuolè, & iniustè appellando. Nam falsitatem in sua defensione committēs scienter: siue mentiendo, siue aliter: efficitur periurus, propter iuramentum calumnię: quod præstandū est etiam in causa criminali: & ita peccat mortaliter. ¶ Ex quo patet φ nunquam licet negare ueritatem: quia negando ueritatem committit falsitatem. Potest tamen tacere ueritatem, quando illam non tenetur confiteri. Tenetur autem respondere ueritatem: dum a suo iudice inquiritur secū dum formam iuris: cum sunt semiprobationes, cum exorta fama &c. Unde qui sic inquisitus tacet, aut negat ueritatem etiam in casu mortis; peccat mortaliter. Cuius ratio secundum beatū Thomam. ii. ii. q. lxix. artic. j. Nam quicunq; facit contra debitum iustitiæ: mortaliter peccat. Pertinet autem ad debitum iustitiæ: φ aliquis obediat suo superiori in his, ad quæ ius suę prçlationis se extēdit. Iudex autem superior est eius, qui ab eo legitimè iudicatur: & ideo tenetur accusatus iudici suo legitimo ex debito exponere ueritatem, quam ab eo secundū formam iuris exigit. Et ideo si respōdere noluerit ueritatem, quam dicere tenetur: uel si eam mendaciter negauerit, mortaliter peccat. Si uero iudex hoc exquirit, quod non potest secundum ordinem iuris: non tenetur ei respondere: sed potest per appellationem, uel aliter sine tamen mendacio subterfugere. Hæc Thomas. Et subdit eadem qçstione articu. ii. Aliud est ueritatem tacere: aliud falsitatem proponere: seu dicere. Primum in casu licet. Non enim tenetur quis omnem ueritatem confiteri: sed illam solam, quam potest, & debet iudex secundum formam iuris inquirere. Secundum uerò scilicet falsitatem proponere in nullo casu licet. Potest ergo accusatus, seu impetitus se per uias licitas defendere occultando ueritatem, quam non tenetur confite-

Reus se calumniosè defendens tenet.

ri: & per alios conuenientes modos: sine assertione falsitatis, aut negatione ueritatis. Nam qui uerum negat: negando falsum dicit. Et hoc non est se calumniose defendere: sed prudenter euadere: ut dicit sanctus Tho. ¶ Sed quid: si quis accusatur de crimine occulto perpetrato per unum coram iudice, quid respondebit. quia respondere compellitur per iudicem: non potest negare iuxta prædicta: quia sic diceret falsum: si cõfitetur, seipsum diffamat, & ultimo supplicio se exponit. Respondet Sco. dist. in. xv. q. ultima prope finem: q cautè respondeat negando propositum, ut propositum: hoc sine mendacio potest: quia proponitur in publico, ut publicum, & publicè probandum. Sic autem negare potest, dum scit ipsum non posse probari in publico. Quód si iudex urgeat eum, ut simpliciter confiteatur propositum, uel publicè neget, respondere potest: q ipse respondit sufficiẽter ad accusationem. Nec ab illa responsione uult declinare. Faciat iudex erga accusantem, quod iuris est. Quód si ultra iudex urgeret: protestetur de grauamine, & recurrat ad remedium appellationis. ¶ Sed nunquid reus accusatus in publico de crimine occulto, simpliciter potest negare: intendens illud negare, ut propositum est: scilicet ut publicum. sicut sacerdos facit de cõfessione dicens: nihil malũ scio illum fecisse: quia loquitur; ut in publico. audiuit autem in alio foro. Nihil hic determinat Sco. sed consulit: ut si quis hoc modo negauit: agat pœnitentiam de ista negatione indistinctè tanquam de tali, quale ipsum est: utpote sub tali indistinctione. Si mortale est, tanquam de mortali: si ueniale, tanquam de ueniali: quia secundum beatum Grego. Bonarum mentium est ibi agnoscere culpam; ubi culpa non est. Sic etiam quoad tertium; si iniustè, & friuolè appellat: puta causa afferendę moræ, ne contra eum iusta sententia exequatur: mortaliter peccat: & calumniosè se defendit. Agit enim contra iustitiam: quia officium iudicis friuolè impedit, & per hoc ei iniuriam facit. Similiter aduersario suo, cuius iustitiam inquantum potest, perturbat. Et tenetur ad satisfactionem de damno, & expensis. ¶ Et dicitur notanter, si appellat iniustè, & friuolè: quia si appellat ex confidentia iustitiæ: quia scilicet credit se habere iustam appellandi causam: non peccat. Si tamẽ errat, ad restitutionem tenetur dãni: si quod suo errore intulit iudici, uel aduersario. Hæc Tho. ar. iii. quęstionis allegatę. Sed diceres: potest ne condemnatus ad mortem defendere. Respõdet sanctus Tho. ubi supra ar. iiii. distinguendo: aut est iustè condemnatus: aut iniustè. Si secundum: quia tale iudicium est simile uiolentię, & latrocinio. secundum illud Ezech. xxii. Principes eius in medio eius quasi lupi rapientes prædam: ad effundẽdum sanguinem: & ad perdendas animas & auarè sectanda lucra. Ideo sicut licet resistere latronibus: ita licet in tali casu resistere malis iudicibus: nisi forte ei meretur scandalum: & grauis ex hoc turbatio oritura. Si primum: non licet se defendere uiolentiam inferendo: quia ex parte eius esset bellum iniustum: non tamen tenetur facere illud; unde moriatur: quia nullus ita condemnatur: q ipse sibi inferat mortem: sed q mortem patiatur inferendam ab alio. Unde non tenetur manere in loco carceris: unde ducatur ad mortem: si potest euadere. Sicut si cõdemnatus esset, ut fame moreretur: non peccat, si cibum occultè sibi ministratum sumeret: quia non sumẽdo seipsum occideret. Tenetur tamen non resistere agenti eum inuadendo: quin patiatur, quod iustum est eum pati. ¶ Septima cõclusio. Testis dãnificans proximũ, falsum uel dubiũ pro certo asserẽdo: aut requisitus ueritatem sibi notã occultando: seu testimoniũ suũ uendendo: grauiter peccat: & satisfacere tenetur proximo per eũ læso. Probat cõclusio: qa ois iniustè dãnificãs proximũ tenet ad satisfactionẽ læso: ut frequẽter dictũ est, & pbatũ: sed testis, de quo cõclusio est talis: ergo &c. Consequentia nota cũ maiore. Minor ostẽdit secũdũ partes cõclusiõis. Nam testis falsum, & dubiũ pro uero asserẽs peierat, & cõtra præceptũ. Exo. xx.

K Si quis accusat de crimine occulto quid rñdeat.

Condẽnatus ad mortem an possit defendere se.

Cõcl. 7. L Testis dãnificans tenetur.

facit. Non dicet falsum testimoniũ. Nõ admittitur testis nisi iuratus. Et si remittitur iuramentũ de cõsensu partiũ: nihilo minus testificando falsum, uel dubiũ ut certũ, & per cõsequens mentitur perniciose, quare peccat. Et si damnificat, iniuste damnificat: ergo. Probatur etiã conclusio de occultante testimoniũ, seu recusante. Nam negligens illud, ad qđ tenetur, peccat: & si ex hoc aliquis damnificat. Sed requisitus a suo superiore in his, quę ad iustitiam pertinẽt, tenetur obedire. Tale aũt est ferre testimonium in manifestis: & in his, in quibus fama pręcessit. Hoc enim ad iustitiam pertinet. Non autem in quibus fama nõ præcessit: nec solum tenetur ferre testimonium tale requisitus propter obedientiam. Sed etiam quandoq; non requisitus propter fraternam charitatem. Vnde si testimonium alicuius fuerit necessarium ad liberandum proximum ab iniusta morte, uel pęna quacũq;, aut falsa infamia, uel etiam ab iniquo damno: licet non requisitus: tamen ferre tenetur, sal tẽ faciendo quod in se est: ut ueritatem denuntiet alicui, qui ad hoc prodesse potuit. Dicitur enim in ps. Eripite pauperem: & egenum de manu peccatoris liberate. & Prouer. xxiiii. Erue eos, qui ducuntur ad mortem, .s. iniustam: nam damnum uidetur dare, qui id cũ possit, negligit cauere. Sicut non cibans fame morientẽ: secũdũ Amb. occidit. Super his uero, quæ pertinent ad condẽnationem alicuius, nullus tenetur ferre testimonium: nisi dũ a superiore secundũ iuris ordinem cõpellitur: quia si circa hoc ueritas occultatur; nulli speciale damnũ nascitur. Et si ex hoc immineat periculũ accusatori, nõ est curãdũ: quia ipse se in hoc periculũ spõte ingessit. secus de reo: quia ei periculũ imminet eo nolente. Similiter de eo, qđ sub secreto cõmissum est; non tenetur ferre testimonium: quia illud est contra ius naturale, contra quod homo pręcipere non potest: nisi tale fuerit, quod cognitum statim tenetur manifestare. Puta, si pertineret ad corruptionem multitudinis: spũalẽ uel corporalẽ, uel in graue dãnũ alicuius pson

sonę. Et si quid aliud est huiusmodi; qđ qs prop alare tenet: uel testificãdo, uel denunciando. Nã cõtra hoc debitũ obligari non põt per secreti commissionem: quia in hoc infringeret fidem, q̃ alteri debet. Hęc est sententia Tho. ii. ii. q. lxx. ar. j. Sic ergo ut dicit Alex. q. xliiii. par. iii. memb. j. Confessio ueritatis in testimonio, dum requiritur ad purgationem innocentiæ: uel ad recuperationem: uel ad correctionem culpę: uel ad recuperationem rei suę tenetur quilibet ferre testimoniũ. Et in illis casibus loquit Aug. Qui ueritatem occultat; & qui loquitur mendaciũ, uterq; reus est: ille quia prodesse non uult: iste quia nocere desiderat. Itẽ de lege naturæ, & euãgelij quilibet tenetur alij facere, qđ sibi uellet fieri: sed si aliquis periclitaretur in persona propter defectum testimonij ueritatis, uel amitteret sua: uellet pro se testimonium dici, ergo in simili casu tenetur etiam testimonium dicere proximo. Hæc Alex. ❡ Quoad tertiam clausulam probatur conclusio: .s. de uendendo testimoniũ. Nam nequaquã licet uendere testimoniũ etiã uerũ: multò minus falsum. Dicit enim be. Aug. ad Macedo. & habetur xiiii. q. v. nõ sane. Non ideo debet iudex uendere iustũ iudiciũ: aut testis testimonium uerũ: quia uendit aduocatus iustum patrociniũ: iurisperitus uerum consiliũ. sequitur. Cum autem iudicia, & testimonia, quæ nec iusta, nec uera uendenda sunt: iniqua & falsa uenduntur: multò sceleratius utiq; pecunia sumitur: quia sceleratẽ: etiã quãuis a uolentibus datur. Et si testis pecuniam pro testimonio recipit: ad restitutionẽ tenetur sicut etiam iudex, ut in prędicto cap. Aug. sequit. Põt tñ testis accipere expẽsas uię: dũ oportet pferendo testimonio ad locũ remotũ procedere: ab eo, q eũ producit. Similiter quãtũ pdit: si huius occasione operã suã, & lucrũ dimittit. §. uenturis. iiii. q. iii. Similiter etiam mercedem dierũ, quibus stetit occupatus pro testimonio reddendo: ut dicit Franciscus de platea. ❡ Octaua conclusio. Personæ ad iudicium non essentiales, nec necessarię: utputa assessor, aduoca-

Testis põt recipere expensas uiæ.

Cõcl. 8. M

Personæ non essentiales possunt recipere præciū moderatum.

tus procurator, tabellio, executor: dum in causis scienter non iniustis laborant: nec de publico stipendium certum recipiunt: præcium moderatum sui laboris recipere possunt. Probatur illa conclusio: de assessore satis ex secunda, & tertia conclusionibus. Nam nemo tenetur de proprijs facere beneficium: nec suis expensis militare. Similiter & de aduocato, & iurisconsulto, patet ex uerbis beati Aug. supra allegatis ad Macedonium. Et beati Greg. Iustum est, ut illi consequantur stipendium, qui pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium. Et quamuis consilium, & patrocinium: sicut & scientia iuris: sit res spiritualis secundum se considerata: tamen labor in disceptando: in disputando: in libros reuoluendo, & studendo: quę pertinent ad iuris consilium: & ad causæ patrocinium: quia non solum mentem: sed etiam corpus fatigant: corporalis est. Et ratione istius dicit Aug. q͏ aduocatus potest uendere iustū patrocinium: & legisperitus uerum consilium. Et ideo dicit Alexan. quæst. xliiii. par. iii. mem. ii. q͏ si sine labore legisperitus posset respondere petenti consilium: non est aliqua ratio: quare posset recipere: immo quod gratis accepit, & gratis debet dare: & ideo dicitur in conclusione: Dum laborant. ¶ Verum hoc alijs nō placet dicentibus: q͏ licet iurisperitus tunc non laborat, dū sine studio, & labore respondet petenti consiliū, prius tamen laborauit, ut scientiam acquireret, qua posterius sine studio petenti consuleret. Et licet iudex similiter laborat: tamen quia prouisus est de publico: ideo pręcium accipere non potest pro laboribus iudicii. ¶ Dicitur notanter in causis scienter non iniustis: qa de fouentibus causas, quas sciūt iniustas, dicetur conclusione sequenti. ¶ Dicitur nec de publico stipendium recipiunt: qa sicut dicit Aug. in de uerbis domini: sup illud Luc. iii. Neminem cōcutiatis. Quicunq; stipendia publica decreta consequitur: si amplius quęrit tanquam calumniator, & concussor Ioannis sententia condēnatur, xxiii. q. i. militare. ¶ Dicitur precium moderatum sui laboris: qa ut dicit beatus Leo. lxi. dist. miramur. §. merito. Pro laboribus multis, pro moribus castis: pro actionibus strenuis ecclesiis loci præmium debetur. ¶ Deniq; arcentur a professione aduocatorum, qui cum graui dāno litigatoris, & deprędatione petentes inueniūtur. unde ad immoderate receptorum restitutionem tenentur. Hinc Aug. ad Macedo. q͏ ab his extorta: per immoderatam improbitatē repeti solent: data per tolerabilem consuetudinem non solent. xiiii. q. v. nō sane. ¶ Et notat Alex. ubi sup. q͏ moderamen salarij ex quatuor attendi potest s. ex quantitate causæ: ex labore aduocationis: ex scientia, & facundia aduocantis: & ex consuetudine regionis. ¶ Puto tamen omnia illa reduci posse ad laboris quantitatem pręsentis, uel pręteriti. Nam causa magna maiorem curā, & sollicitudinem habet: & per cōsequens maiorem laborem exigit in fideli aduocato. Alioquin non uideo: q͏ propter solam causę quantitatem præciū aduocati æqualiter laborantis, augeri possit. Sic scientia, & facūdia laborē habuerūt pręteritū: quibus hęc acq̄sita sunt. Regionis quoq; consuetudo: quatenus est rationabilis, innititur quantitati laboris. Nam ut dictum est: labores, uigiliæ, & fatigationes uendi possunt: non dona dei gratis accepta: nec ea, quę nihil sunt aduocatorum: ut causæ quantitates. Quippe nullus quod non suum est, uendere potest. ¶ Et nota secūdū Ray. q͏ incepta causa nullū debet aduocatus pactum facere cū litigatore, quē in ppriā recepit fidē: qa posset esse occasio magni periculi: quia qñ uideret cām in periculo: tunc cogeret cliētulū sui in re pactum cum eo; & dare sibi salariū ad libitum. de hoc iii. q. vii. §. preterea. Pōt tamē petere salariū a principio litis: uel post finē. ¶ Pōt. n. secūdū Hosti. aduocatus post finē litis cogere clientulū per iudicis officium ad dandum debitum. Etiā secūdum Hosti. non licet pacisci de certa parte litis: ut de quarta, sexta, uel decima. Quod si faceret: debet ei interdici exercitium aduocandi: ne per fas, & nefas intendat ad uictoriam cau-

Moderamen salarij ex quatuor cōsideratur.

ſę:ut poſſet conſequi promiſſum. De cer ta tamen quantitate pręcii pôt a princi pio litis paciſci : dũ fuerit moderata, & non exceſsiua. ¶ Et quę dicta ſunt de ad uocato, proportionabiliter intelligenda ſunt de procuratore, & executore : qui & ipſi pręmium moderatum ſuorum laborũ poſſunt recipere eadẽ ratione, qua ſuperiores ¶ De tabellione aũt ſup. dictũ eſt: qui laborũ ſuorũ mercedẽ recipit, uel a iudice, uel a publico, uel a partibus, qui bus ſcribit. ¶ Nona cõcluſio. Si perſonę

Cõcl. 9. N Si perſonę dictę excedũt limites pręmij, tenent.

prǽcedenti concluſione expreſſę in acti bus ſuis excedũt limites rectitudinis: te nentur ad reſtitutionẽ damni perſonis per ipſas lęſis. Satis patet hæc concluſio ex prima: quia dãnũ infert: tenetur ad ſatisfactionem dãni. ¶ Poſſunt autẽ excedere tramitem rectitudinis pluribus modis. Primò: ſi aduocatus, ſeu procu rator ſciẽter defendit cauſam iniuſtam. Tunc enim peccant mortaliter: quia illicitũ eſt cooperari alicui ad faciendum malum: conſulendo, adiuuando, defen dendo, aut conſentiendo. Roma. j. Digni ſunt morte, nõ ſolũ qui ea faciunt: ſed etiam qui conſentiunt facientibus. Sic ſi In principio cauſam credit iuſtã, & in proceſſu uideat eam iniuſtam proſe quendo eam, poſtquã mouerit iniuſtã, grauiter peccat. Non tamen debet eam prodere: ut iuuet partẽ oppoſitam : nec ſecreta reuelare. Sed debet eam deſerere, ac clientulo ſuo dicere, ꝙ non habet iuſtam cauſam, & eum ad cedendũ indu cere: uel ad componendum cum aduer ſario, ſine aduerſarii dãno: ut dicit Tho. Et tenetur talis ad omne damnum, qđ altera pars ex eius auxilio incurrit : niſi clientulus ſuus obtẽta uictoria uellet re ſtituere. Si uero clientulus ſuccũbit neſciens cauſam ſuã iniuſtã, ſeductus p aduocatũ: tenet̃ aduocatus clientulo ſuo in caſu de omnibus expenſis factis in liti gando. Secus ſi dixit clientulo: cauſam ſuam fore iniuſtã: & clientulus uoluit eã defendere. ſic enim eſt in culpa : tenetur tamen parti aduerſæ ſi iam damnifi cauit. Si uero ignoranter iniuſtam cauſam defendit: putãs eſſe iuſtam: excuſat̃ ſecundũ modum, quo ignorãtia excuſa re poteſt: ut dicit Thom. Secundò exce dit aduocatus limites rectitudinis in de fendendo cauſas: dum fuerit ignorans, uel negligens. Nam ſi aſſumit iuſtã cau ſam, & ex ignorantia notabili, aut negligentia ſua perdit: quia non reuoluit libros, ut inueniat, quibus cauſam iuſtã iuſtè defendit. Aut procurator non reſpiciens terminos ſuos : clientulus ſuus perdit cauſam: peccat, & tenetur ad reſtitutionem totius damni, quod patitur clientulus. Sua enim culpa dãnificatur per negligentiã, aut ignorantiam. Nõ n. debuit aſſumere officiũ, ad quod nõ fuit idoneus, nec eſſe negligens, qui pa tronum ſe exhibuit : & diligentiæ ſuæ condignũ prǽmiũ expectauit. ¶ Tertiò excedit limites rectitudinis : ſi allegat falſa contra cõſcientiam, uel inſtruit fal ſum teſtem, uel inducit clientulum ſuum ad negandam ueritatem: etiam ſi defen dat iuſtam cauſam, & aliter obtinere nõ poſſit uictoriam. Nam ſecũdũ apoſtolũ Rom. iii. Non ſunt facienda mala, ut eue niant bona. Nec licet uti indebitis me diis, ut ueniatur ad bonum finem Deut. xvi. dicente ſcriptura. Iuſtè, quod iuſtũ eſt, exequeris. Non tamen uidetur, ꝙ ad reſtitutionem teneatur: quia pars ſua non damnificatur. ¶ Verum ſi per inordinata media huiuſmodi induceret maiores expenſas: uidetur, ꝙ ad reſtitutionem illarum teneatur: ſiue partis ſuę ſiue aduerſæ: quia ibi dedit occaſionem efficacem damno iniuſto. Sic ſi abſtulit bonam cauſam, & iuſtam aduerſario per modos dictos, uel cauillationes: aut inde bitas calliditates, aut aſtutias: uel ipſum grauauit per dilationes ſuperfluas, uel fa ciendo poſitionem duplicem, aut cauiloſam: tenetur talis in ſolidum ad uerum intereſſe. i. ad omne damnum, & cũ hoc reſtituere pręmium acceptum ſecundũ Hoſti. li. v. de reſtitutionibus uer. Quid de aduocatis. & ſecũdũ conſtitutionem Greg. decimi. Aduocatus id, quod recipit iniqua aduocatione, uel conſilio, tenetur duplũ reſtituere. Et nihilominus de dãnis tenetur ſatisfacere lęſis. Dũ uero cauſa eſt dubia: utrum contineat iuſtitiã, uel ne: dũ ſibi remanet dubia uſꝗ

ad diffinitionem causæ: licet aduocato procuratori, & iurisconsulto iuuare cliē tulum secundum do. Anto. ¶ Pōt tamē, ut dicit beatus Tho. aduocatus defendens causam iustam prudenter occulta re ea, quibus impediri posset processus eius: sed non licet ei aliqua falsitate uti. Sicut iustè bellantes possunt bellare ex insidijs, sua prudenter occultando: non autem fidem, uel promissa uiolando.

Arti. 2. Dub. 1. ¶ Quantum ad articulum tertium dubitatur primò. Cui personæ iudiciales ad restitutionem obligatæ tenentur restituere, quæ iniustè receperunt. Respōdetur generaliter post Alex. par. iij. q. xl. membro. vj. ar. iij. Quia aut dans huiusmodi pecuniam turpiter dedit ad corrumpendum iudicem assessorem, testem uel huiusmodi: directè, uel indirectè. Directè, ut iustitiam faciat. Indirectè, ut sibi inclinetur spe certitudinis uictoriæ: & tunc non debet restitui ei, qui dedit: quia turpiter dedit: sed pauperibus: uel ei in cuius iniuriam datum est, cui etiā omne damnum passum restituere tenetur. Si autem non dedit turpiter: sed in tentione bona: ut faceret, quod facere tenebatur: ut ꝙ iudicaret iustè: uel proferret uerum testimonium: aut daret iustum consilium: ut sic ius, & quietem consequeretur: tunc iniustè recipiens secundum prædicta restituere tenetur ei, qui dedit. Et ita generaliter dicendum est in similibus.

O Cui debet fieri restitutio pecuniæ iniustè acceptæ.

Dub. 2. ¶ Dubitatur secundò; utrum iudex non condemnans partem unam puta iustitia carentem in expensis: teneatur ipse de suo restituere alteri parti. Respondent communiter doctores; ꝙ tenetur, si fuit petitum alias non: quia iudex nō iudicat de his, quæ non petuntur. Sic limitat glo. in c. finali de rescriptis. l. sancimus. C. de iudi.

Dub. 3. ¶ Dubitatur tertiò: de condentibus leges iniquas: an ad aliquam restitutionem teneantur. Pro responsione nota: ꝙ lex iniqua est, quæ est contra ius naturale, uel diuinum: aut contra ius positiuum: contra libertatem ecclesiasticam: aut facta ad opprimendos pauperes, & iustitiam impediendam: ut dicit Hostien. lib. v. de restitutionibus. §.

P con us ini

Quid de condentibus leges iniquas. multa ad hæc iura allegans. ¶ Quo præmisso respondetur per duas propositiones. ¶ Prima. Licet de iure talia statuta non ualeant: tamen facientes ea, & consentientes. ac uoluntariè ea obseruantes: atq; secundum ea iudicātes. peccant mortaliter. Et hi sunt cōtra ecclesiasticā libertatem sunt excōmunicati. Primum probatur; ꝙ non ualeant: dist. viij. quæ contra mores. Unde Esaiæ. x. Væ, qui condunt leges iniquas: & scribentes iniustitiam scripserunt: ut opprimerent in iudicio pauperes: & uim facerent causæ humilium populi mei: ut essent uiduæ præda eorum: & pupillos diriperent: quid facietis in die uisitationis, & calamitatis &c. Ex quo patet secundum; ꝙ mortaliter peccant. Væ. n. non imprecatur scriptura regulariter: nisi ex processu mortalis peccati: tertiū patet in capitulo. nouerit fraternitas tua. de sententia excommuni. in qua decretali septuplices personæ excommunicātur. Primò, omnes illi, qui statuta edita, & consuetudines introductas cōtra ecclesiæ libertatem fecerunt seruari. Secundò oēs, qui eadē statuta non fecerunt deleri, quàm primum sciuerunt: si tamen potestatem delendi habent. Tertiò: omnes statutarij eorundē. Quartò: scriptores talium statutorum. Quintò: potestates, consules, rectores, & consiliarij locorum: ubi prædicta statuta de cetero edita fuerint. Sextò: quicunq; iudicant secundum ea. Septimò, qui iudicata redigunt in publicam formam. ppo. 1.

¶ Secunda propositio. Statuentes leges iniquas, restituere tenentur omne damnum, quod prouenit alicui ratione talis legis. Similiter, & omnes eam uoluntariè obseruantes; & eius occasione aliquid acquirentes. Hanc propositionem Angelus in summa in uerbo. lex. §. ultimò, ostendit per simile: sicut participantes cum raptoribus tenentur, de quibus supra dictum est. Hoc quoad secundum partem propositionis. Quo ad primam patet: quia tales statutarij, & cæteri hac occasione excommunicati, dant efficacem occasionem damni ppo. 2.

ergo tenentur ad restitutionem per c. frequentissime allegatum. si culpa. de iniurijs ¶ Dubitatur quartò: utrum pauperibus, ac impotentibus teneantur aduocati gratis patrocinari. Respondet Alexander par. iij. q. xliij. mem. j. q̃ legisperiti cõsiliũ, & aduocati patrociniũ tenentur gratis miserabilibus personis, quæ non habent, quod tribuant: & propter defectum consilij, & patrocinij amittunt causas suas, & grauantur iniustè. Probat hoc auctoritas Ambr. li. de officijs di. Grandis culpa est, si te sciente fidelis egeat. Si scias eum sine sumptu esse, & famem tolerare, erumnas pperi, qui egere erubescit. Si in causam ceciderit, aut captiuitatis suorum, aut calũniæ: & non adiuues. Grandis culpa est iurisperito miserabilibus personis subtrahere iuris consilium: & aduocato subtrahere patrocinium. Præterea medicus tenetur pauperi languido impendere curam, & consilium medicinę: ut dicit beatus Simmachus. Non est grandis differentia, utrum lętum inferas, uel admittas. Mortem enim languidis probatur infligere: qui hanc cum possit, non excludit. Ergo pauperi oppresso iniustè tenetur aduocatus impendere patrocinium pari ratione. Item: quia secundum legẽ boui inimici errãti tenemur subuenire, eumq; reducere. Exo. xxiij. Multò fortius iurisperitus pauperi ignoranti tenetur consulere: & aduocatus patrociniũ impertiri. Et dicit Ange. in sum. in uer. aduocatus. §. x. Iudex sciens talem impotentem tenetur sibi prouidere de aduocato, quod si non facit: peccat similiter sicut aduocatus. ambo mortaliter: si pauper ex defectu patrocinij graue damnũ incurrit, uenialiter uero si leue. Debet ergo iudex præcipere uni ex aduocatis; q̃ gratis aduocet pro tali impotente, & paupere. Et si ei nollet obedire: debet ei iudex officium interdicere aduocationis. ¶ Quintò dubitatur: utrum liceat pecuniam pro sigillatione literarum sẽtentias iudicium: iustitiam; aut alios actus iudiciales: uel donationes liberales, siue gratias continentium extorquere. Ad hoc dubium respondetur per unicã propositionem, quæ est hæc. Extorquẽs pecuniam: aut rem pecunia appreciabilem pro sigillo literarum: iustitiam uel gratiam continentium ultra ualorem materiæ, qua sigillatur: iniustè grauat proximum: & ad restitutionem obligatur. Hanc propositionem probabiliter pono quãtum subiectę rationes probãt: offerens eam piè corrigenti. Prius tamẽ intellectum eius declaro: postea probationes examinandas adduco. ¶ Dicitur primò: extorquens per quod excluditur datum liberaliter. Quoniam si quid merè liberaliter donaretur sigillatori: sicut gratis daretur: ita gratis accipi posset: nisi donans donare non posset: ut monachus: aut sigillator recipere: quia pręcepto superioris esset ꝓhibitus. de quo supra. q. ij. huius dist. ar. j. Dicitur autem extorquere, qui sigillare renuit nisi data pecunia. Hic enim metu maioris dãni compellit proximum ad dandum pecuniam: etiã uim infert retinendo, & negando, q̃ proximo debet: nisi data pecunia: & sic extorquet. ¶ Dicitur etiã pro sigillo: q̃a si daret ob aliã cãm, ut puta, si proximus esset debitor sigillatori ex mutuo, uel alia quacunque causa: etiam si non sigillaret. Et sigillator renueret sigillare: nisi debitum solueret: licet nõ careret specie mali: tamen non teneretur ad restitutionem: quia non extorsisset alienum: sed suũ, siue sibi absque sigillatione debitum. ¶ Sic intellecta propositio probatur triplici ratione. Primò: quantum ad utramq; partem. Duo enim dicit: scilicet q̃ extorquens &c. iniustè grauat: & q̃ ad restitutionem tenetur. Secundum sequitur ex primo. ¶ Est ergo prima probatio extorquens pecuniam a proximo iuxta mentem propositionis, committit crimẽ cõcussionis proximi: ergo iniustè grauat proximum: & tenetur ad restitutionẽ. Consequentia tenet: q̃a cõcussio grauamẽ est iniustum obligans cõcussorem ad grauaminis restitutionem: ut patet ex notabili quarto: & allegatis ibidem. Añs probatur: quia sigillator exigit pecuniam a proximo, quã sibi non teneĩ per metũ seu minas, nisi des, nõ sigilla-

Marginal notes (left column): Dub. 4. — Vtrum pauperibus teneãtur aduocati gratis patrocinari. — Dub. 5. — Propo. unica. — Vtrum liceat

Marginal notes (right column): pr g n ra pe acc re. — S Extor quête peccã te tur.

bo: ergo est concussor. Antecedens probatur: quia pecuniam, quam exigit proximus, sibi non tenetur: quia suppono; quod proximus non sit debitor sigillatori ante sigillationem, alioquin nihil ad conclusionem. Nec sigillator sigillando literam proximi reddit eum debitorē; nisi forte tanti, quantum ualet materia sigilli: & æstimatio laboris in sigillando. Sed pecunia extorta longe maioris est ualoris: quia pro cera, uel plumbo unius denarij: exiguntur plures floreni: ergo illius excessus non cōstituitur proximus debitor: & per consequens exigens ultra debitum est cōcussor. Si concussor: tenetur ad restitutionem: ergo propositio quantum ad utramq; partē est uera. ¶ Secundò probatur: quicunq; exigit pecuniam a proximo pro testimonio ueritatis perhibendo: iniustè grauat proximum, & tenetur ad restitutionem ex cōclusione septima, & eius probatione. uēdit enim testimonium ueritatis non uēdendum: sed sigillator extorquens pecuniam pro sigillo est huiusmodi: nā sigillum literæ appositū nihil aliud est, quā testimonium ueritatis assertæ in litera sigillata. Nam si litera continens sentētiam sigillatur: non ibi profertur, seu datur sententia: sed asseritur prolata in tribunali a iudice, cuius assertionis testimonium est sigillum. Vnde regulariter in literis scribitur. In quorum testimonium sigillum tale præsentibus est appēsum. uel aliquid simile, quo manifestè innuitur sigillum esse testimonium in litera assertorum. Sed sicut non licet uendere sententiam iustam: ita nec testimonium uerum secundum August. supra allegatum. Vnde breuiter qui tenetur dare sententiam gratis: tenetur etiam testimonium (quo sententia uti possit) dare gratis. ¶ Ex illo sumitur quædam confirmatio primæ rationis. Requisitus ad testimonium ueritatis perhibendū: tenetur illud perhibere eo modo, quo necessarium est proximo requirenti uerbo, scripto, uel sigillo, ut ostensum est in probatione septimæ conclusionis. & nō nisi gratis ex statim dictis: sed exigens pecuniam pro eo, quod tenetur gratis exhibere (alias non exhibiturus) incidit in uitium concussionis: ex notabili quarto primi arti. ergo extorquens pecuniā pro sigillo, quod testimonium est ueritatis: est concussor proximi: & ita iniustè grauans, & ad restitutionem obligatus. ¶ Tertiò probatur: omnis acquirens dominium alicuius rei a uero domino iniustè, & quasi uiolēter simpliciter, uel per metum: iniustè grauat proximum, & ad restitutionem obligatur: sed extorquens pecuniam pro sigillo est huiusmodi: ergo. Consequentia nota cum maiori. Minor probatur: quia translatio dominij, & pecuniæ exactæ pro sigillo fit per metum maioris damni: nec est donatio libera: nec contractus: ergo non iusta. Tenet consequentia; quia ut dictum est in. ij. q. huius distin. omnis iusta translatio dominij fit per liberam donatiōnē, uel contractum: sed neutrum est in proposito. non donatio libera, manifestum est. quia expectatur aliquid pro dono. s. sigilli testificatio. Nec contractus, quia, nec permutatio: nec emptio: aut uenditio: quia ille quatenus sint iustè requirunt æqualitatem cōmutatorum, & rei emptæ, & mercis. Sed inter pecuniā exactam, & materiā sigilli: laboremq; sigillandi nulla est æqualitas. Nec est mutuū: quia nulla expectatur redditio exactæ pecuniæ. Nulla ergo assignari potest species iusti contractus. ¶ Præterea ridiculum est dicere rem gratis dare, cuius ius utendi non conceditur nisi pecunia mediāte: & iniustum est pro facultate pecuniam exigere: pro cuius dominio, & proprietate prohibetur pecunia dari. Nam concesso antecedente cōceditur & necessariò consequentia. Dominium autē, & proprietas nihil aliud est: ut dicit Ange. in sum. nisi ius habendi, possidendi, fruendi, utendi, ac disponēdi, de aliqua re pro libito uoluntatis: uel secundum aliquē determinatum modum a quadā superioritate, uel auctoritate diffinitū. Ideo nihil est concedere omnium gratis: & pro iure utendi extorquere pecuniam: cum in concessione dominij includitur concessio iuris utendi. Ad quid enim ualeret datio rei; si non daretur

ius

instruendi ea. Cū autē iustitia, & gratia gratis sunt concedenda (De iustitia patet) & de gratia: quia nisi gratis daretur, iam non esset gratia secundū apostolum. Sequitur, ꝙ sigillum testimoniale datio nis, sine quo dato uti non potest: non nisi iniquè datur pro pecunia. Ridiculum est dicere: do tibi rem hanc gratis: sed ut ea uti ualeas: dabis centum. ¶ Ex quibus uidetur satis deductum: ꝙ pro sigillo testimoniali, nihil potest iustè exigi. ¶ Sed forte quis diceret. Pecunia in sigillatione recepta non accipitur pro sigillo, seu testimonio: sed pro labore iudicis: & eius necessaria, & honesta prouisione, & personarum ad iudicium, uel officia necessaria assumptorū. Item: pro sustentatione principis, seu domini rectoris reipublicę: qua possit ad utilitatē plebis sibi subiectæ regere: & omnibus iustitiam ministrare. Sed ad hoc respondetur: ꝙ iudicibus ordinarijs, ac rectoribus deputata sunt stipendia, ut possint iustitiā gratis ministrare. Sed reuera ubi sigillum uenditur: iustitia non gratis ministratur. Suo modo de ceteris personis, quæ laborant: & ipsi pro suis laboribus mercedem condignam recipiunt: ut dictum est de aduocatis. Si tamen stipēdia deputata non sunt: & pro laboribus loco stipendij acciperetur pecunia: iam non daretur pro sigillo: ut dictum est in declaratione conclusionis. Et ita non militaret contra conclusionem, in qua notanter dicitur pro sigillo. Præterea tunc acceptum debet commensurari stipendio, & honestæ prouisioni, & nō excedere: alioquin peccato concussionis non excusatur. ¶ Quod autem additur de principe, rectore reipublicę &c. Dicendum, ꝙ si nō sufficientē prouisionē necessariā ad defensionem, & utilem gubernationem suorū subditorum: subditi sui tenentur prouidere. Et imponere pōt collectā inter regendos æqualiter destribuendam, qua non unus plus alio grauetur: ut dictum est præcedenti quęstione. Ad illam quoq; prouisionem forenses in iudicio litigantes nō tenentur: quia non sunt sui subditi: & nullū habet ius ab illis aliquid exigendi pro regimine suorum. ¶ Sed forte pro sustentatione iudicum, & eorum, qui necessarij sunt ad iudicium in casu predicto aliquid exigere moderatum posset recipere aliquam excusationem: maximè ubi non apparet prohibitio iuris contraria. Sed hoc non erit contra respōsiuā propositionē. ¶ Sed adhoc diceres. Consuetudo generalis est aliquid recipere pro sigillo: ergo est tenenda. per. cap. ad apostolicā. de simonia. Respondetur: ꝙ ista consuetudo nō cōsuetudo, sed corruptela est: q̄ nō pietas, sed turpis exactio introduxit: ideo non ualet. Nec excusat, ut dicit cardinalis in clemen. statutum. de elec. Et irrationabile est, quod ab exactione ortum habet. Si uero a principio orta est ex libera donatione, non potest dici consuetudo: quia ex donato ex mera liberalitate non inducitur consuetudo: sed quęlibet donatio habet effectum suum: ut dicit Angelus in sum. in uerbo iudex. §. xv. & capitulum. ad apostolicam. loquitur de consuetudine laudabili, quam pietas fidelium induxit. Sed hanc auaritia inuenit: non ad pietatem, sed maximè pauperum, & diuitum grauamen. Nec concedit papa exactionem in allegato capitulo, sed eam prohibet committens ordinario, ꝙ is cōpellat seruare consuetudinem, quā inuenit piam, & rationabilem. Et tantū de hac quæstione. ¶ Dixi quę sensi, in quibus si erratū est, rectius sentiētium, non muneribus excęcatorum correctionis limam exposco, quorum iudicio me semper pleno corde subijcio: quia ecclesia ordinando stipendia eis, qui publicis prçficiuntur officijs: non intendit ea prouidere pro minus idoneis: sed sine personarum acceptione dignis, & officio idoneis: ideo dum minus idonei promouentur: non concurrit consensus ecclesiæ simpliciter ad recipiendū stipendia ordinata: sed conditionalis. Ideo circa acceptionem personarum in promotionibus quæritur consequenter & septimo circa hanc dist. xv.

Replica T

Consuetudo nō excusat.

QVAESTIO. VII.

A Vtrum pficiens psonas idignas teneat. VTRVM præficientes ad officia dignitates, uel beneficia personas minus idoneas teneantur recōpensare dāna, & neglegētias huiusmodi personas cōmissas. ¶ Tribus ex more articulis quæstio terminabit: notabilibus: cōclusiōibus, & his dubia subiūgentur. ¶ Quantū

Arti. 1. Not. 1. ad primum articulum notandū: quia institutio personarum minus idonearū contingit ex uitio acceptionis personarum. Ideo notandum, secundum Alexan. de Ales parte. ij. q. cxxxvj. arti. j. acceptio personarum est iniustitia, qua præfertur persona personæ propter causam indebitam ¶ Dicitur primò, iniustitia: ex quo patet primò, acceptio personarum in sua ratione includit deformitatem, & uitium. Vnde dicitur Leui. xix. Non facies, quod iniquum est: nec iniuste iudicabis. Et statim sequitur. Nō consideres personam pauperis: nec honores uultum potentis: scilicet in iudicio faciendo iniquum. Et Deut. xvj. ubi dicitur. Iudices, & magistros constitues in omnibus portis tuis, ut iudicent populum iusto iudicio. Et sequitur. Nec accipies personam: nec munera. ¶ Secundò dicitur: qui nulli est debitor, non potest esse acceptor personarū. Patet: quia qui præferendo personam personæ non est debitor: nec personæ, quam præfert, nec huius, uel horum, cui, uel quibus præfert, aut præficit nulli facit iniustitiam: quia neq; subtrahit debitū: neq; irrogat indebitum contrarium, idest iniuriam: & per consequens non accipit personam. Et hoc quidam clarius exprimunt declarantes illis illud uerbum præfertur. Vnde addunt. Præfertur in conferendo ei aliquid, quod ex debito iustitiæ alteri conferendum est: satis tamē

Deus non est accep- torper sonarū. includitur in uerbo, iniustitia. ¶ Tertiò sequitur; deus quantumcunq; sublimet hominem: aut eum alteri præferat, non accipit personam. Patet: quia deus nullius est debitor: nec aliquid potest iniuste agere: quia eo ipso, aliquid uult, & facit: iuste uult, & facit: & sua uoluntas est regula omnis iustitiæ. ¶ Quartò sequitur: in his, quæ dantur merè liberaliter, non ex debito: non haber locum acceptio personarum: unde licet aliquis donet uni de suis, non alteri liberaliter: dummodo nulli subtrahit debitum: non est propter hoc acceptor personarum. Et quoniam quæcunque deus dat, mera liberalitate donat: licet eligēdo unum ex occulta iustitia alteri præferat: gentem genti, personam personæ, iudeos gentibus, Hismael Isaac, ipsi Esau Iacob &c. non tamen accipit personam: in talibus enim habet locū uerbū patrisfamilias. An nō licet mihi, qđ uolo, facere. Matth. xx. unde. j. Pet. j. Sine acceptione personarum iudicat. Similiter Rom. ij. & in pluribus alijs locis. ¶ Dicitur propter causam indebitā: hoc est propter aliquam conditionem personæ adiacentem, non congruentem ad rem ipsam, in qua præficitur. Vnde si in persona attenditur cōditio, per quā est idonea ad rem, in qua præfertur: ut sciētia in doctore: probitas in rectore: potētia in defensore: non est acceptio personarum. Sed si attendunt in præferendo pastorem populo, consanguinitatē, diuitias, potentiam, secularem nobilitatem, & huiusmodi, quæ sunt impertinentia ad regimen spirituale: ibi est uitium acceptionis personarum. Et ideo oportet uarias conditiones attendere in pręficiendis hominibus ad uaria. In conferendis beneficijs, & prelaturis utrę sanctitatem, & doctrinam: in diuidenda hęreditate consanguinitatem; in distribuendis pręmijs meritorum ualitatē: ut uitetur acceptio personarum. Ex quo sequitur; duo requiruntur ad acceptionem personarum. Primum: illud, quod confertur, sit indebitum illi, & debitum alteri. Indebitum non contradictoriè tantum: sed contrariè: ita habeat aliquā conditionē repugnantē ei, cui confertur: ut si officium prædicationis cōmittatur ignoranti. Scdō, conferens in cōferendo non attendat ad conditionem cōgruentem ad rem, quā cōfert: sed conditionē impertinētem, q Duo requiruntur ad acceptionē personarum.

nõ habet aliquem ordinem congruentię ad rẽ, q confertur: puta conditionẽ, q̃ non reddit ipsum idoneũ ad id, quod confertur: ut in exemplis supra positis. Et ex hoc iterum patet: q apud deũ nõ est acceptio psonarum: qa non attendit deos impertinẽtes conditiones: dicẽte apostolo ad Gal. iij. Nõ est iudęus: neq; græcus. non est seruus, neq; liber. non est mascul⁹: neq; fœmina. Omnes enim uos unum estis in christo Iesu. simile habetur ad Col. iij. ¶ Secundò notandum: q secundum Alex. ubi supra mẽ. ij. acceptio personarum in tribus solet cõtingere scilicet in promotiõe ad dignitates: unde j. Reg. xvj. dixit dominus ad Samuelẽ uncturũ ex filijs Isai regem. Nõ respicias uultum eius: neq; altitudinem staturę eius: quoniã abieci eum. Scdò in executione iudicij. unde iudicibus dicitur Deut. xvj. Non accipies personam, nec munera. Nam iustus iudex causas discernit, non personas. Tertiò in exhibitione honoris Iaco. ij. Nolite in acceptione personarum habere fidẽ domini nostri iesu christi. Etenim si introierit in conuentum uestrum uir aureum anulum habens &c. Et potest addi quartum in præmiorum distributione. unde apostolus. Reddite omnibus debita &c. Rom. xiij. ¶ Alij tamẽ enumerãt octo, in quibus fieri potest acceptio personarum. Primò in impositione pœnitẽtiæ. Vnde in concilio Laodicensi quarto. xxvj. q. vij. Sacerdos: dicitur. Sacerdos pœnitentiam implorãti absq; psonarum acceptione secundum legem iniungat. Secundò in sentent æ diffinitione. de quo Nico. pap. ij. q. ix. necesse: dicit. Necesse est secundum sacrarum scriptutarum documẽtum, ac iustitię tramitẽ, & accusatum, & accusatorem simul adesse: & unam partem quantacunq; prædita sit auctoritate: sic prorsus audiri: ut alteri parti nullum præiudicium irrogetur. Tertiò in his, quæ sunt fidei, ad quam omnes indifferenter sine acceptione personarum suscipiendi sunt: secundum illud supra allegatum. Non est iudeus, neq; græcus. Quartò in hospitũ receptione; nã in recipiẽdis hospitibus nulla debet esse distinctio in petentibus pro sustentatione corporis. De quo Chrys. super epistolam ad Hebrę. & habetur dist. xlij. quiescamus. uide ibi eum glos. Quintò in eleemosinarũ largitione, quę indifferenter omnibus patet: ut dicit Hie. ad Paulinum. xvj. q. i. si cupis. Sextò in iudicijs: non solum in sentẽtiæ proferenda: sed etiam in his, quę præcedunt sententiam: ut in canone Greg. Si cut sine iudicio quemquam nolumus condemnari. ii. q. i. sicut sine iudicio. & de reg. iur. lib. vi. dicitur in iudicijs non est acceptio personarum habenda. Septimò in promotione dignitatum. Et octauò in exhibendis honoribus, de quibus supra dictum est. ¶ Notandum tertiò: q quantum ad rationem nominis, acceptio personarũ non attenditur secundũ illud, q est persona uel intrinsecũ personæ. sed secundum ea, quæ intrinsecus adiacent personæ: ut sunt diuitiæ, amici, potentia, nobilitas generis cõsanguinitas, seruitus, & huiusmodi. Vnde beatus Grego. xxv. moralium. Plerũq; hominem non ex eo, q ipse est: sed his, quæ circa ipsum sunt, ueneramur, eumque non intuemur, quid ipse sit: sed quid possit. in acceptione personarum: non ex persona: sed ex rebus adiacentibus ducimur. Cuius rationem hanc esse puto: quia licet persona dicat quid ditatem rei in supposito: id est suppositum rationalis naturæ: tamen ex adiacentibus cognoscimus personam. Vnde, & apud plerosque adiacentes circumstantiæ maximè situs, locus, forma exterior dicuntur circumstantię indiuiduantes: idcirco cum res acceptatur ex adiacentibus circumstantiis: dicitur acceptari persona: quia acceptatur ex his, quibus cognoscitur persona. Ex essentia enim rei, & eius intrinsecis: quia minus nota sunt: non deuenimus in personæ notitiam: sed per adiacentia: ac per hoc, qui interiora attendit scientiam, & uirtutes, q̃ frequenter ad rem faciunt: non dicitur accipere personas, qui adiacentia, quæ causæ sũt impertinentia considerant, personã accipiunt. ¶ Quãtum ad secũdũ articulũ est

Marginalia: Not. 2. B Acceptio personarũ in tribus solet contingere — Not. 3. C De ratione nomis acceptio personarũ. — Arti. 2.

ter:qui est bonus simpliciter: quia comparatiuus præsupponit suum positiuum; & qui non est bonus: non est bonus ad quodcunq; officium, ut statim dicetur.

Not. 2. G ¶ Secundò notandum: quod de materia dubij sunt duę opiniones. Vna est Hugonis, quam recitat Ioan. glossator decreti: eiq; assentit: viii. q. j. c. licet scilicet, quod sufficit, quod bonus eligatur. Est autem aliquis bonus, eo ipso, quod non est malus: quam ibidem pluribus motiuis roborare nititur. Primò: quia maior bonitas unius alii præiudicare non debet. Allegat. iii. q. ix. necesse. & prima primò teneamus. & xvj. q. ulti. monasterium. ubi conceditur patrono commendare monasterium, uel oratorium pro sacro officio, cui uoluerit presbytero: dum malus non fuerit: tamen cum consensu episcopi. Videtur igitur sufficere, quod non sit malus. Itē electio cassanda non est, nisi sit uitium in eligentibus, aut in electo: sed in electo, si bonus est: non est uitium: sed nec in electoribus: quia iustè possunt bonum eligere. ¶ Item ad contrariam opinionem sequeretur: quod quis peccaret benefaciendo: quia eligendo bonum benefacit: & tamen bene posset eligere meliorem: & ita eligendo bonum peccaret. Et magister peccaret legendo: quia posset melius facere, scilicet orare. Allegatur etiā pro illa opinione. c. cum nobis olim. & cū inter canonicos. de elec. in quibus confirmari pręcipitur: qui non habet legitimū impedimentū: licet non sit eminentis scientię: & in aliis eminentior: & ita non melior: sed tamē bonus. ¶ Praeterea de iure communi permittitur: quod eligatur aliquis de ecclesię gremio: quamuis frequenter extra meliores reperiantur.

Diuersę opiniones.

Opinio contraria. ¶ Alia est opinio contraria Alexan. sancti Tho. & pene omnium summistarū, tenens quod in eligendis, uel disponendis ecclesię officiis, & ministris: pręsertim animarum curā habentibus tenentur, quorum interest pręficere meliorē: & non sufficit pręficere bonū: dum nouerint meliorē. Horū motiua patebūt in probatione conclusionū. Ponit tamen Alexan. parte. ii. q. cxxxvi. differentiam inter dignitatē maiorē, & minorem: & per dignitatem maiorem intelligit Ange. in sum. in uerbo electio. §. xxi. omnem dignitatem, uel beneficiū habens curā animarū annexā. ¶ Quibus præmissis est prima cōclusio, seu propositio ad dubium.

Cōcl. 1. H Ad regimen ecclesię, beneficia, dignitates, uel officia, nequaquam promouendi sunt mali, & indigni: quamuis ratione scientię, potentiæ, aut alias uideātur utiles, & idonei. Prima pars probatur per beatum Tho. ubi sup. viii. quodli. ar. vj. quia media ordinanda sunt secundum exigētiam finis. Finis dignitatis, aut beneficij est executio operis: nam beneficium datur propter officium: ideo promouēdus est, qui bene, & dignè possit officium ministrare: sed malus scilicet qui est in peccato mortali, redditur indignus ad quodlibet spirituale exequendum: unde dicit Diony. in epistola ad Demophilū, loquens de sacerdote, qui non est gratia luminatus: Non est ille sacerdos: sed inimicus dolosus: delusor suiipsius: & lupus super dominicum populum: pelle armatus ouina. De hoc etiam Panor. in c. dudum. ii. de electione satis diffuse loquitur, quod electio existentis in mortali nō ualet. & patet idem ex regula apostolica. Oportet episcopum sine crimine esse. ad Titū. j. & irrepræhensibilē. j. Tim. iii. Et licet electio reprobari non possit, nisi sit manifestum in foro exteriori: tamen in foro conscientię peccat talem scienter instituens, & institutus. Et de hoc clarè dis. lxxxj. §. debet. & sequen. ubi expressè exponitur: sine crimine. i. sine peccato mortali. Secunda pars patet: quoniā etsi quandoq; malus uideatur utilis: tamē in ueritate est inutilis secundum Alber. Nā qui sibi nequam est, cui alii bonus erit. Eccle. xiiii. Et qui sibi non parcit: multò minus alii parcit. Et dicit apertè Alber. quod promouens scienter indignum: absq; dubio peccat mortaliter. Nec nobilitas excusare pōt, ut promoueatur malus: quia malus quantò nobilior: tantò nociuior: etiam si dicatur, quod alius scilicet bonus non sit ita utilis: omnino illa ratio non ualet: quia utilitas spiritualis temporali præponenda est. Nec excusat paucitas ministrorum ecclesię. Hæc Alber.

Electio nō pōt reprobari.

Prop.2. ¶ Secunda propositio. Peccat peccato I acceptionis personarum, qui ad officia curam animarum habentia bonum promouet, & idoneum: prętermisso scienter eo, quem reputat meliorem ad ipsum officium exequendnm. Probatur aucto. Hie. super Leui. viii. q. j. Licet. Qui prąestátior est ex omni populo, qui doctior, sanctior: qui in omni uirtute eminentior: ille eligatur ad sacerdotium: & hoc attestante populo. Item Leo Papa. Ex presbyteris eiusdē ecclesię, aut diaconis optimus eligatur. Et probatur idem ratione: quisquis agit contra fidelitatem, quā dominus in bono dispensatore requirit: grauiter peccat: sed qui prætermisso meliore instituit minus bonū: agit cōtra fidelitatem, quam dominus in bono dispensatore requirit: ergo. Consequentia nota. Maior patet per illud j. Cor. iiii. Sic nos existimet homo, ut ministros christi, & dispensatores ministeriorū dei. Hic iam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur. Et probatur ratione: non est fidelis domino, qui negotium eius, quod meliorare posset, sponte deterius reddit: & sic infideliter ageret, qui tēporali domino suo officialem minus idoneum institueret, meliore scienter omisso. Non enim procuraret domino suo melius: immo per se esset occasio damni, scilicet priuationis illius boni, quod melior procurasset super minus idoneū, sicut sibi uellet fieri. Minor est satis manifesta. Cū melius sit promouere meliorem: aut magis idoneum, quàm minus bonum. ¶ Prętereà instituens minus bonū prętermisso meliore, accipit psonā minus boni: ergo peccat. Cōsequētia nota: quia omnis acceptio personarū est cōtra iustitiam, & peccatū: ex prima conclusione. Antecedens probatur: quia minus bonum promouens id agit propter aliquam causam: uel ergo illa causa est aliqua conditio promoti, reddens ipsum magis idoneum ad officium digné, & utiliter exercendum: uel non: sed est impertinens ad finem, siue officium. Si primum: hic non erit minus, sed magis idoneus eo, cui præfertur. Si secundum: tunc in eius promotione accipitur persona, & non causa: ut patet ex primo arti. ¶ Dicitur notanter in propositione: ad officia curam animarum habentia: quia secundum Alex. in officijs minoribus curam animarum non habentibus: & beneficijs simplicibus, sufficit eligere bonum, & idoneum: & prętermittendo meliorem non peccatur, nisi uenialiter: in maioribus autem peccatur mortaliter: ut dicit Angelus in summa: & Anto. parte. iii. titu. j. ca. xxi. & allegatur ea. nihil. de elec. satis ad propositum. Idem sentit beatus Thom. vj. quodli. arti. ix. adducit ad hoc beatum Augu. super illud Iaco. ii. Tu sede hic bene. Si hanc distantiam sedendi, & standi ad honores ecclesiasticos referamus: non est putandum leue esse peccatum in acceptione personarum habere fidem domini gloriæ. Quis enim ferat eligi diuitem ad sedem honoris ecclesiæ, contempto paupere sanctiore, & instructiore. Nec mirum: q̄ in maioribus officiis per minus idoneum prouisis peccatur mortaliter: quia non modicam iacturam paritur ecclesia in animarum lucris, quę meliorem superaddere posset. In simplicibus uero beneficiis non expectatur talis iactura: dum idoneus, & bonus pręficitur. licet semper melius foret meliorem pręficere. ¶ Dicitur etiā: prætermisso scienter: quia difficile est, & pene impossibile hominem noscere, quis sit melior: cum interiora hominis sint nobis incognita: sufficit autem, ut fiat diligentia in inquisitione conditionum personarum: qualis fieret, si homo sibi magnum aliquod temporale bonum comparare uellet: & in his, quæ tūc suam notitiam aufugiunt: ignorantia non crassa excusat. ¶ Dicitur etiam meliorem non simpliciter: sed additur: ad ipsum officium exequendum: quia non oportet: neq; est pręficiendus simpliciter melior, & sanctior: sed is, qui melior est per comparationem ad officium. gratia exempli: ad officium prædicationis pręferendus est sanctus, & doctus sanctiori idiota. Sic ētlicet in promotione ad prelaturas, & officia spūalia sciētia simpliciter hic præferenda nobilitati generis:

eo quod ipsa necessaria est in regimine ecclesiæ: nihilominus tamen in casu præferenda est nobilitas personæ ad hoc, ut arceantur lupi, qui non tantum pacem temporalem: sed etiã spirituale pacé ecclesiæ impediũt: ut dicit Alex. Et subdit: & in hoc casu, ubi diuersa sint membra in corpore ecclesiæ, qui pacé eius seruét, possunt nobiles promoueri: dum motũ honestas substernat. parte. ii. q. xxxvi. mẽ. ii. §. j. Nec impedit, quod in Deut. xxii. cap. prohibetur eunuchus intrare ecclesiam, qui non potest generare filios. Eunuchus autem dicitur, qui non habet semen uerbi dei: propter quod nõ põt generare spirituales ecclesię filios: quia licet nobilis minus literatus non possit generare filios ratione scientiæ eminentis: põt tamẽ ratione uitæ: & talis nõ dicitur eunuchus: sicut habet ibi in glo. Eunuchus .n. dicitur, qui non habet semen uerbi dei: nec q bona opera facit produci: & propter hoc summus pontifex in dispensationibus etiam attendit nobilitatem: non solum literaturam: pro quanto tales possunt magis defendere ecclesiam. In corpore aũt ecclesiæ non tantũ debet esse oculus: sed etiã manus. oculus ad dirigendũ: manus ad defendendum, & operãdũ: & ita secũdũ uarios casus, & dispositiones ecclesię, uarię conditiones personarum præficiendarum sunt attendendę, secũdũ quas magis possunt prodesse ecclesię: attento tñ semper, quod sint bonę, & idoneę: quia malus in nullo casu pręficiendus est in ecclesia: ut dicit prima propositio. Atten

L to quoq; : quod semper spiritualis utilitas præferatur temporali. Cõcordat pdictis sanctus Tho. ubi sup. ¶ Sed hic potest dubitari de consanguineis. Nũquid põt qs consanguineos pręferre cęteris: dum tamen fuerint boni, honesti, & idonei. Ad hoc respondet Alexand. ubi supra mem. ij. & post eum beatus Thom iii j. quodlib. quęst. xv. In collatione temporalium: ubi spirituale est non annexum, ut in bonis patrimonialibus: licitum est præferre consanguineum (si bonus est) intentione consanguinitatis. In spiritualibus uero non licet consanguineum idoneum magis idoneo præferre: quia in talibus non est attendenda ratio carnis: sed ratio spiritualis. Si autem est ęque idoneus: potest cõsanguineus præferri: qa ex hoc nihil utilitatis deperit ecclesiæ: & licet circa huiusmodi prouisionem etiã amori natura li satisfacere: dum non est contrarius charitati: sed magis charitate informatus. Et hoc uerum, nisi exinde scandalum oriri timeatur: & quod alij malũ exemplum accipiant. Et dum probabiliter præsumi potest, quod alij prælati non inducuntur ex hoc ad prouidendum suis cõsanguineis etiam minus dignis. Et per hoc ad rationes alterius opinionis.

Si quis possit suos cõ sangui neos pferre.

Nota & electione con sangui neorũ.

¶ Ad primam dicitur: quod bonitas nulli præiudicat tollendo sibi debitum: & ita maior bonitas non tollit minori debitum: quia dum adest magis idoneus: non est debitum conferre officium spirituale minus idoneo. Omnia iura allegata, & similia intelligenda sunt in foro iudiciali, in quo non reprobatur electio, uel prouisio facta idoneo: alioquin nunquam posset aliqua electio confirmari: cum nec sciri, nec probari potest, quis sit melior. Sed secus in foro interiori conscientiæ: de quo loquitur propositio: ita soluit beatus Thom. quodlib. viii. artic. vi. ¶ Ad alia dicitur: quod quis benefaciendo non peccat. Eligens autem bonum non semper benefacit: quoniam si nouit meliorem, & eligit minus bonum (licet tamen idoneum) iam accipit personam: & ita peccat: & per cõsequens non benefacit: & ita propriè loquendo non peccat, eligendo bonum in eo, quod bonus: sed peccat non eligendo meliorem, ad quod tenetur. ¶ Ad id, quod de iure cõmuni eligendus est unus de gremio ecclesiæ: respondet sanctus Tho. ii. ij q. lxiii. art. ij. quod ille, qui assumitur de gremio ecclesię: ut in pluribus: consueuit esse utilior ecclesiæ quã tũ ad boni cõmune: qa magis diligit ecclesiã, in qua nutritus est, propter quod mãdat Deu. xvii. Nõ poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non est frater tuus. Similiter qui est de gremio ecclesiæ, aut qui ecclesiæ seruiuit: magis no-

Ad rationes. M

Nõ reprobãtur electio, uel prouisio facta idoneo.

uit conditiones ecclesiæ: unde melius poterit ei subuenire, & eam regere: non tamen prohibetur; quin extra ecclesiã possit melior postulari. ¶ Dubitatur secũdò: utrũ in iudicijs pauper ex cõpassione possit in aliquo præferri diuiti sine acceptione personarũ. Respondet Alex. ubi sup. mẽ.ii.§.iii. In iudicio debet esse æquitas: ut nõ occasione huius personæ, uel illius fit declinatio a ueritate: unde si iudex intuitu paupertatis declinat a ueritate iudicij: & in aliquo condemnat diuitem: aut absoluit pauperem: non condemnandũ, aut nõ absoluendũ secluſa paupertate; tenetur ad restitutionem parti læsæ. unde Exo. xxiii. Non declinabis in iudiciũ pauperis. Et præmittitur. Pauperis quoq; non misereberis in iudicio. & Leuit. xix. Non facies, quod iniquum est: nec iniustè iudicabis. Non consideres personam pauperis: nec honores uultum potentis. Iustè iudica proximo tuo. Item Chrysosto. Pro re nulla corrumpamus iustitiã: sed omnia pro hac faciamus: siue inops, siue diues fuerit non personas attendamus: sed res scrutemur. Quod uero dicitur Eccl. iiii. In iudicando esto pupillis misericors, ut pater, & Esaiæ. j. Quærite iudicium: subuenite oppresso: iudicate pupillo: defendite uiduam. Non est contrarium responsioni: sed uolunt illæ auctoritates, q iudex teneatur miserabiles personas ab oppressione potentum, ac diuitum defendere: & si timore, uel amore potentum, uel sola ratione paupertatis defecerit personæ necessariæ ad instructionem causarum suarum: iudex ex officio debet eis subuenire; ut sup. dictum est quæst. præcedenti. In ueritate autem sententiæ neutri parti deber parcere. ¶ Tertiò dubitatur: utrum peccet peccato acceptionis personarũ, qui honorat proximũ propter diuitias, aut potentiam. Respõdetur post Alexand. §. iiii. & v. & sanctum Thom. q cum honor sit reuerentia exhibita in testimonium uirtutis. j. Ethicorum. Ideo sola uirtus est causa debita honorandi: non autem so' a uirtus propria: sed etiam uirtus alterius relucens in eo, qui honoratur: & sic principes, & prælati honorantur, etiam si sint mali, in quantum gerunt personam dei, & communitatis, cui præficiuntur, a quibus receperunt potestatem. Eadem ratione parentes, & domini honorandi sunt propter participationem diuinæ dignitatis, qui est omnium pater, & dominus: non tamẽ ea reuerentia, & honore, quæ debentur deo: uel cum conscientia dictante contrarium. Diuites autem honorandi sunt propter hoc: quia maiorem locum in cõmunitatibus obtinent, & pluribus proficere, & subuenire possunt: ut uult Tho. ii. ii. q. lxiii. ar. v. Si autem tantum habetur intuitus ad diuitias: ut tantò melior, quantò ditior uideatur: peccatum est acceptionis personarum: si tamen pro uitatione scandali fiat: ita tamen ut pauper non contemnatur: & diues tali honoris exhibitione in peccato non foueatur: non peccatur: ut dicit Alexan. Et tantum de quæstione. ¶ Quia temporalia bona ministris ecclesiæ deputantur propter officia in eadem exequẽda: si ministri officiis suis deseruire negligunt: aut bona huiusmodi malè dispensant: ipsa bona contra intentionem fundatorum, ac ecclesiæ usurpant: & per hoc inuitis fundatoribus, & ecclesia: saltem ex conditione. Ideo quæritur.

Dub. 2. N Pauper in iudicio non est præferendus diuiti in ueritate sententiæ.

Dub. 3. O Diuites qua occasione possunt honorari.

QVAESTIO. VIII.

VTRVM beneficiati, aut prębendati in ecclesia intrantes sinistrè: uel negligentes onera eis imposita perficere: teneantur subleuata restituere. A.

¶ Tribus articulis solito more quæstio absoluetur. ¶ Quantum ad primum: est primò notandum, q beneficium largissimè acceptum est beniuola actio, gaudium tribuens accipienti. Sed quia hic quæritur de beneficio ecclesiastico: beneficium accipitur strictius pro iure recipiendi prouentus officio ecclesiastico annexos, & sic comprehendit dignitates, ac prælaturas maiores, & minores, ac personatus, qui frequenter etiam accipi

Arti. 1. Not. 1. Multiplex acceptio beneficij.

accipitur pro dignitate, & econuerso: licet magis proprie dignitas dicitur administratio rerum ecclesiasticarum cum iurisdictione. Personatus uero est quædã prærogatiua in ecclesia siue iurisdictione: ut habere stallum honorificum in choro, uel in capitulo, uel in uocibus dandis, & similibus. Comprædendit etiam beneficium, canonicatus, præbendas, capellanias, siue datas in titulum: ut sunt perpetuæ: uel ad nota amouibiles. Et licet hoc modo beneficia multipliciter distinguantur: tamen hoc pro nunc sufficit: quædã sunt curata: quædam simplicia. Curata, quibus cura animarum est annexa. Simplicia, quibus cura nõ est annexa animarum: sed aliquod aliud officium: ut missarum celebratio, canere, ac legere in choro & similia: nam generaliter beneficium datur propter officium. c. fi. de rescrip. lib. vj. ❡ Secundo notandum: q beneficium quandoq; possidetur iusto titulo: quandoq; iniusto negatiue. ❡ Ad iustum titulũ plura requiruntur. Primum, canonica institutio, ut scilicet instituatur per eum, cui de iure communi, priuilegio aut consuetudine legitime præscripta conuenit instituere: siue instituendus sit promouẽdus per electionem: siue per simplicẽ patroni præsentationem. ❡ Secundo requiritur idoneitas personæ ad beneficium promouendæ: ut q nõ sit specialiter prohibita: ut excommunicati suspensi, aut interdicti simoniaci, bigami, laici, q nec habent ordinẽ, nec tonsuram: hoc est, qui non est clericus. ❡ Tertio requiritur tempus infra, quod post notitiã uacationis conferatur puta sex menses quantũ ad patronos ecclesiasticos: alioquin deuoluitur collatio ad superiorem, qui si infra sex menses non prouiderit: deuoluitur ad metropolitanum: & ab illo si negligens fuerit, post sex menses deuoluitur ad papam, cuius potestas nullo tempore restringitur: ut in. c. nulla. de concessione præbendarum. ❡ Quantum uero ad patronos laicos tantum quadrimestre conceditur: infra quod præsentare tenentur: ut de iure patro. cap. unico. lib. vj. In electiuis autem dignitatibus

Not. 2. B

Beneficium qñq; possidetur iusto titulo, quandoq; iniusto.

conceditur tempus trimestre, post cuius lapsum si non eligitur: deuoluitur electio ad superiorem: ut in. c. ne pro defectu. de elec. Electio uero, & collatio, aut præsentatio si facta fuerit post tempus determinatum: cessante legitimo impedimento non ualet: nec titulum tribuit: ut in ca. fi. de sup. negli. prælat. ❡ Quartò requiritur legitima ętas promouendi ad beneficium. Vbi notandum secundum Pe. de palu. distin. xxv. q. ij arti. iiij. ut recitat Anto. ubi supra parte. iij. titu. xv. c. j. Ad hoc, q quis ualeat habere simplex beneficium, uel præbendam: sufficit; q maior sit septennio: quamuis iure humano non irritetur talis collatio. Iure tamen diuino illicitum est dare talia beneficia talibus: nisi quando alii non inueniuntur: quia contra iustitiam distributiuam est, si datur minus digno: quamuis autem iste puer non sit indignus positiuẽ, quia innocens respectu tamen illius beneficij est non dignus: quia inido neus ad officium. Est etiam non dignus respectu alterius dignioris: & sic indigno concedere peccatum est: ut dictum est. q. proxi. Et communiter in conclusione. ii. inquit idem Pet. De dignitate uero non habente curam animarum: potest episcopus dispensare cum eo, qui cõpleuit xx. annum. de æta. & quali. c. j. lib. vi. Sed beneficium habens curam animarum annexam: requirit in beneficiando ętatem. xxv. annorum: episcopatus uero. xxx. Nec potest in hoc episcopus dispẽsare: ut minor. xxv. annis habeat beneficium cum cura: sed talis collatio parochiæ est ipso iure nulla, facta illi, qui nõ attigit. xxv. annum. de hoc latius loquitur Pet. ubi supra. Tenetur enim promotus ad beneficium cum cura infra annum ad sacerdotium promoueri: alioquin esset ipso iure priuatus. De hoc in c. cum in cunctis. de elec. potest tamen episcopus cum curatis dispensare: ut literarum studiis insistentes infra annum non teneantur nisi ad subdiaconatus ordinem promoueri: sed post septennium tenetur sacerdotii gradum accipere: ita q nisi primo anno ad subdiaconatum: & dispensante episcopo

De ętate promouendorum.

infra octo annos sacerdotium acceperit: ipso iure uacat ecclesia: sic si dispensatus literarii studiis nō inhæreret: tenetur infra annum sacerdotii ordinē accipere: alioquin ipso iure uacat ecclesia. de elec. cum ecclesia. lib. vj. ¶ Quintò requiritur: φ non sit actu curatus: nam habens beneficium cum cura si receperit secundū cum cura: accepta pacifica possessione secūdi, ipso iure priuatus est primo. Et nisi primum resignet in manu ordinarij: uel cui competit, ipso iure est priuatus etiā secundo: & etiā inhabilis ad quodcunq; beneficiū, & etiam ad ordines sacros: & ad solum papam pertinet dispensatio: per extrauagantē Ioannis. xxii. quæ incipit. Execrabilis. Excipiuntur tamen quidam casus, quos annumerat Ange. in sum. in uer. beneficium. §. xxxvii. Quodcūq; ex prædictis defuerit, non possidet beneficiū iusto titulo: nec potest talis, si publicum fieret, ea quæ iurisdictionis fuerint, exercere: utputa absoluere subditos: & si attentat, nihil facit: quia non habet titulum. Iniustus enim titulus pro non titulo habetur: nec etiam in foro conscientię subditi tenentur ei obedire: aut ei respondere de prouētibus: quia nō est eorum prelatus: secus in foro exteriori: & licet etiam fuerit occultum, in ueritate non absoluit. Non tamen propter hoc animæ pereunt: quia per ignorantiā facti excusantur: tamen quantum in ipso fuit, animas perdidit: & sanguis eorū ab ipso exigetur: & semper peccat mortaliter exequendo officium illius ecclesię. & similiter percipiendo fructus: sicut is, qui nunquam habuit titulum istius ecclesię: ut dicit Anto. loco supra allegato. Hęc de illo articulo.

Quòd non sit actu curatus.

Arti. 2. Cōcl. 1. C Omnes sinistrè intrantes ad bñficia tenenē ad restitutionē.

¶ Quantum ad secundum articulum est prima conclusio. Omnes ad ecclesiastica beneficia sinistrè intrantes tenenē de necessitate salutis beneficium resignare: ac fructus receptos ecclesię restituere: nisi eis misericorditer succurratur legitima dispensatione. Sinistrè intrat, qui sine iusto titulo se intrudit. Et accipitur hic beneficium largè: ut extendit se ad omnes prælaturas, dignitates, personatus, præbendas, officia, & beneficia, curata, & simplicia. Probatur conclusio: quia quicunq; non intrat per ostium: sed ascendit aliunde: ille fur est, & latro. Io. x. Sed fures, & latrones nullum acquirunt dominium in rebus furto, ac latrocinijs ablatis: ergo tenētur ad cessionem sic acquisitorum, & ad restitutionem eorum. Consequentia nota: & facile reducibilis ad formā syllogisticam. Minor patet ex supradictis eadem dist. q. iii. Maior est saluatoris Tunc ultra. Intrantes sine iusto titulo non intrant per ostium: quia ostium, per quod intratur ad beneficia ecclesiæ, est canonicus titulus, quem Christus per se, uel suum uicarium instituit: ergo &c. Præterea qui non acquirit dominium rei, quam tenet: tenetur eam restituere: sed dominium in beneficijs, & eius fructibus non acquiritur nisi per canonicū, siue iustum titulum: ergo. ¶ Dicitur ecclesię: quia etiam fraudatur per iniustum possessorem: & ideo illi debet restitutio fieri. ¶ Dicitur etiam nisi misericorditer succurratur legitima dispensatione: quia ex causa rationabili potest quandoq; superior maximè Papa dispensare: ut remaneat in officio, & beneficio iustè possesso: quia per hanc dispensationem sibi datur iustus titulus: ut post dispensationem legitimè possideat. Potest etiam Papa tanquam generalis dispensator bonorum ecclesiæ, iniustè accepta remittere causa rationabili concurrente. Verum secundum Hostien. uitæ necessaria strictè poterit retinere de consilio confessoris: ita φ solum nō egeat: & alios fructus in utilitatem ecclesię conuertendo restituat: nec alias potest absolui. de hoc latius infra. ¶ Secunda conclusio. Beneficiati, qui non intersunt diuinis officiis personaliter quotidianas distributiones illis deputatas ab eis receptas non faciunt suas: sed restituere tenentur acceptas: nisi infirmitas, aut iusta corporis necessitas excuset: aut euidens ecclesiæ utilitas. Illa conclusio manifestè, & clarè habetur de cleri. non resi. c. unico. lib. vj. Nec indiget alia probatione. ¶ Sed quę

Cōcl. 2. D Beneficiati, q non intersunt psonaliter, tenētur.

rit ibi glos. quid si illi, quorum lucro prædicta cedebant, remitterent: nunquid est canonicus absolutus. Respondet, satis ut detur; q̃ sic cum hic non sit additum, remissionem non prodesse: quod uidetur sustinere posse, quando remissio illa non fuerit in fraudem legis: puta si sic generaliter sibi mutuo remitterent: ut sic impune absentes sine causa rationabili huiusmodi distributiones recipe-rent.

Cõcl. 3. Beneficiati nõ residentes tenẽtur ad restitu.

¶ Tertia conclusio. Beneficiati in suis beneficijs non residentes: & nulla officia sua per se, uel alios implentes: nihil iuris habent in bonis ecclesiæ: & si recipiunt, tenentur restituere. Probatur: quia reditus ecclesiarum sunt stipendia seruientium: & ideo non seruientes ius non habent in stipendio: & si usurpant, tenentur restituere: ut colligitur ex diuersis cap. de cle. coniu. Item beneficia non dantur ob turpem causam: sed ut famuletur deo: ergo causa cessante competit repetitio: nam ubicunq; datur aliquid ob causam: causa non secuta illud potest repeti. ff. de condi. ob causam. quasi per totum. Vnde iura indixerunt personalem residentiam beneficiatis, quę tamen in certis casibus permittunt absentiam. ¶ Et dicitur per se, uel per alium: quia ut dicit Anto. Si absens sua cura, & impensis prouidet, q̃ ecclesia decenter officietur: & populus sufficienter regatur: & interdum per se ad locum accedat: ut de prædictis certificetur: non tenetur ad restitutionem: sed uti potest fructibus beneficij: dum habet absentiæ rationabilem excusationem: uerum ad horas canonicas legendas tenentur omnes beneficiati: similiter omnes existentes in sacris, etiam si non fuerint beneficiati. de hoc. xcii. distinct. cap. si. ubi dicitur. Quilibet clericus ecclesiæ deputatus, scilicet per beneficium. Facit glos. ad id ibidem. Similiter qui per professionem, uel uotum se obligarunt. Et tenet Panor. in cap. de cele. miss. q̃ etiam papa non potest dispensare: quin septies in die teneatur laudare deum: licet in modo dicendi dispensare possit. Sola igitur corporis infirmitas excusat a dicendis horis. Hæc conclusio tanquam tutior in foro conscientiæ posita est, & rationabilior: secundũ Ioan. talen. & Gerso. ac Panor. licet ipse recitet opinionẽ contrariam loco statim allega.

Cõcl. 4. E Beneficiatus habens bona in pios usus deputata, si conuertat in alios usus restitu. debet.

¶ Quarta conclusio. Beneficiatus habens certa bona pauperibus, uel in pios usus ex speciali institutione eroganda: & ea cõsumens ad alios usus: ad eorundem restitutionem est obligatus. Probatur cõclusio: quia quicunq; recipit aliqua bona alijs dispensanda: tenetur illa sic dispensare, quę si retinet sibi, retinet non sua: & per consequens ad restitutionem tenetur. Ponit exemplum Gerson in tractã. de temperantia prælatorum, ęleemosynario, qui ultra stipendia sua recipit mille libras pro distribuendo pauperibus: si aliter exponit: peccat, & restituere tenetur. Et de hoc beatus Thomas ij. ij. quæst. clxxxv. artic. vij. loquitur, innuens triplicia bona episcoporum. Quædam propria utputa, quæ non habent de prouentibus ecclesię: & in illis habent uerum dominium. Et ex ipsa rerum conditione non obligantur: ut eas alijs conferant: sed possunt ea uel sibi retinere, uel pro libito elargiri: licet possint per inordinatum affectum, uel usum eorum peccare: non tamen ad restitutionem tenentur: quia huiusmodi bona sunt eorum dominio deputata. Alia sunt bona ecclesiastica, siue prouentus, aut fructus ecclesiæ: & horum sunt dispensatores, uel procuratores. Vnde August. ad Bonifacium. Si priuatum possidemus bonum, quod nobis sufficiat: non illa bona nostra sunt: sed illorum, quorum procurationem gerimus: ne proprietatem nobis usurpatione damnabili uendicemus. Et hæc bona ecclesiastica sunt duplicia: quædam sunt specialiter usui episcopi deputata distincta ab his, quæ clericis, fabricæ, & pauperibus debentur, de qua partitione habetur xij. quæst. ij. uobis enim. & cap. quatuor seq. Vbi ergo talis facta est diuisio: & distincta sunt bona, quæ debent in usum episcopi cedere: & episcopus aliquid sibi retinuerit de alijs partibus, clericis, fabricæ aut pau-

Distinctio bonorũ, q̃ possidẽt beneficiati.

peribus deputatis: non est dubiũ, quin cõ
tra fidem dispensatoris agat: & mortali-
ter peccet: & ad restitutionem tenetur.
Vnde beatus Hiero. ad Rusticum episco
pum Narbonen. xiij. dist. diacon. ait.
Qui uisibiliter in hoc mundo ius inua-
dit alienũ, accusatur a paupere: dãnatur
a iudice: ita in ecclesia dei, dũ quisq; sti
pẽdia perdit: clamat ad dominũ, & exau
ditur a christo: nec differtur ultionis sen
tentia: si non reddantur uniuersa. De
his uero, quæ sunt specialiter suo usui
deputata: uidetur esse eadem ratio, quæ
est de proprijs bonis. s. ꝙ si immoderatè
sibi retineat, & alijs sicut charitatis de-
bitum requirit: non subueniat; peccet:
non tamen ad restitutionem tenetur.
Alia autem sunt bona indistincta: ut quã
do eorum distributio fidei eius commit
titur. Et si in modico deficiat, uel super
abundat: potest hoc fieri absq; bonæ fi-
dei detrimento: quia non potest homo
in illis punctualiter accipere, quid fieri
oportet. Si uero multus fuerit excessus;
non potest latere: & ideo uidetur bonæ
fidei dispensatoris repugnare: & ideo
non est absq; mortali peccato: utrũ au-
tem ad restitutionem teneatur, uel non:
dicetur sequenti conclusione. Quòd ue
rò peccet mortaliter: ꝓbat beatus Tho.
per illud Mat. xxii. ꝙ si dixerit malus ser
uus in corde suo: moram facit dominus
meus uenire: quod pertinet ad contẽ-
ptum iudicij diuini: & ceperit percutere
conseruos suos: quod pertinet ad super
biam: mãducet autem, & bibat cũ ebrio
sis: quod pertinet ad luxuriã: ueniet dñs
serui illius in die, qua nõ sperat: & hora,
qua ignorat: & diuidet eũ a societate. s.
bonorum; & partem eius ponet cũ hypo
cratis. s. in inferno. Hæc Tho. Hãc dist.
sequitur Gerson ubi sup. addens quo ad
tertiũ membrum. Si bona ecclesiastica
sunt data generaliter, & indistinctè ali
cui ecclesiastico, tam pro sustentatione
sua, quàm pro exercitio pietatis: tũc po
test huiusmodi ecclesiasticus mediocri-
ter uti illis bonis secundũ decentiam sui
status: etiam ubi nihil residui superesset.
Vnde ut notat Inno. tertius in cap. cũ
ab omni. de uita, & hone. cleri. Assi-
gnantur reditus ecclesiastici principali- Assignã
ter: ut ex ipsis honestè uiuere possint: tur red-
ut in c. iam allega. Nec tenentur paupe ditus.
ribus potius subuenire, quã sibi ipsis: nec.
prius reficere ædificia. Primò ergo de-
bent ex illis honestè uiuere: & de his,
quæ supersunt alia opera facere. Et ita
intelligenda est auctoritas Hiero. infra
allega. Quicquid habent clerici, paupe
rum est. Qualiter autem æstimabitur de-
centia huiusmodi status: non potest sub
uniuersali regula diffiniri: sed æstimabi-
tur sub certa latitudine, prout sapiens iu
dicabit. Et quoniam nimis afficimur ad
nosipsos: & ad extollentiam oculorum
nostrorum: tutius est, atq; salubrius cuil
bet ecclesiastico declinare ad frugalita-
tem, & parcitatem status sui: ut aliquid
relinquat pauperibus. Et quod beatus
Tho. dicit de episcopis; Gerson genera
liter extendit ad omnes prelatos: immo
locum habet in omnibus beneficiatis.
¶ Quinta conclusio. Et si grauiter pec- Cõcl. 5.
cent beneficiati bona ecclesiæ eis indi- F
stinctè deputata consumendo turpiter, Graui-
aut prodigè: non tamen satis strictè dif- ter pec-
finitum est eos ad restitutionem obliga- cãt be-
tos fore. Prima pars satis patet: & cum neficia-
etiam laicis patrimonia sua turpiter, aut ti bona
prodigè consumere peccatum est, & ui- ecclesiæ
tiosum: quantò magis clericis, qui bo- dilapi-
norum ecclesiæ sunt dispensatores pec- dantes,
cant: quia infideliter agunt turpiter di- nõ tamẽ
lapidando, quæ in usus pios, ac paupe- semper
rum sustentationem fuerant dispensan- tenẽtur.
da. Et patet ex probatione præceden-
tis conclusionis. Secunda pars patet:
quia de ea sunt contrariæ opiniones do
ctorum. Nam secundum Ray. clerici,
qui consanguineis potentibus, uel me-
retricibus, & histrionibus, ac similibus
bona ecclesiæ pauperibus debita tribu-
unt: raptores sunt: quia quicquid clerici
habent; pauperum est. Hinc Hiero. ad
Damasum papam xvi. quæst. j. cap. fi.
Quicquid habent clerici, pauperum est:
& domus illorum omnibus debent esse
communes: susceptioni hospitum, & pe
regrinorum inuigilare debent. ¶ Item
Ange. in sum. in uer. clericus iii. §. j.
quærens utrum clericus præbendatus te

neatur facere quatuor partes de redditibus ecclesiæ, & oblationibus fidelium .s. episcopo, sibi ipsi, sacerdoti, pauperibus, & fabricæ. Respondet post Panor. in cap. j. de eccle. ædifi. ꝙ quo ad quartã episcopi, & quartam fabricæ standum est consuetudini, quæ quidem ualet (allegatis supra iuribus) derogare: nisi quando fabrica remaneret derelicta: quia sic esset irrationabilis. Et ideo tũc teneretur dare quartam: quod intelligendum est: quando reditus supersunt detractis necessariis. Quoad partem quartam debitam pauperibus, non ualet aliqua consuetudo in contrarium, quin teneatur. Et addit. Ego plus dico; ꝙ non solum quartam partem: sed & omnia, quę super sunt eorum necessitatibus: tenẽtur pauperibus erogare: si fabrica non egeat reparatione: uel nisi uellet conuertere talia ad ampliandum cultum dei in tali ecclesia: nulla extrema necessitate in aliquo occurrente. Nam in illis duobus casibus licitè desistit ab erogatione in pauperes: alias non sine peccato mortali: non tamen dicit, ꝙ teneantur ad restitutionem. ¶ Item Anto. par. iii. titu. xv. Clericus non habet fructum ecclesiæ fauore sui: sed pro bono ecclesiæ, & pauperum facti sunt administratores; & tutores, qui sunt quasi domini: sed nõ quã do pupillos spoliant. Et ideo sicut illi uictum sibi, & uestitũ possunt retinere: & benemeritis dare: sed si malè expendũt: tenẽtur restituere: sic & isti. Vnde August. ad Bonifacium ut sup. allegatũ est q. pręsenti in conclusione iiii. Si priuatum possidemus &c. xii. q. j cap si. ubi glos. Loco domini habentur prælati: dum bene ministrant: loco prædonis: cum malè. Nam contrectant rem alienam inuito domino: quia quicquid habent clerici; pauperum est. Et beatus Hiero. Aliena conuincitur rapere, qui ultra necessaria sibi retinere probatur xlij. distinct. §. ordinandus. Et idem ut habetur distinct. xliiii. cap. j. statim post princi. Tibi o sacerdos de altari uiuere; non luxuriari permittitur. Ad idem beatus Hiero. xii. quæst. ii. cap. gloria §. amico. dicit. Amico rapere quippiã furtum est: ecclesiam fraudare sacrilegiũ est. Accepisse pauperibus erogandum; & esurientibus plurimis illud reseruare: uel cautum, uel timidum est. Aut quod apertissimi sceleris est: exinde aliquid subtrahere omnium prędonum crudelitatem superat. Et beatus Bernar. tractãs uerba apostoli. j. ad Timo. vi. Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus: definit: ꝙ quicquid ultra sustentationem necessariam retinetur: rapina est: immo sacrilegium: quod uero rapina est, & sacrilegium, grauius furto est restituendum. Hanc opinionem tenet Hosti. in ti. de pœni. & remis. lib. v. tracta tu de resti. § quibus, & qualiter. ubi quid de pręlatis: ubi tria dicit. ¶ Primũ, ꝙ tenens administrationem ecclesiasticam: tenetur ecclesiam reddere indemnem. Vnde si de rebus ecclesię expenderit in meliorationem proprii patrimonij: aut si propter nimiam diligẽtiam propriorũ negotiorum neglexerit negotia ecclesiæ procurare: sic est ecclesia damnum passa: & tenetur eam reddere indemnem per restitutionem: si propriũ habet. Et hoc quando grauis est læsio: uel etiam quantum ad alienationem bonorum ecclesiæ immobilium, uel mãcipiorum, uel suorum reddituum. Quoniam non prohibetur prælatis, quo minus possint de fructibus, & perceptis redditibus, quos suos faciunt aliquid erogare honestè. Si tamen de suo aliquid expendit in negotiis ecclesię: illa potest recuperare: uel etiam hæres suus: ut sic fiat quædam compensatio hinc inde. ¶ Secundò dicit: ꝙ ecclesiastici, qui proprium habent: u puta qui non sunt uoto religionis adstricti: tenentur de his quę superfluunt largas eleemosynas facere. ¶ Tertio, qui donant sua inhonestis mulieribus, mimis, ioculatoribus: si propter peccata, quę committunt, uel propter carnalitatem, aut fauorem seculi hoc faciunt peccant mortaliter: & tenentur restituere ecclesiæ: si proprium habent: & recipientes similiter tenentur restituere: non clerico, qui dedit & hoc in pœnam: sed suo superiori, uel suc-

ecclesiæ:ut in utilitatē ecclesiæ conuer-
tatur. Si uero cā eleemosynę ꝑ sustēta-
tione naturæ conferant, non peccant,
nec tenetur ad restitutionem. Concor-
Opin. dat Panor. in cap. cum secundum. de p̄-
alia. bendis ¶ Alia est opinio mitior, quæ in
G hoc tantum discordat a prioti: quia te-
net; ꝙ clerici beneficia habentes: licet
grauiter peccent reditus ecclesiæ; quos
ipsi percipiunt: prodigē, aut turpiter di-
spensando; non tamen obligantur ad
restitutionem. ¶ Quorum hęc sunt mo-
tiua; quia fructus, quos percipiunt, fa-
ciunt suos: & sunt domini eorum. In re
autem propria quilibet est moderator,
& arbiter, & per consequens non tene
tur restituere. Antecedens pro prima
parte probatur per glos. in cap. duo. xij.
q. j. quæ dicit. Concedendum est: ꝙ cle
ricus sit dominus fructuum collectorū.
Et ita est usufructuarius: ut in c. præsen-
ti. de offi. ordi. lib. vj. Probatur etiam a
contrario sensu: quia dicit. c. unicū. de
cle. non resi. lib. vj. ꝙ recipiens quotidia
nas distributiones, qui non interest of-
ficio &c. non acquitit eorū dominium:
nec facit eas suas: ergo a cōtrario si iter
est horis: facit eas suas: & ꝑ hoc si malè
expēdit: non tenetur ad restitutionem.
Huic opi. uidetur consentire bea. Tho.
ubi supra in probatione. iiij conclusio-
nis. Consentit, & Ioan Gerson can-
cel. Parisien. dicens in suis moralibus re
gulis. c. de auaritia. Si beneficiatus cer-
ta bona habeat instituta ꝑ pauperibus,
& illa consumit ad alios usus: ipse ad re-
stitutionē obligatur. & sequitur ad pro-
positum. Secus si totum sit commissum
fidei suæ: ubi etsi peccet grauiter, & sa-
crilegē: quandoq; abutendo bonis illis
luxuriosè: tamen restituere non tene-
tur. & præmisit. Multa faciunt ad hoc,
ꝙ aliquis facit fructus sui beneficij esse
suos in foro exteriori: immo, & ꝙ re-
stituere nō teneatur, quę animam a pec
cato mortali non liberant. In tractatu
autē de tēperantia prælatorum: uidetur
in dubiū uertere: an ad restitutionē te-
neātur in casu nr̄o, dicēs. Si beneficiat⁹
prodigè bona hm̄ōi in alios usus disper-
gat, aut auarè retineat: ipsa ultra scan-
dalum, quod alijs dat: profectò peccat
grauiter: & non minus sępe, quám sa-
crilegus. Sed ꝙ ad restitutionem teneā-
tur: non auderem definire. & subdit. Ita
que locum hic habet beati August. con
silium. tene certum, & dimitte incertū.
Cui concordat illud Ecclesiastici. iij.
Qui amat periculum, in illo peribit.
¶ Et per illa posset responderi ad moti- H
ua prioris opi quæ satis fortia sunt. Ad
omnes auctoritates Hiero. Augu. Bern.
inductas potest dici, ꝙ uolunt ꝙ cleri-
cus malè dispensans grauiter peccat: ēt
in præiudicium pauperum: & peccatum
eorum comparatur rapinæ, & sacrile-
gio, pro quanto pauperibus, non ut te-
nentur, subueniunt: & prouentus eccle
siæ assignatos (& per hoc aliquo modo
sacros) turpiter dispēsant: & hoc quidē
concedit secunda opi. Sed per hoc non
sufficienter probatur: nec in aucto. al-
lega. exprimitur, ꝙ teneantur ad restitu
tionem: quia ut dictū est, multa obligāt
ad mortale peccatū, q̄ tamē nō obligāt
ad restitutionē. ¶ Sed ad illud, ꝙ dicit;
ꝙ sacerdos, & clerici sint administrato-
res, & dispēsatores bonorū ecclesię &c.
Dicitur; ꝙ duplices possumus intellige- Dupli-
re administratores certorū bonorum. ces sūt
Quidam habent nudam administratio- admini
nem eorum, & nudum usum: & illi non strato-
possunt bona illa dispensare: nisi quate res bo-
nus eis commissum est, & concessum. norum.
Et tales si aliter dispensant: tenentur ad
restitutionem. Alij sunt administrato-
res, qui cum habent dominium aliquod
in re, quam administrant: & habent
usufructum: licet cum certo modo, seu
limitatione: ut dum res aliqua simplici-
ter data est alicui principaliter pro sua
persona: tamē commissum ut etiā cer-
to modo alijs dispenset. Et hi non dispē
sando peccant: non tamen tenentur ad
restitutionem malè dispensatorum: & ta
les dispensatores sunt beneficiati, ut o-
stensum est. Nec obstat: ꝙ dicuntur res
pauperum: qa nōnunquā res dr̄ alicuius
largè: non quia sit de eius dominio: sed
quia habet ius aliquod ad rē petendam:
sicut bona paterna dicūtur filiorum: qa
sūt futuri hęredes. Et sic dicit bea. Amb.

599

utsupra allegatum est.q. ij. huius dist. ꝙ panis,& uestimentū diuitū,sunt pauperū:& tamē nec pater,nec abundantes si sua dilapidāt:tenentur ad restitutionē
I heredibus,seu pauperibus. ¶ Tenētes primam opi.possunt respondere ad motiua secundę opi. ꝙ clerici sunt domini, & vsufructuarij fructuum collectorū quantum ad ea,quæ eis sufficiunt ad honestū uictum: sed quantum ad ea, quæ supersunt,sunt nudi dispensatores, seu pauperum procuratores:sicut in his,quæ certé sunt deputata in pios usus:ut dictum est in quarta conclusione.Nec uidetur ꝙ certum,& incertum in proposito aliquid uariant: dum tamen id , quod sub incerta quantitate committitur:potest discerni ab eo , quod certum est : ut si quis Paulo pecuniam committeret ad ædificandam sibi domum cum ea conditione:ut ea,quæ superfluerent: daret Petro nepoti suo. Nemo dubitat;ꝙ ea, quæ superabundarent ædificationi domus : teneretur Paulus dare Petro : ꝙ si ea in alios usus conuerteret:nemo dubitat;quin teneretur ad restitutionem: licet tota pecuniæ summa fuisset fidei Pauli credita. Nec in superabundantibus (quę ut talia discerneret) habetec dominium:quia quantum ad illud , non accessit uoluntas tradentis pecuniam : ut tactum est supra. ¶ Et rationes, quæ probant quartam conclusionem: etiam faciunt pro illa opinione, quæ magis cōcordat dictis sanctorum. Et hæc est opi. Nicolai abbatis in. c. cum esses. de rest. q. ij. & iiij. in reportatione solemni super.c.cum esses. Vbi uult:ꝙ clericus est dñs , & usufructuarius fructuum bene dispensādo:nō tamē improbiter dispensando. Et in responsione ad partē contrariam inductam in fine secundæ quæstionis respondendo ad c. unicum. de cle ri. non resi lib. vj. dicit, ꝙ clericus recipiendo fructus sui beneficij , dicitur illos facere suos:quoad hoc, ut sibi prouideat primō:& de superfluis expensēt in pios usus. Non tamen potest de ipsis testari:aut pro libito suæ uoluntatis expendere. & mox subiungit. Omnia iura, quæ uidentur uelle ; ꝙ clerici sint dñi

Quales sīt beneficia ri.

fructuum,intelliguntur quoad dispensationem:ut scilicet bene , & canonicé dispensent res ecclesię. Nec facit differentiā inter clericū habentem administrationem,& non habentem. Et in hac quartæ quęstionis sic ait concludendo. Ex quo infertur:ꝙ beneficiatus fructus non facit suos:sed tantū in eis ius obtinet canonicé dispēsandi. Alexā. ad hoc tex. plures. uide ibi. Dum uero non est certus, quę superfluāt: & bona fide aliquid cōuerteret in usum propriū: putās nō esse de supfluis,in his posset excusari a restitutione . Ad ꝙ satis facit distin. sancti Tho. supra posita. Hæc de articulo secundo. ¶ Quantum ad tertium articulum dubitaē primō , utrum accipiens beneficium ecclesiasticū,nō habēs animū residendi,sed dūtaxat fructus ad tēpus recipiendi , & post ipsum dimittendi: tenetur ad restitutionem fructuum subleuatorū. Respondetur:ꝙ talis tenetur restituere. nisi mutet postea uoluntatem: ut puta , si post proponat beneficiū seruare : & in officio , ad ꝙ bñficiū institutū ē fideliter laborare , & seruire: nec ipse tm̄:sed etiā collator beneficij, si eo animo sibi cōtulit:ut in.c.cōmissa. de elec. lib. vj. §. cęterum. ubi dicitur. Si promoueri ad sacerdotium non intendens , parochialē receperis ecclesiā , ut fructus ex ea per annum recipias ipsam postmodum dimissurus : nisi uoluntate mutata promotus fueris: teneberis ad restitutionem fructuum eorundem , cū eos receperis fraudulenter . Illūq; etiā, q eā tibi cōtulit, cū te nō crederet ad huiusmodi ordinem promouendū; præter diuinā, quā exinde incurrit offēsam:ad seruandam indēnem eandem ecclesiam decernimus obligari. Et ꝙ decretalis illa specificat ecclesiā parochialem, ideo est;quia beneficium simplex non requirit sacerdotium infra annum assumendum. Sed uidetur:ꝙ idem est de beneficio simplici:si non intendit in eo seruire:sed post tempus aliquod dimittere,& laicare:quia est eadē utrobiq; ratio. Nā & iste, sicut ille recipit fructus fraudulēter. Puto tñ in hanc restitutione detrahendas fore expensas, quas per tempus

Arti. 3. Dub. 1.
K
accipiēs beneficiū non animo residendi tenetur ad restitutionem

intpossessionis fecit in officiando ecclesiam per alium. ¶ Similiter clericus, qui recipit beneficium non ut ibi seruiat: sed donec possit habere pinguius: peccat: ut dicit Panor. in c. relatum. de cleri. non resi. quia non iuste est præmotus, qui habet talem animũ. Non tamen tenetur resignare: sed sufficit pœnitere de iniqua uoluntate. ¶ Ex quo infero: q talis aut teneretur cedere beneficio: aut mutare uoluntatem: nã quilibet tenetur uitare peccatum: sed peccatum illud iniustæ promotionis non potest uitari: nisi altero duorum modorum: ergo tenetur ad illos alternatiuẽ. i. disiunctiuẽ: puta ad alterũ illorũ. ¶ De restitutione autem fructuum perceptorum, stante mala uoluntate: nihil loquitur: sed uidetur eadem ratio hic sicut in priori casu: nisi forte ipse seruiret officio: donec promoueret ad pinguius: credo: q tũc non teneretur ad restitutionem; tunc enim sufficeret iniquam corrigere uoluntatem.

Dub. 2. ¶ Dubitatur secundò: utrũ plura possidens beneficia ecclesiastica ad restitutionem obligetur obuentionum ab altero eorum receptorum. In solutione huius dubij duo sunt uidenda. Primum: utrum liceat clerico plura beneficia possidere. Secundo: utrum possidens plura aliquid de receptis teneatur restituere. ¶ Circa primum supponendum ex prædictis: q beneficium datur propter officium. Hinc. xvj. q. j. generaliter. dicitur. Propter hoc ipsum beneficia eis indulgemus: ut alijs omnibus derelictis dei omnipotentis inhæreant ministerijs. & c. fi. de rescrip. lib. vj. dicitur. Propter officium beneficium ecclesiasticum datur. Sic Alex. papa. lxxxj. dist. si quis sacerdotũ qui sponte ob fornicationem dimittit officiũ: ita ob præuaricationẽ dimittere cogatur etiam in unius beneficium. Idem habetur. c. seq. Vnde obuentiones beneficiorum stipẽdia sunt officiorum: ut dictum est conclusione. iij. & j. q. ii. c. penult. & xli. dist. nullus. ubi obuentiones episcopo debitæ, stipendia nominantur. Idem de præben. c. cum secundum. ¶ Ex quo sequitur: q omne beneficium tam curatum,

L Vtrum plura possidens beneficia ad restitutionẽ obligetur.

Nota. Omne beneficium tã curatũ, quã simplex requirit residentiam.

quàm simplex requirit residentiam: nisi causa rationabilis excuset. Nõ enim debet uiuere de altario, qui altari non deseruit: & hoc dicit Panor. in c. fi. de cle. non resi. post. Inno. Hostien. & Ioã. an. di. Omnia beneficia quæ dantur in titulum: siue sint uicariæ, siue modicæ estimationis: ut. xx. solidorum, requirunt residentiam de iure communi. & in. c. immediatè præcedente, scilicet penult. dicit. Nota: & tene mente: q beneficia etiam simplicia requirunt residẽtiam de iure communi. Nec sufficit deseruire p alium. Quod iudicio meo ait: apertissimè probat tex. iste. hic enim non solum canonici: sed etiam capellani, & alij simpliciter beneficiati, qui in textu dicuntur assidui: quasi assidui: & dicuntur omnes beneficiati, qui non sunt canonici: nec uocantur ad tractatus communes cum canonicis: ut dicit glos. Omnes hi reuocantur ad residentiam in ecclesia, in qua sunt beneficiati: nec releuantur ponendo ibi uicarium; quod collige ex eo: quia eis non conuenientibus, supetior facit deseruire per uicarios: & residuum (detracta portione uicariorum) conuertitur in utilitatem ecclesiæ. Si. n. possent licitè per alios deseruire: residuum applicaretur eis, etiam si esset ecclesia curata: hæc ille. & in. c. quia nonnulli. eo. ti. quærens. Nunquid quis per se tenetur seruire in beneficio simplici. Respondet, credo, q sic: & probo apertè per c. super inordinata. de præbẽ. ubi dicitur: q pueri non sunt idonei ad beneficia habenda: cum illis deseruire non possint: ergo requirit beneficium personalem residentiam. nam puer bene posset per alium seruire: & secundum hoc dictum Anto. post Vdalricum supra alleg. in ii arti. conclusione. iii limitandũ est: dum habuerit rationabilẽ absentiæ causam: sicut & ibi specificatũ est. ¶ Vnde nec consuetudo excusat: nisi ex legitima, & rationabili causa: ut dicit Ange. in sum. in uer. clericus. vii. §. 1. & Panor. in c. quia nonnulli. de clerico. non resi. (In quo tex. dicitur cum ecclesia, uel ecclesiasticum ministerium commit ti debuerit: talis ad hoc persona quæratur

M

tur, quæ residere in loco: & per seipsam curam eius ualeat exercere. ex glos. quę dicit. Hoc ius commune est; ut in ea ecclesia, in qua intitulatus est; debeat deseruire.) Hanc regulam elicit: ꝙ quodlibet beneficium, quod datur propter officium requirit deseruientiam personalem. Et addit, ꝙ ratione consuetudinis in simplicibus potest deseruire per uicarium. Quod tamen dictum, ita in simplicibus sicut curatis ueritatem habet: non subsistente causa legitima, & rationabili: qa eadē est causa utrobiq; In simplicibus, & curatis: .s. quia beneficiū datur propter officiū. Licet minor nō sufficiat in simplicibus, q̄ curatis: quia magis eligitur industria personę in curatis, q̄ non curatis: ut ibi dicit Panor. ¶ Qui autem sint casus rationabiles: hic angelus ponit tres, in quibus absens habetur pro residente. Primus: si est in seruitio papæ: ut in c. cū dilectus. de cle. nō resi. Secundus: si fuerit in seruitio episcopi: unde in c. ad audientiā. eo. ti. dicit papa. Decernimus: ut duo ex canonicis ecclesiæ Meldēsis in tuo seruitio existētes suarū fructus integrè percipiāt prębēdarum: cū absentes dici nō debeant: sed præsentes, qui tecū pro tuo, & ipsius ecclesiæ seruitio cōmorātur. Dicens duo, plures excludit secundū glos. Similiter ꝑ hoc, quod dicit, in tuo seruitio, & ipsius ecclesiæ, excluditur qui cū papa, uel episcopo morātur: non propter eorū seruitia exhibēda: sed propter ambitionē: ut obtineant beneficia. Ex quo patet reproba consuetudo, uel statutū in quibusdā ecclesijs: ꝙ episcopus duos ex canonicis eximit, tāquā suo seruitio deputans; qui nunquam episcopo seruiunt, nec sibi cōmorantur: & tamen reditus beneficiorū recipiunt tanquā pręsentes pręter quotidianas distributiones. Tertius casus: si fuerit infirmus tali infirmitate, q̄ impediat eū residere, uel interesse diuinis. Secus si infirmitas non præstat causam non residentiæ, uel absentiæ a diuinis. Puta si alias non interesset: aut nō resideret: quia casus superueniens recipit interpretationem secundum statum præcedentem: ut in c. maiores. de bap. penè in fine. ¶ Sunt & alij casus rationabiles. Tenuitas beneficij nō sufficiēs ad sustentationem beneficiati. Aut quia beneficiatus est ratione officij ecclesiastici occupatus: aut ad prædicationē missus: aut in studio, aut in peregrinatione constitutus: & similibus multis. In quibus duo concurrere debent. .s. causa rationabilis, & honesta, & licentia sui prę lati: ut in c. relatum. de cleri. non resi. in tex. & in glos. Non ergo sufficit sola prælati licentia sine honestate causæ: quia prælatus non potest sine causa dispensare contra ius. Panor. in c. allegato. Dicit tamen Inno. in c. ex parte. de cleri. non resi. ꝙ posset ex consuetudine induci: ut sine licentia ex causa rationabili se absentet. Quod limitat Panor. ubi sup. propter necessitatem subitò occurrentem: & Io. an. quādo in breui est reuersurus. Sed Panor. dicit: ꝙ attendenda est qualitas causæ, & præiudicij: & facultatis petendi licentia. ¶ Et nota, ꝙ non solus episcopus: sed quilibet prælatus potest dare licentiam: licet solus episcopus possit non residentē nec rationabiliter excusatū priuare beneficio. glo. in c. cum ex eo. de elec. lib. vi. ¶ Quòd autem curata beneficia dicūtur requirere personalē residentiam in communi locutione, & non simplicia nō curata: ideo puto inoleuisse: quia curatus non residens minus sustinetur in beneficio, quā non curatus: licet uterq; cessante rationabili excusatione, teneatur ad residentiam. Et si non residet: priuatur beneficio: ut in c. conquerente. de cler. non resi ¶ Quòd etiam plura curata dicuntur incompatibilia, non autem simplicia: ratio est: quia habēs unum curatum, & acceptās aliud: eo ipso primum uacat: & nisi resignet, & dimittat primū: corā persona publica: postquā habuerit pacificam possesshonē secundi: esset priuatus utroq;. Et si de facto retinet: erit inhabilis ad quęcumq; alia: ut in extrauagante Ioann. xxij. sup. allega. Execrabilis. & etiam ad maiores ordines suscipiendos. In simplicibus uero curam animarum non habentibus: licet præuia monitione (propter non residen-

Marginalia: Benefitiū daē propter officiū. — Casus, in qbus absens tenetur pro residente. — Quare duo curata dicitur incōpatibilia.

tiam) possit altero priuari: non tamen est ipso iure priuatus: ideo potest ea tenere: licet non sine peccato: donec per superiorem priuetur. ¶ Vlterius notandum secundò: quod quandoque unum beneficium dependet ab alio: aut est annexum alteri beneficio, uel digni tati: ut quando sunt unita. Et quoniam illa censentur unum beneficium: de his in proposito non intelligenda sunt dicenda. Item quandoq; beneficium datur in titulum: quandoq; tantum in cõmendam. Hic tantum de illis, quæ dantur in titulum. ¶ Tertiò notandum, quod secundum beatum Thom. quodlibet. ix. art. xv. actionũ humanarum multiplex ẽ differentia. Quędam habẽt deformitatẽ inseparabiliter annexam: quę (ut philo. dicit) mox noiata conuoluta sunt malitia: ut fornicatio, adulteriũ, furtũ, & huiusmodi: quæ nullo modo possunt bene fieri. Et de numero taliũ non est habere plures præbendas: alias in nullo casu dispensationem recipere posset: quod nullus dicit. Quædam sunt actiones, quæ de se indifferentes sunt ad bonum, uel ad malum: ut leuare festucam de terra, & huiusmodi. Quędam sunt actiones, quæ absolutẽ consideratę deformitatem, uel inordinationem important: quæ tamen aliquibus circumstãtijs aduenientibus bonæ effici possunt: sicut occidere hominem, uel percutere, in se deformitatẽ quandam importãt: sed si addatur occidere malefactorem propter iustitiam: uel percutere delinquentem causa disciplinæ, non erit peccatum: sed uirtuosũ: & in numero talium uidetur esse habere plures præbendas. Continet enim multas inordinationes, quarum decem colliguntur in allegata extrauagante. Execrabilis. ¶ Quarum prima est insufficientia impletionis officij: quia non est possibile aliquem in pluribus ecclesijs deseruire, in qbus est prębendatus: cũ prębendę uidentur esse ordinatę, quasi quædam stipendia deo ministrantiũ, ut dicit sanctus Tho. ibidẽ. Et q uix sufficit seruire uni: quomodo seruirẽ poterit pluribus. ¶ Secunda inæqualitas distributionis bonorum ecclesiæ: dum unus

Not. 2.

Not. 3.

N Multiplex actionũ humanarum differẽtia.

Pluralitas beneficiorum nõ est de illis, quæ conuoluta sũt malitia.

pluribus beneficijs abundat: & alijs literatis, ac uitæ puritate, & testimonio bonæ famæ pollentes, qui mendicant: possent abundè sufficere æqua distributione collata. ¶ Tertia est uagationis materia. ¶ Quarta: diminutio diuini cultus: dum unus loco plurium instituitur. ¶ Quinta: defectus hospitalitatis, qui ita non potest seruari ab uno in uno loco constituto: sicut seruari posset a pluribus beneficiatis. ¶ Sexta: subtractio honoris commodi, & auxiliorum ecclesiæ, ac regionum, in quibus beneficia sunt instituta. ¶ Septima: deperditio libertatum, & iurium ecclesiarum. ¶ Octaua, collapso notabilium ædificiorum, quę prædecessorum diligentia extruxerat. Similiter, & deperditio censuum, & redituum. ¶ Nona: negligentia curæ animarum: quod ceteris maius est, & peius. Non enim potest quis pascere oues diuersis ecclesijs subiectas. Et si non pastor: sed mercenarius est, qui pascens oues lupo ueniente fugit. Ioã. x. quis ille est, qui omnino non pascit: nec ad pascendas oues uenit. ¶ Decima, præstatio fomenti uitiorum periculosa. Addit beatus Thom. fraudatio nem ultimarum uoluntatum testatorum, qui ad hoc bona sua ecclesijs contulerunt: ut certus numerus seruientium deo ibi esset. ¶ Alexan. de monta. in suo repertorio post Panor. cap. Dudum. ij. de elect. quinto notabi. ponit tria grauia uitia, quæ pluralitatem beneficiorum comitantur: scilicet notam transgresionis. id est infamiã. ũde. vj q. j Infames. dicĩ. Infames esse personas dicimus omnes, qui christianæ legis normam abijciunt: & statuta ecclesiastica contemnunt. ¶ Secundum cupiditatis uitium, quod maximũ est: nam auaritia secundum apostolũ idolorum seruitus est. ad Ephes. v. ¶ Tertium, committit furtum cum sacrilegio: & potest dici furtum peculatus, id est furtum de republica. Vnde August. super Ioan. Non undecunq; tollere: hoc est sacrilegium committere: sed de ecclesia, qui aliquid furatur, iudæ proditori comparatur. & habet. xxiij. q. iiij. Quid ergo.

O Tria uitia grauia comitantur pluralitatẽ beneficiorũ.

Cum ergo superuenerint circumstantiæ honestātes actum habendi plura beneficia: & prædictas inordinationes totaliter euacuātes: excusatur habere plura beneficia a peccato: & potest esse, uel indifferens, uel meritorium: si per charitatem in finem ultimum ordinatur. ¶ Sunt autem plures circumstantiæ, siue casus, in quibus permittitur beneficiorum pluralitas: qui tamē reduci possunt ad unum: scilicet ad dispensationē iuris, uel iudicis. Nam ut tangit Panor. in. c. Relatum. de cle. non resi. & glo. in c. Dudum. ij. de elec. habens ecclesiam, aut beneficium comparatur uiro habenti uxorem. Sicut ergo uni uiro nunquā licuit sine dispensatione habere uxores plures. sine dispensatione dico illius, qui matrimonium instituit scilicet dei: sic nec licet habere duo beneficia, uel plura sine dispensatione iuris, uel iudicis.

Quō dispensat ad plura beneficia.

¶ Ponuntur autem quinq; casus, in quibus dispensat ius in nō curatis. Primus: quando sunt nimis tenues: ita φ neutrum eorum sufficit ad congruam sustentationem personæ: ut in c. Eam te de æta. & quali. ordi. ubi permittit papa habere plures ecclesias propter paupertatem ecclesiarum. ¶ Secundus: si una pendet ab alia: ut in eo. c. statim allegato. ¶ Tertius: propter raritatem clericorum: ut. xxj. q. j. c. Clericus. ubi concedit papa: φ in uillis propter paucitatem unus habeat plures ecclesias. Et idem est, si fuerit paucitas intra ciuitatem. Nam ex hac causa uni bono sacerdoti possunt conferri omnia beneficia ciuitatis: ut notat Hostien. in cap. Graue. de præbendis. ¶ Quartus: si ecclesia est annexa dignitati, uel præbendę: in quo casu: cum ipse teneatur in maiori ecclesia personaliter residere, ac deseruire: tenetur in parochiali ecclesia habere idoneum, & perpetuum uicarium, qui congruentem habeat de prouentibus ipsius ecclesiæ portionem. de præben. c. Extirpandæ. ¶ Quintus: si habet unam intitulatam, & aliam commendatam. xxj. quæst. j. cap. Qui plures. Illa tamen commendatio nullatenus debet fieri: nisi sub sit iusta causa: ut quia non inuenitur persona idoneus, uel aliquod simile. ¶ Ad dispensationem uero iudicis requiritur primò auctoritas dispensantis. Nam in quibusdam solus papa dispensat: ut in diuersis, ac pluribus dignitatibus, personatibus, uel administrationibus perpetuis, aut officijs, & curatis. In simplicibus uero, uel in uno curato, & in uno simplici: in diuersis tamen ecclesijs: episcopus potest dispensare. de quo latius apud canonistas. ¶ Secundò requiritur causa dispensationis: & hæc est duplex, scilicet iusta necessitas, & pia utilitas. Necessitas in dispensando est paucitas personarum idonearum, qua occurrente: ne ecclesiæ uacent; & iacturam patiantur: & populus negligatur rationabiliter plures ecclesię uni commendantur. Pia utilitas est commune commodum ecclesiæ: ut si una persona propter sui industriam, & bonam conscientiā, sit ualde necessaria, aut utilis defensioni, conuersationi, uel profectui pluribus ecclesijs in spiritualibus, aut temporalibus: potest licitè dispensari, ut in eis beneficia obtineat. Sic papa episcopo Fundensi commendat ecclesiam Terracinē sent. xxj. quæst. j. Relatio. & cap. sequenti. Non autem est pia utilitas commodum priuatum personę plura beneficia appetentis: puta ut fructus sibi lucrifaciat ad utilitatem priuatam: uel ad augendum patrimonium: siue ut lautius uiuat: aut ut facilius ad episcopatum: aut maiorem dignitatem ascendat: siue ut pompis, & superbia tumeat &c. quia cum tali intentione etiam unum beneficium tenere non licet: ut dicit Thom. ubi. supra unde Panor. in. c. Dudum. de elec. pro indubitato habet, φ non sit tutus quoad ecclesiam triumphantem: etiam dispensatus per papam, quando dispensatus est propter se, & suā utilitatem: quia in hoc casu non solum alteratur iuris politiui dispensatio: sed etiam christi patrimonium iniustè dispergitur. Cum ergo papa non possit sine causa alienare bona ecclesiæ sine graui peccato: ut dicit Archi. xij quęst. ij. Non liceat papæ prælidia ecclesiæ alienare &c. ergo multò minus potest

P Conditiones tres necessariò concurrant, ut dispēsatio sufficiat.

dare licentiam alteri ipsa dispergendi. Et per hoc soluitur ratio Inno. tenentis oppositum: pro eo: q pluralitas beneficiorum iure positiuo prohibita est: in quo papa potest dispensare. quia hic nō solum uiolatur ius positiuum: sed diuinum: propter inordinationes huiusmodi pluralitatem comitantes supradictas lege diuina prohibitas. Et hoc idem tenet Hostien. in dicto c. Dudū. Et sequitur Ioan. and. Ex illo sequitur: q dispensatus ex causa legitima: puta propter utilitatem communem ecclesiæ: dum alterum beneficiorum sufficit pro honesta, & congrua uitæ sustentatione: reditus alterius beneficij non potest in usus proprios conuertere: sed tenetur tāquā superflua uitæ, & status in usus pios cōuertere. Patet: quoniam hoc tenetur habens unum beneficium tantum: quantō magis habens plura. ¶ Ex his summariè colligitur, q tres sunt casus, in quibus dispensatio iuris, aut iudicis excusat habētem plura beneficia: ut ea retinere possit in titulum licitè sine peccato: scilicet, necessitas ecclesiæ propter defectum psonarum. Secundus: necessitas personæ propter tenuitatem, & paupertatem beneficiorum non sufficientium ad congruam sustentationem personę, in qua tamen non debet attendi sola natura personæ: sed etiam eius status, & meritorum progatiua: ut dicit Gofl. & glos. in c. Conquærente. de cle. non resi. super uer. sufficienti. Nō solum persona: sed & familia sibi pro officio suo, & honestate necessaria: seclusa tamen semper superfluitate pompatica. Vnde circa sublimes, & literatas personas facilius dispēsatur: ut in c. De multa. de præben. in fine. Non quidem finaliter propter prærogatiuam personæ: sed propter utilitatem ecclesiæ. Vnde ut recitat Panor. in suo reperto. c. extirpandæ. de præben. ex dicto Ioan. de lign. nulla dispēsatio fit, nisi habeat respectum ad bonum publicum, & ex causa rationabili. Nam dispēsatio, quæ fit propter prærogatiuam psonæ, fit propter bonum publicum. Nā plus prodest ecclesiæ bonus, & literatus, quā decē illiterati ministri. Et quandoq; nobilis, & potens plus ad defensionem ecclesiæ, & iurium eius proficere potest: quàm plures ignobiles, & plebei. Nec uocatur dispensatio: sed dissipatio, quæ fit in talibus sola carnalitate attenta: quæ reprobatur in c. Graue. de præben. Præferre autem carnalitatem iuri diuino, & publico, est præferre carnem spiritui: corruptibile perpetuo: priuatum publico: quod abhorrent principalia iura naturalia, & moralia: etiam circumscripta lege positiua. Hæc ibi. Tertius: pia utilitas ecclesiæ: de qua satis dictum est. Plura uero beneficia, quorum unum ab altero dependet: aut quæ connexa sunt, uel unita: non propriè plura, sed unum reputantur: ideo de illis non oportet ponere specialem casum: sicut nec commendato, quod nō habetur in titulum. ¶ His præmissis pono hanc propositionem. Tenens plura beneficia sine iuris, uel iudicis dispensatione, non excusatur a mortali crimine. Hanc propositionem pono tanquam magis probabilem, cautam, & rationabilem: licet magna sit circa hoc diuersitas canonistarum: ut latè recitat Panor. in suo reptorio. c. Extirpandę. de præben. Quam etiam tenet Panor. ubi supra & in cap. Conquærente. de. cle. non resi. allega. glo. c. Dudum. ij. de elec. super uer. intitulatam. dicens. Sine peccato mortali non potest quis tenere plura beneficia, quando alterum per se sufficit. Et limitat: nisi fuerint collata sibi, non ratione sui, sed propter utilitatem beneficiorū, quia industrius est, & bonæ famæ, & cōscientię. Sed in hac limitatione locum habet dispensatio iuris, uel iudicis. Et ponit glo. allegata bonas rationes, quę tangentur. ¶ Probatur igitur propositio rationibus in lege diuina, & naturali fundatis: quæ maior est lege positiua. Primò sic: quicunq; negligit ea, ad quæ tenetur: pro tempore, & loco, quo tenetur: mortaliter peccat: sed habens plura beneficia sine dispensatione iuris, aut iudicis est huiusmodi: ergo. Maior est manifesta: quia omnis talis est trāsgressor legis affirmatiuæ sine dispensatione iuris, aut iudicis: & per consequens peccat

Q Tres sūt casus, in quibus iuris dispensatio excusat beneficiorum pluralitatē.

ppo. 1. R Peccat mortaliter, qui beneficia plura tenet sine dispensatione.

cat mortaliter per diffinitionem peccati mortalis: tam Aug. quàm Ambr. de quibus habitum est in .ii. dist. xxv. Minor probatur: tum quia talis non residet in beneficio: non. n. potest in pluribus residere: & tamen tenetur ad residentiam personalem cuiuslibet beneficii: nisi fuerit dispensatum: ut satis deductū est in notabili .j. huius dubii. Tum: quia negligit officia, quę sponte assumpserat: quilibet autē ad executionē sui officij tenetur. Tū quia negligit opus, pro quo stipendium accipit. Accipit enim stipendium, ut seruiat in ecclesia, seu beneficio, in quo est titulatus. Nam beneficia dātur propter officia: & redditus beneficiorū stipēdia sunt clericorum: ut probatum est sup. Tenetur autē recipiens stipendium exhibere seruitiū: alioquin fraudat datorem stipendiorū: ut patet ex prędictis. ¶ Secundō probatur: faciens aliquid cum multis deformibus lege diuina prohibitis: peccat mortaliter: sed tenens plura beneficia extra casus expressos est huiusmodi: ergo. Consequentia nota cum maiore. Minor probatur: quia talem pluralitatem comitantur multi defectus: ut patet ex notabili tertio: ubi numerantur huiusmodi defectus, quorum plures obuiāt legi diuinæ: ut patet intuenti: & statim declarabitur. Preterea: ut determinat septima synodus. Titulari in duabus ecclesijs est proprium commodum negotiationis, & turpis lucri, & ab ecclesia penitus alienum. Audiuimus enim ab ipsa dominica uoce, quod nemo potest duobus dominis seruire: aut enim unum odio habebit, & alterum diliget: aut unum sustinebit, & alterum contēnet. Et unusquisq; secundum apostolicam uocem, in quo uocatus est, in eo debet manere: & in una locari ecclesia, quæ enim propter turpe lucrum in ecclesiasticis rebus efficiuntur, aliena consistunt a deo. xxi q. j. clericus. Nihil autem alienum consistit a deo nisi per peccatum mortale. ¶ Tertiō probatur: quisquis agit contra charitatem peccat mortaliter: sed habens plura beneficia, & tenens ea extra casus prænissos: agit contra charitatem dei, sui ipsius, & proximi; ergo peccat mortaliter. Consequentia nota. Maior probatur: quia solum mortale contrariatur charitati: & sic nulla alia actio sit contra charitatem. Minor probatur: quia talis pluralis agit contra charitatem. Nam cultum eius diminuit: tot personas diuino cultui subtrahens, quot habent beneficia: in quibus plures poterūt domino, & ecclesiæ deseruire. Similiter cōtra charitatem sui: quia peccandi occasionem cumulat, & periculis sine causa se supponit. Primum supra deductum est ex multis deformibus huic pluralitati annexis: quæ dant occasionem superbię, intemperantiæ, luxuriæ, aliorum despectus &c. Secundum patet: quia talis duplici graui se periculo subijcit. Primum: quia in uia salutis: relinquere certum: & eligere incertum est amare suum periculū. Qui uerò amat periculum, in illo peribit. Eccle. iij. Vnde Ioan. cancel. paris. in regulis moralibus hanc regulam ponit. Agere incertum, & dimittere certum in materia morali, est peccatum mortale. & speciuocat eam, addens. Si tale sit incertum, quod sit mortale: non solum per coniecturas leues, aut suspitione trepida, & scrupulosa prouenientē ex nimio timore cadendi in uia dei. Sed intelligitur, dum tale est uehementer, & probabiliter incertū æquè sicut oppositum, uel magis: tunc. n. illud, quod agitur, non carebit mortali peccato. hæc Gerson. Nunc autē, quod habere plura beneficia extra casus dictos sit peccatum mortale: est sententia pluriū sanctorum, & famosorū doctorū: plus concordans sacrę scripturę, & patrum canonibus: ut patuit: quam eius oppositum: scilicet posse habere sine mortali plura est ualde incertū, & longe minus probabile, quàm oppositum: ergo tenens plura beneficia extra casus, committit se incerto mortalis peccati: & dimittit certum: quia apud omnes certum est: quod nō habere plura beneficia nō est peccatum. ¶ Præterea, ut dicit Anto. post beatū Tho. quod innitens opi. doc. tenētium: quod habere plura beneficia nō est mortale: etsi opi. illa non fuerit uera: licet ipse putet ueram: nō pręterea excusatur a mortali. Etsi est uera: sic quod licitum

Tenens plura beneficia agit cōtra charitatem Dei, sui, & proximi.

est habere plura bñficia extra casus &c.
Si tñ ex contrarietate opin. dubitat de
ueritate opinionis, quá sequit̃: & nihilo
minus tenet plures prębendas: nihilomi
nus peccat mortaliter: quia committit
se discrimini mortalis. Sed si nõ dubitat
de opinione, quá sequitur, & est uera:
nõ peccat. Et ita manifesta ẽ ueritas mi
noris: & per consequens & conclusio-
nis. ¶ Secundum periculum, cui se com-
mittit: est onus dispensandi bona eccle
siæ pauperibus: hoc enim est ualde peri-
culosum. Arduum enim est esse fidelem
dispensatorẽ, & nõ a medio iustitię decli
nare p propriã cupiditatẽ, fauorẽ, uel in
uidiam, aut indignationem: sed tenens
plura bñficia, quorũ unũ sufficit ad sui su
stentationẽ, tenetur reditus reliquorũ
dispensare pauperibus, seu in pios usus.
agit enim contra charitatem proximi
tam fundatorum, quã cęterorum. Non
.n. põt pręsumi fuisse mentẽ fundatoris:
ꝙ bona sua, quibus fundauit bñficium,
cedant non seruienti beneficio. Nemo
enim rõnabiliter fundat bñficiũ: nisi in
hũc finem: ut in eo seruiatur domino, &
impetretur remissio pctõrũ fundatori-
bus: ꝙ cum nõ fit: spoliãtur, fundatores,
& sui suffragijs, pro quibus bñficia insti
tuerũt. Et est cõtra charitatẽ cęterorũ,
qa pauperes idonei, ac digniores spoliã
tur prouisionibus sibi necessarijs, per
quas beneficijs posset melius deseruiri.
ppo. 2. ¶ Propositio secunda. Nulla dispensatio
T extra casus prædictos: aut consuetudo
Extra quantumlibet uetusta, excusare potest
casus cõ pluralitatẽ in bñficijs a mortali culpa.
cessos Patet propositio, & est Panor. in repe.
nulla ex cap. extirpandæ. de præben. ubi dicit.
cusatio Beneficiorum sufficientia præsupposi-
ualet. ta consuetudo minime ualet; ut quis in
eis possit esse pluralis: quia illa consue-
tudo est inimica canonum, & irrationa
bilis: quia est periculosa animabus: & in
ducens multa mala: ut supra uisum est:
ideo non consuetudo: sed corruptela ẽ
dicenda: ut in cap. fi. de consuetudine.
Nota. ¶ De dispensatione similiter patet: quia
ut dictum est: nisi fiat ex rationabili cau
sa non ad utilitatẽ priuatam: dispensatus
quoad deum minime tutus existit, licet
quoad ecclesiam militantẽ sit securus;
nõ quoad triũphantẽ: est etiã sententia
abbatis: ubi supra. ¶ Tertia propositio. ppo. 3.
Conferens beneficium extra casus con
cessos scienter prius per bñficiũ puiso:
nullatenꝰ excusatur a mortali peccato.
Patet tñ: quia confert sciẽter indigno.
Indignus est. n. ad scd̃m bñficiũ, ꝙ sine
peccato mortali tenere non põt. Tum:
quia dat manifestam occasionem morta
lis peccati ei, cui confert secundũ bene
ficium. Nam ille acceptando scd̃m, pec
cat mortaliter ex prima ppõne: quo mõ
non posset peccare; si sibi bñficium alte
rũ nõ cõcederetur. Nõ aũt solum, qui fa
ciunt: sed etiã qui cõsentiũt faciẽtibus,
digni sunt morte. ad Rom. j. quãtõ ma
gis cooperãtes, & occasionẽ pręstãtes.
¶ De secũdo uero principali quęsito in Ad a-
hoc dubio est hic propositio unica re- liud.
spõsiua probabilis. Qui plura beneficia Propõ.
extra casus positos, quorum alterum suf V
ficit, consequitur: fructus ex alijs bene- Habens
ficijs in proprios usus: aut consangui- benefi-
neorum superfluos, aut turpes conuer- cia plu-
sos, restituere tenetur. Probatur propo ra, quo-
sitio: quia habens tantum unum bene- rũ alte-
ficium bona ex beneficio acquisita in rum suf
huiusmodi usus conuersa restituere te- ficit ad
netur secundum probabilem opinionẽ. sustenta
ii. arti. conclusione. v. recitatam: ergo a tionẽ,
fortiori habens plura beneficia ad resti- tenetur
tutionem tenetur. ¶ Præterea non resi ad resti
dens in officio, nec residere intendens, tutionẽ
tenetur fructus subleuatos restituere:
ut probatum est in primo dubio: sed ha-
bens beneficia plura habet animum nõ
residendi in cæteris: non enim potest in
pluribus residere: ergo tenetur ad resti-
tutionem fructuum ab illis, in quibus
non residet, nec residerę intendit rece
ptorum. ¶ Dicitur notanter in pprios
usus, puta in augmẽtum patrimonii sui,
uel consanguineorum &c. conuerterit:
quoniam si in pios usus ecclesiarũ unde
cedunt: aut i subuentionẽ pauperum, cõ
uerteret; licet peccaret tenẽdo plura be
neficia: nõ tñ teneretur ad restitutionẽ:
quia nec ecclesię: nec pauperibus: quia
nihil eis iniustẽ est ablatum. ¶ Dubita- Dub. 3.
tur tertiõ: utrũ suspẽsus, aut excõmuni- X

Vtrum suspēsus teneat ad restitutionē

catus teneatur ad restitutionem. Respō detur; suspensus a beneficio tenetur. Nā qui recipit aliquid contra prohibitionē ecclesiæ: tenetur ad restitutionē: ut infra dicetur de turpi lucro: talis est suspēsus a beneficio: ergo etiam suspensus ab officio propter graue crimen: etiam est suspensus a beneficio, propter quandā consequentiam. Nam beneficium est sequela officii: unde si clericus ex culpa sua non potest dicere officium: non debet recipere beneficium: ut lxxxi. distin. Eos etiam. Excommunicatus etiā licet absoluetur: tamē recepta tempore, quō fuit excōicatus: tenetur restituere: ut in c. pastoralis: de appel. ¶ Quartō dubitatur: utrū clericus teneat restituere fructus beneficii, quos in mortali recipit.

Dub. 4. Y Vtrum clericus in mortali ad restitutionem teneat.

Respondet hic Angelus in sum. in uer. clericus. viii. §. v. per distin. quia aut peccatum est notorium: & sic pro indubitato habetur: q tenetur restituer: quia cū sit suspensus, perinde est, ac si non resideret. Sed omne peccatum notoriū inducit suspensionem a canone: ne exerceat officium suū: ut in c. uestra. de coha. cleri. & mulie. q licet loquatur in crimine fornicationis: tamē extēditur ad oē crimē notoriū facti, uel iuris. Nā cōstitutio pęnalis etiam quoad pęnam, extenditur ad casum similem ex identitate rationis, si ratio constitutionis in ea est expressa. Cum autem dictū. c. uestra. per rationem peccati notorietatis concubinarium notorium concludat esse suspensum: ergo idem erit in omni peccato mortali notorio. Item suspensus non ęstimatur residere: quia idem est non residere: & nō ritē, aut inutiliter residere: sicut perinde est non fieri, & non ritē fieri. Vnde & habetur in. c. inter cūctas. de trāslatione pręlatorum. ecclesia dr uidua, quę licet habeat episcopū inutilē tamen perhibetur non habere. Subdit Angelus. De occulto tamen peccatore credo; q non teneatur restituere: quamuis tutius esset restituere: quia etsi inutiliter seruiat quo ad se: non tamen quō ad alios, aut quoad ecclesiam. ¶ Quintō dubitatur: utrum fructus ecclesiæ, aut beneficii uacantis recepti a capellanis, uel patronis eorumdem subiaceāt restitutioni.

Dub. 5. A A Vtrum fructus ecclesię uacātis subiaceant restitutioni.

Solutio: huiusmodi fructus siue dimissa defunctis possessoribus siue tempore uacationis obuenientes debent in utilitatem ecclesiæ expendi, aut successori reseruari: deductis tamen prius oneribus. Capitula uero conuentus, aut collegia, aut singulares personæ, qui hæc inter se diuidunt uacantibus ecclesia cathedrali, regulari, uel collegiata: sunt ipso facto suspensi ab officiis, uel bńficiis quibuscunq;: donec plenē restituerint quicquid de bonis perceperint supra dictis. Non obstantibus quibuscunq; priuilegiis, indulgētiis, aut contrariis consuetudinibus, constitutionibus, uel statutis iuramento confirmatione sedis apostolicæ: aut alia quacunque firmitate uallatis: ut in cap. quia repe. de elect. lib. vi. Similiter qui talia recipiunt de ecclesiis aut beneficiis uacantibus sibi subiectis: seu ad eorum collationem, præsentationem, ordinationem, uel custodiam pertinentibus: tenentur ad restitutionem: nisi specialiter super hoc fuerint priuilegiati, uel cōsuetudine legitime præscripta: aut alia rationabili causa muniti: alioquin superiores ab ingressu ecclesię: & inferiores contrarium facientes suspensi sūt, quousque fecerint restitutionē de prædictis. Et ubi dictę munitiones excusātes ut recipere possint, prius tamen debita, si qua sint, solui debent: & ea deduci, quæ necessaria sunt pro ministris, & incumbentibus oneribus: ut in cap. præsenti. de offic. ordin. lib. vi. ¶ Dubitatur sextō: utrum recipientes a clericis de bonis ecclesiæ teneantur ad restitutionem.

Dub. 6. B B Vtrum recipiētes a clericis dē bonis ecclesię teneantur ad restitutionē.

Respondetur distinguendo: quia aut recipiunt ea, quæ clericus dare potest sine mortali: ut pauperes seruitia impendentes honesta licitē recipiunt aliquid, & per consequens ad restitutionem non tenentur. Recipientes autem a clerico de bonis ecclesiæ in casu non concesso: ut consanguinei, non indigentes: ioculatores, mimi, fornicarii, & huiusmodi: tenentur ad restitutionem: ut dicit Angelus. in uerb. clericus. iii. §. iiii. allegans

xliii.q.iij. fures. Tales enim contrectant res alienas inuito domino: quia quicquid habent clerici, sunt bona pauperum: ut sit pra dictum est. Et dicitur de bonis ecclesiæ: quia secus est de bonis patrimoniali bus, aut aliunde acquisitis: de quibus licet peccet turpiter exponendo: non tamen ipse, nec recipientes tenentur ad restitutionem: uerum uno restituente: alius liberatur. Si clericus restituit: puto, quod recipientes, sicut alias turpe lucrantes, nõ tenentur. Si uero clericus nõn restituit: aut non habet nisi bona ecclesiæ, de quibus restituere non potest, ut dicetur: tenebuntur recipientes restituere: si possunt & hoc in foro conscientiæ: secus in exteriori. Sed cui tenentur restituere. Respondetur: ecclesiæ illi, cui sublata sunt: si pauper est, aut indigens: sed si abundans pauperibus secundum Ray. & Host. Et cautũ esset: quod fieret auctoritate iudicis pœnitentiarij secundũ Ray. non clerico, qui turpiter exposuit. ¶ Dubitatur septimò: utrum clericus possit facere restitutionem, ad quam tenetur, de bonis ecclesię. Respondetur, quod non, ratio: quia omnia bona, quæ habet de ecclesia, quę supersunt congruæ sustentationi, sunt pauperum. Et ideo in quocunque casu clericus tenetur restituere: intelligendũ est: si habet alia bona, quę nõ sunt de ecclesia. Vnde non tenetur ad restitutionem: si alia bona non habet: nisi posset aliunde acquirere honesto seruitio, uel artificiolo: aut subtrahendo decentię status, non necessitati: immo de fructibus beneficij non potest soluere debita contracta: nisi essent contracta pro sua sustentatione, aut pro utilitate ecclesiæ. Est conclusio abbatis in c. cum esses. de testa. ubi late pertractat. q. iii. & ii. ¶ Octauò dubitatur: utrum clericus habens bona patrimonialia pro uictu suo sufficientia possit possidere beneficium ecclesiasticum. Ad hoc dicit beatus Hiero. scribens Damaso Papæ. Clericos illos conuenit ecclesiæ stipendijs sustentari, quibus parentum, & amicorum nulla suffragantur stipendia. Qui autem bonis parentum, & opibus sustentari possunt: si quod pauperum est, accipiunt sacrilegium profecto incurrunt, & committunt, Et per abusionem talium iudicium sibi manducant, & bibunt: ut habetur, xvj. q. j. ca. finali. Vbi dicit glo. quod uidetur loqui de illis clericis qui ecclesiæ non seruiunt: sed communiter tenent doctores: quod abundans de patrimonio potest recipere beneficium; ut seruiat ecclesię: & de beneficio accipere uitę necessaria: & patrimonium reseruare suis heredibus: & de residuo sustentationis ex fructibus beneficii dare eleemosynam pauperibus. Et qui sic dispensat, non peccat: licet magis mereretur: si de patrimonio uiueret: & fructus beneficij conuerteret in usus pauperum, & ecclesiæ utilitatem. ¶ Dubitatur nonò: utrum clericus de bonis ecclesiæ possit testari: & dicitur de bonis ecclesię: quia de bonis sui patrimonii, aut alias habitis, q̃ non sunt bona ecclesię: non est dubium, quin possit. Dicuntur autem bona ecclesiæ omnia, quę intuitu ecclesiæ, uel de facultatibus ecclesię acquisiuit: ut in cap. j. de testa. in tex. & glo. De bonis ergo ecclesię immobilibus, quę alienare non possunt: non potest testari secundum omnes. de fructibus uero perceptis, ubi currit consuetudo: testari potest in pios usus: alias non: ut Angelus in uerbo clericus. xiii. Potest autem de eis donare, aut alio modo disponere in quatuor casibus secundum eundem. Primus: quando tantundem expendit de suo in utilitatem ecclesię. Secundus: quando hoc habet consuetudo: quod Panor. intelligit de rebus mobilibus, & modicis; quando disponit piè, & rationabiliter; alioquin consuetudo erit irrationabilis. Tertius, quando clericus donat intuitu eleemosynæ, quam etiam in ęgritudine potest facere. Quartus: quando uult remunerare seruitia honesta; tam a consanguineis, quam extraneis recepta. Et additur quintus: quando dat religiosis locis; & ponit Panor. hanc practicam. Si clericus uult aliquid aliquo ultimorum quatuor modorum dare; faciat, dum uiuit, & non relinquat. Et notat; quod quicunque accipit, alio mo-

dode

Dub. 7.
Verum clericus possit facere restitutionem de bonis ecclesiæ.

Dub. 8.
Verum clericus habens: patrimoniũ possit possidere bñficiũ.

Dub. 9.
Verum clericus possit testari de bonis ecclesiæ.

do de rebus ecclesiasticis: tenetur ad restitutionem: potest tamen de bonis ecclesiæ alere parentes, dotare sororem, uel consanguineam, si indigent: de his autem, quę acquirit intuitu personæ, nō officii ecclesiastici, potest donare, ut uolet, uel testari. Plures alias distinctiones hoc ponūt canonistæ, quas prosequi longum foret.

Dub.10. FF Vtrum monasterium obligatū ex facto monachi. ¶ Dubium decimum: utrum monasterium obligetur ex facto monachi: hoc est utrum si monachus obligatur ad restitutionem aliquorum: obligatio illa transeat ad monasterium: sic ꝙ monasterium pro eo obligetur. Respondet Angelus in sum. in uerbo monasteriū. §. j. ꝙ monasteriū nō obligatur neq; ex contractu: neq; ex delicto monachi: nisi in duobus casibus. Primus: quādo huiusmodi restituendū uersum est in utilitatē monasterij, tūc. n. in tantum tenetur monasteriū: quantū ad eius utilitatem peruenit: & non plus. Allegatur ad hoc constitutio Leonis imperatoris. x. q. i j. §. hoc ius. Secundus casus: si cōmissa sit monacho administratio, tunc ad quātū se extendit administratio: intantū obligatur monasterium: & nō plus secundū Inno. c. olim. de priuile. & hoc intelligendum est tam de monacho, quàm de abbate. Etiam quod dicitur de monachis, similiter habet ueritatē de quibuscunq; uere religiosis. ·. uouentibus solēniter tria substācialia uota. ¶ Dubitatur undecimò:

Dub.11 GG Vtrum monasteriū teneatū satisfacere creditoribus ingredienciū monasterium. utrū monasteriū teneatur satisfacere creditoribus ingredientium monasterium ꝓ debito ante ingressum monasterij contracto. Respōdetur post Angelū in sum. c. religiosus. §. vi. ꝙ monasterium non tenetur satisfacere: quia si non tenetur ex facto monachi: multò minus ex facto eius, qui nōdū est monachus, postquā factus fuerit monachus: nisi talis aliqua attulisset monasterio: aut post ingressum aliqua consequeretur: puta per successionem hęreditariam: uel per donationem, aut legationem seu legatum ratione ipsius solum: tunc enim tenetur monasterium satisfacere quātum se illud extēdit, quod habuit eius occasione: & non ultra. unde. xix. quæst. iii. si qua mulier. dicitur: ꝙ si quis habens liberos monasterium ingreditur: & nihil uel minus legitima portione liberis contulerit: eatenus substantię monasterio destinatę detrahitur: ne quid contingat circa liberos iniquum. Vbi notanter dicitur: substantiæ monasterio destinatæ: quia de aliis non tenetur: debet ergo debitis obligatus ipsis satisfacere creditoribus: & sic ingredi monasteriū. Vnde & obligati ratiociniis, & curiales prohibentur ordinarij, & in monasterio suscipi propter plurima incōmoda, quæ ecclesia cōsequūt: nisi prius fuerint a ratiociniis publicis absoluti: ut dicit btūs Greg. in regi. lib. viii. allegans legē Mauritij. Aug. l. iii. dist. curiales. & c. seq. ¶ Sed qd si qs obligatus pecuniario debito cedat omnibus bonis: nec tamē sic satisfit creditoribus: nunquid potest ingredi monasteriū. Respondet Angelus ubi sup. ꝙ debitor pecunię nō habens unde soluat: cedens bonis creditori satisfecit. Propter pecuniam. n. nō obligatur persona liberi hominis: sed tantū ad recōpēsam: unde licet ei rebus suis exhibitis religionem ingredi: nec tenetur in seculo remanere: ut procuret, unde soluat debitum: si zelo dei, & feruore charitatis hoc faciat: quia spiritus sancti auctoritate hoc facit, cui nemo potest resistere: ut. xix. q. ii. due sunt. Nec tenetur talis in religione laborare, ut satisfaciat creditoribus: quia pro omni momento est religioni obligatus: nisi pręlatus suus ad hoc licētiam sibi daret. Nec impedit, si cum iuramento ad solutionem debiti se obligasset. arg. c. licet. de regularibus. Hęc Angelus.

QVIA per simulationem, & falsitatem res acquiruntur contra uoluntatem (saltem conditionatam) domini rei. Ideo consequenter circa distinctionem quindecimam huius quarti libri quęritur nouò.

QVAESTIO. IX.

A Vtrũ falsarius teneatur.

TRVM falsarius acquirẽs aliquid per dolum falsitatis teneatur ad restitutionem taliter acquisiti damnificatis. ¶ Consueto more quęst o hęc tribus articulis terminabitur. In primo pręmittentur terminorum declarationes. In secundo subiungentur responsiuæ conclusiones. In tertio soluentur mouendę dubitationes ¶ Quãtum ad primũ notãdũ: Arti. 1. Not. 1. Quis sit falsarius & unde dicatur. ꝙ falsarius est, qui falsitatem inducit, seu cõmittit directè, uel indirectè ad proximi deceptionem iniustam. ¶ Dicitur.n. falsarius a falsitate, quasi falsitatem causans: opponitur autem falsitas ueritati: sicut ergo ueritas est adęquatio rei ad intellectũ: ita falsitas est inadęquatio, seu deformitas rei ad intellectũ, hoc est, quãdo aliter res se habet, quę appręhẽdit ab intellectu: tũc est falsitas: nõ quidẽ in re: q̃ a res talis est, qualis in se ẽ: sed in appræhẽsione intellectus, qui aliter rẽ appręhẽdit, uel iudicat, quàm est in seipsa. Licet etiã res q̃nq; denominatione quadã extrinseca dicatur falsa: ut falsum aurum, quod est uilius metallo permixtũ, falsum uinum, quod est aqua permixtum: pro quanto talia aliter appræhenduntur, quã sunt: appręhenduntur enim ut pura: cum tamen sint permixta. ¶ Et potest hęc falsitas contingere quadrupliciter: in mente, in uerbo, in scripto, & in opere. Quõ falsitas cõmittĩ. In mente, dum mens appræhendendo rem errat: al ter appręhendendo, quàm se habeat. In uoce, aut scripto, dum res aliter significatur, quàm se habet. In opere: dum aliquid simulatur, quod tamen in operatione, aut operato non inuenitur: quia tamen per falsitatem mentis tantum nemo obligatur ad restitutionem proximo: cum proximo apparere non possit: & ita nec per eam proximus decipi: ideo nunc tantum de aliis tribus falsitatis modis, quibus decipi potest proximus, est dicendum. ¶ In uerbo igitur totupliciter potest contingere falsitas: quotupliciter quis falsis relationibus, mendacibus promissionibus, fallacibus uerborum cautelis loquendo, uel tacendo decipitur. ¶ In scriptis etiam multipliciter: prout in glo. xix. dist. in memoriam. & c. licet. de crimine falsi recitatur. ¶ In operatione, siue rebus similiter uariis modis. in substantia rei: in mẽsura: in pondere: in numero: in pharisaica simulatione. Et de his dicendum primò de falsitate in rebus commissa. Et quoniam falsitates frequenter in rerum commutationibus, scilicet uenditionibus, & emptionibus committuntur: quotum mediũ est numisma: ideo de falsificatione numismatis primò dicẽdum est. ¶ Pro quo secundo notandum, ꝙ secundum philosophum. v. Ethi. ca. ix. & . j. politicorum. Numismatis usus est ex necessitate inuentus. Nam eum res adinuicem immediatè commutari nõ possunt: & homines sine earum commutatione (pro eo, ꝙ non omnibus omnia necessaria abundant) sustentari non possint: præsertim in tanta multitudine hominum. Tum propter distantiã locorum, in quibus consistunt res commutandę: & difficilem earum transportationem. Tũ propter distantiam temporum futurorum: quo res sine sui corruptione seruare non possunt. Tum ex multiplici hominum indigentia, propter quam necesse est rem commutandam esse in multa diuisibilem: ut multa necessaria per eam a diuersis comparentur. Tum ex quorundam cõmutabilium indiuisibilium ad hominum utilitatem magnum ualorem: ut sunt equi, domus &c. & ita de pluribus aliis. Ideo necesse fuit inuenire medium aliquod quantitate paruum: ut eius detractio, siue diminutio facile perpendatur: & de loco ad locum transferatur. Charactere principis, uel auctoritatem habẽtis insignitum: ne si quilibet moneraret, ualor eius uariaretur: nec dinosceretur, aut falsificaretur: & per hoc æquitas in commutationibus non seruaretur. Pondere certũ: ut pręciũ eius sit certũ sine corruptione permansiuum: ut sit futurę prouisioni aptũ. Materia pciosum: ut multus ualor posset in paruo loco reponi: & facile de loco ad locum transportari. In plura minora secundum ualorem diuisibile: propter indigentes multis rebus parui precij.

Not. 2. B Numismaqua-re inuẽtum.

Tale autem est numisma: uel ex sui natura, uel hominum instituto ad humanam indigentiam relato. Quātò enim re aliqua plus indiget humana necessitas: tātò plus ualet: & ualor precij crescit, & ideo secūdū relationem numismatis, & commutabilū ad indigentiā humanā, numisma est certa mensura omniū commutabiliū, & uenalium. ¶ Tertiò notandum: quòd moneta tribus modis falsificari pōt: secundum quòd tria sunt de substantia monetę: s. materia metallata, quantitas ponderis: & publica forma: ut dicit Panor. in c. quāto. de iureiu. & est etiā in glos. eodem c. Et in quolibet horum committi potest falsitas. In substantia: quia non seruatur liga legitima. liga: id est species mixturæ, uel gradus metalli propter admixtionem uilioris materiæ: aut materia consueta in quantitate excessiua. In pondere: quia non habet legitimū pondus. ¶ Pro quo notandum, quòd tantum debet esse pondus in numismate: quantū fuit in materia, de qua moneta est fabricata: saltem deductis expēsis, & labore: secundū Inno. licet non secundū Barto. secūdū quē expensæ debēt solui de publico. Motiuum Innocentij est: quia nemo suis expensis tenetur eam facere. Et hæc opinio Innocentij communiter tenetur: ut uult Angeli in sum. in uerbo, Falsarius: quod ille intelligo. Pondus legitimum est pondus consequens quantitatem substantię pro tali numismate iustè determinatum. Gratia exempli. Si pro floreno determinatur aurum ponderans drachmam, quę est octaua pars unciæ: tunc florenus falsus est ex pondere: si non habet quantitatem auriponderātem drachmā: unde cū pōdus sequitur naturaliter quantitatem substantię rei: & quantitas substantiæ nō distinguitur a substantia: falsificatio ponderis est diminutio substantiæ: siue hęc fiat per rasuram monetę: siue subtilius per aquā artificialem corrosiuam: aut alio modo difficilē uisu appræhensibili. ¶ Est autem determinatio ponderis iusta: quando determinatur pondus tanti ualoris pro moneta, quanti est pondus materiæ eius non monetatę: ita quòd tantum debet ualere moneta ex pondere, quantum ualeret sua materia non monetata: & non plus: saltem deductis expensis monetandi: ut supra dictum est. ¶ In forma committitur falsitas, quando mutatur nomen, signum, aut imago eius, qui monetauit. Vnde habens auctoritatem monetandi præfigit certam formam monetę, imaginem aliquam, circumscriptionem, aut aliud signum. Et si aliquid huius formę prędiffinitę omittitur: aut ei aliquid additur moneta in forma falsificatur. Est autem forma monetæ quędam testificatio ueritatis, & iustitię ipsius monetę, quòd s. sit uerę substantiæ, & iusti ponderis: ut dicit Guil. otem in suo tracta. de moneta. Vnde frequēter in moneta christianorum principū, uel communitatum ponitur imago dei, uel alicuius sancti: & nomen eius, aut signum crucis: quod antiquitus fuit institutum in testimonium ueritatis monetę in materia, & pondere. Et subdit: si ergo princeps sub ista inscriptione mutet materiam, siue pondus: ipse uidetur tacitē mendacium, & periurium committere: ac falsum testimonium perhibere. Ipse enim abutitur hoc uocabulo moneta: nam dicitur moneta secundum Hugui. a moneo: quia monet; ne fit fraus in metallo, uel pondere. Hæc ille. ¶ Quartò notandum circa mutationem monetę: quòd huiusmodi mutatio multiplicirer potest fieri, quandoque; in materia: quandoq; in forma: quandoq; in ualore: quandoq; in nomine. ¶ In materia: ut quando propter defectum materię, aut nimiam abundantiam fieret noua moneta in alia materia: aut in alia mixtione, seu liga prioris materię. ¶ In forma: ut quando mutatur impressio figurę, in imagine, aut charactere, aut circumscriptione. ¶ In ualore: ut quando mutatur substantia, mixtio, uel pondus: aut his manentibus statuitur alius ualor: & ut si hactenus florenus ualuit uiginti grossos: & statuatur; quòd de cętero ualere debet xxiii. aut xxiiii. ¶ In nomine: ut si nomina mutentur, uel accidentalia: puta quę nō impor

Marginalia (left column): Not. 3. C — Moneta pōt tripliciter falsari. — Vnde attēdit iustitia in pōdere.

Marginalia (right column): Forma monetæ est testificatio ueritatis. — Not. 4. D — In rebus cōtigit multipliciter falsitas.

tant pondus, uel ualorē monetę: ut sunt nomina auctoris, aut loci in quo moneta facta est, & huiusmodi: uel essentia: puta quę imposita sunt determinato ualori, aut ponderi: ut sunt obolus, denarius, solidus, libra, florenus. Et hæ mutationes fieri possunt qñq; currente priori moneta in suo ualore: quandoq; reprobata priore, ac prohibita. Item quādoq; ex rationabili causa propter necessitatem, aut utilitatem reipublicæ. Quandoq; ex cupiditate, aut supe: bia in damnum reipub. Et secūdū hęc mutatio quādoq; fieri pōt licitē: quandoq; culpabiliter, & illicitē. ¶ Quinto notandū: q in

Not. 5. alijs rebus falsitas multipliciter contingere potest: ut in substantia, numero, pondere, & mensura: quando pro certa substantia apparente alia uilior traditur, ut aurichalcum pro auro: electrum pro argento: uel alchimisticū pro uero, & naturali: aut infirmum profano, & sic de alijs. Sic qui numero determinato aliquid subtrahit fraudulenter, uel minorem dat pro maiore. Sic qui iustis mensuris, aut pōderibus aliquid detrahit, uel superaddit: erogando uel suscipiendo fraudulenter, falsitatem committit ad proximi deceptionem: & per cōsequens falsarius dicitur. Sic in simulatione falsitas est: dum quis se alium simulat, seu asserit, siue in substantia, siue in persona: ut petrus dicendo se paulum: uel in aliqua accidentali habitudine: ut simulans se deuotum, probum, pauperem, aut diuitem, sanum, uel infirmum &c. cum talis non sit: & ita de multis similibus. Vnde hypocritę, mendici, non indigentes, ualidi mentiētes se infirmos, & morbo aliquo laborare, aut econuerso pauperes iactantes se diuites, laborantes morbo, dicentes se sanos, ut decipiant: falsarij sunt, & deceptores. ¶ Quantum ad articulum secundum est prima conclusio. Falsificans monetam in substantia, forma uel pondere, peccat mortaliter: si illud facit in damnum proximi, uel reipub. Hæc conclusio est Hostien. & doct. communiter: & satis patet ex textu cap. quanto. de iureiur. ubi dicitur: q iuramentū de obseruatione falsę monetę factum non ligat; cum iuramētum nō debeat esse uinculū iniquitatis: ergo seruare falsam monetā est iniquum: & multō magis falsificare erit iniquum. Quōd autem sit mortale, patet: quia est furtū: quia ablatio rei alienę inuito domino: ut infra dicetur. Patet etiam per extrauagantem Ioan. xxii. qui excōmunicat omnes tales in regno frāciæ. Quōd aūt teneat restituere: probat per cōe mediū: quia omnis iniuste dānificās teneē restituere dānificato, si habere pōt: sed fraudulenter falsificās numisma, dānificauit pximū, aut rēpublicā iniustē: ergo tenetur restituere damnificato, si haberi potest: aut pauperibus, si damnificatus haberi non pōt. Maior frequenter probata est sup. per c. si culpa. de iniu. & dā. da. Et minor satis patet, & dicitur notanter in conclusione: in damnum proximi: q a si quis falsificaret in forma tantū, unde non minueretur ualor: quia sic nō dānificaret, non peccaret. Sic si numisma nō exponendum rumpendo, aut radendo falsificaret. ¶ Secunda conclusio. Mutās monetam in damnum reipub. tenetur dā nū illatum restituendo compensare. Probatur: quia talis iniustē damnificat: ergo &c. Antecedens probatur: quia inferens damnū in re nō sua, iniustē damnificat: sed mutans numisma in damnum reipu. infert dānū in re non sua: quia in reipu: quę non est sua. ¶ Dicitur notāter in dā nū reipu. quia si mutaretur ex rationabili causa ad utilitatem reipu. restitutio non haberet locum. ¶ Sunt autem tres causę, propter quas licitē mutatur moneta. Prima est falsitas introducta: ut si aliquis extraneus princeps, aut falsarius malitiosē effigiaret, uel contrafaceret formularia, seu modulos, per quos intro ducere niteretur monetam sophisticam minoris ualoris, quām sit moneta uetus: cuius tamē differētia a uera moneta cognosci a populo nō posset: & alio modo cōueniēti moneta falsa exterminari nō posset: expediret mutare formam monetę uerę: seruato tamen iusto ualore: ut sic discerni posset ab introducta falsa. ¶ Secunda causa. Si antiqua moneta nimia uetustate esset peiorata &

Arti. 2. Cōcl. 1. E Falsificās monetam in dānū Reipub. peccat mortaliter.

Cōcl. 2. F

tres causę; quibus expedit mutare monetā.

ac in substantia, aut pondere imminuta per continuã attrectationem: tũc cudenda foret moneta noua cũ differentia a priori, in iusto pondere: & prohiberi posset cursus prioris monetæ uetustæ sic diminutæ. ¶ Tertia causa, est raritas materiæ, propter quã materia haberi nõ posset tali precio, quo prius solita est haberi: tunc mutanda esset moneta: uel constituendo alium eius ualorem respectu monetæ alterius materiæ: uel fabricando nouam minoris ponderis, & æqualis precij cum priore. Exempli causa. Si drachma auri non monetati ex aliqua causa ascenderet in precio: ita ꝙ nunc ualeret triginta grossos argenti, quæ prius ualuit uiginti: tunc autem florenus habens drachmam etiam mutandus est in ualore: ita ut etiam si prius ualuit xxi. grossos: nunc statueretur, ut ualeret xxxi. grossos. Aut cudenda esset noua moneta auri minoris ponderis: tãti tamen ut ualeret iusto precio xx. grossos: & hoc cum differentia aliqua in forma a priori, ut nosci posset: & hoc forte magis expediret reipu. ut precia in cęteris rebus constituta: ac reditus ac pecuniarij census manerent non mutata: & sic nemo fraudaretur. Et parum referret utrum ueteris monetæ cursus maneret; nihil prohiberetur: seruata tamen debita proportione ad alias monetas inferiores: & ad precia rerum uenalium, ac redituum, siue censuum. ¶ Posset addi quarta causa. Lucrum ex noua moneta consequens nõ monetarij: sed reipublicę expediens, uel necessarium: de quo infra in dubijs. ¶ Extra hos casus mutatio monetæ in ualore reprobata est, & iniusta: quia reipu. damnosa, & spoliatiua subditorum: siue hæc mutatio fiat in materia, pondere uoluntariæ cõstitutionis ualoris: aut nominum essentialiũ. Si uero mutatio fieret in sola forma, aut nominibus accidentalibus: & nõ in ualore: & hoc siue in ualore præiudicio reipu. tolerari posset: & quãuis si fieret ex superbia, pompa, uel aliorũ contemptu, aut alia sinistra intentione: nõ careret peccato: tamen nõ requireretur aliqua restitutio: unde cõsiliũ est: ꝙ nõ fiat mutatio monetæ: nisi ex magna, & rationabili necessitate. ¶ Tertia conclusio. Expendens scienter monetam falsam pro uera, & iusta, falsarius est: & tenetur restituere illata damna. Probatur prima pars: ꝙ sit falsarius: quia falsitatem inducit ad proximi deceptionẽ: ergo. Consequentia tenet ex quid nominis falsarij. Antecedens est manifestum. Secunda pars patet: quia infert dãnũ personæ, & reipublicę: ergo tenetur ad restitutionem. Tenet cõsequentia ex communi medio & c. si culpa. ¶ Quarta cõclusio. Expendẽs scienter monetã nõ currentẽ, aut alias minus ualẽtẽ pro bona, & currẽte, fraudat proximũ: & tenetur restituere. Hæc cõclusio in sententia est Ange. in sum. & Anto. & probatur eisdẽ medijs, quibus prior: talis. n. decipit proximũ dãdo sibi malũ pro bono. ¶ Et dicitur notãter in duabus præcedentibus cõclusionibus scięter: quoniã si ignorãter fieret: ut quia ignoraret ualorem monetæ, q̃ expendit, excusaretur saltem a peccato, & etiã a restitutione, durãte ignorantia. Si tamen postea sciat: tenebitur ad restitutionem: quia siue scienter, siue ignoranter damnifico proximũ: teneor eũ releuare indẽnem, postq̃ mihi innotuerit illatũ damnũ. ¶ Nec excusatur expendẽs in casu utriusq; cõclusionis tertiæ, & quartę, per hoc ꝙ huiusmodi moneta falsa, uel minus ualens data est sibi pro bona: quia culpa alterius, & error proprius nõ debet alteri nocere. Culpa n. suos debet tenere auctores nõ alios. Imputet ergo sibi recipiens monetam falsam, contrafactam, uel integram: sed minus ualentem pro bona, ꝙ non cautẽ prospexit. Si uero scienter recipit malã, ut expenderet pro bona: aggrauatur peccatum, & restitutionis debitum. ¶ Quinta cõclusio. Transferens monetam de certo loco, ubi minoris ualoris ęstimatur ad locũ, ubi magis ualet: nõ peccat: si non alias fraudem committat. Hæc est Anto. probatur secundũ eum: quia licet cuilibet ex industria sine alterius damno lucrum quærere: sed transferens in casu cõclusionis monetam eam emendo, ubi minus ualet: ad locum,

Cõcl. 3.
G
Expẽdẽs sciẽter monetã falsam tenetur ad restitutionẽ.

Cõcl. 4.

Cõcl. 5.
H
Transferens monetam de loco ad locũ nõ peccat.

ubiplus ualet: utitur sua industria sine damno alicuius: dum tamen eam non
Cõcl. 6 radit, aut diminuit: ergo &c. ¶ Sexta cõclusio. De aliis modis falsitatis generaliter omnis proximum defraudans per falsitatem commissam, siue in rerum substantia, numero, qualitate, pondere, uel mensura: siue in uerbo: aut in scripto: prer pœnas canonicas, & legales, quas incidit: & peccatum mortale, quod cõmittit: tenetur de omni damno inde secuto. Hæc conclusio communiter doctorum est: & probatur: quia talis dat efficacē occasionē damni reipublicæ, uel proximorū: & per consequens tenetur ad restitutionē totius dāni: incidit & pœnas canonicas, & legales, quas transeo. Agit quoq; contra fraternam charitatē fraudando proximum, quem tenetur a fraudibus, & damnis possete nus præseruare ei bene uelle, & benefacere: nedum amico, sed etiam inimico: secundum illud Luc. vj. Benefacite his, qui oderunt uos. Et per consequens peccat mortaliter.
Cõcl. 7 ¶ Septima conclusio. Recipiens aliquid occasione certę habitudinis simulatę, & non existētis alias non accepturus, fraudat donantem: & tenetur ad sic accepti muneris restitutionem. Hæc cõclusio est de mente Alex. de Ales. parte iiij. quæst. lxxxvi. memb. iii. artculi. & ii j. Et probatur: quia tales falsarij sunt, & deceptores: ut dictum est supra notabili quinto. Sed omnes per dolum, & falsitatem acquirentes restituere tenentur taliter acquisita: ut satis deductum est. ¶ Item quicunque rem aliquam usurpat, dominio in se non translato, iniuste rem illam possidet: & per consequēs ad restitutionem tenetur tanquam contrectator rei alienæ. tales autem sunt de fraudantes per simulationem: ergo. Cõsequentia nota cum maiore. Minor probatur: quia dans munus alicui personæ, propter certam habitudinem, quam errans putat in eo fore, non daturus si eam nosceret non esse in persona simulante: non dat per se, & simpliciter persõnæ se talem simulanti: sed interpretatiue personæ tali qualem credit esse illā: puta uiro sancto, quē ęstimat talem, cū

Recipiens aliquid p simulationem alias nõ acceptu rus tenetur.

sit hypocrita. Et per consequēs non transfertur dominium muneris dati in falsē se simulantē: quia dominium rei in casu nō transfertur nisi in uoluntate dantis, & recipient s. Non est aut ē hoc uoluntas dantis, dare simulatori, & falsario: qualis est is, cui dat per errorem: sed dare existenti tali, qualem putat illum esse, qualis tamen non est: & ita non est uoluntas sufficiens ad dominij translatio nē. De hoc supra. q ij. huius dist. ubi ostēditur, quæ requiruntur ad donationē tā liberalem, quā contractum. & hæc etiā cōcordāt intentioni Sco. dis. xv. lib. iiij. q. ij ¶ Et dicitur notanter in conclusione alias non accepturus: quia si donans fuisset daturus personæ se simulanti: etsi sciret eum non esse talem, qualem se simulat: non tenetur recipiens ad restitutionem: quia ibi transfertur dominium: quia illi simpliciter uellet dare, & non alij interpretatiuē. ¶ Ex illo sequūtur aliqua corollaria conclusionis exēpla riter declaratiua. Primum. Petrus
Coro. 1 mentiens se paulum, qui recipit munus dandum Paulo, peccat: & tenetur ad restitutionem. Similiter si mentitur se fratrem, aut consanguineum, uel affinem donant s: & in similibus. ¶ Secundum;
Coro. 2 Hypocrita simula s se sanctum deuotum, aut probum; & ut talis recipiens munus: tenetur ad restitutionem muneris dati. ¶ Tertium. Mendicus simu-
Coro. 3 lans se pauperem, cum sit diues, aut mētiens se infirmum cum sit sanus: & ut talis recipiens eleemosynam alias non recepturus: tenetur ad restitutionem eleemosynæ sic fraudulenter per simulationem acceptæ. ¶ Sed cui restituet. Respōdet Alex. ubi supra. Non ei, a quo accepit: quia ille meritum habet apud dnm: quia dedit intuitu paupertatis: sed tenetur restituere pauperibus, quibus ille dedisset, si non errasset: si constet ei, qui sint: sin autem restituatur quibuscunq; pauperibus. ¶ Quartum corolla-
Coro. 4 rium. Mendicantes ualidi, & tamen pauperes nullam simulationem prætendentes: licet sint prohibendi a mendicitate: & compellendi ad quærendum uictum labore manuum: non tamen tenentur re

De simulante se alium.

Qui ualidi corpore possint mendicare. fluerit eleemosynã acceptã. Primũ patet: quia sunt impedimento pauperibus inualidis: & suis desidiã, & ocio dant occasionẽ plurimis peccatis: ideo sunt prohibendi. Secundum patet: quia donans talibus liberè donat, & simpliciter, seu uoluntariè: & per consequens transfert dominium: & per hoc recipiens facit rem suam. Nec prohibita est donatio talis: licet arcendi sint secundum leges, ne mendicẽt: sed ut laborent: & nõ inerti ocio uacent. Et intelligendum ẽ hoc corollarium quoad primam partẽ: nisi huiusmodi mendicantes rationabiliter excusarentur a labore manuũ exercendo: tunc cum non sit eis alius modus acquirendi uitę necessaria: poterunt mendicare.

K ¶ Sunt autem plures excusationes, inter quas est amor perfectionis, de quo dominus. Si uis perfectus esse, uade, & uende omnia, quæ habes, & da pauperibus. ¶ Item amor imitationis christi, qui tantæ paupertatis extiterat: ut non haberet unde didrachmam solueret. Matth. xvij. nec ubi caput suum reclinaret. Lucæ. ix. Item amor uitæ cõtemplatiuæ, qui requirit ocium: secundum illud August. xix. de ciui. dei. cap. xix. Ocium sanctum quærit charitas ueritatis. ¶ Item sedulitas orationis, audiẽdi dei uerbum, interessendi diuinis officijs. sicut de Maria magdalena ait dominus, quod optimam partem elegit: in eo, quod sedit ad pedes domini, audiens uerba illius. Luc. x. Et dum a prædictis impedit exterior manuum labor: laudabile est tali mendicando uictum conquirere, quantumcunq; sit ualitudo corporis ad labores. Hinc beatus Benedictus eremum petens eleemosyna cuiusdam sacerdotis triennio priusquam regulam condidit, sustentatus est: ut scribit Grego. ij. lib. dialo. Sic beatus Alexius relicto abundantissimo patrimonio, mendicabat ualidus corpore: & sic de pluribus legimus patribus ægypti. ¶ Quintum corollarium. Quæstores falsis quęstibus, aut indulgentiarum falsarum pronunciatione, aut alijs mendacijs populum decipientes, & per hæc eleemosynas extorquentes ad restitutionem

Coro. 5 Quęstores falsa prædicãtes tenẽtur ad restitutionem

sic acquisitorum obligantur. Patet ex conclusione: quia donaria huiusmodi per fraudem extorta sunt. Vnde quæstoribus huiusmodi prædicationis officium prohibitum est: nec permittendi sunt aliquid populo exponere: nisi ea, quæ in literis suis apostolicis (prius per diœcesanum uisis, & examinatis) aut diœcesanis continentur: & charitatiua subsidia simpliciter postulare: ut in cap. abusionibus. de pœni. & re. in clemen. Tantum de articulo secundo. ¶ Quantum ad tertium articulum dubitatur primò, quis habeat cudere monetam. Respondet hic Panor. in cap. quanto. de iureiur. quod solus princeps, idest imperator, & nemo alius sine concessione principis: quod tamen intelligit nisi princeps inferior, aut ciuitas: uel generaliter inferior potestas hoc præscripsisset per tantum tempus, de cuius initio non extaret memoria: ut in cap. super quibusdã. de uerbo. signi. Vel nisi esset ratis, quod p̃scripsisset iura imperij: sicut reges hispaniæ, qui dicuntur non subiacere imperio: quia regnum a faucibus hostiũ eruerunt. Cõcordat dominus Anto. & est ratio principalis respõsionis, quia cũ moneta (ut premissum est) inuẽta est, & instituta pro bono cõitatis: cõgruum est: ut ab eo fabricetur, a quo regenda ẽ cõitas: talis autem est princeps, aut qui a principe habet auctoritatem. Licet autẽ princeps sit fabricare: ac sua imagine, ac nomine signare monetam: tamen propter hoc moneta dispsa in populũ nõ est sua: nec ipse est dominus monete currentis in suo principatu: nam moneta mediũ est permutandi diuitias naturales, quarum qui ualis eis: ideo illorũ est possessio monetæ, quorũ sunt naturales diuitiæ. Nam cum quis dat panem suum, uel proprij corporis laborem pro pecunia: cum eã recepit, sua est, sicut panis, & labor suus fuit, & in eius libera potestate. Dicit et Nico. orem, quod licet facere monetam pertineat ad principẽ: tamẽ constituere ualorẽ monetę, seu pportionẽ unius monetę ad aliam. gratia exempli. Floreni ad grossum: aut grossi ad obolũ: puta quod floren' ualeat tot grossos: & grossus tot

Arti. 3. Dub. 1. L

Quis habeat cudere monetam.

obolos: non debet esse in potestate principis: sed communitatis, cuius est moneta. Quod sic intelligendum puto: ꝙ non est in potestate principis constituere ualorem monetę secundum suam uoluntatem: sed iustam, & naturalem proportionem auri ad argentum: & argenti puri ad talem ligam: & discretio huius pertinet ad communitatem. ¶ Ex quo sequitur: ꝙ princeps reprobans monetam aliquam ualērem, ut eam remissius emat, & conflet: & inde aliam minus ualentē fabricet ei priorem ualorem constituendo: monetam fraudat, & ad restitutionē tenetur. Hæc est sententia Hostien. & Panor. & patet manifestē: quia uilius uēdit carius: quod est contra iustitiam. Itē sic posset sibi attrahere indebitē pecunias omnes subditorum: ut si attraheret aurum ad paruum precium: & illud emeret pro argento: ac deinde augmentato precio rursum uenderet monetam auream pro maiori precio argenti. Simile esset: si poneretur preciū in toto frumento sui principatus: & emeret: & postea uenderet pro maiori precio etiam per eum constituto: quæ utiq; esset iniustissima, & tyrannica exactio populi.

Corol.

Nec est simile de uenditione frumentorum a sancto ioseph, subditione pharaonis: quoniam ex eo, ꝙ non creuerūt frumenta ipsa facta sunt cariora, & maioris precij, quam ante dum collegerat in horreis, cum copia eorum exuberabat: nam preciū rei humana indigentia mēsurat: ut uult philosophus. v. Ethic. Et si forte excessum est in precio: dicit Cassio. Credo uirum sanctum tali necessitate constrictum, ut auaro principi satisfaceret, & periclitanti populo subueniret.

De uenditione frumenti a beato Ioseph.

¶ Dubitatur secundō: utrum in aliquo casu princeps mutare possit monetam propter lucrum suum: uel generalius, an princeps possit habere lucrū ex moneta. cōstituendo maiorem ualorē monetæ, quām ualeat eius materia nō monetata deductis necessarijs expensis: uel minuendo pondus, aut ligam sub priore ualore. Respondetur breuiter: ꝙ in uno solo casu princeps potest sentire lucrum ex moneta scilicet, dum lucrum illud redundat in utilitatē reipu. ut tactum est in conclusione secunda: puta quando princeps indiget subsidio pro defensione reipu. ad quod præstandum subditi obligantur: tunc posset fieri aliqua mutatio in moneta: ut pondus, uel materia sub eodem ualore minueretur: ut sic minus populus sentiret se grauari: dum tamen non excēdatur lucrum ultra necessariam principis indigētiam supradictā. Sed hæc mutatio fieri non debet sine consensu subditorum, quorum ut dictū fuerat: est moneta: potest enim quilibet renunciare iuri suo. vij quæst. j. quā periculosum. sic & communitas. Et uult Inno. ꝙ sufficit consensus maioris partis magnatum. Sed de hoc dubitat Panor. loco allega. cum tractetur de negotio singulorum: ideo dicit Ange. requiri cōsensum singulorum: non tamen sufficit consensus populi ad dispergendum huiusmodi monetam minoris ponderis extra tale dominium: quia cum damno nō subditorum non potest suas indigentias subleuare. In quo satis omnes concordant. ¶ Videtur etiam quibusdam: ꝙ in casu, quo colligenda est magna pecunia pro redemptione principis, aut defensione &c. facilior sit modus, & expeditior per mutationem monetæ. Tum quia hic modus facilior est ad congregandam pecuniam necessariā citius sine fraude, & expensis colligentium. Tum quia uidetur proportionabilior facultatibus subditorum. Tum quia minus sensibilis: & per hoc magis portabilis sine murmure, & periculo rebellionis populi. Tum quia est generalissima compræhendens omnes tam clericos, quām laicos nobiles, & plebeios, diuites, & pauperes. Verum an hæc ita se habeat, committo diligenti lectori. Duo tamen necessariō hic attendenda sunt; primū ꝙ moneta illa tantum currat inter subditos illius dominij, qui tenentur subuenire domino, & suæ reipu. quoniam si dispergeretur ad alios: isti per hoc iniustē grauarentur. Secundum: ꝙ collecta necessaria pecunia, moneta reducatur ad priorem statum: quia cessante causa cessare debet, & effect⁹. ¶ Tertiō dubitatur: utrum

Dub. 2. Utrum priceps mutare possit monetā

Dub. 3.

Verum eligens ad partē meliores denarios, & conflari faciens peccet.

utrum eligens ad partem meliores denarios, ac magis ponderantes: & conflari faciens peccet, & ad restitutionem teneatur. Respondet Ange. in sum. sequē. Hostien. Ioannan. ac alios sub hac distin. Si illi, qui cudunt pecuniam: eo, quod non possunt omnes æqualiter perficere: aliqui denarij sunt quandoq; minus ponderantes, propter hoc permittunt alios in maiori pondere: ut sic fiat adequatio iusti ponderis in multitudine, quæ non potest fieri in singulis denarijs: tunc tales eligentes meliores sunt falsarij: & tenētur ad restitutionem communitati: quia corpus pecuniæ damnificauerint. Si uero denarij sunt iusti ponderis: sed aliqui sunt amplioris: & illos radunt, dum remanent iusti ponderis, seu conflant: non credo falsarios: licet male faciant: & nullo modo sit eis consulendum: si tamen uoluerint abstinere: non credo, quod sint extra statum salutis. Videtur itaq; sentire: quod talis non peccet mortaliter: sed peccet uenialiter: quod non satis intelligo: nisi modicitas huius electionis: quia raró, uel paucos eligit, excuset: quoniā si hoc frequenter facit: damnificat grauiter monetarium, qui ex improuidentia excessit in pondere: uel cū cuius nomine monetat: & ita teneretur ad restitutionem ei, sicut qui rē remissius emit, ubi forum certum est: & uendens in numero, uel pondere errauit: sic monetarius in pondere errauit. Si tamen raró fiat, modicitas excusaret: sicut furtum minimæ rei (ut pomi unius) excusatur.

Dub. 4. ¶ Dubitatur quartó contra leprimā cōclusionem. Nam Iacob recépit benedictionem primogenituræ a patre Isaac, simulādo se Esau: ut habet Gen. xxvij. & hoc egit fraudulenter: ut ait pater. Venit germanus tuus fraudulēter, & accepit benedictionem tuam: & tamen nō restituit: immo in ea pater eum confirmauit, dicens: Benedixi eū, & erit benedictus. Respondetur: quod Iacob simulando se Esau, non commisit fraudem in re aliena: sed cautè, & prudenter acquisiuit rem sibi debitam. Nam prius enim reuelatione matris suæ, quam dominus ius primogenituræ tradiderat sibi: ideó illud a

O

De simulatione Iacob qua simulauit se Esau.

fratre tanquam iniusto possessore acquisiuit. Nec tamen mentiebatur respondendo se esse primogenitum Esau: quoniam uere respondit ad intentionem paternæ quæstionis. Quærebat enim pater de eo, cui debebatur ius primogenituræ: quem ipse putabat esse Esau: licet in hoc errauerit: nesciens deum in hoc prætulisse Iacob: quod reuelatum fuit matri, nondum patri Isaac: & sic uerum respondit Iacob: Ego sum primogenitus tuus Esau: idest ego sum, cui debetur primogenitura, quā tu putas deberi Esau. Quod uero dixit Isaac. Venit germanus tuus fraudulenter: non est accipiendū in malo: sed fraudulenter, idest simulatorie simulando se secundum meam intelligentiam: sed cauté quod suum erat accepturus. Et ideo non dicitur: quod fraudulenter accepit benedictionem: sed fraudulenter uenit: & iusté accepit, quod sibi erat debitum. Nec illa benedictio fuit principaliter a patre Isaac: sed a deo, qui non potest decipi. Concordat Alexan. par. iiij. q. lxxxvj. mem. iij. ar. iij. Et ideo notanter dictum est in cōclusione: alias non accepturus: erat enim Iacob alias diuina promissione, & electione accepturus: non occasione suę simulationis. Et tantum de illa quæstione nodosa.

¶ DE CONTRACTV EMPTIONIS, & uenditionis.

POST ea, quæ tractata sunt de restitutionibus eorum, quæ usurpata sunt contra possessorum uoluntatem simpliciter, uel conditionatá: consequenter quærendū est de restitutione eorum, quæ iniusté acquiruntur: accedente tamen utriusq; dantis, & recipientis uoluntate: prout contingit in contractibus: puta in mercantijs, artificum laboribus, permutationibus, turpi lucro, usura, & simonia, & similibus. Igitur circa hæc quæritur decimo.

QVAESTIO. X.

A Vtrum fraudans proximum in negotio, mercantijs, uel labore, teneatur fraudato dāna restituere. ¶ Iuxta morem semper tres articulos quęstio terminabitur. Primus notabilia pręmittet. Secū dus cōclusiones subijciet. Tertius dubia adijciet. ¶ Quantum ad primum notandum, licet illi termini, mercatio, uenditio, & emptio uarijs modis accipiantur: in proposito autem pro eodem accipiūtur: nisi q mercatio utrūq; relatiuū, & correlatiuū includit. s. uēditionē, & emptionē: nā uendendo, & emēdo mercari dicimur: ideo indifferenter hic unū p alio accipitur. ¶ Et utrūq; accipit dupliciter. Vno modo cōmuniter pro contractu, quo dominium rei de uno trāsfert in alium precio mediante: siue precium illud sit res aliqua utilis: siue numisma: & sic includit permutationem, seu con mutationem, qua res utilis immediatè datur pro re utili. Alio modo accipitur strictius pro translatione dominij rei de una persona in aliam numismate mediante. ¶ Ad iustitiam ueri contractus parum refert utrum precium sit numisma: uel alia res utilis: ideo loquimur de uenditione, & emptione primo modo. ¶ Et hoc modo ad mercationem quinq; requiritur, scilicet duę personę: quarum una uendit: alia emit: alioquin non esset translatio dominij. Tertiò requiritur res ipsa, cuius dominium transfertur de uno in alium: & hæc dicitur merx. Quartò requiritur precium: siue illud sit numisma: siue res aliqua utilis: quia si non interueniret precium: iam non esset mercatio: sed donatio merè liberalis. Quintò requiritur datio conditionalis utriusq; personæ, idest datio unius si altera dat: puta datio rei, quæ uenditur: & precij, pro quo uenditur: nam uendens dat rem utilem ementi: emens dat precium uendenti: & neuter daret altero non dante: & hoc siue hæ sint præsentia, siue absētia: potest enim res absens emi: & precium in promptu tradi, uel traditio differri: ¶ Et hęc cōditio notatur in genere diffinit. l. cō tractus: quia contractus dicit dominij trāslationem, quę fit p dationē, quarē reddēdo alteri: ut habitum est supra q. ij. huius dist. ¶ Fit autē mercatio quādoq; ut emptor merce, idest re empta utatur pro se: uel ut re sibi necessaria in se, idest non mutata: ut cibus, uestis, domus, ut ē sibi, & huiusmodi: uel ut materia, uel instrumento sui laboris: ut ligna tornatori, pelles coriario: pānus sartori: securis carpentario: & non ut uēdat (saltem immutatam in aliam formā artificialē) & illa dicitur simplex mercatio. Quandoq; nō ut emptor ea utatur: sed ut eā carius uendat etiam non mutatam suo artificio: & illa mercatio dicitur pprie negotiatio: secundū Chrys. super Matt. cap. xxj. ut statim infra dicetur. Sæpe tamen mercatio, & negotiatio accipiuntur pro eodem. ¶ Secundò notandum: q mercatio non est mala ex genere: sed bona, & humano conuictui necessaria: dum tamen fuerit iusta: Cum enim nullus locus, ciuitas aut prouincia sibi sufficiat pro uitę suorum incolarum sustentatione: necessaria quoq; fit mutua cōicatio diuersarū regionū in uicæ necessarijs: ut inopia unius ex abundantia alterius suppleatur. Et ad hanc cōmunionē, quæ fit per rerum translationem de loco in quo abundant: ad locum, ubi deficiunt: non omnes idonei sunt: uel propter defectū industriæ, quæ requiritur in huiusmodi rerum cōgrua translatione: uel ppter impedimentū laborū reipublicę necessariorū: ut agricultur ę, & artium mechanicarum, regiminis populi, cultus diuini, aut paupertatis, seu corporalis infirmitatis, & impotentiæ: & sic de similibus: ideo necesse est, congruū, & utile reipublicæ, ut sint personæ industriæ, quæ huiusmodi translationibus rerum necessariarum operam impendant: qbus etiā p suis industria, solicitudinibus, curis, periculis, laboribus, expensis, & similibus debetur remuneratio condigna, quæ lucrum dicitur: quoniam dignus est mercenarius mercede sua. Matth. & Luc. x. Et nemo mili-

Vtrum fraudās in negotio, & alijs teneatur. Arti. 1. Not. 1. Exponitur terminus mercatio.

Nota. Ad mercationē quinq; requirūtur.

Not. 2. B Mercatio non est mala ex genere.

tet suis stipendi js unquam. j. Corint. ix. Et sicut agricola, & qui uineam plantat, de fructu suo edit: atq; pascens gregem de lacte ouium manducat: ita & mercator de suis laboribus, ac mercantiæ lucris uiuere debet. ¶ Nec obstat, quod ementes, & uendétes dominus eiecit de templo: quoniam mercatio illa non ex genere actus: sed ex circumstantia loci reproba fuit. Non enim in loco orationis tractari debent secularia negotia alias licita. Sic & propter circumstantiam temporis: puta in sabbato, illicita est, & prohibita: & similiter propter alias circumstantias frequenter illicita redditur; quibus semotis licita est: & esse poterit meritoria: sicut satis ostendit beatus August. super Psalm. lxx. ¶ Veruntamen periculosa est negotiatio: quia difficile est inter ementes, & uendentes non interuenire peccatum; cum quodammodo naturale sit contrahentibus sese inuicem decipere: ut dicit Leo papa in cap. qualitas. de peni. dist. v. & glos. ibidé. Et ideo pœnitentibus interdicitur redditus ad negotiationem tanquam ad rem periculosam, quæ uix sine pctõ agitur: ut in c. pluribus. de pęni: dist. v. Qui tñ canones consilij censentur: non præcepti: sicut generaliter consiliũ est fugere periculosa. Nam secundum doctores septem officia periculosa enumerantur. s. cura rei familiaris, militia, pcuratio, administratio, mercatio, aduocatio, & officium episcopatus: quæ tamen non sunt prohibita: nam de episcopatu(quod ceteris periculosius est) dicit apost. Qui episcopatum desiderat bonũ opus desiderat. j. ad Timo. iii. Vnde, & de mercantia in c. qualitas. allega. dicit Leo: Qualitas lucri negotiantem aut excusat, aut arguit: quia aut est honestus quęstus, aut turpis. Veruntamen utilius est pœnitenti pati stipendia, quàm periculis negotiationis astringi. Et sequitur quod supra positum est. Quia difficile est inter ementis, uendentisq; commertium nõ interuenire peccatum. ¶ Ex quo satis patet; quod mercatio simpliciter non est peccatum: sed eius abusus. Quod clarè habetur in c. fornicari. lxxxviii. dist. & est

C Mercatio est periculosa.

Septem officia periculosa.

Corol.

August. lib. de quæsti. no. & ue. testa. ubi dicitur. Fornicari hominibus semp non licet: negotiari uero aliquãdo licet. Antequã.n. ecclesiastic' quis sit: licet ei negotiari: facto iã nõ licet. Et secũdũ hoc Chris. super Matth. (& habetur eadem dist.) ubi ait. Eiiciens dñs uendentes, & ementes de templo, significauit: quia mercator nunquã potest deo placere: & ideo nullus christianus debet esse mercator &c. Loquitur, & intelligendus est de mercatore officio suo abutente, quĩ ut Cassiod. super Psal. lxx. (ubi interpretatio. lxx. habet. Quoniam non cognouí negotiationẽ) ait: Quid est aliud negotiũ: nisi quæ possint uilius comparari, carius uelle distrahere. Negotiatores uero illi abominabiles existimãtur, qui iustitiam dei minimé considerãtes per immoderatum pecuniæ ambitum polluunt: merces suas plus periuriis onerando, quàm preciis: tales eiecit dominus de templo. Et subdit. Sensus ille taliter complectendus est. Non cognoui negotiationes illas, scilicet quæ malis actibus inquinantur. Et pulchra ibi ad propositũ pmisit, quæ breuitas rescindere iubet. Aug uero super eodem Psal. illas negotiatiões dãnat, qbus negotiatores gloriãtur de operibus suis: & de suis actibus sibi placent: qui ignorantes dei iustitiam, & suam uolentes cõstituere: iustitiæ dei nõ sunt subiecti. Vnde negotiũ quasi negans ocium dictũ est: otium. s. ad uacandũ deo, ut sciatur, qm deus est, q operat oĩa in oibus. j Cor. xii. ut nemo de operibus suis extollatur. Et pręmisit ostendens, quod non negotiatio: sed propria iniquitas negotiatorem malũ facit: sicut nec agricultura: ars mechanica: aut medicina reproba est: licet in his cõtingat abusus. Vnde in persona negotiatoris multa pro se allegantis ait. Si malus fuero, non negotiatio me facit: sed iniquitas mea. Et hoc approbando in persona sua subdit. Quando uerũ dicitur, non est, quod contradicatur. Est ergo mercari, seu negotiari actus de se indifferens: qui potest iniuste, & iuste exerceri. ¶ Tertiõ notandum: quod iustitia in mercãtia ex

negotiatione ex pluribus pendet circũ-stantijs, & obiecto. Vnde Alex. de Ales. par. iij. q. 4. mem bro. j. ponit sex circum-stantias, ex quibus attenditur tam iusti-tia, quã iniustitia negotiationis. Hæ sũt circumstantia, personæ, causæ, modi, tẽporis, loci, consortij. Addit Sco. q. ij. huius dist. in sententialiter, communis dã-ni. Addenda est etiam circumstantia pre-cij, quibus præsupponitur obiectum. Ex omnibus illis mercatio quandoq; licita

Circum stãtia. 1. est; quandoq; illicita. ¶ Ex obiecto: quã-do merx tal s est, quæ uendi potest. Nõ enim possunt uendi spiritualia: ut dice-tur infra de simonia. Neq; homo libera, neq; illa, quorum usus solum malus est. Talia enim uendentes peccãt: sicut illi, qui male utuntur. Vnde dicit Ange. in

Nota. sum. in uerb. ars. §. ij. Artifices, qui fa-ciunt taxillos, chartas, pompas, curiosi-tates, & huiusmodi, quæ ut frequentius sunt mortale peccatum illis, qui ipsis u-tuntur: hæc nec uẽdere, nec donare pos-sunt: nec absolui possunt, nisi a tali arte abstineãt. Quod credo uerum secundũ limitationem infra. q. xiij. dubio. iiij. Ca-etam. Item non potest uendi res aliena: nec res pupilli uendi potest tutori. Sic nec res fisci ecclesiæ eius procuratori.

2 ¶ Ex psona uendentis, & ementis nego-tiatio qñq; est illicita. Vẽdentis si fuerit

c'ericis est pro-hibita negotia t.o. clericus. His enim negotiatio prohibi-ta est: ut supra allegatum est ex Augu. & beat. Hiero. dis. lxxxvij. Negotiato-rem clericũ ex inope diuitem: ex igno-bili gloriosum quasi quandam pestem fu-ge. Et apostolus. ij. Timo. ij. Nemo mili-tans deo implicat se negotijs secula-ribus. ¶ Sed nota; q non quælibet uenditio, aut emptio uenit appellatione negotiationis. Vnde Chrys. super Matt. & habetur. lxxxviij. dist. eijcientes. ait. Ostendam quis nõ est negotiator. Qui-cunq; rem comparat, non ut integram, & immutatã uendat: sed ut materia sibi sit, ut aliquid inde operetur: ille non est negotiator. Qui uero rem comparat, ut integram, & immutatam uendendo lu-cretur: ille est mercator. Et per hoc cle-ricus emere potest necessaria sibi ꝓ sua persona, uel artificio si nouit: nec ide o est mercator. Etiam ex persona emen-tis: si discretione caret, aut præcij usum habere non potest, ut minorennes. ¶ Itẽ 3 illicita est negotiatio, uel mercantia ex causa: si causa non fuerit honesta aput: non intendat debitum finem. Vnde se-cundum Alex. ubi supra. Etiam laico nõ licet mercari nisi propter duo, scilicet, ꝓ-pter necessitatem: & pietatem. Propter necessitatẽ: ut tali lucro sustentare pos-sit se, & suam familiam secundum decen-tiam sui status. Propter pietatem: ut lu-cretur, unde distribuat pauperibus, & e-roget in pias causas. Item ut subueniat reipu trãsferendo necessaria, quibus ca-ret de loco, unde hæc abundant: recipiẽ-do lucrũ moderatum proportionatum laboribus expensis &c. Nõ ut finẽ prin-cipalem, sed ut finem ordinatum in pie-tatem, aut necessitatem. Nam mercari propter substantiam, ac diuitias cumulã-das: & propter improbam cupiditatem acquirendi superflua: ut fine solicitudi-ne, & labore ociosam ducat in uolupta-tibus uitam, uel curiositatem, pompam, seu alium finem illicitum, culpabile est. Et si in finem mortalis peccati ordine-tur: erit mortale: quoniam omnia media ex intentione ordinata in finem, qui est culpa mortalis: sunt mortalia. ¶ Ex cir- 4 cumstantia modi illicita est mercatio: si fiat cum mendacijs, & periurijs. De quo Chrys. super Matth. xxi. Mercator sine mendacijs, & periurijs esse non potest, idest uix potest. Et si fit cum dolo sophi-sticatione uerborum, aut mercis: aut cir-cumuentione proximi, damnosa mixtu-ra, aut dolosa occultatione, siue falsifi-catione ponderum, numeri, uel mensu-ræ: & sic de alijs innumeris modis falla-cibus de quorum aliquibus infra dice-tur. ¶ Ex circumstãtia temporis, & loci, 5 ut qui negotiatur diebus fest s: aut in loco sacro: de qu bus alibi. Tales enim uiolans sabbatum, eosq; dominus eiecit de templo. ¶ Ex circumstantia consor- 6 tij: ut dum res uenditur carius transeun tibus, & alienis, quãm manentibus, & in colis. Vnde de emptiõe, & uẽditione pla cuit, dicitur ex cõcilio Albanensi. Pres-byteri moneant plebes suas; ut hospita-les sint:

les sint: atq; non carius transeuntibus uendant, quã in mercato, idest foro publico uendere possent. Similiter illicita est uenditio, si carius simplicibus minus intelligentibus uendunt, quã prudentibus, & discretis. ¶ Ex circumstantia cõmunis damni culpatur negotiatio: qñ scilicet est inutilis, & damnosa reipublicę. Vnde secundũ Sco. dist. pręsenti. q. ij. Reipublicę utiles sunt afferentes res necessarias, quibus patria illa nõ abundat: & tamen usus earum ibi utilis est, & necessarius. Similiter utiles sunt conseruatores rerum uenalium, ut promptè possint inueniri ab indigentibus ea emere uolentibus. Vtiles quoq; sunt rerũ melioratores: aut in seipsis aut in aliam formam mutatores; quod ad artifices pertinet. Inutilis uero est: si officit reipublicæ: ut negotiatio eorum, qui nec transferunt merces de loco ad locũ. Nec sua industria meliorant, nec conseruãt: sed emunt, ut statim carius uendant: utque impediant pauperes, ne competenti precio, & immediatè possunt necessaria cõmutare, uel emere ab his, qui ea trãsportant, per quos sępe caristia inducitur: dũ tales cæteros emendo pręueniũt: per ꝙ pauperes coguntur ab eis emere precio per eos constituto. Faciuntq; quodlibet uenale, uel usuale carius ementi, quàm esse deberet, & utilius uendenti: & sic damnificant utramq; partem: ut dicit Sco. & subdit. Tales autẽ de cõmunitatibus expellendi sunt, & exterminandi propter dãna cõitati per eos illata.

8 Sic de pluribus mercatoribus inter se cõuenientibus: ꝙ unus solus uendat in damnũ reipublicę. §. Hi. n. ꝑpetuo exilio dãnandi sunt scdm leges. C. de moneta. l. unica. ¶ Demũ ex circũstantia ꝑcij iniusta est negotiatio: qñ non est æquus ualor mercis, & precij hue rerum adinuicem commutatarũ secundum discretionẽ rõnis rectę. Nã ut dicit btũs Tho. ij. ij. q. lxxvij. ar. j. uenditio, & emptio uidetur introducta pro cõi utilitate utriusq; emẽtis, & uẽdentis: dũ. s. unus indiget re alterius, & ecõuerso, ut patet per philoso. i. Polit. Quod autẽ pro cõi utilitate est introductum: non debet esse magis in grauamẽ unius, quã alterius: & ideo debet secundũ æqualitatem rei contractus inter eos instituti. Quãtitas autem rerum (quę in usum hominũ ueniunt) mẽsuratur secundũ pręciũ datũ, ad ꝙ inuentũ est numisma. v. Ethico. Et ideo si precium excedit quantitatem ualoris rei: uel ecõuerso toleretur æqualitas: erit contractus iniquus, idest non ęquus. *Ideo* carius uendere: aut uilius emere rẽ, quã ualeat, est scdm se illicitũ. Hinc beatus August. xiii. de trini. ca. iii. Vili uelle emere, & carè uendere: re uera uitium est. ¶ Sed unde taxetur hęc ualoris ęqualitas, difficile est in singulis inuenire. Nam in hoc iudicio facile errat ratio humana: quod satis probat multa diuersitas doctorum in hac materia diuersa sentientium. ¶ Colligendæ tamẽ sunt aliquæ regulæ generales, quibus manuduci possumus in particularibus.

De iusto pcio

Nota. Regula prima. B

Harum prima est. Aequalitas ualoris rerum commutandarum non attenditur ex ualore naturali consequente gradum bonitatis essentialis ipsarum: sed ex earum utilitate quantum ad usum humanum. Hęc ex Sco. quę sic probatur ꝑ eundẽ: quia frequenter res, quę est perfectior in esse naturali; minus est utilis usui hominũ: & per hoc minoris ualoris. Vnde Augu. ulti. de ciui. dei. Melior est in domo panis, quã musca: cum tñ omne uiuum sit nobilius simpliciter non uiuo in esse naturę: sed non sic in cõparatiõe ad usũ hominũ, propter quẽ fiunt rerũ commutationes. ¶ Secunda regula. Aequalitas ualoris rerum, & precii, cognoscitur legis constitutione: & currẽti cõsuetudine. Cũ enim pciũ in cõmutationibus sit tanquã mediũ adæquatiuum: & difficile est mediũ illud inuenire ꝑpter affectiões uarias, & corruptas hominũ: illud medium, accipere oportet prout sapiens determinabit: sicut philoso. loquitur de medio uirtutis. ii. Ethic. Nullus autem sapientior censeri debet legislatore. Vnde ad ipsum spectat iustum preciũ statuere attenta indigentia humana rerum paucitate, uel abundantia: ac indigentium multitudine: ac paucitate ac rerum cõmoditate, aut necessitate: cõ-

regu. 2.

parandi res necessarias difficultate, preciositate, & labore. Ex omnibus his prudenter cõsideratis potest legislator ęstimare, & statuere precia iusta rerũ: & ubi hæc statuta sunt, & taxata: sufficientem certitudinẽ habẽt cõtrahentes de ęqualitate ualoris, & iustitia precii: cui se cõformare tenentur sine dolo, & fraude. Similiter ubi statutũ legis deficit: supplet currens fori consuetudo, quę legũ optima interpres dicitur. Hæc .n. experientiæ innititur, per quã conditiones supra dictæ certius cognoscũtur. Hæc est sententia Sco. Henri de has. ac Gerso. Crescente autem indigentia crescit preciũ, & ualor rei. Indigentia uero crescit paucitate rerum, quibus indigent homines: & multitudine indigentium: ac difficultate acquirendi. Propter quod res eadẽ secundũ cursus tẽporũ plus, uel minus ualet: ut modius bladi, ac urna uini plus ualet tempore sterili, & minus tẽpore fertili. Plus dum multi indigẽt: minus dũ pauci utuntur. Plus dum per longa spatia terræ transferuntur: minus in loco ubi crescunt. Minus dum paucis expensis transferuntur: plus dũ grauibus, & sumptuosis: & sic de alijs circumstãtijs.

regula 3 ¶ Tertia regula. Deficiente lege ualorẽ F rei determinante: ac regulari fori consuetudine: quilibet potest rei suæ, & labori operis preciũ iustum constituere: attendendo conditiones supradictas simul, & pericula curã suam, ac industriã: damnum quoq;, quod ex uenditione rei patitur: non autem cõmodum ementis. Vnde uẽditor rei ultra ualorẽ rei ex sua bonitate relata ad usum hominum potest augere precium: si in comparatione rei uendendæ eius conseruatione, melioratione, aut translatione augentur expensę, labores, timor rationabilis periculorum, cura & industria. Omnia enim ista possunt æstimari precio; nam uendere potest homo suum laborem, curam & industriam. Hæc declarantur per Scot. ubi sup. nam unumquemq; in opere honesto reipublicæ, aut proximo seruienti oportet de suo labore uiuere. Dicitur honesto: propter meretrices, & alios inhonestẽ uiuentes. Sed afferens, conseruans, melioraňs, laborans in artificio utiliter seruit reipub. & honestẽ: ergo oportet eum de suo labore uiuere. Nec hoc solum: sed unusquisq; potest industriam suam, & solicitudinem uendere. Industria enim magna requiritur in transferente res de patria in patriam: qua cõsideret, quo quæ patria abundet, & indiget: quibus modis, & cautelis trãsportatio fiat: & similia: ergo potest iustẽ ultra sustentationem necessariam pro se, & familia sua ad istam necessitatem deputatam, recipere precium correspondens industriæ suæ: etiã ultra hoc aliquid correspondens solicitudini, & periculis. Ex quo enim periculo suo transfert: si est translator: uel conseruat, & custodit, si est custos: propter istud periculum potest securẽ recipere aliquid. Et maximẽ, si quandoq; sine culpa sui in tali seruitio communitatis damnificatus est: ut quia quandoq; amisit nauem onustam bonis: aut ex incendio casuali amisit, quę conseruauit: aut in uia spoliatus est mercibus suis: & sic de alijs, si similia sit passus. ¶ Et si quęritur: quanti æstimabit illa: nam & ibi contingit excedere, & deficere. Respondet idem Scot. bonam ponens regulam: quia quantum deberet alicui ministro reipub. legislator iustus, & bonus retribuere: tantum potest ipse (si non ad sit legislator) sibi pro lucro deputare. Sed si esset bonus legislator in patria indigente; deberet locare pro magno precio huiusmodi mercatores, qui res necessarias afferrent: & allatas custodirent, ac seruarent: & hoc suis periculis, & expensis. Et non tantum eis, & familię sustentationẽ necessariã: ipsi condignã mercedem eorum industriæ, peririę, periculis, solicitudini, laboribus, & expensis constituere. Tantum ergo, & ipsi mercatores possunt pro uendẽdo mercium suarum preciũ constituere. ¶ Suo modo dicendũ de artificibus, & laboratoribus. Potest etiam, & licet permutantem, aut uendentem pensare dãnũ suũ (secundũ eundem Scot. & sanctum Tho. locis allegatis) in carius permutando, uel uendendo: quod sic declarat Sco. Si quis

Quanti mercator ęstimare debet suos labores.

Nota.

multum indiget re sua: & per magnam instantiam ab alio inducitur: ut uendat, uel permutet pro re alia: cum non uendendo, aut permutando posset se seruare indemnem: & ex uenditione, uel permutatione tali damnificatur: potest carius uendere, quã alias, si sine tali damnificatione uenderet, uel permutaret. ¶ Et nota: q addit: si per magnam instãtiam ab alio ad uendendum, uel permutandũ induceretur. Secus enim uidetur si ipse sua sponte non inductus uenderet, uel permutaret. Inductus dico prece, uel miseria, aut charitate proximi. ¶ Additum est etiam in regula: non autem cõmodũ emẽtis: quoniam licet emens magnum cõmodum cõsequeretur ex re sibi uendita, uel permutata, non potest propter hoc carius res uendi, uel permutari: nam propter maius commodum, qđ emptor ex re sibi uendita consequitur: nec res uendita est in se preciosior: nec uendenti melior: ideo non debet uendenti maius precium apportare. Secus si uendens damnificatur: quia tunc licet non sit in se preciosior: est tamen uendenti preciosior. ¶ Et per hoc dicit sanctus Thom. licitẽ potest aliquid uendi plus, quã ualeat secundũ se, quamuis nõ uendatur plus, quã ualeat uendenti. Et est ratio diuersitatis: cur attẽdi debet in constitutione iusti preci j damnum uendentis, & non cõmodum ementis: quia nullus potest uendere alteri, quod non est suum: sed utilitas, quę accrescit emptori non est ex uenditione uendentis: sed ex conditione ementis: quæ conditio non est uendentis, sicut damnum est uendentis. Potest tamen emens, qui multum iuuatur propria sponte aliquid uendenti supererogare: quod pertinet ad eius honestatem. hæc Tho. ¶ Quarta regula. Aequalitas secundum rectã rationem ualoris rerum permutatarum: aut rei uenditæ, & precij, non consistit in indiuisibili: quamuis iustitia commutatiua, ad quã pertinet hæc æqualitas: consistat in medio rei: cęterę uirtutes in medio rationis. Quoniam ut dicit Sco. in isto medio, quod iustitia commutatiua respicit, est magna latitudo, & intra illam latitudinem non attingendo indiuisibile punctum ęquiualentiæ rei ad rẽ, uel ad precium (quia hoc quasi impossibile est commutantes attingere) in quocunq; gradu medij citra extrema medium attingatur: iustẽ fit. Quanta autẽ sit ista latitudo: quandoq; ex lege politiua: quandoq; ex consuetudine: quandoq; ex alijs supradictis cognoscitur: ut in uenditione panis, & carniũ in ordinatis polici js lex ponderibus precium cõstituit: in alijs consuetudo fori currentis: in cęteris discretio uẽditoris. Ex his regulis sequũtur aliqua corollaria. ¶ Primum. Propter uariationem temporis, & loci uariatur iustum precium rei. Patet: quia plus ualet res in loco, ad quẽ transfertur: quàm in loco ubi nascitur. Simili ter res putrescibilis minus ualet in æstate, dum durare nõ potest: quã in hyeme.

Regula 4 G Aequalitas precij non cõsistit in indiuisibili.

Coroll. 1.

¶ Secundum. Raritas rerũ utiliũ auget earum preciũ. Patet: quia minor est indigentia rerũ utilium: dum rarę sunt: q̃ dum superabundant: sed indigentia mẽsurat precium. ¶ Tertium. Res eiusdem speciei maius preciũ hẽt empta ab uno: quã si emeretur ab alio. Patet: quia stat: q unus uenditor ex uẽditione patiatur damnum: ratione cuius iustẽ põt augere preciũ: quod nõ põt alius: nullã ex uenditione patiens iacturam: ¶ Quartũ. Complacentia, quã emptor habet in re empta. aut necessitas, qua re indiget: iustũ rei preciũ non auget. Patet: quia hæ sunt conditiones emptoris: sunt & rei cõmoditas, & utilitas: quę ut dictũ est: emptor in preciũ deducere non debet.

2

3

4

¶ Quartò notandũ: q frequenter contractũ commutationis, aut uenditionis concomitatur quantũ ad aliquid libera donatio: quia .n. ut dicit Sco. ex consuetudine relinquitur cõmutantibus ut pensata mutuò necessitate reputentur sibi mutuò hincinde dare, & recipere ęquales: ex huiusmodi discretione etiã depẽdet iustitia ualoris cõcurrẽte libera donatione. Durũ.n. uidetur ait Sco. inter hoies esse cõtractus, in qbus cõtrahẽtes nõ intendant aliquid de illa iustitia ęquiualentiæ remittere, & sibi mutuo relaxare. Et si iste modus com-

Not. 4. H Frequẽter uenditionẽ & emptionẽ comitat libera donatio.

mutantiũ fundatur in lege naturę: hoc facias alij, quod tibi uis fieri: satis probabile est: ꝙ dum mutuo sunt cõtenti: mutuo uolunt sibi remittere: si deficiunt ab ista iustitia secundum regulam requisita. ¶ Ex hoc puto motum fuisse Ange. in sum. in uerb. emptio. §. vii. cum dicit: quòd res tanti uendi potest, quanti emptorem inuenit. Et econtrario emi potest, quanti uenditorem inuenit: dummodo tñ hęc quatuor concurrant. ¶ Primum: scientia: quòd nulla sit deceptio ex parte alterius: sed quilibet ipsorũ cognoscat rem, & eius qualitatem, & ualorem. ¶ Secundũ: libertas uolũtatis: ꝙ nõ cõcurrat necessitas in altero cõmutantium, q̃ excludat rationem uoluntarij. Si autẽ põt perpẽdi: ꝙ nõ fiat uolũtariẽ si talis res ptinet ad necessitatem uitæ sicut granum, uinum, uestes, medicinæ, domus, & hmõi: sine quibus uita plens non potest transigi. Similiter si per huiusmodi cõmutationẽ, emptionẽ aut uẽditionem: magnũ damnum euitatur: ꝙ nisi emeret, uel uenderet, euitari non posset. Ista necessitas, & omnis timor cadens in constantẽ uirum excludit libertatem uoluntatis: q̃ requiritur ad donationẽ. ¶ Tertiũ: ꝙ sit prudens: nam magna mentis leuitas reddit cõtractum illicitum. ¶ Quartum: ꝙ ille, qui uendit, uel emit plus debito possit donare. ¶ Si uero hæc quatuor non concurrunt: nõ licet emere, uel uendere nisi iusto pcio. Sed pro huiusmodi intellectu uidetur distinguendũ: quia aliqua cõmutatio, siue uẽditio est purus cõtractus: ita ꝙ nõ cõmittatur libera donatio, puta dũ cõtrahẽtes non intendunt sibi mutuò remittere: sed simpliciter secundũ rei ualorem cõtrahere. In tali seruandus est rigor ęqualitatis precij, aut rerum cõmutatarum secũdũ pdicta. Qñq; est cõmutatio quasi mixta ex uenditiõe, & donatiõe: ut dum uendens ex certa scientia intuitu personæ ementis: qa cõiũcta est singulari amicitia consanguinitate: uel qa pauper, & misera siue præpotens, & alta aut in alio potens conferre emptori cõmoda: uel alia causa hmõdi uult aliquid remittere de iusto precio, & ita liberẽ partẽ iusti precij donare. Et tunc potest remittere tantũde pcio, quantũ uult: puta medietatem, uel tertiam: sicut posset totum donare. Vbi autẽ intentio est uẽdentis uendere: & ementis emere, & nõ donare: uel ut donum recipere: necesse est seruare æqualitatem preciũ. Nec præsumitur, ꝙ uendens uelit donare extra casus prædictos: sed magis uelle preciũ iustum accipere. ¶ Sed di. quis replicãdo cõtra dicta: unusquisq; in re sua est moderator, & iudex: ergo rei suę imponere potest precium, quod uult. Nec aliquis cogere potest ad uendendũ: nec ad sic, uel sic taxãdum preciũ. sicut nec põt aliquis cogi ad emẽdũ: sicut ergo cõtract' emptionis, & uenditionis est merẽ uolũtarius: sic etiã taxatio precii debet esse uoluntaria: emat, qui uelit: & sic uerũ sit legale puerbiũ: res tantũ ualet, quanti uendi potest. ¶ Ad hoc respõdet Anto. par. ii. ti. i. ca. xvi. ꝙ licet cuilibet liberũ sit emere, & uendere, & ad neutrum cõpelli possit extra certos casus: non tamẽ põt uolens uendere, aut emere pro libito suo rei precium constituere. Qm ius naturale, & positiuũ determinat seruarĩ ęqualitatẽ in rebus commutandis, ac eorum preciis. Etiã lex charitatis, qua nemo uelle debet damnum, aut iacturam proximi: nec uelle alteri facere, ꝙ ab alio pati nolit. unde licet nemo extra casum necessitatis, aut cõmunis utilitatis cogatur emere, uel uendere: cogitur tñ si uelit uendere, aut emere iusto precio id agere. Sicut in simili: nemo cogitur proximo mutuare extra causam: sicut uoluerit mutuare, cogitur nihil ultra sortem recipere. Vnde ꝙ dicitur: quilibet est moderator rei suæ uerum est citra legem charitatis, naturæ, uel positiuę trãsgressionẽ. Nihil enim licet cõtra legẽ: sic est etiã prouerbiũ illud intelligẽdũ: res tantũ ualet, quanti uendi potest; uerum est, quanti uendi potest iustẽ. & rõnabiliter. Etiam scdm Host. licet nemo cõpellitur ad uẽdendũ simpliciter; h tñ quis res suas exponit uenales, & iustum precium offertur: potest cogi ad uendẽdũ. ¶ Quintò notandũ, ꝙ similiter sicut dictũ ẽ de precio iusto in cõmutationibus:

Replica I

Res tantum ualet, quãtum uẽdi põt.

Nota. L

Nota. K

bus: etiam dicendum est de precio laborum artificum, officiorum, & dignitatũ, in quibus iniustè constituendis attendun tur, quæ dicta sunt. Et præterea necessitas operis reipu. Vnde cęteris paribus augmentatur precium laboris magis necessarii: similiter raritas laborantium au get precium: hinc plus recipit laborans in auro, uel argento, quàm arator terræ: aut ui nicola fodiens in uinea: licet cultura terrę sit magis necessaria: eo q̃ mul ti sunt, qui parati sunt ad culturam terræ: pauci aurifabri. Sic etiam plus recipit aduocatus, medicus, lictor pro suo opere propter horum paucitatem. Etiã ꝓpter maiorẽ industriã, & expensas ꝑ uias in ac quirẽdo artẽ, vel scientiã. Hinc plus recipit architectus; quã seruus ab eo directus, licet minus corpore laboret, quàm seruus. Itẽ gradus officiorũ: ordo, & per sonę dignitas attendendus est. Vnde ma iora stipendia dantur duci, uel militi: & plus recipit miles, aut capitaneus industrius, quã plebeius aut pedibus militans. Et secundũ q̃ plura concurrunt in uno: secũdũ hoc etiam precium augmentatur: ut dum in persona concurrunt indu stria: raritas officij, dignitas, expensę ne cessitas: secũdũ omnia hæc moderandũ est precium, seu stipẽdiũ. Vnde magna di scretio requiritur, ac collatio horum ad inuicem ad inueniendũ preciũ iustum.

Not. 6. ¶ Sextò notãdũ: q̃ in commutationibus L quãdoq; tã merx, quàm preciũ in promptu sunt: q̃nq; ambo, uel alterum eorum expectatur exhibendũ. Vt gratia exẽplis quãdo res futura emitur, & precium sta tim soluitur: quandoq; ecõuerso res prę sens: & statim tradenda emitur, & precij solutio expectatur: quandoq; simul con currunt traditio mercis, & solutio precii. Quando uero non simul concurrũt: sed alterum expectatur: & propter huius modi dilationem precium uariatur: frequenter miscetur uitium usurę. Ideo de commutationibus, in quibus solutio pre cii ad terminum expectatur: aut res tra denda præuenitur: dicetur simul cum de restitutione usuræ infra tractabitur. Similiter contractus, quibus emuntur red ditus annui perpetui ad uitam: aut cum

Proximũ fraudat: qui ęqualitatem precii nõ seruat.

pacto retrouendendi speciali quæstione mouenda tractabuntur. ¶ Vltimò notan dum: q̃ ille dicitur fraudare proximum in contractu, negotiando, emendo aut uendendo res aliquas, uel laborem, qui nõ seruat iustam æqualitatem rerum ad inuicem commutandarum, siue laborũ, & precii ita q̃ emendo, & uendendo ex cedit latitudinem iusti pre :ii: attentis singulis supradictis ad iustitiam precii re quisitis. Vnde qui manet infra latitudinem non exceedens extrema eius, non fraudat, nec iniustitiam committit. ¶ Et dicitur notanter in contractu negotian do &c. ad excludendũ donationem libe rã. Nã qui liberè donat, precium non re quirit: & ideo quãtũcunq; donat: tamen iuxta facultatem sibi concessam de suis non fraudat: unde in negotiatione mix ta ex cõtractu, & donatione: in eo præci se, quod liberè donatur: fraus non cõmit titur: ut si quis uendendo donare uellet medietatem ualoris, dãs medietatem iusti pręcij nõ fraudat: licet iustum preciũ non retribuat, fraudaret tamẽ: si minus medietate iusti precii daret. Et tãtum de arti. j ¶ Quantum ad articulũ secundum est cõclusio prima. Fraudãs scienter pro ximum in negotio ultra dimidium iusti precii: tenetur preciũ ad æqualitatem iu sti precij reducere: aut reddito, uel acce pto precio iniusto contractũ rescindere. Probatur cõclusio per ca. cum dilecti. de emp. & uen. & in c. cum causa. in textu & gl. Et probatur idẽ ratione cõi: quia dã nificans proximum iniustè: tenetur dam num illatũ cõpensare: reddendo fraudatũ indẽnẽ. per. c. si culpa. de iniu. & dam. sed qui proximum fraudat, iniustè dãnificat: ergo tenet̃ fraudatũ proximũ reddere indẽnem. Hoc aũt fieri nõ põt: nisi altero duorũ modorũ: uel supplendo pre cii excessum, uel defectũ: aut rescindi do contractum: ergo conclusio uera. ¶ Dicitur in conclusione fraudãs, siue sit uẽ ditor recipiens plus iusto precio, siue sit emptor dãs minus iusto precio. uterq; si ue excedens in recipiendo preciũ, quod uenditoris est: siue deficiẽs, quod empto ris est: dicit̃ fraudãs: q̃ damnificat secũ contrahentem ¶ Dicitur scienter: quo-

Not. 7.

Arti. 2. Cõcl. 1. M Fraudãs scienter ꝓximũ ultra di midium iusti pre cii tenetur.

niam ignoranter fraudaret, putans precium fore iustum, dum ignorantia non fuerit crassa, durante tali ignorantia: nō tenetur restituere illud, in quo fraudauit: nec peccat excusante eum ignorātia. Sed eum intellexerit suum errorem, tenetur ad satisfactionem damni læso, seu fraudato: alioquin peccaret: ut dicit Anto. p. ii. ti. j. c. xvj. ¶ Dicitur in negotio: in genere siue in commutatione rerū: ibi enim unum commutatorum habet rationem mercis: reliquum rationem precii siue in propria uenditione, & emptione, in qua precium est numisma.

Ignorāter fraudans nō peccat.

¶ Dicitur ultra dimidiū: quia si fieret deceptio in dimidio: aut minus dimidio iusti precii, non compellitur in foro iudiciali ad damni restaurationem. Exempli causa: si iustum precium alicuius mercis fuerint. xxx. si quis uendit pro xxi. aut emit pro. ix. iam fraus fit ultra dimidium iusti precii. Nam dimidium iusti precii, in casu est. x. & excessus est. xj. & defectus similiter. xj. & ita utrobiq; fit fraus plus, quàm in dimidio iusti precij. Si uero fieret uenditio pro. xx. aut minus, uel emptio pro. x. aut maiori nō esset fraudatio ultra dimidium. Sic declarat glo. in. c. cū cā. allegato. ¶ Et habet conclusio locum in foro exteriori: quoniam fraudans ad supplendum, aut rescindendum contractus potest compelli iudicis aucto. Quid autem sit dicendum in foro cōscientię, sequens cōclusio declarabit. ¶ Dicitur iusti precii: quod quale sit; & quam habeat latitudinem: dictum est in ul. notabili. ¶ Dicitur ultimò: tenetur preciū reducere ad æqualitatem: aut rescindere cōtractū disiunctiuè, seu alternatiuè: quia quodcunq; duorū fit: iam dānum restauratur. Optio tñ huius alternationis stat in arbitrio fraudē dantis: hoc est emptoris: si minus dimidio iusti precii emit: ut in ea. cū dilecti. uel uenditoris, si plus medietate iusti precii uēdidit eadē ratione: quoniam semper actio datur fraudato: & ita reus, qui est fraudans, cōpellitur ad alterū duorū: uel preciū instituere, addendo quod minus est: aut reddēdo quod plus: aut rescindere contractum: emptor ut recipiat precium datum; & restituat uenditori mercem. ¶ Secunda cōclusio. Fraudans proximum scienter citra dimidium iusti precij in negotio: licet non cōpellitur restaurare damnū in foro exteriori: peccat tñ, & dānū cōpensare tenetur in foro poli. Ista conclusio est sancti Tho. ii. ii. q. lxxvi. & Sco. in. iiii. distin. xv. q. ii. Antonini: & Ange. cęterorumq; sequacium: licet quidam uertāt in dubium de restitutione: quoniam quod decipiens proximum peccet: dubium non est: cum agat contra dilectionem proximi: & ius naturale, faciens proximo, quod sibi nō uult fieri: probatur tamen conclusio: quia omnis scienter iniustē damnificans proximum tenetur ad restitutionem: siue in multo, siue in pauco p. c. si p culpa: quod nullam facit distinctionem inter damnū magnum, uel paruum: dum tamen fuerit iniustum, quod additur: quia si receditur a punctuali medio iustitię: dum tñ nō excceditur latitudo medij secundū supra dicta, damnū sic illatum nō est iniustū: sed tunc quando tota latitudo exceditur. Et licet peccet grauius, qui plus damnificat: nō tamen ideo ad restitutionē nō tenetur, qui minus damnificat. Nam ea dem ratione dānificās tenetur ad restitutionem damni per ipsum illati: siue sit magnum, siue paruū secūdū iustitiam eō mutatiuā quę requirit æqualitatē in eō mutatis. Pōt autem fraudatus sponte remittere dānum: quo facto, fraudans absoluitur a restitutione. Et si diceretur, cū iura permittāt deceptionē citra dimidiū iusti precii: ideo nō tenetur sic decipiēs facere restitutionem. Ad hoc respōdet beatus Thom. ubi supra arti. x. quod lex datur populo, in quo sunt multi deficientes a uirtute: & ideo prohiberi non potest quicquid uirtuti contrarium est. Unde solum prohibet mala ista, quæ habent destruere humanum conuictum pacificum: ea puniendo ut furta, adulteria, ac notabiles deceptiones in contractibus, ut est deceptio ultra dimidium iusti precii. Alia autem permittit non approbando quasi licita: sed permittit non puniendo, ne sequerentur maiora mala: sic etiam permittit lupanaria. Sed lex diuina, quæ datur omnibus nil per-

Cōcl. ii. Fraudās proximum citra dimidiū iusti exceedēs latitudinē iusti precii tenetur.

Quō iura deceptiones permittunt.

mittit impunitum, quod est uirtuti contrarium. Vnde secundum illam illicitum est: si in cõtractibus nõ seruatur æqualitas iustitiæ: & tenetur ille, qui plus habet recompensare ei, qui dãnificatus est ultra latitudinẽ iusti precii. Et his concordat Ioã. de lign. & Ioã. cald. & plures canonistæ. Vnde dicunt decretalẽ illã. cũ dilecti Ioc. ñ habere iure fori: nõ iure poli: & hoc ad uitandas multas lites, quæ de leui possent quotidie fieri. Pariformiter intelligendũ est de artificũ labore, & laboris precio: ꝙ illa ad equalitatem iustitiæ secundũ nota ta supra reducẽda sunt: in quo si fuerit defectus, uel excessus: dãnificans tenetur dãnificatũ reddere immunẽ. Habet enim labor rationẽ mercis uenditæ, cui debetur precium iustum.

Arti. 3. Dub. 1. ¶ Quantum ad articulum tertium, est primum dubiũ: utrum uendens rem aliquã teneatur defectũ rei occultum propalare. Et quæritur de occulto: quia si fuerit manifestus: puta si equus fuerit monoculus certũ est: ꝙ non tenetur. Respondetur an. Tho. ii. ii. q. lxxvii. art. iii. per hãc distin. & ii. quoli. q. x. quia aut defectus ille potest uergere in damnum, aut periculum emptoris: aut non. Si in periculũ: ut puta: quia propter defectũ huiusmodi usus rei impediretur: ut qa equus est stricti pectoris, & deficiens anhelitu: sic ꝙ laborem, uel cursum continuare non potest: aut usus eius redditur noxius: ut si bos fuerit cornupeta: aut cibus uendendus fuerit corruptus, aut uenenosus: uel si uergit in damnum emptoris: ut puta quia nihil detraheret precio propter huiusmodi defectum. In his casibus tenetur uenditor uitiũ rei sibi notũ dicere emptori. Nã dare occasionem periculi, aut dãni proximo semper est illicitũ. Et qui dat, tenetur ad restaurationem dãni. Et ideo si uenditor uitiũ tale non detegat: uenditio erit illicita, & dolosa: & uenditor tenetur ad recõpensationẽ damni. Si uero defectus rei occultus nõ uergit in damnum, aut periculum emptoris: ut puta: quia usus rei non impeditur simpliciter. Et si non competit emptori: potest tamen aliis competere: non tenetur uẽditor defectum talem manifestare: tenetur tamen de precio subtrahere, quantũ oportet pro qualitate defectus. Quod si non faceret, superuẽdit: & tenetur ad restitutionem excessus precii. Et hoc iõ, quia si forte defectum manifestaret: emptor plus uellet subtrahere de precio; quàm esset subtrahendum. Vnde potest licitẽ uenditor suæ indemnitati consulere uitium rei reticendo. Aliter distinguit Ang. in sum. in uer. emptio. §. viii. post Panor. in. c. iniustũ. de re. permu. Aut defectus talis est: ꝙ si sciret emptor nullo modo emeret: puta equus habet defectũ talem: ꝙ emptor potius staret sine equo: & sic non licet uenditori celare defectũ. Aut uero emptor nihilominus sciẽs defectum emeret: licet minus libenter: sed nullum damnum, uel periculum imminet emptori: & emptor sit industrius: nõ tenetur uenditor emptori reuelare: nec peccat nõ reuelando: dummodo tñ de precio subtrahit propter defectum, quantũ oportet. ¶ Et similiter intelligendum est de mixtura alterius rei: ut de uino lymphato: aut speciebus, quibus miscetur aliud, quam æstimatur: dum tamẽ non sit damnosum, aut periculosum; ut supra. Non tamen licet unam rem uẽdere pro alia: ut electrum pro argento: etiam si detraheretur de precio: tunc. n. non transferretur dominium precii. Nõ enim uult emens dare precium pro tali re: sed pro illa, quam esse putat. de quibus latius supra. q. ix. Suo modo si fraus committitur in quantitate, pondere, uel mẽsura. ¶ Secunda dubitatur: Vtrũ liceat rem non mutatam in eodem loco carius uẽdere, quã sit empta. Rñdetur post Alexã. par. ii. q. l. ar. j. & Ange. in sum. in uer. negotium. §. iii. per hanc dist. Aut emẽs emit rem pro se: & processu temporis non indiget: licitẽ potest uendere pro precio tunc currente: quamuis sit carius, quàm dum emit: & lucrũ aduenit ratione temporis. Aut emit, ut uenderet tempore, quo carius erit: ut sic lucrando prouideat propriæ necessitati. Aut ut conferat reipub. ut uidelicet homines cum posterius indiguerint, inueniant. Aut affectum pietatis, ut pauperibus subueniat cũ aliis cis-

[Left margin:] O Vtrũ uẽdens rẽ aliquam teneatur defectũ manifestare.

[Right margin:] Dub. 2. P Vtrũ liceat rẽ non mutatã in eodẽ loco carius uendere, quã sit empta.

cumſtantiis.j.arti.poſitis : ſic licite uendere poteſt cum lucro temperato. Si uero ex inordinata cupiditate quęreret lucrũ tanq̃ finem ultimum, ut ſupra dictũ eſt : peccaret. De iſtis intelligitur ca. quicunq; tempore. xiiii.q.iiii. ubi turpe lucrũ dicitur tẽpore uindemię uilius emere, ut poſt carius uendat. Vnde expreſſe ait.c.quicũq;. Quicunq; tẽpore meſſis, uel uindemię non neceſſitate : ſed propter cupiditatem comparat annonam, uel uinum. uerbi gratia, de duobus numis comparat modium unũ, & ſeruat uſq; uẽdatur denariis quatuor, aut amplius: hoc turpe lucrũ dicimus. De his etiam quod loquitur Chryſ. in c. eiiciẽs diſt.lxxxviii. allegato intelligitur, cum ait. Qui rẽ cõparat, ut integrã, & immutatam uendendo lucretur: ille eſt mercator, qui de tẽplo dei eiicitur. Vbi ſecundũ Alex. facienda eſt uis in eo; ꝙ dicit rẽ integrã, & immutatã: & in eo, ꝙ dicit, ut lucretur : nam qui ſic cõparat, ut attendat periculũ rei inſeruando: quia põt deteriorari, uel ab igne conſumi: aut a fure ſubtrahi cũ aliis circumſtantiis ſup. dictis : ex cõſideratione incertitudinis euentus futuri, & ſuſceptione periculi non comparat rem illam: ut integrã & immutatam lucretur. Intelligendum ergo eſt de illo, in cuius intentione finaliter lucrum eſt: & qui ſine labore, & ſolicitudine ex auaritia acquirendi ſuperflua ſine termino, & menſura negotiatur. Sic etiam illud Caſſio. (Negotiatio eſt comparare uilius, & carius uelle diſtrahere : quæ reprobatur a deo) intelligitur de illis cupidis diuitibus, qui frequenter forum rerum uenalium totum ſibi accipiunt: ut poſtea ſecũdum uoluntatem ſuam carius aliis uendant: quàm uenderetur in foro, ſi ipſi nõ emiſſent. Et hoc faciunt de frumento, & aliis rebus uitę humanæ neceſſariis: tales ſunt deo odibiles: & de templo domini eſſent eiiciendi. Hæc Alex. Aut tertiò emit: ut ſtatim in eodem loco carius uẽdat immutatam. Et hoc non licet, ut ſatis patet ex dicto. Chryſ. & Caſſi. ſtatim allegatis: immo talis ſi fuerit cauſa excreſcentię fori pro eo, ꝙ ipſe emit in dãnum reipu. tenetur ad reſtitutionem dãni: ut dicit. Ange. Et probatur ratione: nam eum emit uilius, quam uendit: aut emendo impendit iuſtum precium: & tunc carius uendendo rem immutatã ſine periculo, & ſolicitudine, & melioratione rei ſuperuendit : & plus recepit quàm res ualeat : & ſic per concluſionem ſecundam ad reſtitutionem exceſſus tenetur. Aut uilius emendo deficit a iuſto præcio minus dando: & tunc decepit primò uendentem, & tenetur ei ad damni, quod intulit (dando minus iuſto precio) compenſationem. Et hoc uerũ; niſi talis rem ſibi ipſi iuſto precio emiſſet, & uendendo damnum pateretur: tũc poſſet carius uendere ſecundum prædicta. Similiter dicendum: ſi mercatores res plures ſimul emerent annonam, aut uina, uel merces alias aduectas per alios, ut carius uenderent: ſiue per unum, ſiue p pluresin damnũ reipu. tales enim damnandi ſunt perpetuo exilio, & bonis ſpoliandi. C. de mono. l. unica. de hoc etiam ſupra ſecus tamen ſi illud fieret in bonũ finem. ¶ Tertiò dubitatur: utrum mercator ſciens plures alios uenditores poſt ſe uenturos, propter quorum aduentum merces ſuæ uériſimiliter minus ualebunt: teneatur pro minori precio uendere, quam ſit communis æſtimatio fori: uel dicere: ꝙ plures uenient. Reſpondet ſanctus Tho. ii.ii.q.lxxvii. arti. iii. in ſolutione ultimę rationis : ꝙ uenditor in caſu ad neutrum prædictorum tenetur. Nam ſi uendit merces ſuas ſecundum precium, quod inuenit, & pro tempore uenditionis iuſtum æſtimatur: non facit cõtra iuſtitiam: nec tenetur, quod futurum eſt manifeſtare: ſi tamẽ illud faceret, aut de precio ſubtraheret, abundãtioris eſſet uirtutis. hæc Tho. Accedit ad idem, ꝙ futura contingentia ſunt incerta: & multis accidentibus poſſunt impediri: ideo talis uenditor non eſt certus: utrum ſuperueniant, quos putat ſuperuẽturos. ¶ Dubitatur quartò: utrum ſi alicui datum eſt aliquid ad uendendum pro x. & uendidit pro. xii. teneatur illa duo reſtituere domino rei. Reſpondet Ang. in ſum. uer. emptio. §. xxviii. ꝙ non: quia ſi illa duo excedunt iuſtum preciũ; tene

Dub. 3. Q. Mercator ſciẽs alios ſupuenturos non tenetur res ſuas remisſius uẽdere.

Dub. 4. R utrũ res alienas uendẽs, teneaƭ

ad restitutionē, si pl' uēdidit. tūc restituere emēti: si uero nō excedūt iustum preciū, & sua industria habuit: sic sibi acquirit. Nec obstat; q; datur ei certa merces, p labore: qa illa datur, ut inueniat emptorē: & sic nō tenet necessario restituere: secus si daretur sibi simpliciter, ut uēderet: qa tenet uēdere meliori mō quo pōt: iustē tn̄, & totū dat dn̄o, ex quo mercedē habet, p labore. Hęc Ange. Sed uidetur distinguendum de industria: quia aut industria sua rem meliorauit, ad quam non tenebatur, aut industriā adhibuit, ad quam tenebatur ex mercede sibi tradita: in primo casu sibi acquirit, in secūdo dn̄o. ¶ Sed quid si casu preciū ascendit: puta uinū pro rpe traditionis ualuit. x. & statim perijt in utibus, unde ascenditur preciū ad. xii. uidetur, q; si pciū ascendit sine labore, cura, & industria eius, cui tradit ad uēdendū: qa res ipsa quātum ad dn̄ium manet apud dn̄m: acqrit dn̄o: & non ei, q; nullū habet in re dn̄ium sed nudam uenditiōis cōmissionē. Cautū tamē existimarē in tpe cōmissiōis rei, seu traditionis ad uendendū, si tunc particulariter inquiratur itētio domini circa casus pdictos. ¶ Quinto dubitatur: utrū emptū de aliena pecunia sit emētis. Respōdit hic Ange. ubi supra. §. xij. q; sic, si nomine suo emit: fallit tamen, si emit ex pecunia ecclesiæ. i. pecunia, quę rōne ecclesię, aut officij ecclesiastici ad eū peruenit: ut. xij. q. i j. & iiij. illa uero, quæ non ex officio ecclesiastico: sed ex aliq̄ prestatione, aut labore lucratus est, potest dare, cui uoluerit: ut habetur. e. q. quicunq;. Et hæc adeo uera sunt: q; si clericus habens pecuniā de præbenda emerit prædium; amodo non poterit illud dare intuitu pietatis: licet pecuniā potuisset dare, quia statim prædiū fit ecclesiæ, siue emerit nomine ecclesiæ, siue suo, siue alieno. e. j. de pe. cle. & e. inquirendum. ubi sic dicitur. Inquirendū est. si quis presbyterorū de redditibus ecclesiæ, uel oblatiōibus, uel suis fideliū alieno nomine res cōparauit: supple cuius sint. Et sequitur responsio: qa sicut nec suo: ita nec alieno noie presbyter fraudē facere de reb' ecclesiasticis debet: quoniā hoc sacrilegium est, & par

Dub. 5. S Vtrum res empta de aliena pecunia sit emētis.

crimini Iudę furis, qui sacras oblatiōes asportabat, & furabatur. Idem dicendū de emptis ex pecunia pupilli, uel minoris a tutore, & quibusdam alijs. ¶ Dubitatur sexto de his, q; laboratoribus pro pcio nō dant pecuniā: sed res alias tōne cuius minus recipiunt: teneantur ad restitutionem. Respondet Anto. par. i j. ti. j. c. xvij. § viij. q; si pacta debeāt seruari; & pacta ex cōuentione legē accipiunt. Ideo cum q; cōducitur ad aliqd opus, p pecunia: nō dēt illi dari uictualia, pānus uel aliares: nisi cōductus sua spōte uelit: uel nisi alio modo nō posset sibi soluere ob defectū pecunię. Et tunc si ille cōductus nō indiget usu illius rei: & cogitur uēdere, ut habeat pecuniā, p alijs necessarijs emendis: tunc damnum, q; indesustinet in minus uendēdo, debet cōductor resarcire: ex quo conductio fuit pro pecunia, & conductus inuoluntarie recepit res alias loco pecuniæ: sed si in principio conductionis pactum fuit de solutione precij in rebus: uel partim in rebus, & partim in pecunia: pōt fieri solutio in rebus iusta pacta; ita tamē q; res illæ ęstimentur iusto precio, quo uendūtur alijs in cōi foro. Quōd si maior ęstimaret, tenetur conducens ad restitutionem illius superęstimati: puta uendit alijs pro uiginti. & dat cōducto, p xxiij. tenetur ad restitutionem. iij. Si tamē in principio conductionis statuit precium rei, etiā si minus fuerit, dando rem tali æstimatione, satisfacit. Si tamen tantū dat de re ipsa, ut laboribus satisfaciat secundum iustitiam, quod si non facit sub trahēs de mercede digna: quia dignus est mercenarius mercede sua, tenet supplere: nisi mercenarius sponte residuum donaret: quod de pauperibus panem nō habentibus præsumi non potest, qui sua necessitate compulsi minus recipiunt, quāuis iustum precium deficerent. ¶ Septimō dubitatur circa dicta in primo articulo. de circumstantia personę: an omnis negotiatio clericis sit prohibita. Et licet. q. ista dubiū non habeat de negotiatione propriē dicta: ut ibi dictum est: tamen pro maiori declaratione post Alexan. par. iii. q. li. dicuntur tria. Primō.

Dub. 6. T De soluētibus labores per res, & nō p pecuniā

De his, qui dāt res per pecuniā

Dub. 7. V Vtrum clericus posśit negocia ti.

quia clericus per artificium honestũ sibi pōt acquirere uictum:ut in c.clerici officia.de ui.& ho. Ideo materia, & instrumenta pro suo artificio emere potest: non ut immutata uendat, nisi casu super essent. Secundò: blada, uina, & similia; quæ ex proprijs crementis, aut redditibus suorum beneficiorum, aut labore cōquirunt, uendere possunt: ut sic acquisita pecunia cętera necessaria sibi emāt. Tertiò: pro sua necessitate uictus, & amictus emere possunt necessaria. Et si aliqua ex his emptis superfluerent: possunt illa uendere; sicut dictũ est de materia: dolo tamen, & fraude in his penitus exclusis. Cauendum etiam est clericis; quod intuitu huius commercij diuinis se non subtrahant, ad quæ obligantur: ut.xij.distin. clericus uictũ. Ex quo patet, quod clericus habens fęnum ex pratis ecclesiæ, aut decimis: quod commodè uendere non potest: potest emere pecora: & ex fœno suo impinguare: ac impinguata uendere. Erunt enim pecora laboris sui materia.

Dub. 8. X Vtrum in locatione, & conductiōe sit necessaria restitutio.

¶ Octauò dubitatur: utrum in conductione, aut locatione quandoque necessaria sit restitutio. ¶ Pro solutione notandum secundum Scot.q.ij.dist.xv. lib.iiij. quod uenditioni correspondet locatio: emptioni conductio. Nā sicut in uenditione trāsfertur dominiũ rei uēditę in emptorē, accepto pcio: ita in locatione trāsfertur usus rei locatę in conductorē, dominio rei permanente apud locatorem, precio interueniente: unde res illæ, in quibus usus non separatur a dominio: ut sunt res illę, quarum usus est earum consumptio: ut est cibus, & potus: locari non possunt nec conduci: quia traditur usus, etiā traditur dominiũ, cum separari nō possũt. Cętera uero, quæ uendi possunt: possunt etiā locari regulariter. Ad hoc igitur ut seruetur iustitia, in locatione, & conductione: seruandæ sunt omnes cōditiones quantũ ad usum, quę seruandæ sunt in iusta emptione, & uenditione quantũ ad dñium: ut respondetur ad dubium: quod damnificans proximũ per iniustā locationem, aut conductionē, tenetur ad damni compensationē: patet cōclusio eisdem motiuis, ut conclusio secūda principalis. ¶ Dubitatur nonò: utrum depositarius teneatur semper ad depositi restitutionem.

Dub. 9. Y Vtrum depositarius teneatur semper ad restitutionem depositi

¶ Nota depositarius est, cui res mobilis seu potens se mouere traditur ad custodiendum. Nam in rebus immobilibus depositio locum non habet: nisi forte ubi a pluribus res, quæ est in controuersia, prosequestre deponitur: ut in glos. cap. bona fides, de deposito. Et quandoq; in deposito dominium non trāsfertur: sed remanet apud depositorem. Similiter, & facultas utendi deposito: ideo cum repetitur depositum, reddendum est: quoniā contractus dependens à uoluntate unius dumtaxat potest dissolui: quandocũq; uoluerit ipse, a quo dependet. Vnde non imitatur depositum aliorũ cōtractuũ naturā: quod a principio uolūtarij sunt: sed ex post facto necessitatis: ut dicit Pan. de deposito c.bona fides. Ex quo sequitur: quod depositarius nō potest uti re deposita, alias furtũ committeret, ut dicit Ang. in sum. uer. depositum.§.xij. allegans.l. qui surreptum. ff. de condi. fur. ¶ Sed excipiuntur duo casus. Primus: si pecunia non obsignata deponitur. Idem de quibuscunq;, quę consistunt in numero pondere, & mensura. Secundus: dũ depositarius pręsumit deponentē permissurum. Et quia lex depositi breuiter cōprehenditur in c. allegato bona fides: placuit ipsum præsentibus inserere: & est Grego.ix. Bona fides abesse præsumitur, si rebus tuis saluis existentibus depositas amisisti. De culpa quoq; teneris, si teipsum deposito obtulisti: uel si aliquid pro custodia recepisses. Pacto uero culpa, uel mora præcedentibus: casus etiam fortuitus imputatur. Sane depositori licuit pro uoluntate sua depositum reuocare: contra quod compensationi, uel deductioni locus nō fuit: ut cōtractus, qui ex bona fide oritur, ad perfidiā minimè referatur: licet compensatio admittatur in alijs: si causa, ex qua postulatur, sit liquida: ita quod facilem exitum credatur habere. hæc ibi. Ex quo.cap.vj. colliguntur. ¶ Primum: quod depositarius tenetur facere diligentiam in custodia depositi, quam com-

muniter homines facere solent in suis: quam si non faceret, & depositum perderetur: tenetur ad damni restaurationem deponenti. Unde glo. dicit. Non minorem diligentiam, quàm in suis rebus præstare debet depositarius. Non minorem dicit: quia quandoq; tenetur habere maiorem: ut quando in suis est negligens. Ratio est, qa alias præsumitur de dolo depositarij, quem horret bona fides. Unde de dolo præsumitur: si rebus suis saluis depositum amittatur. Verum ut dicit Panor. in dicto cap. Cum depositum fiat gratia deponentis tantum: nō debet depositarius accurare arctare ad custodiam rei. Solum enim tenetur de dolo uitando, & lata culpa, quam incidit: si non fecerit diligentiam, quā cōmuniter homines circa res suas facere solent: ut si quis depositum relinqueret in uia: uel loco patulo: aut suspecto: unde facile tolli posset, & diripi: quod uerū est: nisi depositarius obtulisset se deposito: aut recepisset aliquid pro custodia. Et hoc est secūdum quod colligitur ex textu cap. bona fides. scilicet ꝙ offerēs se deposito, aut aliquid recipiens pro custodia deposit: tenetur de culpa, leui scilicet, uel leuissima, quam incurrit, si nō adhibet illam diligentiam, quam homines (non solum communiter: sed diligentes, aut diligentissimi) adhibent rebus suis: quod discretus ex circumstantijs aduertere potest. Hoc autem de offerente intelligit Ange. quādo offerens offerendo se depositori excludit diligentissimum. Si dicis: quid si casu fortuito res propriæ depositarij una cum deposito subsunt periculo: puta in incendio; & non potest ambas eripere: Respōdet Panor. ubi supra, ꝙ pōt seruare suas: & non tenetur cum suo periculo saluare alienas depositas: etiam si res suæ fuerint uiliores: qa tenetur ex ordine charitatis plus se, quàm alium diligere: & plus sibi, quàm alij subuenire: & sic non tenetur: immo nec debet admittere in se peccatū ueniale: ut i alio caueat mortale: quia secundū apostolū non sunt facienda mala, ut eueniant bona: ita non tenetur pdere ppria, ut cōseruet aliena

Quā diligentiā tenetur depositarius facere in custodia depositi.

Quid in casu periculi iminentis:

preciosiora. Qđ puto uerū extra casus duos premissos: in illis nō puto, si res suę perituræ uiliores sint: accepto precio, uel commodo, quod ex deposito consecutus est: tunc enim pati debet iacturā rerum suarum, & saluare depositum.

¶ Tertiò colligitur: ꝙ casus fortuitus nō imputatur depositario: nisi in tribus casibus. Casus fortuitus dicitur repentinus rei euentus, qui nec præuideri potest: nec ei resistit, ut incursus hostium, piratarum, naufragium, incendium, euersio domus ex terremotu seu tempestate, uel uentorum impetu: unde casus, quē diligentissimus cauere posset, non dicitur casus fortuitus: unde furtum clandestinum factum a persona, a qua diligētissimus præcauisset ut a uili seruo, non est casus fortuitus: secus de rapina uiolenta: nisi spoliatus esset in culpa transeundo per loca periculosa. Unde nota, ꝙ secundum Panor. de commodato. c. unico. casus fortuitus regulariter non imputatur: sed respicit domino: etiam in contractu, qui fit gratia alterius tantū: ut in cōmodato: nisi in casibus. Primus: quando culpa præcessit: ut puta cō modaui tibi equum, ut ires ad certū locum, & tu iuisti ad alium: & incidisti in raptores: imputatur tibi perditio equi, & non domino. Secundus: si pactū intercessit, ut teneretur de fortuito casu, & hoc uerum: nisi casus fortuitus ueniat culpa eius, cui promisit; nam licet intercederet pactū; non tamē tenetur de dolo eius: nā licet cōtractus ex cōuentiōe legē accipiat; non tñ tenet, si cōueniat, ut nō teneat de dolo, qa hæc cōuentio est cōtra bonos mores, & cōtra bonā fidē. ideo sequēda nō est. Hæc Ang. i uer. depositū §. iii. Tertius casus; qn quis est in mora, puta non reddidit, qñ debuit; & fortuito perdidit, imputatur reddere debenti. ¶ Quartò colligitur; ꝙ depositarius semper tenetur restituere depositū depositori petēti, nisi in casibus. Primus: si deponens fuerit furiosus; tunc enim gladius ei reddendus nō est, ut dicit Aug. super Psal. v. Eadem ratio est de alijs cedentibus in periculum sui, uel aliorum. Secundus; si deponens post de-

Casus fortuitus imputatur domino rei.

positum fuerit depoitatus:& bona eius publicata:quia tunc depositum deferendum est in publicum:& non ei,qui deposuit. Tertius:quando fur deponens furtum, & dominus rei concurrunt in petitione:tunc dominus præponendus est. Quartus:quando fur deposuit apud dominum,cui surripuit: hæc in l.bona fides.ff.depo. Extra hos casus, qui nō reddit depositum,dum petitur:committit furtum:& condemnatus suo nomine efficitur infamis. secus si procuratorio,tutorio,curatorio, uel defensorio nomine condemnatur: nō efficitur infamis: ut in l.furti.§.si quis alieno.ff.de his qui not.infa.Idē habetur in angelo in uerbo depositum.§.x. & per hoc patet responsio ad formam dubij ¶ Quintò colligitur:q̄ cōpensatio,seu deductio locū non habet in deposito:ut si depositor tenetur mihi in aliquo:illud non possum deducere a deposito sibi reddendo, dū petit:quamuis liquidum, & manifestum sit debitum depositoris.¶ Sextum: q̄ cōpensatio in alijs admittitur, quod uerū est de omnibus,quę in suo genere recipiunt functionem,idest q̄ una res ex toto potest fungi uice alterius:& ista communiter consistunt in numero pondere,& mensura:in his uero, quæ non recipiunt functionem, cessat compensatio.Hæc Panor.eodem titu. & cap.& ponit exemplū.Si quis mihi tenetur quinquaginta flor.ego illi equum, non habet ibi locū compensatio : quia possem habere maiorem affectionem ad equum quàm ad pecuniam:quod credo uerum, nisi iam equus esset taxatus pro certa pecunia:tunc idem esset,ac si teneretur tibi huiusmodi pecuniam. ¶ Et quoniam in hac materia contractuum frequenter concurrunt illi termini culpa lata, leuis leuissima:pro intellectu terminorū nota Panor.in c.unico.de commodato: q̄ culpa dicitur deuiatio ab eo,quod bonum est:& per hominum diligentiam prouideri poterat. Et hoc ultimum additur ad differentiam casus fortuiti, qui non poterat præuideri:& distinguitur in quinque species. Est enim culpa latissima,latior,lata,leuis,& leuissima.¶ Culpa latissima est dolus uerus: puta machinatio,seu circumuentio ad fallēdum aliū manifeste adhibita. ¶ Latior est dolus p̄sumptus,scilicet fallax circumuentio ad circumueniendum,& decipiendum aliquem præsumptione adhibita. Et licet dolus non potest probari nisi per coniecturas:tamen quando signa sunt manifesta:dicimus dolum uerum: quando non patent,dicimus dolum pręsumptū. ¶ Lata culpa est deuiatio circumspecta ab ea diligentia,quam habent communiter homines illius conditionis,& professionis. Unde dicitur uulgariter ignorare illud, quod communiter homines sciunt,est lata culpa. Et dicitur incircūspecta,idest inconsiderata, ut differat a dolo:quia si inconsideratè deuiaret ab illa diligentia,esset in dolo. Exemplum de culpa lata:ut si librum mihi concessum inconsideratè dimisi in bāco ante domum,& sublatus est:sum in culpa lata.¶ Leuis uero culpa est deuiatio incircumspecta ab ea diligentia, quam habēt homines non tantum communiter:sed diligentes.¶ Leuissima est deuiatio ab illa diligentia, quam communiter habent homines diligentiores, & diligentissimi.unde si diligētissimus potuit pręcauere:& non pręcauisti: es in culpa leuissima. Et hæc pro intellectu horum terminorum,qui communiter currunt in scriptis canonistarum.

Cōpensatio nō habet locū in deposito.

AA Quid intelligit per culpa latissimā, & latiorē & latā.

¶ DE USURA.

DICTO de negotio,in quo merx, cum precio simul tempore currunt:puta ubi statim emens accipit mercedem:& uendens precium ; consequēs foret,ut de his subderetur inquisitio : ubi alterum expectatur:ut dum emuntur,quę futura sunt:& precium in prōptu soluitur:aut merx pręsēs emit, & p̄ciū ad certū terminū soluendū expectatur. Sed qm̄ in his contractibus nonnū quā tēpus attēditur,ppter q̄ usurā participant:ideo prius de usura generaliter:& de hinc de huiusmodi cōtractibus specialiter inquiretur:Est ergo.

Quæ

QVAESTIO. XI.

A VTRVM possidens aliqua per usurariã acquisitionem teneatur de necessitate salutis ad eorum restitutionẽ.

Terminorum declaratione præmissa: respondebitur per conclusiones, & soluẽda dubia. ¶ Quantum ad primum notandum: quod licet diuersi diuersimodè diffiniant usuram: potest tamen breuius sic describi. Vsura est lucrũ ex mutuo principaliter intentum. Lucrum ponitur pro genere: nam omnis usura est lucrum: & non econuerso: ut patet de lucro iustæ negotiationis. Est autem lucrum incremẽtũ, uel pecunia mensurabile: siue sit munus a manu: a lingua, siue ab obseqo: quod quis habet uoluntaria ex commutatione ultra ea, quæ prius sua erant: & illa, quæ sua erant dicuntur sors in hac materia. Est enim sors, res iustè possessa: uel (ut legistę dicunt) debita quantitas mutuatæ rei in materia occurrenti. Vñ si de meo mutuo proximo. x. lib. x. li. dicuntur sors, ita accipit beatus Amb. in de uinea Naboth di. Quicquid accidit sorti, usura est. Et ut habetur de usu. c. j. & ij. Sors capitur pro capitali: ut in glo. in proe. Cle. in uerb. sortis. Ex quo sequitur primò: quod non solum pecunia accedens sorti: sed quicquid pecunia cõmensuratur, usura est. Nam ad omnia illa lucrum se extendit. Vnde Ambr. ubi supra. xiiij. q. iij. pleriq; & per totam illã quęstionem. Esca usura est, uestis usura est: & quicquid accedit sorti, usura est: & quod uelis, nomen ei imponas: usura est. ¶ Et dicitur quicquid pecunia commensuratur: quia ut statim dicetur: sũt quædam, quæ sorti accedunt, quæ non faciũt usurã: ut amicitia, gratitudo &c. Nam mutuans ad captandum amorem, aut beniuolentiam, non committit usuram; ut uult sanctus Thom. ij. ij. q. lxxviij. ar. ij. quod uerum est, nisi spesal terius procederet ad lucrum: ut si quis papæ, aut principi mutuaret ad captandum beniuolentiam, ut postea posset cõsequi beneficium, uel castrum, aut huiusmodi: tunc enim esset spes lucri: & per consequens usura. Sic si mutuatur spe alicuius habendi, cuius usus inter amicos concedi solet: sicut commodatio libri: iniuriæ remissio ab illo, qui me iniuste persecutus est cum multo meo damno: secus si iustè: quia non liceret sine uitio usurę mutuum dare sub tali spe: illud non est usura. Hæc Ange. ¶ Secundò sequitur: quod si quis sibi alias debita acciperet occasione mutui: non committeret usuram. unde si quis habeat. x. de mea substantia: & mutuo illi ea intentione, ut ultra mutuum re habeam ab eo illa. x. cum alias habere non possem: non committo usuram: quia illa. x. quæ recipio, non ueniũt nomine lucri: quia alias mea sunt, aut mihi debita. ¶ Quod sequitur in descriptione usuræ, ponitur loco differentiæ. unde subditur ex mutuo. unde patet: quod lucrum ex alijs commutationibus acceptum non est usura; etiam si fuerit illicitum: ut dum quis superuẽdit. Et in hoc etiam distinguitur usura a turpi lucro. Veruntamen considerandum; quod est mutuum manifestum: & est mutuũ implicitum, uel interprętatiuum, & palliatum: puta quando cõtractus potest resolui in mutuum: ut si uendo tibi ulnam panni ualentem nunc. j. flor. pro. j. flo. & solido pro eo, quod uis dilationem unius anni ad soluendum precium. Ista uenditio resoluitur in mutuum: quia perinde est, ac si darem tibi. j. flo. mihi post annũ soluendum: & si ultra accipio. j. soli. manifesta est usura: potest enim quælibet res resolui in suum uerum ualorem. ¶ Dicitur autem mutuum, quasi de meo tuũ: ut dum rem meam trado tibi ad tẽpus post temporis lapsum repetendam: unde in mutuo transfertur dominium rei mutuatæ, de mutuante in eum, qui recipit mutuum: de hoc infra. Et propriè locũ habet in his rebus, quæ usu consumuntur: ut in pecunia, & uictualibus. In his uero, in quibus usus distinguitur a dominio locum non habet mutuum: sed accommodatio, uel locatio. unde Alexan. de Hales par. iij. q. lxvj. memb. j. ostendit in quibus rebus põt fieri mutuũ di. Nota: quod nõ potest committi usura nisi in his rebus tantum, circa quas contin-

Arti. 1. Not. 1. Descriptio usuræ.

Quid lucrũ, quid sors.

In solo mutuo usura cõmittit.

B

Mutuũ palliatũ & ideo apertũ.

git fieri mutuũ,scilicet quæ consistũt in numero pondere,& mensura. Numero, ut in pecunia numerata. Põdere, ut ęre argento,auro &c. quæ statera appendũtur. Mẽsura: ut frumẽto,uino,oleo,pano &c. Et ad maiorem euidentiã addit (ut habetur in glo. c. cõquestus de usu.) ꝙ duo sunt contractus,qui de sua natura uolunt esse gratuiti: ut mutuum, & commodatũ: in illis enim ultra sortem nihil expectatur: nã si fiant pro lucro, statim trãseũt in aliud genus cõtractus: nã si mutuum nõ fuerit gratuitũ,est usura, sic in cõmodato si aliquid pro accõmodatione accipitur,desinit esse cõmodatum,quia aut recipiť aliquid pre,aut pro usu rei. Si primum,uel recipitur pecunia:& sic est uenditio, aut res alia, & sic est pmutatio Si scdm: aut pro usu rei recipitur pecunia,& est locatio: si res alia, erit contractus innominatus: do, ut des Hæc Alex. Ex illo patet ꝙ in contractibus emptionis,uenditionis, commodationis,locationis, conductionis, non committitur usura propriè dicta, quamuis multi tales sint iniusti: multi etiam in fraudem fiant usurarum: ut infra uidebitur. Patet etiam differentia mutationis ab alijs contractibus: nam in mutuo res ipsa traditur gratis:& per primum distinguitur a commodatione,locatione,conductione,in quibus nõ res: sed usus rei traditur. Per secundum distinguitur ab emptione, & uenditione, in qua res traditur: sed precio mediante similiter per idem a permutatione. Et nota: ꝙ dicit mutuo.as.are.actiuè, idest mutuũ dare:& dicitur mutuor deponẽtaliter,ꝙ est mutuum recipere. Hinc in Psal. Mutuabitur peccator, & nõ soluet. C mutuabitur,idest mutuũ recipiet. Et de hoc sunt uersus. Mutuo uult dãtem: sed mutuor accipientem. Mutuo tradẽtis: sed mutuor accipientis. ❡ Dicitur ultimò in descriptione usuræ: principaliter intentum: nam si non intenderetur lucrum in mutuo: sed qui mutuatur ex amicitia (propter beneficium pręteritæ mutuationis) cõtracta aliquid offerret mutuanti: licitè recipi potest. Si uero ꝑsumitur,ꝙ sit quasi in precium mutuationis: sic recipi non debet. Si autem is, qui mutuum recipit expressè diceret; ꝙ nõ dat illud rõne mutui facti fiendi,uel sperati: tunc satis præsumi potest; ꝙ illud gratis donat: nisi aliud ex circũstantijs appareret. Causam huius tangit beatus Thom. q. lxxviij arti. ij. in solu. secũdæ rõnis di. ꝙ recompensatio beneficij dupliciter fieri potest. Vno modo ex debito iustitiæ: ad quod aliquis ex certo pacto obligari potest: & hoc debitum attenditur secundum quantitatẽ beneficij accepti:& ideo qui accipit mutuũ, non tenetur ad plus compensandũ,quã mutuò accepit: unde cõtra iustitiã est,si ad plus reddendũ obligeť. Alio mõ tenetur quis ad recompensandũ ex debito amicitiæ,in quo magis consideratur affectus,ex quo aliquis beneficiũ cõtulit: quã quantitas eius,ꝙ fecit:& tali debito nõ competit ciuilis obligatio,per quam inducitur quędam necessitas: ut nõ spõtanea recompensatio fiat. Et per hoc si quis mutuans exigit,uel expetit ex pecunia mutuata quasi per obligationem expressam,uel tacitã recõpensationẽ muneris ab obseq̃o,uel lingua, perinde est, ac si expeteret,uel exigeret munus a manu: quia utrumq; pecunia ęstimari põt, ut patet: q̃a nõnunquã locat opas suas, quas manu,uel lingua exercet, usurã cõmittit. Si uero munus ab obsequio,aut a lingua non quasi ex obligatione rei exhibetur: sed ex beniuolentia,quę sub ęstimatione pecuniæ non cadit: licet illud accipere,& exigere,& petere. Hæc Thom. in solutione secundę,& tertiæ rõnis,ubi supra. Et dicit notãter intentũ, & nõ pactũ: nã intẽtũ in plus est,quãm pactũ: nã oẽ pactum intentũ est, & non ecõuerso: ubi innuitur; ꝙ nõ solũ acceptio ultra sortem in mutuo ex pacto facit usurarium: sed etiã si intenditur lucrum absq; pacto,usura cõmittitur: unde sola spes lucri i mutuo facit usurariũ, scdm illud Luc. vj. Mutuum date, nihil inde sperantes. de usu. c. cõsuluit. Et hoc uerum, si spes lucri est causa mutui:& ideo additur: principaliter, in descriptione usuræ. Potest enim aliquis dupliciter mutuare spe lucri. Vno modo principa-

Marginalia: In quibus rebus consistit mutuum. — Differt mutuo a mutuor. — Ad usuram requiritur ut lucrũ ida — Spes facit usurariũ, & quare.

paliter, ita ꝙ non mutuaret, nisi lucrũ speraret:& hæc spes facit usurarium: ut communiter dicunt doctores. Et non refert, siue speret ante mutuum: dum tamen in illa spe perseuerat: quoniam si post mutuum cognoscens peccatũ mutaret intentionem reducens eam ad regulam charitatis: posset sponte donata sine usura recipere: siue speret post mutuum, puta mutuam gratis absq; intentione lucri: tamen lapso tempore uult aliquid sibi dari propter mutuum, similiter usurarius est. Siue tertio concomitanter: puta quia mutuans nullum sperabat lucrũ: sed debitor propter mutuũ dat sibi primũ:& mutuans propter eandem causam recipit, & sic etiam usurarius est. Si uero sperat secundariò: quia etiã si crederet se non habiturum ultra sortem: nihilominus mutuaret propter charitatẽ: talis spes non facit usurariũ.

Quæ spes.

¶ Quòd autem spes lucri principaliter intenti facit usurarium: probat Alexan. quia spirituum ponderator est deus. Pro uerb. xvj. spirituum, idest uoluntatum. Sed eadem est uoluntas lucri sperantis: & non paciscẽtis (forte timor ecclesiæ) & pactum facientis. Sed secũdus est usurarius: ergo & primus. Lex.n. diuina nõ tantum manũ: sed animũ prohibet. Potest tñ mutuans sperare aliquid sibi alias debitũ, uñ potest sperare: quòd is, cui mutuat, in consimili casu necessitatis sibi etiã mutuet: non quidem ex ui mutui: sed ex charitate accipientis mutuũ: mutua enim beneficia accendunt charitatẽ. Et quia ex præcepto tenet sibi in casu necessitatis dare mutuũ: etiã si non mutuasset prius:& ideo nõ licet hoc deducere in pactũ: tũc. n. ex mutui sparet lucrũ ĩ mutuatiõis. ¶ Sed dñi qui mutuat alteri, cõstituit eũ sibi debitorẽ ad antidota, ad q̃ naturaliter obligat. Nã in officijs charitatis primo loco illis tenemur obnoxij, a q̃bus bñficia recepimus ut habet de testa. cũ in officijs. Mutuare aũt indigẽti magnũ est bñficiũ: ergo põt illud deducere in pactũ. Rñdet Pan. in c. consuluit. de usu. in fi. ꝙ non licet debitũ illud naturale ad antidota deducere in obligationem ciuilẽ: sic enim cõ sequeretur lucrũ ex mutuo. Nã ex debito naturali tantũ non põt compelli ad remutuandum: potest autem, si intercidit obligatio ciuilis, & hoc potest pecunia æstimari: & ideo usura. Idem sentit Tho. ij. ij. q. lxxviii. articu. ij. in sol ij. & iiii. rõnis. Potest ergo sperare a proximo id, ad quod naturaliter obligatur ex mutuo: sed nõ põt eum ad concedendũ ciuiliter obligare: licet aũt spe recipiendi mutuũ in simili casu ab eo, cui mutuat: ex quadam charitate dans mutuum non peccet hac intentione mutuando: non tñ meretur. Non enim ponit deũ finẽ. Vñ & dñs ait Luc. vi. Si mutuũ dederitis his, a q̃bus speratis recipere; q̃ gratia est uobis: Nam & pctõres pctõribus fœnerant: ut æq̃lia recipiant. Et scdm hæc põt cõcordari doct. in hoc cõtraria scribẽtes. Et hæc de descriptione usuræ. ¶ Secundò notandũ: ꝙ usura est cõtra legem naturę cõtra legẽ diuinã: & cõtra legẽ humanã. Primũ ostenditur scdm sanctũ Tho. ubi supra. ar. i. qa in usura uẽditur. ꝙ non est, per ꝙ manifestẽ inæqualitas cõstituitur, q̃ iustitiæ contrariatur, quæ innititur legi naturæ. ¶ Ad cuius euidentiã consequenter subdit in corpore. q. ꝙ quædã res sunt, quarum usus est earũ consumptio, sicut uinum, & triticum, & cetera ad esum hominũ ptinentia, quorũ usus est potatio, & comestio: quę potu, & cibo cõsumũtur, & in his nõ debet seorsũ cõputari usus a re ipsa, nam cuicunq; conceditur usus: in illis conceditur res ipsa: & pp hoc cui cõceditur usus rei, eo ipso cõcedit̃ res, & p consequens trãsfert̃ dñium rei, & pp hoc in talibus p mutuũ trãsfert̃ dñium. Qui ergo uellet seorsum uendere usum rei: talis uenderet eandem rem bis: uel uenderet id, quod non est: unde manifestè per iniustitiam peccaret. Qui ergo in mutuo q̃rit lucrum, petit sibi duas recompensationes. Vnam quidem restitutionem, q̃ ẽ ęqualis rei mutuatæ. Aliã preciũ usus, ꝙ usura dicitur. Vbi autem usus rei distinguitur a dominio: ibi põt cõcedi usus retento dñio: ut in locatione domus, & similium: ibi aliquid licitè accipi potest pro usu rei. Cũ aũt scdm philoso. y.

Nota.

Nota. 2 D Vsura ẽ contra legẽ naturæ.

Ostenditur p philosophum.

Ethic. & .j. politic. pecunia inuenta est ad commutationes faciendas: & ita principalis pecuniæ usus est ipsius consumptio, id est distractio: secundum q̄ in commutationibus distrahitur: & ideo secundum se est illicitum pro usu pecuniæ mutuatæ recipere precium ultra equalitatē pecuniæ mutuatæ, quæ sors dicitur. Et per hoc patet: quare licet recipere pciū locati, & non mutui. ¶ Aliam rationem assignat Sco. in. iiij. distin. xviij. q. ij. In mutui datione transfertur dominium: ergo qui concedit pecuniam mutuō: nō manet dominus pecuniæ mutuatæ: & p consequens si pro illa pecunia recipit aliquid ultra sorte, pro non suo recipit, & ita uendit non suum. ¶ Aliam rationē addit. Esto: q̄ pecunia maneat sua: cum illa pecunia ex natura sua non habet fructum aliquem: sicut habent quędam alia ex se germinantia: sed tm̄ prouenit fructus aliquis ex industria utētis: industria aūt utētis est eius, q̄ mutuat pecuniā: ergo uolēs hēre lucrū ð pecunia mutuata uult habere lucrum de industria nō sua: sed aliena, quam ipse non dedit dando mutuum. ¶ Et dictū est notanter, q̄ principalis usus pecunię est eius distractio: quia pecunia potest habere aliquem usū distinctum a dominio. Potest enim pecunia ostentari: potest ornare: potest ēt habere aliquem effectum medicinalem ex natura metalli, ut aurum contra leprā: & ad istum finem potest locari: sicut equus, aut uasa argentea: & pro usu isto retento dominio potest accipi precium. Unde si quis ad ostendendum se diuitē, uel ornandum gazas suas, aut bancum accipit pecuniam: non ut distrahat: ibi sol⁹ usus pecuniæ, & non dominiū cōceditur, & ille est contractus locationis, uel conductionis: & non mutui datio. Et deberet eadem pecunia sic mutuata restitui: nisi forte sufficeret locanti æqualis in pōdere, & ualore. De hoc glos. in cap. conquestus. de usu. & pro tali usu licet aliquid recipere sicut pro alterius rei locatione. Verum ille non est communis, & principalis usus pecuniæ, propter quem pecunia, siue numisma inuēta est, uel inuentum. Et propter prædictas rationes philosophus. iiij Ethic. c. v. reprobat usuram ex eo, q̄ usurarij secundum acceptionem superabundant. Omnes enim isti, inquit, accipiunt, unde non oportet: & quantum non oportet: quoniam nō oportet de usu rei, qui a dominio non distinguitur, neq; de aliena industria aliquid accipere. Et .j. politic. uult, q̄ illa acquisitio pecunię per usuram, qua pecunia parit pecuniam est præter naturam: & ita contra ius naturale. ¶ Sed di. Nemo de beneficio suo debet reportare damnum: sed contingit damnificari mutuantem propter mutuū alteri ex charitate datum, & per consequens potest aliquid recipere ultra sortem: sed omnis acceptio ultra sortem est usura, ideo in casu usura est licita, & per consequens non est legi naturæ cotraria. ¶ Pro solutione notandum: q̄ usura quandoque capitur multum largē pro omni acceptione ultra sortē in mutuo: & sic non omnis usura est illicita: quia non contra quamlibet talem acceptionem militant rationes suprapositę. Et ita accipit usuram Alex. de Hales. q. allegata memb. j. ubi dicit, q̄ recipere præter sortem est usura. Habetur sententialiter in glo. c. conquestus. de usu. Et consequenter ponit quatuor casus, in quibus usura est permissa: hos autem casus. Sco. clarius summat: & ad duos generales reducit. Unde ait. Excipiuntur in mutuo duo casus in genere. Quandoq;. n. potest aliquis licitē ultra capitale accipere ex pacto: quandoq; non ex pacto. Et primum tripliciter. Primō ratione pœnę cōuentionalis: dūmtamē nō fiat in fraudem usurarum. Verbi gratia. Si alicui mutuo pecuniam ad certum terminum, possum adijcere pœnam pecuniariam, quam soluet, si in termino nō solueris: quia possum indemnitati meæ consulere: & dilatio solutionis ultra terminum est mihi damnosa: ut pono. Possum ergo adijcere pęnam, metu cuius terminum solutionis non transgrediatur: & pęnam si incidit licitē possum exigere, & recipere. ¶ Et dicitur notanter, dum non in fraudem fiat usurarum: quia si in fraudem usurarum pœnam adijcit: usura-

[Marginalia: pecunia quot usus habet. — E Nemo debñficio suo reporta re damnum debet. — Casus, i quibus licet recipere aliquid præter sortem.]

usurarius est. Præsumitur autem in fraudem adiecisse: si magis uellet debitorem terminum transgredi, ut pœnã acciperet: q̃ ut in termino solueret sine pœna. Itẽ si uerisimiliter tempore mutuationis puta bat se in termino non soluturum. Itẽ dũ immoderata pęna apponitur, quæ excedit interesse. Quando uero ad hoc pęnã adiicit: ut in termino, quod mutuauit, accipiat non desiderans, aut sperans lucrũ ex pęna: in hoc casu recipiendo pęnam, & exigendo usuram nõ cõmittit: quia licet recipit ultra sortem: nõ tamen principaliter intentione lucri: etiam si pęna excederit interesse. Neq; recipiẽdo peccat, nisi forte debitor propter impotentiam: aut præter suam culpam nõ posset soluere in termino: nam ubi non est culpa: non debet esse pęna.

F ¶ Secũdo potest recipere ultra sortem ratione interesse: debitor .n. ex cuius solutione creditor notabiliter damnificatur: tenetur de iustitia satisfacere creditori de interesse: & hoc in foro conscientię etiam si creditor non posset contra eũ habere actionẽ in foro exteriori: quia deficiũt pacta, uel iuramenta. ¶ Sed hic aduertendũ secundũ Panor. in c. conquestus. de usu. q interesse consistit non solum in dãno habito: sed etiã in lucro cessante: dũmodo lucrũ cessans esset in actu, uel quasi in actu: hoc est q probabiliter fuisset: quia sic dicitur esse, quod aliquo modo est: secus si solum esset in possibilitate: quia sic dicitur potius non esse.

Vnde patet: quia si quis non soluit creditori solito mercari in termino debito: tenetur ei ad lucrum cessans iudicio bonorũ mercatorũ. Et ideo talis creditor licitẽ recipit ultra sortem: non tanquã lucrũ mutui: sed pro suo interesse. ¶ Idẽ de illo, qui uolebat negotiari, uel possessionẽ emere: q licitẽ põt recipere ultra sortẽ tãtũ, quantũ lucratus fuisset uerisimiliter: uel habuisset de fructibus possessionis, aut alterius rei: dũmodo quinq; cõcurrunt. *Licet recipere ultra sortẽ ratione interesse.* Primõ: q cõputet pericula, & expẽsas: quia lucrũ intelligitur deductis periculis, laboribus, & expensis. Secundõ: q non sit eius intentio lucrãdi per hãc uiam principaliter: sed potius p mercantiã, uel emptionem. Tertiõ: q nõ cõtrahat pactũ ad semper: sed ad aliqd tempus: quia alias quoad iudiciũ humanũ uideretur: q potius uellet lucrari illo mõ, q̃ per aliã uiam. *Quãdo liceat.* Quartõ: q ille, cui mutuat, non sit in tam arcta necessitate: & creditori in tali opulentia, q et teneaẽ gratis mutuare: quod qñ sit, uidet infra in dubijs. Quintõ: q illud, qd accipit, sit uere interesse suũ, aut probabiliter: & q interesse recipiat, & nõ pro lucro: aliter esset usura. Sic dicendum est (ut recitat Ange. de usura in summa secundũ Inno. & Ray.) de illo, qui merces uolens deferre ad aliũ locũ: q licitẽ plus accipit quã tũ ęstimatur lucrũ, quod habuisset, si pręfata concurrãt. Et hoc si præciũ statim soluitur: ut pro cõcordia opin. loquitur Ioãn. an. si .n. nõ statim soluitur non licet. Et secũdũ hoc concordaẽ secũdum Ioãn. an. opi. Hosti. tenentis oppositũ, & dicentis: q opinio Inno. & Ray. multos duxit ad infernũ. Nã Inno. & Ray. intelligendi sunt, quando preciũ statim soluitur. Hosti. quando non statim soluitur: licet quidam dicant: etiam si preciũ nõ statim soluitur: licet: & hoc quando probabiliter est certũ, q lucratus fuisset. Et dicũt Hosti. locutũ fuisse psumptiuẽ: sed quando certũ est, q nulla fraus interuenit, licet quia pręsumptio cedit ueritati. ¶ Quod uero beatus Tho. ubi sup. dicit in solutione primæ rationis articuli secundi recompẽsationem damni, quod consideratur in hoc, q de pecunia non lucratur: nõ põt deducere in pactũ: quia non debet uẽdere id, quod nõdũ habet: & põt impediri multipliciter ab habẽdo: intelligendũ est: quando prędicta quinq; non concurrunt: illis .n. concurrentibus non potest impediri: & ita cessat ratio sua: nam statim præmisit, q potest in pactũ deducere dãni, per quod subtrahiẽ sibi aliquid, quod debet habere. ¶ Ad hoc mẽbrũ reduciẽ, quod ponit Alex in secũdo, & tertio casibus: puta si fideiussor soluit creditori usuras; põt eas petere a debitore, pro quo fideiusserat: quia non est usura quantũ ad fideiussorẽ: sed interesse: quia non est lucrum: sed uitatio dãni. Nã omne dãnum, qd sustinet fideiussor

occasione debiti, pro quo fideiussit: debet sibi compensare debitor; ut indénis seruet de fideiusso. Similiter si creditor ratione moræ solutionis in termino statuto cogitur accipere pecuniã ad usurã propter negotia sua tractanda: tenetur debitor soluere usuram cũ pecunia mutuata: si creditor dedit usurã, aut eũ liberare ab usurario, si nondũ dedit: qđ uerũ est, si creditor dixit debitori: ꝙ erat ei necesse recipere sub usuris, & si non potuit inuenire mutuum, nisi sub usuris.

G ¶ Tertiò, pôt mutuans recipere ultra sortem ratione dubij: quando .s. utrũq; tã capitale, quã illud superfluũ ponitur sub incerto. Exemplũ. Emens rem pro minori precio, quã ualet tempore emptionis, recepturus eam ex pacto posteriori tempore, quo uerisimiliter plus, uel minus ualere pôt, non erit usura: si casus acciderit: ꝙ tempore receptionis plus ualeret: quia tam emptor, quã uenditor æqualiter tam cõmodum, quã incommodũ ex dilatione expectat: secus si illo tẽpore accepturus esset, quando uerisimiliter multò plus ualebit, & nõ minus nisi in modico: tunc.n. esset usura, aut æstimatio in fraudẽ usurarũ: nã nũc emens dat pecuniã minorẽ, recepturus uerisimiliter ob tẽporis dilatione maiorẽ ualorẽ: & quis non sit mutuũ: pôt tamẽ resolui in mutuũ. Perinde .n. est, si nunc mutuaret pecuniam: & cum pacto reciperet in termino solutionis rem pro mutuata pecunia plus ualentẽ: & ita lucrum: cum plus recipit, quã pecuniam mutuatã. ut uult Panor. in c. nauiganti. de usuris. Vnde ait. Quantũ ad formam cõtractus nõ est usura: sed quoad intentionẽ deprauatam est usura: quia proinde ius fingit: ac si illam pecuniam mutuaret illi uenditori, ut reciperet illud lucrũ: quod est ultra

Ratione dubij licet recipere ultra sortem.

H uerã æstimationem rei. ¶ Et quoniã incidit casus, quo in uẽditione, uel merx, uel precium non est in prompto: sed alterum expectatur: ideo additur hic resolutio in talibus Scoti ubi supra. Vnde ponit duas regulas. Prima: ꝙ commutans non cõmutet, uel uendat tempus: quia tempus non est suum. Secunda, ꝙ non ponat se in tuto de lucrando: & illum cũ quo cõmutat de dãno. de tuto semper, uel in pluribus. Ex istis regulis resolui possunt plures casus. Vnus dicatur festũ natiuitatis domini .a. & festũ beati Ioan. baptistæ .b. Aliquis commutans tradit rẽ suam alteri in .a. expectans solutionem in .b. aut ergo erat rem suam tunc uenditurus, uel non: sed in .b. Si in .a. uel determinat nunc precium secũdum ꝙ currit tempus pro a. & tunc facit misericordiam supplens indigentiam proximi, antequã teneatur illam supplere, expectando solutionem eius usq; in .b. Aut determinat precium maius, quã sit iustũ pro a. & tunc est usurarius: quia uendit tempus contra primã regulã: ut patet in c. consuluit. de usuris. ubi usurarius censetur, qui merces suas longè maiori precio distrahit: si ad solutionem faciendã prolixioris tẽporis dilatio prorogetur: quã si ei in continenti precium persolu atur. Si aũt nõ esset modo uenditurus: sed alias: quãdo uidetur: ꝙ secundũ cursum tẽporis plus posset lucrari: aut ergo nunc ponit certũ preciũ: aut nõ: sed dimittit certificationẽ precij pendere ex aliquo futuro. Si primũ: aut ponit ꝑciũ, secundũ ꝙ res nunc ualet: & tũc non est dubiũ; quin faciat misericordiã magnã. Si uero ponit preciũ maius, q̃ nũc ualet; tñ nõ ita moderatũ, quin tp̃e solutionis uerisimiliter quãdoq; plus, qñq; minus ualer res uendita: excusatur propter dubiũ: quia contra nullam regularũ ꝑdictarum facit; & hoc sic patet per c. nauigãti. eodẽ titu. §. ratione. & c. in ciuitate. ubi ponitur casus iste. Quod autem in fine eiusdem c. dicitur. Ciues tui saluti suę bene cõsulerẽt, si a tali cõtractu cessarent: cũ cogitationes hominũ oporẽ ti nequeũt occultari. Consilij est nõ necessariũ pręceptũ, ut patet ex forma uerborum. Si aũt determinationem precij ex ualore futuro illius rei pendere relinquat: aut ergo pro tempore determinato ipsius solutionis: uel alio, in quo nõ consueuit regulariter plus ualere, quam quando dat rem suam: & tunc misericordiã facit: utputa cõcedendo dat rem suã tanto precio, quantum ualebit in .b. uel in aliquo tempore circa .b. cum tñ res il

Regula.
Duæ regulæ sen uãdę in uẽditio

ne ad terminum.

ha cõiter cõsueuit cariorem esse in b. ꝙ in aliquo tpe precedente. Si aũt uelit precium determinari pro tempore indeterminato hoc modo: ut ponat se in tuto lucri, ut in pluribus: & aliũ in damno: ut gratia exempli dicendo: uolo, ut soluas mihi tantum, quantũ ualet in quocũq; tempore usq; ad b. qñ carius uendetur: usura est: quia facit cõtra secundã regulã ponẽs se in tuto, ut in pluribus quoad lucrum: & illum, cũ quo tractat, in damno, ut in pluribus: habẽs pro se illud, qđ euenit, ut in pluribus: & contra se illud, quod euenit in paucioribus. Hęc Scot.

I ¶ Notandũ tñ, ꝙ si uendens erat seruaturus rem suã usq; in b. & ponit nunc precium secundum ꝙ ualitura est in b. cum oleum, uinum, frumentum & huiusmodi seruata decrescũt: illud, qđ decrescit, nõ poterit sine usura uẽdere. ¶ Item si oportet necessariò pro eorum cõseruatione usq; ad b. aliquas expensas facere: cum tradendo rem liberatur ab expensis huiusmodi: si ipsas nõ detraheret a precio, quod ualebit in b. esset usura. Hęc Ange. ¶ Similiter mutuans rem aliquam cum pacto, ꝙ eadem res in specie numero, pondere & mensura in certo termino restituatur: licet in termino restitutionis plus ualeat, & sic recipiat ultra sortem: non tamen est usurarius: si uerisimiliter dubitatur utrum tempore solutionis plus, uel minus ualeat: quia sicut creditor eam recipere tenetur, si uilior esset facta quoad æstimationem: sic non peccabit recipiẽdo preciosiorem quoad æstimationem: quia non est necesse, ꝙ res sit ejusdem ęstimationis, licet requiratur, ꝙ sit euidẽ bonitatis qualitate intrinseca: quod intelligo quantum ad speciem. ¶ Si autem uerisimile est: ꝙ tempore solutionis erit preciosior: & tunc si creditor erat seruaturus, & non aufert libertatẽ debitori liberandi se infra terminum, quando uelit: sic licet. Si autem non erat seruaturus: sed interim cõsumpturus: sic est usura. Similiter quando aufert libertatem debitori liberandi se infra terminum: quamuis esset seruaturus: erit usura. Hæc Ange. ¶ Simile uidetur: ꝙ si quis habens uinum, uel granum uetus minus ualens mutuat cũ pacto: ut recipiat nouum, sperans uerisimiliter nouum melius futurum ex qualitatibus aeris: usurarius est: sed si est dubius, propter dubium excusatur: patet ex regulis suprapositis. ¶ Sed dices: quid si quis indigens blado petit mutuõ grana uetera promittens soluere in messe futura, dando noua: & est uerisimile, & pene in dubium, quin erunt meliora s licet forte non cariora. Aesti mo, ꝙ securus esset in conscientia si tempore messis reciperet noua tante ęstimationis: quante essent uetera recepta: si tempore solutionis uenderentur. Gratia exempli: tempore solutionis noua ualent decem: uetera sex: si tunc noua tantæ æstimationis darentur, quantę emerentur pro sex: ęqua, & iusta esset solutio: alioquin si recipit frumentum eiusdem mensuræ: recipit ultra sortem: & dubium non excusat: uide Ranor. in cap. nauiganti. eo. titu. ¶ Ad idem etiã reducitur casus, in quo recipitur ultra sortem ratione periculi: per quod super abundantia super sortem potest cõpensari: res enim extra periculum existentes plus ualent: quã res eiusdem speciei in periculo. & hæc recõpensatio reducitur ad naturam rei, quæ propter periculum ęstimatur plus, uel minus ualere: & sic excusat ab usura. Exemplum: mutuaui tibi plaustrum uini tempore pacis, ubi nullum erat periculum. Restituis mihi tempore bellorum plaustrum cum dimidio propter periculum perditionis, & spoliationis uini: non est usura: si ęstimatio periculi ascendit ad medium plaustrum: nec obstat casu: cap. nauiganti. de usuris. ubi dicitur. Nauiganti, uel eunti ad nundinas certam mutuans pecuniæ quantitatem: eo ꝙ suscipit in se periculum recepturus aliquid ultra sortem; usurarius est censendus: quia talis mutuans non uult mutuare nisi cum tali pacto susceptionis periculi: & propterea grauat debitorem in recipiendo aliquid plus ex mutuo. Si autem quis mere liberaliter mutuaret: deinde post mutuum ad instantiam debitoris susciperet

Marginalia (left): Si quis mutuat res, ut recipiat in termino, in quo plus ualet.

Marginalia (right): K Quid & emẽtib᷑ blada in herba, & uinũ in uite.

in se periculū, quod dicitur assecuratio: licitè posset aliquid lucri suscipere sine usura. Et est ratio diuersitatis: quia receptum in primo casu ultra sortem directè concernit mutuū, in quo omnis superabūdantia prohibetur. Sed in secūdo casu nō sic: quia nō propter mutuū: sed propter factum, .s. securitatem. Et licet accipere aliquid pro assecuratione secūdū oēs: ergo mutuū, quod primus fecit: non facit eum peioris cōditionis: & ideo siue mutuū dederit, siue nō: pōt licitè aliquid recipere, quādo periculū alicuius rei in se suscipit nō propter mutuū; sed ad instantiam debitoris. Si uero propter mutuū cogit debitorem, ut cū periculo ei daret causa alicuius lucri: tūc esset usurā: & hoc locū habet nedū in periculo maris: sed in quocunq; alio. Hęc

Regula. Ange. ¶ Vnde pro regula habendū: φ si mutuum fit principaliter spe habendi ultra sortē: nullum periculū pōt excusare: quin sit usura talis contractus. Si uero mutuū fit liberaliter, & post propter periculū aliquid accipitur: excusatur. ¶ Ex eodem patet, φ est usurarius cōtractus; dum emitur bladū in herba adhuc crescens: uel uinū in uite antequā sunt matura, minus quā ualeant, cum matura erunt propter precium statim datum. Si uero minus emitur: quia non plus ualet sub tali qualitate propter periculum, cui subiacent: sic licitus est contractus. Et hoc uerum: quando emitur determinatè, .s. frumentum illius agri in herba: aut uinum illius uineę: secus si emeretur in genere bladum alicuius agri in tali campo: ut electio staret in emente post maturitatem: sic enim potior esset conditio ementis, & peior uendentis.

L ¶ Hęc in casibus, quibus aliquid accipitur ultra sortem ex pacto. Si uero ultra sortem offertur gratuitò sine pacto præuio: & hoc sic, quando dans liberaliter dat sciens se non teneri, nec credit creditorem hoc exigere: & recipiens recipit liberaliter, non tanquam precium, sine lucrum ex mutuo: non erit usura.

Quid si creditor aliquid gratuitò offert, & sic recipitur.

¶ Sunt & alij casus, in quibus licet mutuanti aliquid recipere ultra sortem, de quibus; quia rarius contingunt: longum esset tractare per singula. In omnibus his licet Alexand. dicat usuram permissam: non tamen est usura propriè dicta: prout supra diffinita est: sed quandoq; quędam apparentia minus consideranti: ut idem ostendit: quę potest dici usura largo uocabulo. Sed accipiendo usuram propriè; nunquam est permissa: immo nec dispensari potest: cum sit contra legem naturæ, quæ est indispensabilis: ut habetur in cap. super eo. eodem titu. ubi dicitur. Cum usurarum crimē utriusq; testamenti pagina detestetur: su per hoc dispensationem aliquam posse fieri non uidemus: quia cum scriptura sacra prohibeat pro alterius uita mentiri: multò magis prohibendus est quis, ne etiam pro redimenda uita captiui usurarum crimine inuoluatur. Nec huic contrarium est, quod Amb. dicit in cap. ab illo xiiii. quæst. iiij. Ab illo (inquit) exige usuram, cui meritò nocere desideras, cui iure interficiuntur arma. Huic legitimè auferuntur usurę, quē bello uincere non potes. Ab hoc usurā exige, quem nō sit crimen occidere. Sine ferro dimicat, qui usuras flagitat. Sine gladio se de hoste uindicat, qui fuerit usurarius exactor inimici. Ergo ubi ius belli, ibi ius usuræ. Hęc ibi. Nā ut recitat Alex. par. iii. q. lxvi. dicunt magistri, φ illa auctoritas non est beati Ambr. sed Ambrosij adoperti cuiusdam hæretici, qui sub specie beati Ambrosij multa falsa dixit. Vel hoc dicit, exponatur, φ licet usuras capere a paganis, qui terram nostram possident. Glos. eiusdem capituli ponit duas solutiones. Vna: φ intelligendus est textus negatiuè: ab illo &c. idest a nullo sicut nulli nocere debes: nullum occidere. Alia: ab illis possumus usuram capere, & petere, quorum bona omnia licitè possumus auferre: & quibuscunq; insidijs eis possumus nocere: unde si quis habet, quæ ego iustè etiam per insidias tollere possum: ut In bello iusto xxiij. quæst. ij. dominus. possum etiam illa tollere per usuram: non tamen propriè est usura, quod in hoc casu ultra sortem accipitur: quia nō accipitur, ut lucrum mutui:

Qūo ab inimicis liceat usuram capere.

tui: sed ut res alias sibi debita. Sicut etiã supra dictum est, q possum dare mutuũ, & paciscenut alias mihi debita cum sorte restituat. ¶ Et hoc puto uerum: quando cauetur scandalum proximi: quia in eodem casu possem furari, & rapere bona hostium: licet non esset proprie furtum, neq; rapina: quia non contrectatio rei alienæ: sed rei mihi debitæ. ¶ Ex his satis patet, quomodo usura est contra legem naturalem: quia contra iustitiam distributiuam. Est etiam contra legem diuinam in utroq; testamẽto prohibita. In ueteri in pluribus locis. Nã Ezech. xviii. usura numeratur inter illa detestanda crimina æterna morte puniẽda. Vnde numeratis multis grauibus sceleribus subiungitur. Ad usuram non accommodauerit: & amplius non acceperit. Et sequitur quærendo. Nũquid uiuet. Et respondet. Non uiuet. Cum uniuersa hæc detestanda fecerit morte morietur: sanguis eius in ipso erit. Item Psalmus. liiii. Vidi iniquitatem, & contradictionem in ciuitate. Sequitur. Et non defecit de plateis eius usura, & dolus. Et Psalmus xiiii. Quis habitabit in tabernaculo tuo. Sequitur. Qui pecuniam suam non dedit ad usuram. ¶ In nouo testamento dicit dominus Lucæ vi. Mutuum date nihil inde sperantes. Est etiam prohibita lege humana, ut patet extra de usuris. per totum. & xiiii. q. iii. iiii. & v. ¶ Sed contra dicta argui potest primo: quia usura est licita: & per consequens non contra legem naturæ. Consequentia nota. Antecedens probatur. Tum quia quilibet re sua uti potest prout uult: alioquin nõ esset sua: & ideo recipiens mutuum, potest sua sponte dare ad usuram: & mutuans potest sub illa conditione dare: quia etiam res mutuata manet mutuanti quantum ad ualorem. Tum quia quilibet potest re sua uti ad utilitatem suã & proximi: sic enim utendo non agit cõtra charitatem: sed date usuram moderatam confert mutuanti: manifestũ est. Confert & danti: quia per hoc cauet damna sua: aut acquirit, seu lucratur multo plus, quam exposuit ultra sortem. Tum quia cuilibet licet se seruare in contractu indemnem: sed mutuans priuat se usu pecuniæ suæ mutuatæ, per quã posset lucrari: & potest dãnum illud priuationis lucri recuperare aliquid recipiẽdo ultra sortem. Tum quia dominus rei potest rem suam date ante, & post mutuum ei, qui sibi mutuat: ergo etiam cũ mutuat. Quodcunq; autem potest quis licite facere: potest etiam ad illud faciẽdum se obligare: potest ergo se obligare ad dandum mutuanti sibi rem aliquam ultra sortem: similiter & debitum gratitudinis potest ad pactum redigi. Tum quia homicidium est maius peccatũ, quã usura: & tamen in casu licet occidere: ergo in casu licet ad usuram dare. Tum quia prætermittere consilium non obligat ad peccatum: sed non sperare aliquid ex mutuo est consilium: ponitur enim inter consilium: ergo. ¶ Ad illam rationem respondetur negando antecedens. Et ad primam eius probationẽ dicendum, q quilibet potest re sua uti: uerum est domino rei non inuito. Cum autem est dominus rei duplex, proximus & remotus. i. legislator, nullus potest re sua uti contra uoluntatem legislatoris. Et cum additur probando: alioquin res non esset sua. Dicendum: q nulla res est simpliciter sui domini proximi: immo res quælibet magis est domini remoti, q proximi: est enim proximi propter dispositionem domini remoti: ut patet supra eadem distinct. quæst. ii. Dicitur autem esse domini proximi, pro quanto ea uti potest licite hoc est domino superiore non prohibente: & ideo nullus ita sibi appropriat rem, ut ea licitè possit uti contra deum: solus deus sic dominus est omnium, ut licite possit uti omnibus pro sua uoluntate: eo q non habet superiore. Et sicut nullus potest dare rẽ suã contra uoluntatem domini superioris: ita nec quis põt recipere aliquid contrã uoluntatem domini recipere prohibentis. Quod notãter dicitur: q aquandoq; prohibetur receptio, & non datio: ut in non habentibus propria: quandoq; ecõuerso ut in usura: ubi receptio usuræ prohibita est, & non datio usuræ: ut

Marginalia: Nota. — Vsura cõtra legẽ diuinam. — Replica. — M Dñs inferior põt re sua uti nõ quocũq; uoluerit. — Rñsio ad 1. — Quõ res sua dicitur.

Ad 2. quo infra dicetur in dubiis &c. ¶ Per hoc ad secundam probationem antecedentis dicitur, ꝙ non licet uti re sua: neq; ad suam: neq; ad proximi utilitatem temporalem contra uoluntatem superioris domini: quia sic utendo agit contra charitatem superioris, & ueri domini.

Ad 3. ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ licet se seruare indemnem, non quomodocunq;: sed licitè, & honestè. Mutuans itaq; ad usuram potest se seruare indemnem, non mutuando: neq; cogitur necessariò mutuare extra casum necessitatis: in quo tenetur gratis mutuare: sicut etiam tenetur in necessitate gratis dare. Cum ergo non tenetur facere misericordiã: omittat, aut licitè faciat: quomodo aũt, & quando liceat aliquid recipere in recuperationem damni sup. dictũ est.

Ad 4. ¶ Ad quartũ dicendũ: ꝙ dominus rei eo modo, quo potuit dare ante mutuũ, potest etiam dare post, & in recipiendo mutuũ: nunquam autem potuit dare licitè intentione, mutui sed gratuitò: & sic nunquã licuit intentione mutui recipere: potest autem recipere, ut munus gratuitum: si intentio fuerit pura. Et quia facilè mutatur intentio post mutuũ, periculosius est recipere post, quã ante: potest tamen si manet intentio pura. Nec uidetur inconueniens posse ut donũ gratitudinis, eo modo, quo debitum est, deducere in pactum: si tamen donũ gratitudinis, siue gratuitum dicitur, quòd ex sola uoluntatis liberalitate procedit nullo interueniente pacto: ut sic distinguatur a debito: tunc pactum interuenire non potest: q͞a repugnat tali dono: & si interuenit, iam non erit donum gratuitum.

Ad 5. ¶ Ad quintum de homicidio uidetur sentire Alex. par. iii. q. lxvi. memb. iii. ꝙ in nullo casu licet recipere usuram: nec in hoc deus dispensare potest. Rationem assignas: quia homicidium peccatum est, & malum in se: sed non secundũ se. Usura autem est malum in se, & secundum se: quod si sic intelligitur: ꝙ homicidiũ nõ est malũ secundũ se .i. in ratione termini nõ includit malũ: sed dicit simpliciter occisionem hominis nõ cõnotando an iuste fiat, uel iniuste. Usura aũt in sua ratione propria includit iniustitiã: quia est recipere rẽ alienã manẽtẽ alienã inuito dño: sic recipere usurã stante hoc quid nominis termini simpliciter iniustũ est: quia diuinæ uoluntati contrariũ. Nec potest deus dispensare, ut recipiatur usura licitè in sensu composito: attamen si de sua absoluta potẽtia cõcederet alicui recipere ultra sortẽ ex mutuo: iã nõ reciperet alienũ: nam recipiendo faceret suũ: nec inuito dño: quia superiore dño iubente, uel cõsentiente: & sic non esset usura. Sicut spoliatio Aegipti per Iudæos non fuit furtum: quia nõ fuit factũ dño superiore inuito: nec sic spoliando receperunt rem alienam: sed rem suã a uero domino rei eis datã. Non .n. uideo: ꝙ dominus deus, in cuius ditione omnia posita sunt, non possit rem cuiuscunq; ab eo auferre: & alteri, cui uoluerit dare: & modis, quibus uoluerit. Si ergo uellet: ꝙ mutuans ultra sortem tantum de rebus mutuati reciperet: iam res illas mutuati daret mutuanti: & ideo recipiendo illa reciperet res suas non alienas: nec inuito domino: sed domino cõcedente. ¶ Si uero uerba Alex. alium habent intellectum, detur ille: quia nõ aperit expressè mentem suam.

Q͞uo homicidium dispẽsabile est, & non usura.

Ad 6. ¶ Ad ultimum dicitur breuiter secũdũ sanctum Tho. ubi sup. art. j. in his uerbis dñi Luc. vi. Mutuũ date nihil inde sperãtes: duo includuntur. Unum est consilij .s. mutuũ date. Ad hoc enim non obligamur extra casum necessitatis: sicut nec ad dãdum gratis. Secundũ est præceptũ: nihil inde sperantes. Unde licet non teneamur mutuare proximo: tamen si misericordiã facere uolumus: tenemur nihil inde sperare. Et quoniã illa duo cõnexa sunt in eodẽ sermonis contextu: cõsiliũ, & præceptum: potest dici: ꝙ ponitur inter consilia ratione primi: & non ratione secundi. Ponit etiã sanctus Tho. alias solutiones: sed illa sufficit.

Replica. Quõ usura nõ sit cõtra legẽ diuinam.

¶ Sed adhuc replicares contra hoc, ꝙ usura est contra legem diuinam, & humanam. Nam lex diuina licet prohibeat usuram accipere a fratribus: concedit tamen, ꝙ accipiatur ab alienis. Unde dicitur Deut. xxiij. Non fœnerabis fratri tuo ad usu-

ram pecuniam: nec fruges, nec quamlibet aliã rem: sed alieno: fratri autem tuo absq; usura id, quo indiget, commodabis. Nec solum conceditur: sed etiam in præmium promittitur. unde Deut. xv. Fenerabis gentibus multis: & ipse a nullo accipies mutuum. Vnde si mala esset, non promitteretur in præmio obseruãtibus legem: nec esset benedictio, sed maledictio. ¶ Item q̃ non sit contra legem humanam. Iustinianus enim permittit usuram centesimam, & quadragesimam. ¶ Ad illam respondet Alex. par. iij. q. xxxvi. & lvi. q̃ usura non fuit licita Iudæis respectu quorumcũq;; sed permissa respectu alienorum, sicut libellus repudij: peccabant ergo mortaliter fænerando alieno. Sed permissum est eis duplici ratione. Prima: quia permissum fuit eis minus peccatum: ne facerẽt maius fenerando fratribus. Secunda: quia rudes erant, & duræ ceruicis: unde paulatim ducendi erant ad perfectionem. Concordat Thom. ponens, & aliã rationẽ dicẽs: q̃ cũ oẽs homines sunt fratres, & proximi: ut patet ex parabola Lucę x. in eo, q̃ prohibitum est fenerari proximo prohibitũ est fenerari omni homini. Verum quia in textu fit discretio fratrum ab alienis: innuitur, q̃ aliqui sint alieni, qui non sunt fratres, ut ibi accipitur: accipitur enim pro hominibus eiusdem ritus, & generis: ideo prima solutio melior. ¶ Verum Sco. dist. xxxiij. lib. iiij. de libello repudij ponit opin. secundũ quã libellus repudij non solũ fuit permissus: sed etiam concessus: & pro illo tempore licitus. quę si uera esset: similiter in proposito dici posset: q̃ pro tempore legis licitum erat ex diuina dispensatione: sed pro lege euãgelica a domino reducta est ad naturalem rectitudinem, & perfectionem. Ideo ibi uniuersaliter prohibita quantũ ad effectũ, & quãtũ ad affectum. ¶ De eo, q̃ & in præmium promissum est. Respondet Tho. q̃ ibi fenerabis, accipitur impropriè pro mutuabis: cui satis quod sequitur, fauet. Nam additur: & ipse a nullo accipies mutuum. ubi pro fenore ponitur mutuum. ¶ Aliter dicit Alexand.

Qũo intelligitur illud nõ fenerabis.

q̃ ibi ponitur consequens pro antecedente: nam fenus sequitur abundantiã. Non .n. potest fenerari nisi abundans: ponitur ergo fœnerabis, pro abundabis. Est .n. sensus: tantã habebis abũdantiã: q̃ poteris multis gentibus (si uolueris) fenerari. Promittit ergo lex abũdantiam suis obseruatoribus .i. fenerationem. ¶ Ad illud de Iustiniano dicendũ; q̃ permisit, non concessit: permisit autem leues usuras, ut retraheret a grauioribus, ad quas uiderat populum inclinatum. Hinc & Ioannes Gerson in tractatu de contractibus dicit. Vsurarius contractus sicut in antiqua lege toleratus est: ita posset in noua permitti sub certis modificationibus. Non quidem ut esset licitus: sed ne deterius eueniret: addit exemplum de libello repudij: de meretricio, quæ tolerabantur: non approbando factum: sed nõ puniendo. De libello repudij, infra uidebitur distinct. xxxiii. ¶ Tertiò notandum, q̃ de hoc: utrum in usura transferatur dominium eius, quod ultra sortem accipitur: sunt opiniones contrariæ. Vna est, q̃ sic: quia illud, quod ultra sortem accipit usurarius, traditur ei a domino rei uoluntariè: & ita transit dominium eius tradente in usurarium, cui traditur. Et licet sit uoluntas aliquo modo coacta, seu conditionata: quia uellet non tradere, si alio modo posset pecuniam habere: est tamen uolens simpliciter: & ideo tradit traditione, quę sufficit ad translationem dominij: alioquin emẽs ex aliqua necessitate non transferret dominium precij in uendentem: & hanc opinionem tenet glos. xiiii. quæst. iiii. si quis usuram. Et huic opin. uidetur consentire Sco. In iiij. distinct. xv. quęst. ij. Alia est opin. Alexand. de Hal. par. iij. quęst. xxxvi. & quęst. lxvi. membro iij. & iiij. Cuius ratio est: quia licet recipiens mutuum ad usuram: uoluntariè det aliquid ultra sortẽ: non tamen trãsfertur dominium: quia traditio illa est contra uoluntatem superioris domini prohibentis sic dare. Et plus iuris in re habet dominus superior, quã dñs immediatus. Et quoniã deus, qui est uerus, &

Not. 3. O De dominio in usura utrum transferatur.

superior dominus omniũ prohibet istã translationem: ergo cõtra eius prohibitionem non potest transferri dominiũ: ut patet ex supradictis q. ii. huius dist. Et per hoc dicit Alexand. membro iii. q. lxvi. & q. xxxvi. memb. iiii. art. ii. q usurarius accipiẽdo aliquid ultra sortem semper tenet rem alienam, ut suam manentem alienam: quod est contra ius naturale, & malum in se, & secundũ se. Exemplificat de eo, qui sciẽter cognoscit uxorem alienam, manentem alienam. Cum ergo usurarius sic cõtrectat rem alienã ut suã, manentẽ alienã inuito dño: ideo non põt cum eo dispẽsari, ut teneat usuram. Hunc imitatur Heinri. de Has. in tracta. de cõtrac. par. j. c. xxxvi. ostẽdẽs, q non est uoluntas usuram dãtis, q dominiũ transferatur in usurariũ. Non. n. tradendo ultra sortem, habet intentionem absoluendi usurarium ab obligatione, qua tenetur sibi, uel suis ad restitutionem. Tradit ergo id, quod est ultra sortem in potestatẽ usurarii: donec forte aliquando pœnitẽtia ductus restituat: uel deo prouidente aliunde ab eo æquiualens recipiat. Et ponit exemplum de proiiciente merces in mare necessitate periculi compulso: licet is uolens id faciat: non tamen cedit proprietati rerũ proiectarum. Vnde si deueniant ad litus: aut per alium eripiantur: manent proijcienti, & non ei, qui inuenit nisi omnino pro derelictis haberentur. Huius opi. est sanctus Bonauent. præsenti dist. q. viii. siue xij. secundæ partis huius distinct. Et Oyta in suo tractatu de contractibus dub. xviii. ¶ Hanc opinionem etiam tenet Ange. in sum. cap. usura xx. §. xviii. Et probat sic: ex nuda donatione non transfertur dominium: sed oportet accedere titulum, ex quo res alterius acquiritur quoad dominiũ: sed in usura non est assignare aliquem titulum, quo uestiatur illa traditio: quia maxime titulo solutionis promissi, utputa: quia promisit tantum dare usurario: aut titulo donationis liberæ. Non primum: quia talis promissio nulla est: nec ex ea oritur aliqua obligatio: quia cum lex resistit: non oritur obligatio: etiam si alteri contrahentium tantum resisteret: ut lup. dictum est: q donatio pecuniæ fratri minori nulla est: eo q frater talis prohibitus est recipere: sed usura prohibetur utraq; lege, diuina, & humana: ut dictum est: ergo nec secundũ: quia donatio talis ut scienter indebiti non tenet, quando in re reprobata est: prohibitum autem est ne aliquid donetur, uel recipiatur ultra sortem ui mutui. Si autem donaretur simpliciter, & liberaliter: non ui mutui: sed per modum doni gratuiti, iam non esset usura: ut dictum est supra. ¶ Sed quicquid sit de eis probationibus: quia traditio alicuius ultra sortem extra casus supra expressos, fit contra uoluntatem ueri domini, & legis: ideo est nulla: & non transit per eam dominium rei traditæ. Et hæc opinio uidetur uerior. Et tantum de articulo primo huius quæstionis. ¶ Quantum ad secundum articulum est prima conclusio. Omnis usurarius tenetur ad omnium restitutionem, quæ acquisiuit per usurariam prauitatem. Conclusio prima declaratur: deinde probatur. ¶ Dicitur primò: omnis usurarius uniuersaliter, quo nullus excluditur: siue sit usurarius manifestus: puta qui mutuando lucratur cum pacto: hoc est, qui dat mutuum cum pacto, q aliquid recipiat ultra sortem. Siue sit usurarius occultus: ut qui sola spe lucri mutuat: puta quia principaliter intendit lucrum ex mutuo alias nõ mutuaturus: licet non paciscatur expresse: siue etiam illud, quod recipit, sit munus a manu: siue a lingua: siue ab obsequio alias tamen indebito. Omnes hi, & quicunq; sunt ueri usurarii secundum descriptionem supra positam: tenentur ad restitutionem omnium receptorum supra sortem. ¶ Dicitur etiam omnium acquisitorum per usurariam prauitatem, id est omnium receptorum ultra sortem ui mutui: quoniam cætera acquisita non tenetur restituere: utputa ipsum mutuum siue sortem. Neq; ea, quæ ultra sortem recepit occasione pœnæ, aut sui interesse: uel dubij, uel alia occasione rationabili su-

Artic. 2. Cõcl. 1. Omnis usurari' tã manifestus, q occult' tenetur ad rest.

pra exposita: non ratione mutui. Nam & propter horum receptionem non meretur dici usurarius. His declarationibus præmissis, probatur conclusio auct. canonis. Nā in c. cū tu. de usu. dicit Alex. iij. Qui usuras extorserint, siue ante: siue post interdictum nostrum: cogendi sunt per pœnam, quam constituimus in concilio eis, a quibus extorserunt: uel eorum hæredibus restituere: uel his nō superstitibus; pauperibus erogare: dummodo in facultatibus habeant, unde ipsis possint eas restituere: cum iuxta uerbum August. Non remittatur peccatū, nisi restituatur ablatum. Illi autem, qui non habent in facultatibus, unde usuras ualeant restituere, non debent ulla pœna mulctari: cum eos nota paupertas euidenter excuset. Hæc ibi. ¶ Vbi nota, quod licet ubi pauperes non habentes unde restituant: compelli non debeant ad restitutionem, durante paupertate: nō tamen liberantur a debito restituēdi: si quidem manent debitores. Semper enim tenetur restituere: sed non per semper: sed pro tunc cum restituere poterunt.

Declaratur conclusio, & probatur.

Quòd etiam usurarij occulti, qui sola lucrandi intentione mutuant sine pacto: teneantur ad restitutionem. habetur in c. consuluit. eo. tit. ubi de talibus dicit papa Vrbanus tertius. Huiusmodi homines pro intentione lucri, quam habent: cum omnis usura, & superabundātia prohibeatur in lege: iudicandi sunt malè agere: & ad ea quę taliter sunt accepta: restituenda in animarum iudicio efficaciter inducendi. ¶ Probatur ēt conclusio ratione: nam omnis proximū damnificans iniustè tenetur ad restitutionem damni: sed omnis usurarius dānificat proximum iniustè: quia contra legem diuinam, naturalem, & humanā: ergo. Maior patet per c. si culpa. de iniu. & dam. Minor probata est in priori articulo. ¶ Secunda conclusio. Non solum usurarij: sed etiam eorum filij, & hæredes extranei ad restitutionem usurarū, quantum se extendit hæreditas sūt cōpellendi. Patet conclusio per c. tua nos. eo. ti. Et probatur ratione: quia quicunque tenet bona malè acquisita restitutioni obligata, tenetur ea restituere. Res enim uadit cū suo onere: sed filij, & hæredes usurarij tenent bona eius, quę sunt obligata restitutioni per c. cum tu. §. possessiones. eo. ti. & glos. c. tua nos. allega. ergo. Et uera conclusio, siue succedant in crimine: siue tantū in bonis. ¶ Et nota, quod si unus hæredum efficiatur non soluendo, nihilominus alier hæredum tenetur in solidum, saltem quantū bona usurarij, quæ habet, se extendunt, ut dicit glos. c. tua nos. quia omnia bona usurarij sunt obligata. ¶ Verum hoc ultimum dubium est, & sunt opi. canonistarum contrarię: multis tenentibus; quod bona usurarij non sunt tacitè obligata: secundum quos sufficit, quod hæres restituat secundum portionis suæ ratam. Et glos. c. tua nos. ab illis negatur, eo quod nō sit iure probata. ¶ Et dicitur notanter in conclusione: quantum se extendit hæreditas: quia licet hæres in foro contentioso teneatur (si non fecit inuentariū: ut uult Hostien.) In foro tamen animæ non tenetur ultra uires hæreditatis. ¶ Vnde est regula generalis secundum Panor. in c. tua nos. de usu. In nullo casu tenetur hæres ultra uires hæreditatis. Nam lex fundata in præsumptione non ligat in foro animæ, quia in foro animæ de omnibus creditur confitenti. Nec obstat dictum doct. quod lex condita ab habente potestatem, non continens manifestum errorem, seu iniquitatem, seruari debet etiam in foro animæ: quia intelligi debet quando non cessat ratio legis in foro animæ: seu quando est eadē ratio in utroque. Verum quilquis habet res ipsas usurarias, id est ultra sortem ab usurario receptas: quia tales semper sūt obligati illis, qui ea dederunt; tenetur restituere. Sic si res illę fuerint specialiter emptæ ex pecunia usuraria huiusmodi, ut in c. cum tua de usu. §. possessiones in tex. & glos. quę etiam dicit, quod hoc speciale est in re empta ex pecunia fęnebri. Secus de alijs rebus usurarij, quæ non sunt formaliter datę pro usuris: nec ex his specialiter emptę secundum communem opi. canonistarum. Nam hæres de talibus bonis non tenetur soluere usu-

Cōcl. 2. Q Nō solū usurarij: sed etiā hęredes tenētur.

ras ultra portionem receptæ hæreditatis, quãuis suus cohæres factus est non soluendo. Sic distinguit Ange. in uerb. restitutio. j. §. xvi. Sed hæc opinio mihi multum dubia est pró eo, quod res transit cum onere: & ita recipiens hæreditatẽ tenetur ad ea, ad quæ ille, cuius hæreditatem accipit: obligatur. & hoc quantum se extendit hæreditas assecuta. Sed usurarius tenetur ad restitutionem usurarum, quandiu fuerit soluendo: non solum de rebus formaliter per usuram acquisitis: sed etiam de bonis suis iuste possessis usque ad plenam satisfactionem totius damni per usuram his, quibus mutuauit, illati. Et ideo uidetur opin. antiquorũ doc. & glos. c. tua nos. de usu. esse securior in foro conscientiæ. Et huic satis uidetur concordare tex. huius cap. dicit enim; quod filij ad restituendas usuras ea sunt districtione cogendi, qua parentes sui, si uiuerent, cogerentur: idip sum etiam contra hæredes extraneos credimus exercendum.

Cócl. 3. R ¶ Tertia conclusio. Non tantum usurarius; & in lucro usuræ participans, tenetur restituere per usuram acquisita: sed & cooperatores exigentibus, aut recipientibus usuram, aut restitutionem usuræ impedientibus: tenentur dantibus usuras illata compensare damna. Prima pars patet ex conclusione prima: & dictis supra. quæst. ij. huius distinct. de participantibus. Secunda pars cautẽ est attendenda. Nõ enim dicit cooperatores ad mutuandũ cum usura; sed cooperatores exigentibus, uel recipientibus usurã, aut restitutionem impedientibus: quoniam primi licet peccent mortaliter scienter cooperando ad mortale: puta ad mutuandum sub usura, idest cum intentione lucri: non tamen si ultra non progrediuntur ad exactionem usuræ &c. tenentur restituere. Quoniam nec ipse usurarius tenetur restituere usuram, priusquam accipiat: dando enim mutuum intentione lucri non dat damnum: nec occasionem efficacem damno: quia potest resilire a pacto, aut receptiõe lucri: & is cui mutuat, potest se iure defendere: ne det usuram post mutuum acceptum. Secus dũ recipit, aut recipiat, cooperatur.

Coope ratores etiã tenentur.

Coro. 1 ¶ Ex quo sequitur primo: quod nec inducẽs ad fœnerãdum consulendo aut iubẽdo, uel pecuniã mutuãdo tenetur ad restitutionem.

Coro. 2 ¶ Secũdó sequitur; quod notarij scribentes chirographos contractuum usurariorum: similiter & testes etiam se subscribentes, aut literas sigillantes: & serui pecuniam mutuandam tradentes, aut numerantes & huiusmodi licet peccent: non tñ ad restitutionẽ tenẽtur ex huiusmodi actibus: nisi forte ita notarij palliarent scribendo contractum usurariũ: quod non posset deprehendi fore usurarius: per quod dã usurarum impediretur ex quo nõ posset cõsequi restitutionẽ. Ratio oĩum illorũ est: quia nõ obligãtur cooperatores usurarij, dum principalis usurarius non obligatur: sed ut dictum est fœnerator nõ obligatur ex mutuo: ut dictum est: ergo nec cooperatores. Sed quid si post ea lapso termino recipit usuram: tunc quia tenetur ad restitutionem: nonne & cooperatores ad mutuum tunc tenebũtur. Respondetur; quod non; quia ad receptionem non dederunt occasionẽ per se nisi per accidẽs: & forte tanquã cã sine qua non, q̃ tñ non inducit per se ad dãnificandũ.

Coro. 3 ¶ Sequitur tertio: quod iudex, aduocati, procuratores, statutarij, quorum patrocinio, & fauore sciẽter usuræ in iudicio, uel extra iudicium exiguntur, uel non restituuntur, eũ repetũtur: tenẽtur ad restitutionem in solidum omniũ dãnorũ, quæ eorũ occasione passi sunt dãtes usuram. Patet: nã quilibet horum oẽ casionẽ efficacẽ dedit dãno eis, q̃ eorũ patrocinio, aut fauore cõpulsi sunt dare usuram: aut impediti, ne recuperarent datã. nec hoc solũ: sed etiã oẽs statuta condentes, quibus debitores compellãtur soluere usuras, aut solutas non repetere: aut secundum ea iudicãtes, aut huiusmodi statuta scribentes excommunicati sunt: nisi ea de libris suis (si potestatem habeant) deleant: ut de usuris cap. unico. in cle.

Iudex, & alij tenentur, cum patrocinãtur extorsioni usuræ.

Nota. ¶ Ex quo patet, in quanto periculo sunt domini, potestates, & cõitates: qui concedunt Iudæis, ut possint exercere usuras: locant eis domos, ac facientes cõuentiones cum eis super usu-

ris exercendis:& ut iudices cogāt debitores, ut soluant secundum cōuenta huiusmodi:& nō ministrēt iustitiam uolentibus repetere usuras. contra constitutionem Innocen. tertij. post miserabilē. de usu.& Grego. x. usurarū. eo. ti. lib. vj. § ¶ Sed si quæris: utrum communitates,& principes usurarios manifestos tolerare, seu permittere possint. Pro responsione notat Ange. cap. usura. ij. §. xiiij. ꝙ triplex est permissio contra legem. Prima, simplex tolerantia pęnam solum indulgens, non culpam: hoc modo permittit ecclesia prostibula propter maius malū, seu peccatum euitandum. ut dist. iiij. de niq; iuxta glo. in uerbo ueniam. Secunda pmissio est tollens impedimētum, & hoc modo ecclesia tolerat ritus Iudæorum prohibens christianos, ne eos impediant: de hoc est auctoritas beati Greg. xlv. dist. qui syncera. & de Iudæis. consuluit. Tertia permissio est præstans iuuamen: sic ecclesia permittit clericum occidi a seculari iudice iuste; dum degradat eum,& tradit curiæ seculari. ut in. c. degradatio, de pœnis. lib. vj. Prima permissio sit propter maius malum euitandū. Secunda propter bonum inde sequi speratum: ut in exemplo de Iudæorum ritibus: ut tolerando eos lucrari possimus: ut in. c. qui syncera. allega. & ut in eorum ritibus ueritas fiat nota: ut uult August. Tertia non pōt fieri nisi de eo, ꝙ licitum est: nā licitum est, ꝙ malefcia non maneāt impunita: ideo merito traditur clericus, & permittitur curiæ seculari. Item glo. super illud Psal. xviij. Ab occultis meis munda me. Quædam mala sunt nostra, quæ a nobis oriuntur, quibus nullo modo consentire debem⁹: nec directè, nec indirectè. Quędā uero sunt aliena, quæ ab aliis fiunt: & his nunquam debemus consentire directè, consensu approbationis. Aliqñ tñ licet consentire indirectè, cōsensu permissionis: sicut deus permittit aliqua mala: licet non sine rationabili causa. ¶ Et per hæc respondet Ange. primò. ꝙ principes, & communitates auctoritatem fęnerandi cōcedentes & cū Iudæis super usura cōuenientes &c. ut supra dictum est morta liter peccāt, & excōmunicati sūt: & tenētur ad restitutionē omnium usurarū ex tali cōuentione solutarum. Secdo; ꝙ nō possunt pmittere usuras. Tertiò modo permissionis præstando iuuamen usurarijs, ut fęnerentur: siue ut pacta de usura consequēda eis obseruētur: hoc. n. est directè consentire alieno malo, & ei cooperari. Tertio; ꝙ non possunt permittere usuram secundo permissionis modo: scilicet propter bonum speratum: quia nihil tale consequitur usurā, sed multa mala, ut dicitur in cap. usurarū de usu. li. vj. & experientia satis docet. Quartò, ꝙ pōt pmittere usuras primo pmissionis modo, pp maius malum uitādum. ¶ Sed hic attende, ꝙ dicitur maius malū: nam maius malum est peccatum mortale quocunq; malo temporali: ideo pro nullo temporali cauendo peccandum est mortaliter, & per hoc committenda usura. Vnde dicit Alexander tertius in c. super eo. de usu. ꝙ prohibendus est quis, ne ꝑ redimenda uita captiui usurarū crimine inuoluatur. Quid autem maius malum, quàm occidere innocētē captiuū. Vnde patet, ꝙ usura pmittenda nō est: nisi ubi maius pcccatū caueretur: ut homicidiū uel seditio populi percepta, quæ aliter caueri non possent. Permittenda autem esset dissimulando, non puniendo: nullo modo autem cooperando. Vnde ꝙ dicitur. Inter duo mala minus malum esse eligendum. xiii. dist. duo mala. intelligēdum est de malis pœnæ: non culpæ: nam dum necessitas compellit duarum pęnarum alteram incurrere: eligenda est minor: sed nunquam malum culpæ eligendum est. Cum. n. ex lege euangelica nemo est perplexus: ita ut cogatur peccare: non est dabilis casus, in quo homo necessitetur ad peccādū: cū scdm Aug. omne peccatū actuale sit uoluntarium. Nec facienda sunt mala culpę (tā mortalis, quàm uenialis) ut eueniant bona. ad Roma. iij. Vel intelligitur illa auctoritas. Inter duo mala, minus malum est eligendum; negatiuè: quia malum non cadit sub electione, idest unum malum, est minus alio malo. Sed nec publicis usurariis domus locandę sunt

Verum usurarii tolerari possint, & permitti a communitati-bus.

De triplici permissōe & tolerantia alicuius

Malum pęnę.

b, q fecere, sententia excõicationis incurrit ipso facto: ut cap. unico. de usu. li. vj. ¶ Quarta conclusio. Vsurarius nedũ usuram tenetur restituere: sed & fructus pignoris ui mutui receptos: deductis tamen expensis non superfluis, sed necessariis. Hæc conclusio expresse probatur per c. j. & ij. de usur. ubi dicit papa Alex. iii. Si quis possessionem alicuius data pecunia in pignus acceperit, si sortem suã deductis expensis de fructibus iam percepit, absolute possessionem restituat debitori. Si autem aliquid minus habet: eo recepto possessio libere ad dominum reuertatur. Idem habes. c. ii. Vnde si quis agrum, hortũ, domũ, equum inpignus accepit pro pecunia, quã mutuauit: omnem fructum, quem inde recepit: aut diligens cultor recipere potuisset: deductis necessariis expensis (ut dicit glos.) tenetur cum sorte, idest pecunia mutua computare. Si uero, quod ex fructibus recepit, minus est sorte, suppleatur: si plus, restituatur excedens: si æquale pignus libere reddatur. ¶ Et intelligenda est hæc conclusio de recipiente fructus pignoris ui mutui: pariformiter ad declarationem primæ conclusionis. Quoniã si reciperet fructus pignoris pro suo interesse: puta quia pignus iure sibi debetur: aut pro recuperatione damni passi ex dilatione solutionis: uel ratione pœnæ: non tamen in fraudem usurarum, nõ censeretur usurarius: unde & iura allegata pro conclusionis probatione excipiunt tres casus. ¶ Primus, quando pignus est eius, cui impignoratur: & ab eo iniuste ablatum: ut in c. j. de usu. Et licet loquatur de clerico: tamen similiter intelligẽdum est de laico. Eadem enim est ratio utrobiq;: non enim talis mutuans recipit fructus pignoris ui mutui: sed tãquam rem alias sibi debitam, siuerẽ suã. Casus est. Fundus aliquis fructificans, puta pomerium iniuste ablatum est, a b, qui occupat ipsum mutuo, accipit pecuniam numeratam a b, impignorans ipsi b: fundum huiusmodi in eo casu b, non tenetur ad restitutionem fructuum perceptorum: quoniam non percipit rem alienam: sed rem suam. ¶ Secundus casus est, quando fundus frugifer est fœudũ & impignoratur domino feudi. de hoc in c. conquæstus. de usu. Et hoc uerum, si feudum fit liberum, & non emptum, aut pecunia comparatum: quoniam fructus disproportionarentur seruicio. Secundò, si uasallus impignorans feudum demittitur ab omni seruicio, & obligatione feudi: quoniam si uasallus post impignorationem adhuc faceret seruiria feudi: dominus feudi fructus impignorati feudi non faceret suos. Tertiò; si feudum non sit melioratum per uasallum: quia si sic: non potest dominus fructus ex melioratione feudi prouenientes facere suos. Ratio huius casus est: quia apud dominum feudi manet dominiũ directũ & apud uasallum dominium utile cum obligatione saltem fidelitatis. Cum ergo absoluitur ab omni obligatione, fructus feudi redeunt ad dominum. ¶ Sed Heinri. de Has. in suo tracta. de contrac. parte. j. c. xxxviii. & xxxix. non iustificat hunc casum: maxime quando feudũ sub hac conditione non est concessum, q de ipsis impignorantis domino, fructus recipere possit dominus: quoniam tunc si in concessione feudi hæc conditio apposita est, potest fructus facere suos. Licet enim cuilibet ab initio rei suæ imponere onus, quodcunq; uoluerit: & qui uult recipere recipiat cum onere. Nec ratio adducta sufficit: quoniã licet dominus fœudi habeat dominium directum, & primatium in feudo quantũ ad fundum: tamen quo ad utile, non est apud dominum: sed apud uasallum: propter quod fructus feudi non sunt domini; sed uasalli. Nunc autem per impignorationem feudi domino: dominium utile non transfertur in dominũ, sicut nec in alio pignore: sed manet apud impignorantem. Et ita non plus potest dominus fœudi fructus feudi impignorati facere suos, q̃ alteri᷒ pignoris. Et ita dicũt decretales ad oppositum sonantes intelligi deberi: dum sub hac conditione feudum concessum est. Vel quando impignorans iniuste feudum tenuit: sicut laicus tenens decimas in fœudum. Et hoc dicit sentire Innocen. & plerosq; alios nabilis,

Cõcl. 4. T Vsurarius nedũ usuras, sed etiã fructus pignoris tenetur rest.

Tres casus, quibus licet recipere.

Casus. 1

Casus. 2

doct. & uidetur hæc opi. eē rationabilis & secura. Et quod dictum est de feudo, & uasallo: similiter intelligēdum est de emphiteota, & colonis bona sua suis dominis, a quibus hæc habent, impignorātibus. ¶ Sed quid si quis uendit fundum statuens terminum solutioni, an liceat recipienti fundum uenditum in pignus recipere fructus fundi usq; terminum solutionis: absq; hoc, ꝙ cōputet in sortem hunc. n. quidā ponunt pro tertio casu. ¶ De hoc sunt uarię responsiones canonistarum: dicunt quidam contractū huiusmodi esse licitum: quia cum possessio fructificet: non uidetur iustum: ꝙ emptor habeat utilitatem, & fructum rei emptæ, & uenditor non habeat utilitatē pretii: ut possit pecunia uti. Idē dicūt: si pars pcii in prōpto solueretur; & pars expectaretur: ita tamen ꝙ pro ritu soluendi precii accipiatur de fructu rei uēditæ, & non ultra: ut si medietas fuerit soluta: & altera medietas soluenda: ꝙ tunc non recipiatur nisi medietas fructuū. ¶ Sed aliud uidetur theologis: nā quicquid accipitur pro dilatione solutionis precii, ad usuram pertinet. Nam perinde est ac si acciperetur pro precii mutuati dilatione; ut patet ex dictis de usura palliata. Præterea uendita possessione, dominium eius transfertur in ementem cum periculo eius: & non est amplius uendentis. Neq; per impignorationem possession. emptæ factam uēditori redit dominium in uenditorem: sed neq; periculū: unde recipiendo fructus recipit de nō suo, nec pro alio: nisi pro dilatione solutionis precii: quare erit usura: & licet sit uenditio: potest tamen quantum ad precii dilationem resolui in mutuum, puta uendens possessionem, & post uenditionem eam recipiēs in pignus solutionis pignoris, non plus habet proprietatis in pignore post eius uenditionem, quàm si non fuisset suum. Sed si non fuisset suum: non posset recipere fructus, nisi computaret in sortem: ergo nec in casu posito: nec ratio inducta pro canonistis illis ualet. Nam iustē recipit emptor fructum rei emptæ: quia sua est. & in ipsum redundat eius periculum non minus, quam si soluisset precium eius. Non autem iustum esset, si uendens reciperet: quia reciperet de re non sua. Quòd uero uendens non utitur precio nondum soluto, est de ratione mutui: quia omnis mutuans caret re mutuata. Nec tamen pro illo potest recipere pecuniam, uel pecunia mensurabile, nisi in casu supra expresso pro releuatione damni ex mutuo passi. ¶ Verum termino solutionis lapso, si non daretur precium posset recipere fructus per modum pœnæ: si esset hæc pęna in contractu apposita. Similiter si uendens reseruaret sibi dominium possessionis uendi tę: & etiam periculum eius u q; ad solutionem eius: & hoc deduceretur in pactum tempore contractus: sic posset fructus facere suos. Sic enim dominiū rei uenditæ: & eius periculum maneret, apud uendentem: sicut dominium, & periculum precii soluendi apud ementē. Sed tunc contractus ille magis sortiretur naturā locationis, quam uenditionis: & secundum hoc possent opiniones prædictæ concordari: ut prima intelligeretur quando dominium, & periculum rei uenditæ maneret in uendente. Secunda quando transiret in ementem: & eodem mō potest intelligi glos. in cap. conquestus. de usu. Hæc est mens Antonini, & Baptistæ in summis suis, q̄ fundatur in argu. xiiij. quæst. iiij quoniā multi. ubi dicitur. Si quis est in mora soluendi: ab eo possunt recipi usuræ: nō tanquam usuræ: sed tanquam interesse. Et sequitur, & tunc petuntur usuræ iudicis officio: non iure actionis: licitē. n. potest quis agere ad hoc; ut reddatur indemnis: & ideo ubi interesse non habet locum: non potest recipere fructus. Quod si interesse locum habet, tantum potest recipere ultra sortem: quantum se extēdit interesse, puta quantum damnum ex mora passus est, & non plus. ꝙ si illud excedat fructus: potest plus accipere. Si minus: est tantum accipiat de fructibus; quantum æstimatur damnum, & nō plus casus 4.
¶ Quartus casus est: si possessio datur genero in pignus dotis numeratę: tunc usque pecunia soluatur, fructus possessio-

Margin notes: V Si i termino solutiōis non soluitur pignus ēptum. Casus. 3 — Nota. — Si possessio datur

i pignus dotis.

nis illius a genero recipi possunt sine cõputatione eorum in sortẽ: ut habetur in c. salubriter. de usu. Ratio ibi additur: cum frequenter dotis fructus non sufficiunt ad onera matrimonij supportanda. ¶ Ex quo sequitur; ꝙ si dos bene sufficit: nõ sunt recipiẽdi fructus. Similiter si onera matrimonij non supportet. Nõ enim recipiuntur fructus propter dilationem solutionis pecuniæ dotalis: sed pro suo interesse: ut onera matrimonij supportarentur. & per idem patet; ꝙ soluto matrimonio, fructus recepti post solutum matrimonium computandi sũt in sortem. Multæ aliæ sunt hic cautelæ, quas remitto ad canonistas &c. ¶ Quinta conclusio. Etsi usurarius tenetur restituere omnia lucra usuraria: non tamen generaliter per hæc tenetur restituere ea, quæ per ipsa lucra sunt non iniustè acquisita. Hæc conclusio est beati Thom. Scot. & doctorum communiter. Intelligo autem per lucra usuraria quicquid ui mutui ultra sortem acquiritur. Prima pars conclusionis manifesta est ex conclusione prima. Secundã partem probat beatus. Thom. ii. ij. quæstio. lxxviij. articu. iij. in corpore. quæst. & in solutione secundæ rationis. ¶ Pro cuius clariori intellectu notat idem doctor: & similiter Panor. ca. si. de usu. post Ioan. an. in c. quamquam. tit. lib. vj. ꝙ rerum per usuram acquisitarum, quædã non habent fructũ aliquẽ a se distinctũ: quorũ s. usus est earum consumptio: ut pecunia, blada, uinum & cætera ad pastũ hominis pertinentia: ut supra habitũ est: & de illis loquitur cõclusio. & probatur. Nam si per hęc aliquid acquiritur: ut puta si per pecuniam fęnebrẽ negotiatur, aut emit possessionem aliquã: fructus inde perceptus non est fructus lucri usurarij: id est horum ultra sortem acceptorum: sed est fructus humanæ industrię, quę per lucrum usurarium ultra negotiatur. Nec huiusmodi fructus dici possunt lucra usuraria: quia non percipiuntur præcisè ui mutui: sed ut dictum est: ex industria humana: qua negotiatus est: aut comparauit possessionẽ fructificantẽ. ¶ Præterea quilibet

Cõcl. 5

X

Nõ tenetur usurarius rest. quod de pecunia usuraria iusta negotiatiõe acquirit.

potest licitè tenere id, quod legitimè acquirit: sed interdum per huiusmodi iustè, & legitimè aliquid acquiritur: puta per iustam negotiationem, aut commutationem: ergo illud non tenetur restituere. ¶ Scotus probat idem reducendo ad impossibile: quoniam si teneretur fęnerator reddere, quæ reciperet: recipiens mutuum esset iustè usurarius: quod est impossibile: quia repugnantia terminorum. Probatur consequentia: quia recipere fructum de pecunia sua ex industria alterius prouenientem, est facere usuram: quem si iustè reciperet: iustè usuram committeret. Reciperet autem iustè, si fœnerator teneretur reddere: quia reciperet sibi debitum. ¶ Quandoque per usuram acquiritur res habens usufructum a se distinctum: ut domus, ager, hortus & huiusmodi. Et si quis aliquod horum per usuram extorsisset: non solum tenetur restituere rem ipsam: puta domũ, uel hortum: sed etiam fructus inde perceptos: quoniam fructus illi cõpræhenduntur sub lucro usurario: quia proueniunt ex re usuraria ipsi fęneratori ui mutui: & non per industriam usurarij. ¶ Item huiusmodi fructus sunt fructus rerum, quarum ipse non est dominus, sed alius: & ideo non debentur sibi: sed alteri. ¶ Et si teneretur opi. quod in usura transfertur dominium, nihilominus restituere tenetur sicut in mutuo: eo quod præceptum est ex mutuo nihil ui mutui debere recipi. ¶ Et si quis diceret contra secundam partem conclusionis. Pecunia usuraria non est fęneratoris: ergo quicquid ea lucratur, de non suo lucratur: & ita non habet maius ius in re comparata, quam in pecunia, qua comparauit. Sicut ergo pecuniam usurariam tenetur restituere: ita etiam id, quod ex ea acquisitum est. Item Roma. xj. Si radix sancta, & rami: ergo a contrario: si radix infecta, & rami: sed pecunia est radix: & acquisita per eam uelut rami: ergo. ¶ Ad primum dicitur admisso antecedente, negetur; quod ideo non habet maius ius in lucro ex pecunia, quã

Replica Y

Ex iniustè acq̃sitis põt homo iustè acqrere.

in pecunia: quia lucrū debetur industriæ negotiantis: non pecuniæ, qua negotiatur. Et ideo magis ius habet in lucro, quam in pecunia, qua lucratur. ¶ Ex quo Henricus de has. tractatu de contractibus par. j. c. xxxiiij. elicit tale corollariū: ꝙ obligatus ad restitutionem omniū, q̄ habere potest ex iniustè habitis iustè acquirere: unde a debito liberet: & ultra retineat, unde uiuere possit. Hoc enim per industriam mercationis fieri potest laborando cum pecunijs, quis iniustè tenet. ¶ Et dicit hic Sco. illud est forte, ꝙ magis inducere posset homines ad usuram: quia illud, quod de usuris lucratur, id est de pecunia per usuram acquisita: non tenentur restituere: quia suum est: quia per suam industriam acquisitum. Et uerum est dictum Scoti; quantum ad homines iniustos deum non timentes: secus de iustis deum temporalibus lucris præponentes. ¶ Ad secundum dicitur, ꝙ uerbum apostoli nō est ad propositum: nam pecunia non habet rationem radicis: sed magis materię sine qua non. Radix enim aliquid operatur ad nutritionem ramorum, & fructuum: pecunia uero nihil operatur: sed industria negotiātis. Est tamen bonum argumentum ad probandum, ꝙ dum per usuram extorquetur possessio fructificans: ꝙ tunc fęnerator tenetur utrumq; restituere possessionem, & fructum. ¶ Dicitur notanter in conclusione nō generaliter: quoniam aliquando tenetur fructus per industriam acquisitos restituere: quando scilicet aliunde non habet, unde restituat, ut supra habitum est conclusione secunda. ¶ Dicitur etiam non iniustè acquisitas: quoniam si quis per pecuniā usurariā iterum feneraretur: hic lucratū: qa usura est subiaceret restitutioni. Et tantum de articulo secundo. ¶ Quantum ad articulum tertium est primum dubiū: utrū liceat alicui habenti possessionem mutuare rustico, ut eius possessionem colat: aut ut ei tempore messis frumenta, aut autumni uina uendat. De primo casu, cui secundus similis est. Respondet Antoninus parte. ij. titu. j. cap. vij. §. x. & post eum cæteri summistæ posteriores, ꝙ non est usura: dummodo tamen dat iustum precium labori: & nō minus, quam si non mutuasset. Suo modo in secundo casu de uendendo frumēto, uel uino: allegatur ad hoc Grego. de arimino. Secus si aliquid minueret de iusto precio propter mutuum: tunc enim esset usura. Sed plerique tenet oppositū ut recitat Angelus in sum. in uerb. usura. §. v. ¶ Sed pro concordia distinguendum: aut mutuas hac intentione, obligat rusticum deducens in pactum, ut teneatur sibi colere, & laborare. Et hic est usura: quia ultra sortem per mutuū habet lucrum: scilicet obligationem ciuilem rustici ad suam culturam, quæ pecunia æstimari. Etiam rusticus propter mutuum supra sortem, dat mutuanti libertatem suam, quæ præcio æstimatur. iuxta illud. Non bene pro toto libertas uenditur auro. Et hæc uenditio libertatis posset rustico in norabile damnum uergere: puta quia tempore laboris posset aliud magis lucrosum occurrere: quod cogitur omittere propter obligationem ex mutuo. Et is, qui mutuat, tenetur ad gratitudinem: & potius ad laborandum mutuanti propter beneficium mutui receptum, quam alteri naturali obligatione: non tamen illud potest deduci in pactum: sicut supra dictum est de remutuatione post principium: & hoc tangit angelus, & baptista, licet obscurè, & breuiter. Aut mutuans non obligat rusticum expresso pacto: sed relinquit eum suæ libertati. Non tamē mutuaret: nisi speraret eū sibi in cultura iusto precio laboraturum: & tūc nō est usura. Tum: quia licet sperare ea, ad quę is, cui mutuatur, naturaliter obligatur: ut supra dictum est. Tū: quia hic nō adimitĕ libertas colono: quoniā per naturalem obligationem cogi non potest: potest etiam se liberare, qnādo uoluerit reddēdo mutuum. Posset tamen dominus possessionis cum rustico conuenire de pręcio iusto: & pciū, uel partē eius sibi dare prius, quā laboraret, & per hoc eum obligare ad seruiendum: & sic non est species usurę, quia nullū mutuū. Vel posset

Margin notes: Coro. 1 — Arti. 3. Dub. 1. A A Vtrum liceat mutuare rustico, ut suā possessionē colat iusto precio. — Vtrum negotiator possit mutuare ut trahat ad se ementes.

terminum solutionis statuere ipsum tẽpus laboris, ut tunc solueret mutuum pecunia, uel labore. ¶ Per idem dicunt doctores: ꝙ posset quis mutuare alijs, ut trahat per hoc eos, quibus mutuauit ad suam apothecam, molendinũ, aut scholas &c. dummodo nihil minus facit, quã si non mutuasset: & eos pacto non obligat. nec eis aufert libertatem. Etiam si constituat terminum solutionis: dum cessant intrare apothecam, molendinũ, aut scholas: quia quilibet mutuans potest statuere terminum solutionis, quem uoluerit. Et licet ex hoc lucrari põt cõcursum hominum, famã, & amicitiam; tamen non lucratur aliquid indebitum: aut quod pecunia comparatur: dummodo nihil eis propter mutuum subtrahit. Potest autem mutuans sperare lucra: nõ quidem ex mutuo: sed ex uẽditione, aut labore sibi debita: & etiam lucra spiritualia, amicitiam, fauorem, famam bonam &c. ¶ Panor. in c. si. de usuris, tenet post calen. ꝙ in casu est usura: quia consequitur ex hoc commodum pecunia estimabile. Exemplum in doctore, ex concursu scholarium efficitur magis famosus: & habet maiores causas præ manibus uel ex hoc ampliatur sibi salarium, & ita in domino molendini: quia plurimi propter hoc concurrunt. Nam uerè isti ex mutuo recipiunt aliquid ultra sortem: ideo tenentur ad restitutionem: sed eã facere debent pauperibus, quia ab illis, quibus mutuauerunt, non extorserunt pecuniam. hæc Panor. ¶ Dubitatur secũdò: quid si quis habet. cc. flo. mutuato Ioanni centum flo. pro suis necessitatibus expendendis cum pacto, ꝙ tantum sibi ultra sortem reddat, quantum lucrabuntur alij. c. in negotiatione positi. Respondetur sub distinctione: aut uolebat ipsos cc. ponere ad negotiationẽ: & ad instantiam Ioannis mutuat ei. c. licitus est contractus: quia quod recipit ultra sortem, recipit pro suo interesse: dum tamẽ adsunt illa quinq; supra art. primo posita. Si uero nolebat omnes ducentos in negotiatione ponere: sed tantum centum, quos posuit: usura est: ut dicit Ange. in uer. usura. j. §. xvij. cum

Dub. 2. B B Vtrum quis possit mutuare pecuniã, ut reddat tantũ &c.

suis alleg. ¶ Dubitatur tertiò: utrum uẽdens alicui mercem, qui pecunia indiget ad terminum: & statim reemens ab eo pro minori precio in prompto tradito, sit usurarius. Respondetur post Angelum in uer. usura. j. §. lx. ꝙ est usurarius pessimus. Et licet ibi sit contractus uenditionis: tamẽ resolubilis est in mutuũ. Nam perinde est, ac si mutuasset sibi sũmam, pro qua ipse reemit: & tempore solutionis recipere summam maiorem, pro qua ipse uendidit. Quodq; sit illicita uenditio; patet ex dictis. q. x. huius distinctionis. ¶ Dubitatur quartò: utrum emens a Petro debitum pecuniarium: ei in certo termino futuro, uel terminis futuris soluendum: pro minori pecunia statim tradenda, quam sit debitum: sit usurarius apertus, uel palliatus. Respondetur post Ange. in sum. in uer. usura. j. §. lxiii. & lxiiii. ꝙ debitum pecuniæ futuris terminis soluendum, nõ potest emi, uel uendi pro minori pecunia, quàm sit debitum ipsum sine usura æquiualenti: quia idem est: gratia exempli. Sit debitũ in quinq; annis soluendum. l. flo. & ematur pro. xl. flo. statim traditis, ac si nunc mutuaret. xl. flo. & post tres annos reciperet. l. quod est aperta usura. ¶ Vnde breuiter: sicut non licet mutuanti: xl. recipere posterius ex pacto. l. ui mutui: ita nec in casu premisso ¶ Et dico ui mutui: quia pro suo interesse, aut pœna aliquid recipere posset ultra sortem. Vnde si Ioannes habens huiusmodi debitum. l. flo. rogat Petrum, ut emat pro. xl. quia indiget pecunijs: & Petrus habet. xl. flo. quibus uult negotiari, & uerisimiliter lucrari. l. posset emere, uel mutuare huiusmodi debitum tradendo. xl. ut suprà dictũ est. ¶ Similiter si debitum non esset liquidum, uel certum, aut in exigendo expectaret periculum, & laborem a debitore non cõpensandum: pro tali periculo, & labore posset aliquid accipere ultra sortem: tamen secundum quantitatem periculi, & laboris, nullo respectu habito ad tempus solutionis statutum: siue breue, siue prolixum. Idem est si obligor Petro. c. flo. in x. annis soluendos: & creditor indigens pecunijs paratus est accipere

Dub. 3. C C

Pessima usura.

Dub. 4. D D Vtrum emens debitũ pecuniarium ad terminum sit usurarius palliatus.

cipere lxxx. pro tota summa statim soluē dos: debitor minus tribuendo propter prematuram solutionem, usuram committit. Quoniam perinde est: ac si nunc mutuaret. lxxx. recepturus post decem annos. c. nisi ut supra: non pro mutuo: sed pro uero interesse acciperet. lxxx.

Dub. 5. E E Qui emūt nō existentia. ¶ Dubium quintum: utrum emens oues, boues, aut res alias a pauperibus, quas non habenti & locans easdem uendentibus pro precio annuo, committat usuram. Respondetur: q si id scienter facit: est manifesta usura: quoniam de mutuo recipitur ultra sortem. Nam in casu, neque est uera uenditio, neque locatio: quia non est ibi merx aliqua, neq; locatum: sed nomina uacua. Verū si emens bona fide emeret huiusmodi, credens ea esse apud uenditorem: & eadem fide eidem locaret: non est credendum, quandiu bona fides durat emptorem peccare: nec ad restitutionem de consumptis teneri, bona fide durante.

Dub. 6. F F Habens pecunia quā timet minuendā pōt mutuare cum pacto. ¶ Dubium sextum: utrum habens pecuniam, cuius ualorem timet minuendum tempore futuro, propter ordinationē nouam rectorum reipublicę: posset sine usura eam mutuare hoc pacto: ut reddatur sibi pecunia in eodem ualore, in quo nunc est. Respondet Angelus in uerb. usura. j. §. lxxxvj. quod potest sine usura: si ille, qui recipit, expendere ualet ante ordinationem in eodem ualore: quia nihil ultra sortem recipit, nā potuisset etiam aliquid emere, quod postea uendens, rehabuisset ęquiualens pecuniæ. Nam quamuis in mutuo non liceat sperare lucrum: potest tamen uitari damnum sine alterius damno. ¶ Tenēt tamen aliqui oppositum: nam in omni mutuo satisfit creditori, si id integrum restituitur, q mutuauit: ut supra dictum est de eo, qui frumenta uetera mutuat, ut recipiat noua. Vnde sic pręcludere debitori uiam reddēdi idipsum, quod mutuō accepit: uidetur sapere usuram. Cautius igitur faceret; si res aliquas emeret, quas post mutato ualore numismatis pro iusto precio uenderet.

Dub. 7. G G ¶ Dubitatur septimō: utrum ciuis compulsus ad mutuandum ciuitati possit acciperet annuam pensionem sibi a ciuitate constitutam: puta quinq; de. c.

Vtrum ciuis mutuās cōitati possit recipere annuā pensionem.

Variæ sunt opiniones doctorum: sed uidetur, q potest emere pensionem quinque pro centum a ciuitate fundatam in bonis ciuitatis, ut sequenti quæstione dicetur: etiam compulsus, quos posset emere non compulsus. Compulsio enim non excusat: ut posit licitē, quę alias non licent: nam compulsio ista non potest fieri nisi per metum: sed metus, propter quem committitur usura: aut generaliter mortale peccatum, non cadit in constantem uirum. Hoc ergo potest compulsus in casu nostro, quod potest non compulsus. Si uero mutuat, & non habet intentionem emendi; non potest recipere, nec sperare lucrum ui mutui: sed recipere pōt ultra sortem pro suo interesse: quia forte damnificatur ex mutuo, aut alijs causis supra positis.

Dub. 8. H H ¶ Dubitatur octauō: utrum quis potest mutuare domino, aut communitati, ut sibi cōmittatur officium, de quo sperat honorem, aut lucrum. Respondetur: q si principaliter mutuat propter spem habendi lucrum ex officio: cum illud possit pecunia æstimari: usura est, ex diffinitione usuræ in principio huius quæstionis posita. Secus si sperat secundario, mutuaturus, etiam si officium non cōsequeretur: ut supra dictum est: & licet mutuans principaliter spe consequendi officium lucrosum peccet mortaliter; & sit usurarius: non tamen credo, q teneatur ad restitutionem lucri ex officio cō secuti: dummodo tale lucrū sit proportionatū laboribus officij, & alias iustū: quia non consequitur illud lucrū ui mutui: sed propter labores officij. Et si non licet mutuare spe officij lucratiui consequendi: multō minus licet speratum deducere in pactū.

Dub. 9. I I ¶ Dubitatur nonō: utrū uendens carius rem aliquam data dilatione pro solutione precii: quàm si daretur preciū statim, sit usurarius. ¶ Respondetur breuiter. Vendens rem plus iusto pcio statim soluēdo propter terminū solutionis concessum, usuram cōmittit: & ad restitutionē tenetur eius, in quo excedit precium iustū. Probatur per. c. cō.

soluit. de usu. & patet etiā ex præmissis. Est. n. contractus ille resolubilis in usurarium contractum manifestū: perinde enim est, ac si mutuaret emptori preciū iustum: & in termino solutionis acciperet ultra sortem: dando enim mercem, idem est, ac si daret preciū iustū mercis. Et ideo in his casibus, in quibus licet mutuanti aliquid accipere ultra sortem: etiam licet carius uendere ad terminū, q̄ res ualeat: sentētia est Angeli in uer. usura. j. §. lix. Et sic mercator p̄ suo interesse posset uendere rē plus iusto precio ad terminum, si non haberet respectum ad dilationē: sed solū ad interesse. ¶ Sed pro clariori intellectu rememorandū ex prę missis, q̄ iustitia precij non cōsistit in indiuisibili: sed habet latitudinem quandā, quę si non exceditur, non est preciū iniustū. Gratia exēpli. Maldrū siliginis uenditur nunc pro numerata, & prōpta pecunia, p̄ xx. pro xxj. aut pro xxij. sol. & hęc est latitudo iusti precij, ut pono: q̄dlibet horum triū preciorum iustum ęstimatur: si autem uenditur. xxiij. sol. iam precium erit iniustum: quia excedit latitudinem in uno solido. Sic si emeretur xix. sol. deficeret precium in uno solido: & utrobiq; requirit̄ restitutio unius solidi, quem restituet uendens in primo casu: & in secūdo restituet emēs. Si ergo uendens ad terminū nō excedit illā latitudinē nō cōmittit usurā: licet carius uēderet q̄ soluēti in prōpto: puta si maldrū in casu posito dat soluēti in futuro pro xxii. sol. & soluēti in prōpto pro xx. uel xxi. sol. quia nō recipit ultra sortē: nam merx tradita hēt rōnē sortis, cuius iustū ualorē nō excedit: manet t̄n in latitudine iusti p̄cij. Idē ē in eo, qui nō uult p̄rogare terminū solutionis petitus a debitore, nisi aliquo munere dato. ¶ Ex illo ēt sequitur, q̄ nō oportet: si quis uēdit pro parata pecunia rē aliquā minus iusto p̄cio, q̄ uēdat ēt pro simili precio rē eiusdē ualoris soluendo in termino futuro. ¶ Si quęris: unde sumit̄ ęstimatio iusti p̄cij: de hoc latius quæstione præcedenti: potest eciam sumi ex communi foro ementium pro pecunia prompta: q̄ si nulli emerent pro precio statim soluendo: sed omnes ad terminum: tunc ęstimare oportet precium secundū modos positos in priori quęstione: ibi uideas.

Dub. 10 KK ¶ Dubitatur decimō: utrū in societatibus, dum unus ponit pecuniā. alius facit labores: possunt simul participare lucrum sine nota usuræ. ¶ Pro responsione nota: q̄ societas est fraternitas quędam & conuentio plurium cōtracta ob commodiorem usum, & uberiorem quęstum: ut dum plures conueniūt ad simul mercandum componentes simul pecuniam, labores, & industriam ad commune lucrum. Possunt autem huiusmodi societates multipliciter cōtrahi. Vno modo: q̄ omnes socij ęqualiter componāt pecunias, industriā, & labores. Alio modo, q̄ difformiter. Et hoc multipliciter. Vel q̄ unus tantum faciat labores, & industriam in exercitio mercantiæ: alius tantum ponat pecuniam. Vel si plures concurrunt: aliqui labores, alii pecuniā, & hoc uel ęqualiter aut inęqualiter tā in laboribus, quā pecunia: & q̄ unus ponat medietatē: alius tertiam: alter quartam: uel unus mille: alius centum: alius octoginta &c. suo modo de laboribus, & industria: unus sic: alius sic: unus plus: alter minus laboret. ¶ Et omnibus his modis licita est, si hęc duo seruentur. ¶ Primū si mercatio ipsa, & modus eius fuerit licita: puta ars, & negotiatio: nam in re turpi, & flagitiosa societas contrahi non potest: ideo ad committendum usuram societas contrahi non potest: & similibus. ¶ Secundū, q̄ ęquitas seruetur in omnibus damno. s. & lucro: ita q̄ quilibet sociorum participet damnis, & lucris proportionabiliter secundum suos labores, industrias, & pecuniā appositam: ut gratia exempli. Qui medietatem posuit pecunię, medietatē participet in lucro & damno: qui tertiam, tertiā. Sic & de industria, arte & laboribus: qui plus laborat industria, uel arte, & utilius plus accipiet. Et quoniam aliqui apponunt laborem, industriam, uel artem & non pecuniam: oportet illa ęstimare pecunia, secundum q̄ magis cōfert ad finem societatis, idest honesti lucri; ut sic possit esse ęqua distributio

lucri, & damni. & diligenter aduertendę sunt regulæ Scoti supra posite artic.
Nota. j. ¶ Ratio autem quare hic licet accipere de pecunia negotiatori, & non in mutuo, hęc est: quia in mutuo dominiũ transit in eum, qui mutuum recipit una cum periculo: ideo si mutuás accipit lucrum: accipit illud de non suo: in societate uero dominium pecunię traditę, & periculum manet apud socium: ideo si cõtingit lucrum: de suo lucratur.
Coroll. 1. ¶ Ex quo sequitur primò, ꝙ si in contractu societatis fiant pacta contraria: puta ut non seruetur dicta ęqualitas: puta ut ponens pecuniam nihil sentiat de damno: aut minus ponés plus recipiat de lucro: uel minus quã parti suę debetur &c. nõ est licita hęc societas & tenentur restituere ea, quę indebité recipiunt, his, qui fraudati sunt. Sententia est Angeli uerbo, societas. §. v.
Coroll. 2. Secundò sequitur, ꝙ si quis uellet capitale suum esse saluum: & tamen participare de lucro, quãtum sibi placeret: non excusatur ab usura: est enim idem, ac si mutuaret pecuniam petens lucrum ex mutuo: Verũtamen si quis periculum summæ capitalis ponentis uellet in se suscipere, & eum assecurare pro precio sibi dato non esset usura dare pro securitate: nec esset usura recipere pro periculo in se suscepto. Et similiter si aliquis ex socijs susciperet in se periculum: ita ꝙ societas non staret pro periculo: posset accipere lucrum ex pecunia: & hoc modo se liberare a periculo. Hæc Ange. in sum. ubi sup.
Coroll. 3. ¶ Tertiò sequitur: ꝙ quis ponens operas suas tantum: posset facere pactum pro certo, quòd acciperet pro opera sua: ut nihil sentiret de damno, nec de ulteriori lucro. Sed non erit ille contractus societatis: sed locationis operarum suarum. ¶ Multa alia hic consideranda occurrunt, quæ ex dictis discerni possunt: quorum particulariorem declarationem ad dominos canonistas, & legistas remitto.
Dub. 11 LL Quõ in socidis ¶ Dubitatur undecimò: quomodo in societate, siue commutatione animalium (quam socidam uocant) caueri posſit usura: cum in traditione illorum lucrum quæritur ex capitali. caueatur usura. ¶ Pro responsione notandum, ꝙ in his multiplex currit differentia. Quandoq; fit commutatio animalium tanquam mercis pro precio pecuniario, aut æquiualenti per simplicem uenditioné. Et hic seruandæ sunt leges iustę uenditionis præcedenti quæstione positæ: ut scilicet sit precium iustum: caueatur dolus, & deceptio: nec propter temporis dilationem carius uendatur: dominium quoq; cum periculo transeat in ementem: & cętera supra dicta. Quandoq; traduntur animalia pro annuo censu, dominio eorum manente apud tradentem: & est cõtractus locationis, in quo attendendum: ꝙ census constitutus sit proportionatus utilitati, quã affert ei, qui per locationem accepit deductis laboribus, & expensis: ꝙq; periculum tã naturale, quã fortuitum, & causale (alias casuale) maneat apud locatorem: nisi dolus, fraus, aut negligentia eius, qui recipit animalia, & nutrit, dederit causam periculo: tunc enim redundaret in eum, qui causam dedit: nisi etiam quis sponte in se susciperet periculum precio dato. ¶ Quandoq; fit communio in animalibus, & lucro in eis per modum societatis. Et hoc potest contingere dupliciter. Aut ꝙ communiter emant animalia, quolibet sociorum ponente partem precij: & ipsa uendunt, uel locant aliis non socijs: & tunc communia erunt eis pericula meliorationis animalium, & lucra secundum proportionem pecunię in emptione animaliũ positę. Aut ipsa animalia traduntur uni ex socijs: utputa colonus, & ciuis simul emũt tauros, uel uaccas, aut oues &c. quolibet ponente partem precij: puta quilibet medietatem: aut unus unam tertiã: alius duas tertias: & colonus utitur animalibus ad suos labores, aut aliã utilitatem, quam ex eis capit: & ea suis expensis nutrit: tunc prius deducendæ sunt expensæ, labores, & industria nutrientis: & postea pericula, & lucra diuidentur communiter secundum proportionem pecunię positę in emptione animaliũ: possunt nihilominus pacisci &

periculis,& expensis &c. ut colonus certam pecuniam recipiat pro istis de lucro deducendis: & residuum lucri diuidatur. In quibus pactis seruāda est æqualitas, ut neutra partium grauetur ad arbitrium boni uiri. Statuitur etiam terminus, in quo ad arbitrium utriusque pecora uendantur, & precium ut supra diuidatur. Vbi cauendum: ne terminus diuisioni statutus sit uni parti ꝑiudicialis. ¶ Quandoq; ciuis habet boues, & uendit medietatem colono, expectans solutionem medietatis usq; ad solutionem societatis: & sic tradit bouem totum colono, locans suam medietatem pro certo censu annuo: Retinet etiā pericula; expectatque lucra suæ medietatis, alia medietate damni, & lucri manente cum dominio eius apud colonū. Et per omnia simile est, ac si simul emisssent bouem, & ciuis mutuasset pecuniā medietatis precii colono: & tunc uideat ciuis: ꝙ propter hoc mutuum nihil maioris lucri percipiat, alioquin usuram committit. In his solent uaria pacta, & recompensationes hincinde fieri: in quibus semper si seruatur æqualitas, ut nulla partium grauetur, peccatum uitatur: sin autem, dolo, & fraude, & cū iniusto pauperum grauamine res agitur, peccatur: & damnificans tenetur ad damni restaurationem. ¶ Similiter in uenditione pecorum: dum societas illa resoluitur: caueatur, ne fraus committatur in ęstimatione precij, in diuisione lucri &c. Ne forte colonus pauper (qui adhuc medietatē precii ex prima emptione, qua medietatem pecoris emit: tenetur socio: nec ualēs emere pecus) in diuisione In hoc fraudetur: ꝙ pecus minori precio, quā ualeat, æstimet: ut sic socius abundans illud retineat ꝑ minori precio dato. ¶ Dubitatur duodecimo de cambijs, utrum in cambio cōmittatur usura. Pro quo notandū post Anto. & Ange. ꝙ tripliciter potest heri cambium. Quandoq; reale: ut cū pro moneta aurea recipio argenteā: aut pro moneta unius generis recipio monetā alterius generis, & simul currunt datio unius monetę, & receptio alterius: in

Dub. 12
M M
De usura in cābijs tripliciter fit cambium.

tali cambio non cōmittitur usura etiā si plus, uel minus iusto datur: aut recipitur: quia non est ibi mutuum. Pōt tamen esse iniustum lucrum, scilicet quando ualor monetę uerus hincinde nō seruatur: sed plus, uel minus datur: & sic recipiēs hmōi lucrum ad restitutionem tanquam lucri iniusti tenetur. Si t̄n campsor opas suas impendit tenendo bancum, & famiham, facitq; labores, & expensas, cōparando diuersi generis monetas: & transferendo cum periculo de loco ad locū, pro his potest accipere moderatum lucrum, & recompensam: sicut in uenditione merciū: qm̄ talis cōtractus cābij uicinus est cōtractui uenditionis; & emptionis. Qui uero nec operam, nec laborē impendit: non pōt sine pc̄ō accipere lucrū. Gratia exēpli. Florenus ualet uigintiocto sol. hall. campsor tenens bancum dat pro floreno uigintiocto sol. minus duobus hall. quos lucratur pro suis opera, & labore. Similiter si quis ab eo petit unum florenum pro denarijs, recipit xxxviij. sol. & .ij. hall. non est usurarius: nec iniuste lucratur. Alius uero puta carnifex in macello: aut caupo uini: seu pistor uendens panes in foro acquirit paruam monetam denariorū, & & hall. & uellet potius hr̄e aurū: uenit ad eū aliquis uolens cambire florenū: si tūc mercator ille uult recipere simile lucrum, sicut campsor iniustum est: q̄ nullam operā, uel laborē, aut artē impēdit, & tenetur ad lucri restitutionem, nisi ꝑ labore numerandi pecuniam aliquid reciperet: ꝙ ut iq; minimū foret: & forte alias libenter impēderet: ut haberet aurum. Vnde patet: ꝙ licitum est cāpsori recipe lucrū ex cābio, ꝙ alteri minime licet. ¶ Scd̄o modo fit cābiū p litteras: ut quis habet pecuniā in certo loco: puta centum aureos, quos uellet transferre in aliū locū, accedit ad campsorem: tradit sibi centum florenos: recipit ab eo līas, ꝑ quas in alio loco recipit. xcv. post aliquos menses. ¶ Dicendum; ꝙ cāpsor lucrando quinq; non cōmittit usuram: quia minuit sortē: in usura autem recipitur ultra sortem: potest t̄n esse in iustū lucrū, si excedit iustū preciū pro labore,

Qui modi cambiorum liciti, & qui nō.

note, ingenio, arte, expensis, & periculis trapezitæ debitū. ¶ Sed quid si quis habet coloniæ mille ducatos, quos uellet transferri uenetias ad patriam suam: inuenit coloniæ campsorem habentem bancum uenetijs: tradit sibi pecuniam, ut uenetijs recipiat ad forum ducatorū, & cambij uenetiarum, ubi plus ualent ducati, quā coloniæ. Respondet: ꝙ contractus ille potest esse licitus, quando non intendit propter priorem traditionem habere lucrū: sed tantū ratione patriæ: quia ibi plus ualent. Res.n. in uno loco plus ualet, q̄ in alio: recipit ergo uenetijs, quod tradidit coloniæ. Quod uero plus ualet, quod recipit: non est ratione mutui, uel æquiualentis mutuo: sed ratione loci. Si autē ideo plus reciperet, quia terminū lōgiorē solutioni præstaret: iam esset usura. ¶ Tertio modo fit cambiū sine traditione pecuniæ: ut quis indiget Romæ pecunia, uadit ad bancarium, petit summam centum ducatorū, in partibus suis puta coloniæ restituendā in moneta ibi currente post sex menses, aut alium terminum cōstituendum: & ultra lucrum cambij licitum (exurgens ex uarietate ualoris monetarum in diuersis locis, & expensarū, ac periculorū, in translatione pecuniæ de loco ad locum &c. quæ occurrunt in arte cāsoria) petit aliquid: puta de centū quinq;, uel octo: satis manifestum est: ꝙ committitur usura: quia sperat ex mutuo dato lucrū: & manifestior est usura, si auget lucrū propter terminum, id est solutionis statutæ prolixitatem: ut si plus petit addi centenario: si statuit terminus solutionis post annum, quā si statueretur post medium annum. ¶ Ex præmissis multi casus cābij discerni possunt: quoniam quicquid spe lucri ex mutuo accipitur: usura est: secus si pro interesse. Secus etiam si hic tradit, uel recipit pecuniam: aut in alio loco in termino statuto: & in alia moneta secundum rationem cambij soluēdam: si dubitatur, utrum lucretur, uel perdat, ut supra dictum est de uenditione rei pro pecunia secundum forum illius rei in termino solutionis currentis. Et illud cambium tertij generis dicitur cambium siccum secundum Ange. quia siccum est a charitate proximi: & siccat animam a gratia dei. Hæc de cambijs.

¶ Dubitatur tredecimō: utrum deponēs pecuniam apud mercatorem, uel campsorem, cum qua depositarius negotiatur, possit aliquid recipere ultra sortem sine uitio usuræ. Respondetur: si deponit per modum societatis: & stat periculo capitalis lucri, & damni: potest recipere partem lucri: ut sup. dictum est de societate: quia propriè non est depositum. Si uero uult suum capitale esse saluum: aut deponit in spem.i. ꝙ idem sibi reddatur: si tunc mercator negotiatur cū deposito, & lucratur: peccat contra legē depositi: non tamen tenetur aliquid deponenti de lucro iniusto: sicut nec usurarius ex lucro usuræ, ut sup. Si uero deponit in numero: ut pecunia eiusdem numeri, & ualoris restituatur sine diminutione in omnem euentū: nō pōt aliquid recipere spe lucri: multō minus ex pacto: tamen oblatum liberaliter, & gratuitō recipere possit sicut in mutuo. Dub. 15 NN

¶ Dubitatur decimoquartō: utrū liceat recipere pecuniam sub usuris: siue utrū liceat dare usuram. Et uidetur: ꝙ nō: quia qui pecuniam recipit ad usuram, consentit usurario in suo peccato usuræ: uolendo enim dare usuram uult usurarium recipere: & ita uult eum peccare: sed consentiens parificatur facienti Rom. j. Itē dans usuram dat occasionem usurario fœnerandi: nullus enim fœneraretur, si nullus daret usuram: dans autem occasionem damni damnum dedisse uidetur: & hoc pertinet ad rationem scandali. ¶ Pro solutione dubij notandum est post beatum Tho. ii.ii.q.lxxviii.art.iiii. ꝙ refert inducere aliquem ad fœnerandum, & dare fœnus, seu usuram. Nam inducere consulendo, iubendo, uel suadendo ad peccādum mortaliter est peccatum mortale: nisi id fieret propter cauere maius peccatum: ut si quis abundans nollet subuenire in extrema necessitate alicui morituro, nisi sub usura; inducendus esset, ut potius daret sub usura, quām ut homicidium committeret: ut uult Ange. usurari.§ ii. Panor in cap. Dub. 14 OO Vtrū liceat recipere pecuniā sub usuris.

super eodem. de usuris. Sed illud non uidetur rationabile: nam non sunt facienda mala, ut eueniant bona. Roman. iij. ideopropter cauere malum (quod cauere bonū est) non est faciendum malum: ergo propter cauere homicidium non est committenda usura. Vnde Alexand. iii. in cap. super eodem. de usuris. Cum scriptura sacra prohibeat pro alterius uita mentiri: multò magis prohibendus quis est, ne etiam pro redimenda uita captiui usurarum crimine inuoluatur. ¶ Ad id uero, quod committi non debet, nullus debet induci: unde sicut pro nulla causa faciendum est malum: ita pro nulla causa inducendus est quis ad faciendum malum. Et hęc est opinio Ioann. an. in regula, peccatum. licet Panor. teneat contrarium, allegans cap. si quod uerius. xxxiii. quæst. ii. ubi August. consuluit minus peccatum, ut euitetur maius. ¶ Sed tex. ad oppositum est: non enim ibi consuluit Augustinus adulterium, ut uitetur homicidium: immo dicit non esse illicitum pro illicito faciendum. Et sequitur. Si utrūq; nepharium est: non debet alterum per alterum perpetrare: sed utrumq; uitare. Verum glos. ibidem dicit. Permittitur minus malum, ut euitetur maius. Quod quidem uerum est: ut patet in lupanaribus, & in libello repudij, & usura alienigenarum: in v. titu. ut sup. habitum est. Sed longe aliud est permittere, aliud cōsulere, uel inducere. ¶ Richar. præsenti distinct. artic. v. quęst. ult. dicit, ꝙ ille non peccat, qui bona intentione ad instantiam pauperis rogat usurarium mutuum dare pauperi: quia quamuis sciat: ꝙ usurarius recipiet usuram: hoc tamen non intendit iste: quia potius uellet, ꝙ mutuaret sine usura. Rogare tamen usurarium, ut mutuet: non est inducere ad usuram: sed ad mutuum: quod licet. Et uidetur generaliter sine exceptione, ꝙ in nullo casu licet inducere ad usuram: ut uult beatus Thomas. ¶ Accipere autem ad usuram pōt contingere dupliciter. Vel ad opus illicitum: ut ad pōpam, luxuriam, aut alia illicita perpetranda: & sic non licet secundum Rich. ubi sup. Hoc enim prohibetur propter duplex damnum reipublicæ, & ad restitutionē malorum. Aut recipit pecuniam ad usuram ad suā necessitatē: uel ad opus rei licitæ: & sic accipiendo mutuum nō peccat: non enim consentit directè in usuram: sed in mutuum: quod maximè uerum est: dum mutuans etiam alias paratus est dare ad usuram, & frequēter exercet usuram: quoniam si paratus non esset dare ad usuram, nullo modo liceret eum inducere. ¶ Ratio prædictorum est: quia quāuis non licet inducere ad peccatum: licet tamen peccato alterius, qđ ipse sua sponte cōmittit, uti ad bonum, non ad malum: sicut secundū August. in enchirid. c. x. & xix. deus utitur pctō hominū ad bonum. Neq; .n. deus omnipotēs (cū summè bonus sit) ullo modo sineret malū fieri: nisi usq; adeo esset omnipotens, & bonus: ut benefaceret de malo. Sic ergo licet malo uti ad bonū: non ad malum. Sic in simili licet uti iuramento eius, qui per falsos deos iurat; in quo tamen iurans manifestè peccat, diuinam reuerentiam adhibens idolis. Vnde Aug. ad publicolam: Qui utitur fide illius, qui per falsos deos iurat: non ad malum, sed ad bonum: non peccato illius se sociat, qui per dęmonia iurauit: sed pacto eius bono, quo fidē seruauit. Adducitur exemplum Laban iurantis p deum Sochot. Gen. xxxi. & Abimelech iurantis Abraæ. Gen. xxi. ac Romanorum iurantium Iudæ machabęo: & habetur xxij. quæst. j mouet te. ¶ Item qui soluit usuram fęneratori, iniuriam patitur: ideo non peccat, nisi consentiat facienti: quia non pati; sed facere iniuriam peccatum est. ¶ Preterea: iurans soluere usuram tenētur adimplere iuramentum: ut in c. debitores. de iureiur. & per consequens licet soluere usuras. Similiter licet incidenti in latrones manifestare bona, quę habet: quāuis latrones diripiendo illa peccent: exēplo decē uirorum dicentiū ad Hismael. Noli occidere nos: quia thesauros habemus in agro. Hiere. xli. ¶ Et per hoc ad primam rationem dicitur, ꝙ recipiens pecuniam ad usurā non cōsentit usurario

PP Accipere ad usurā cōtingit

inpcto usure: nō n. placet sibi acceptio usuræ: sed magis uellet eum non recipere: nec dando usuram, uult usurariū rei peere: sed magis permittit. Quòd aūt mutuū habere non posset, nisi daret usurā: utitur peccato usurarij ad bonū. ❡ Ad secundū dicitur: q̄ recipiens pecuniam ad usurā non dat occasionem usurario recipiendi usuras: sed mutuandi: ipse autē usurarius sumit occasionem peccādi ex malitia cordis sui. unde scandalū passiuū est ex parte sua: non actiuū ex parte recipientis mutuum: ipse. n. petendo mutuum petit rem licitam: & ita nō est ibi ex parte recipientis factum non rectum: & per consequens nō scādalum actiuū. Propter scandalum autem passiuum ac ceptum non datum oportet desistere ab actu bono, & recto. ❡ Dubitatur quin- decimò: utrū iurans usuras dare teneatur iuramento. Respondet: q̄ sic: nam iuramentum quod sine interitu salutis seruari potest, seruandū est: potest autem usura dari sine peccato. Habet tamē sic iurans duplex remediū. unum, q̄ petat absolutionem a iuramento: secundū, q̄ potest post dationem eā repetere officio iudicis. Quòd si iurauit, neq; petere relaxationem iuramenti: neq; repetere: potest denunciare iudici, qui ex officio debet compellere usurariū per censuras ecclesiasticas ad nō exigendum recipiē- das, & ad restituendum receptas. c. tuas. de usuris. Si uero etiā iurauit non denū- tiare: non tenetur iuramento: quia illicitum est. Non. n. potuit se obligare cō- tra bonum charitatis, & dispositionem euangelij. Si peccauerit in te frater tuus &c. sequitur. Si te non audierit &c. dic ecclesiæ. Fundare autem se debet denunctians super peccato creditoris, & salute animę eius: ut sua denunciatione emen- detur: & non super proprio commodo: ut dicit Panor. in c. allega. tuas. ❡ Dubitatur sextodecimò: utrum liceat usurarijs uendere, & ab eis emere. Pro respō sione præmittendæ sunt aliquæ distinctiones. Nam quæstio potest intelligi specialiter de pignoribus, quæ ex lapsu temporis peruenerunt ad usurarios loco capitalis, & usuræ. Vel generaliter de quibuscunq; emendis, & uendendis. Vel generalius, an aliquid recipi possit ab usurarijs, siue per modum donì merè liberalis: siue per modum cōtractus pro aliquo retribuendo. ❡ Secundò potest intelligi quæstio de usurario nihil aliud habente, nisi quæ per usuram acquisiuit: ut communiter sunt iudęi apud nos, qui nec laboribus, nec negotiatione, aut industria aliquid acquirunt, quorū omnia bona obligata sunt restitutioni. Vel potest intelligi etiam de usurarijs, qui prȩter lucrum usurariū habent aliqua in sȩ possessa: puta acquisita per iustam successionem hȩreditariam, aut iustam negotiationem laboris, uel industriā: quæ bona non sunt obligata restitutioni: nisi quatenus bona usuraria non sufficerent restitutioni faciendæ. Item aut per huiusmodi receptionem ab usurario usurarius redditur impotens ad plenè restituendum usuras, aut non. ❡ Rememorandū est etiam: q̄ de translatione dominij lucri usurarij in usurarium, duplex est opinio doctorum. Et per has distinctiones uariè respondendum erit. ❡ Et primò de pignoribus est hęc propositio. Emens, aut domo recipiēs pignora scienter per usuram acquisita, tenetur ad eorum restitutionem dominis suis: sicut emens rapta, uel furto alienata: & hoc secundum opinionem probabilem tenentem, q̄ in his non transferatur dominium. Patet: quia eadem est ratio in his, sicut in istis. Nam & sanctus Amb. appellat usuram rapinā. xiiii. q. iiii. §. si quis. Non. n. pōt quis uendere, uel donare rem non suam, siue alienā: nec eam potest aliquis huiusmodi emere, aut recipere: nisi uelit domino suo restituere. Res aūt per usuram acquisitæ, nō sunt usurarij: sed eius, qui usurā dedit: apud hunc. n. manet rei dominiū. Potest tn̄ sic emens repetere a domino rei sortem, seu pecuniam mutuatam, uel eam retinere. Idem de pecunia, & re quacunq; acquisita per usuram: quia non transfertur dominium illarū in usurarium: ut probat Henricus de Hassia in sup tract. de usuris. cap. xxxvii. ut habitum est sup. in hac art. j. ❡ Et hęc con-

Dub. 15 QQ Ad quid tenetur iurās dare usurā

Dub. 16 RR Vtrū liceat usurarijs uēdere, & ab eis emere.

ppō. 1.

elusio ueritatem habet secundum hanc opinionē, siue usurarius sit in soluēdo, siue non. Res.n. aliena in specie debet restitui suo dño: hoc est eaipsa, quę alienata est: si extat, & nō in suo ualore. Si aūt teneretur opinio opposita, .s. ꝙ dominiū transfertur: dicendū erit de pignoribus huiusmodi sicut de cęteris usurarii bonis restituendis. ¶ Dicitur notáter, scienter: quoniā si recipiens ignoraret recepta fore usuraria durante bona fide nō tenere tur ad restitutionem: postquā uero sciuerit, restituere tenebitur, sicut in furto.

ppō. 2. ¶ Secunda propositio. Ab usurarijs licet recipere per uenditionem, aut liberalē donationem ea, in quibus habent dominiū: dūmodo per hæc nō redduntur impotētes ad usuras plenè restituendū. Patet: quia cū illorū habent dominiū, possunt ea alienare, sine tamen iniuria, & dāno proximorū. Sed per hanc alienationem non fraudatur proximus: quia adhuc habet usurarius, unde satisfaciat plenè proximo, quem usuris iniustè aggrauauit. Et uerum est hoc: nisi ea, quæ emunt, uel recipiunt recepta eadem in specie secundum modū loquendi canonistarum.i. eadem identitate numerali sint acquisita per usuram: illa.n. nunquam licet recipere: sicut dictum est de pignoribus præcedenti propositione secundū opin. ꝙ in usura non transfertur dominiū.

Cōcl. 1. SS De seruis, qui seruiunt usurariis ¶ Ex illa propositione sequitur: ꝙ serui usurariorū, qui non utiliter seruiūt usurariis: puta acquirēdo suis laboribus tantum, quantū recipiunt: ut sunt, qui seruiunt usurarijs ad pompā, uanitatē, superfluitatem, aut uoluptatem: non possunt ab eis recipere mercedem laborū suorum: dum per huiusmodi receptionem usurarij redduntur impotentes ad plenè restituendum. ut sunt usurarij nihil habentes nisi acquisita per usuram: puta qui tenentur ad restitutionem omnium suorum bonorū: si uero recipiunt, tenentur ad restitutionem receptorum: non quidem usurarijs: sed illis, qui dederunt usuras: ut sup. quæst. ii. huius dist. Secus si seruiunt utiliter in rebus honestis: ita ꝙ commodum, quod consequūtur ex opere seruientium, compensatur cū mercede, quā dant seruientibus. ¶ Secundò sequitur: ꝙ mutuantes usurariis scienter ad res inutiles non possunt recipere ab eis solutionem mutui: dum per hanc solutionem redduntur minus sufficientes ad restitutionem usurarum: secus si usurarij non obstante solutione huiusmodi sufficiunt reddere usuras. Idem est de recipientibus ab usurarijs ex contractu, uel quasi, uel ex delicto. Coroll. 2

¶ Sequitur tertiò: ꝙ principes, & rectores communitatum non possunt accipere ab usurarijs nihil habentibus præter usuras, munera, telonea, propinas, aut censum domorum eis locatarum, & similium. Patet: quia per omnia hæc redduntur impotentes ad plenè restituendum usuras. Quòd si aliquid taliū receperint, tenentur ad restitutionem. Sententia est etiam beati Tho. in epistola ad dominā blancam. Coroll. 3 ¶ Sequitur quartò: ꝙ qui remissius emunt ab usurariis non habentibus nisi bona usuraria, quā res empta ualet: tenetur ad restitutionem illius, in quo deficit precium datum a precio iusto: ut gratia exempli. Emisti tunicam ualentem tres florenos pro duobus florenis: teneris in casu ad restitutionem unius floreni. Coroll. 4 ¶ Sed quid de his, qui uendunt usurariis necessaria uitę: ut cibum, uel uestē. Respondetur saluo meliori iudicio: ꝙ idem est de his, & alijs rebus uendibilibus extra necessitatem extremam: nam nō pōt uendens recipere mercedem, si non habuerit usurarius nisi acquisita per usuram. Et quia non transfertur dominium mercedis in uendentem: & quia per hoc usurarius redditur impotens ad plenè restituendum usuras. Si fuerit extrema necessitas: tenetur habens cibum, uel uestem sibi ex debito subuenire: secundum illud Ambro. in lib. de officijs: & allegatur in decretis dist. lxxxvi. cap. pasce. Pasce fame morientem. quisquis enim pascendo hominem seruare poteris: si non pauisti: occidisti. Nec pro illo potest accipere recompensam ab usurario, non plus, quām ab alieno nihil habente: quia usurarius non est dominus rerum, quas occupat. ¶ Dubitari hic posset p

utrum diuites teneantur mutuare gratis pauperibus petentibus. Similiter dubitari potest: utrum pauperes possint recipere eleemosynā ab usurarijs. De his duobus dubijs differatur responsio usq; ad distinctionem sequentem: cum agetur de eleemosyna. ¶ Dubitatur decimo

Dub. 17 septimo: quomodo restitutio fieri debet

T T Quō restitutio fieri debet ab usurario

ab usurario: an sufficiat usurario obtinere remissionē usuræ ab eo, qui dedit usuram; etiam si non proposuit restituere remissione non facta. Hanc quæstionē tractat Egidius de Roma. ij. quodlibet quæstio. xxvij. unde quęritur: utrum offerens se restituere usuras, & nolens restituere cum possit: si ille, cui debet restituere, cōdonet: sit absolutus, ut non teneatur ulterius restituere. Et est casus satis communis: ꝙ obligatus ad restituendum non habens animum restituendi frequenter rogat eum, cui restituere tenetur: ut donet seu absoluat a restitutione. Et respondet sub distinctione. Quia aut talis usurarius offert se restituere tantum uerbis: & non exhibet pecuniam restituendam; neq; ita se offert; ut non sit in sua potestate se retrahendi a restitutione, ita ꝙ is, cui fieri debet restitutio, habeat liberam potestatem accipiendi oblatum: sed sicut credens se non posse habere restituendum: remittit, siue donat: hic non absoluitur usurarius a restitutiōe: quia magis fingit se donare, quā ꝙ liberè donet. Si uero usurari⁹ offerret pecuniā restituendam: quod omnino tutius esset: aut taliter se offert (si pecuniā non exhibet) ꝙ tamē ille, cui restitutio facienda est, liberam habeat facultatem recipiendi restituendum, si uelit recipere: & tunc sponte, & liberè donauit, nō tenetur post donationem restituere: licet non habuerit animum restituendi. ¶ Satis concordat Panor. in c. cōsuluit de usur. ubi dicit. Nota: libera donatio debiti occasiōne mutui nō prodest creditori habenti intentionem deprauatam, ut ꝙ alias non fuisset mutuaturus, nisi sperasset inde aliquid consequi. Et singulariter facit iste textus: quod remissio usurarum etiam liberaliter facta ab eo, qui soluit: non prodest ipsi usurario habenti mentem corruptā, & propositum non restituendi remissione nō facta: quod intelligit quantum ad remissionem culpæ: quia ut dicit in c. cum tu. eo. ti. non uideo: quomodo possit rectè penitere, nisi peniteat se, exercuisse usuram: & habeat firmum propositum restituendi: si alias remissio nō fuerit facta: licet nōn habeat tempore remissionis aliquid, quod possit restituere, siue unde restituat: quod omnino uerum est: quoniam si non habet firmum propositum restituendi, sed haberet propositum nō restituendi, si non fuisset facta remissio: illo proposito stante peccat mortaliter: durāre deniq; huiusmodi proposito nō potest absolui a peccato. Si tamen proximus, a quo extorsit usuras purè simpliciter, & sine dolo non circumuentus remisit usuras: satisfactum intelligitur proximo, ut nihil ei restituere teneatur: & si non deo. Et quod dictum est de restitutione usuræ, locum habet etiam in alijs restitutionibus iniustè acquisitorū.

¶ Sed quid de usurarijs mētalibus, idest qui receperunt aliquid ultra sortem ab eo, cui mutuarunt principaliter spe recipiendi lucrum ex mutuo: nullo tamē pactο interueniente. ¶ Hic sunt opi. doct. quos Ange. per hanc distinctionem cōcordat. Quia aut mutuum recipiens dat aliquid ultra sortē merè liberaliter, credens mutuantem hoc non exigere, aut desiderare; & tunc non tenetur restituere de necessitate salutis: licet teneatur penitentiam agere: eo ꝙ mutuauit spe lucri, in quo mortaliter peccauit. ut supra habitum est. Aut mutuum recipiens non dat liberaliter: sed ideo dat; quia ꝑ signa depręhendit mutuātem sic uelle, seu habuisse intentionem aliquid recipiendi ultra sortem: aut dat, ne mutuās alias non mutuaret. & tunc tenetur mutuans restituere: quia est quasi pactū interpretatiuè. Nec est illa datio liberalis; sed quasi sub conditione coacta: ut dicit Rich. in iiij. dist. præsenti. arti. v. q. v. Sic etiam mutuans gratis si depræhendit recipientem mutuum aliquid sibi dare ultra sortem occasione mutui: licet ipse hoc mutuando non sperauit: tene-

V V De usuris men talibus.

tur restituere. Si uero credit eum donare gratis: sicut ipse gratis recipit: nō tenetur restituere: licet alius non gratis donet, quandiu durat bona fides. Postquam uero scit, ꝙ non liberaliter dedit, tenetur de extantibus, nisi per præscriptionem, uel usucapionem facta fuisset sua: ut dicit Asten. non autem de consumptis durante bona fide: & de hoc supra. q. v. ¶ Vltimo dubitatur de pœna usurariorum. Respondetur, ꝙ usurarij manifesti ultra pœnas, quibus puniuntur a deo: multum pœnas incidunt a iure inflictas: scilicet infamiam: iuris repulsionem a communione altaris, & oblationis: priuantur ecclesiastica sepultura: repelluntur a sacramento pœnitentiæ: donec secundum suam facultatem restituerint: aut idoneam cautionē de restituēdo præstiterint, repelluntur eorū testamenta: exterminantur a terra, si nō fuerint oriundi de terra: non admittuntur ad petendum usuras, quas ipsi alijs soluerunt: dum bonis cędunt: non habetur respectus, ne egeant, ut in alijs debitoribus: admodum raptorum, & furū: nō solū tenētur restituere acquisita per usurā: sed etiam fructum rei sic acquisitæ, quē acceperūt, uel accipe potuerūt. Sed quis dicitur manifestus usurarius, qui dictis pœnis subijcitur. Respondetur, ꝙ ille, q ē notorius notorietate iuris: puta quia conuictus, uel condemnatus est, aut coram iudice sponte confessus. Similiter notorius not orietate facti: puta quia tenet bancum publicum: aut in cubili mutuat omnibus uolentibus ad usuram. Item qui coram sacerdote in mortis articulo coram testibus confitetur se usurarium: & mandat restitui usuras, & resignat libros: si illa tria simul concurrunt: alias sola confessio extra iudicialis non facit manifestum usurarium. De his latius uide Angelum in summa in uer. usuraria. & §. iij. & sequen. Multa alia de materia usuræ rescinduntur propter nimiam materiæ diffusionem.

Dub. ul. Quis dicatur usurarius manifestus: quę pœna sit illius.

QVAESTIO XII.

VTRVM habentes census, uel redditus annuos temporales, uel perpetuos teneantur ad restitutionem huiusmodi uēdētibus, seu donātibus. ¶ Quia quæstionis huius solutio dependet ex eo, an cōstitutio horū redditū, eorūq; uenditio: & emptio siue donatio sit licita, uel non. Ideo præmissis terminorū declarationibus pro articulo primo: subingentur conclusiones declarantes, qd liceat in huiusmodi redditum constitutione una eum responsione ad quæstionem pro secundo in tertio mouebuntur dubia. ¶ Quantum ad primum notādum, ꝙ per redditum, seu censum, nihil aliud intelligiē, nisi ius leuandi, seu recipiendi aliquam pecuniam: aut pecunia mensurabile: ut bladum, uinū, aut aliud ad usum hominis pertinens de fructibus rerum, bonorum, aut personarum, ut dicit Henri. de Gandi. in suo tract. de contracti. cap. ij. Et tale ius nihil aliud est, nisi potestas iuste recipiendi pecuniam, uel rem aliam. ¶ Et si ultra quæris: quæ res est hæc potestas, substantia, uel accidens. Hæc quæstio metaphysicalis est parum proposito seruiēs: potest tamen dici diuersimode secundum diuersas opiniones de quidditatibus rerum. Vnde potest primo dici secundum Guil. Ockam, ꝙ ius, seu potestas non habet quid rei: sed tātum quid nominis: non enim significat rem unā: sed significat hominem: & res aliquas recipiendas, & actum aliquem circa ipsum factum: ratione cuius potest licite rem aliquā recipere, uel aliquid agere, uel possidere sita ꝙ ius, uel potestas tantum ualet, homo potest licite recipere, uel agere aliquid ex uenditione, uel donatione sibi facta. Vel secundum alios potestas hæc non distinguitur realiter ab habente potestatem, sicut nec paternitas a patre: & ita est realiter habens potestatem non simpliciter: sed inquātum per aliquem actum circa ipsum factum potest iuste recipere aliquid agere

A De censibus annuis.

Arti. 1. Not. 1.

Ius qd est.

uel possidere. Vel posset dici: q potestas illa realiter est res illa præsens, uel futura, quæ est sub dominio alicuius licitè eam recipere, aut possidere potentis: sicut diuitiæ, unde aliquis nominatur diues: sunt res illæ exteriores alicui appropriatæ. Vel secundum alios dicitur, q est quędã relatio rõnis cõsequẽs actum rationis uendendi, uel donandi. Ex illo sequitur secundum allegatũ doctorẽ, q aliud est ius recipiendi pecuniam, uel rem aliquam, & pecuniam, uel res ista: sicut aliud est ius hæreditarium, & aliud hæreditas: & aliud est ius agendi ad certam pecuniam, uel rem aliam, & aliud pecunia, aut res alia: nam unum est corporale: scilicet hæreditas, pecunia, seu res alia. Hæreditas enim est res hæreditaria: puta pecunia, agri, domus, & similia. Alterum uero scilicet ius hęreditarium, aut recipiendi pecuniam &c. est res spiritualis, idest includens aliquod spirituale, actum scilicet rõnis. Quod sic intelligo, q illi termini ius ad rem: & res ipsa non significãt præcise idem, propter q unus uerificatur de aliquo, de quo alter non uerificatur: ut de filiofamilias uerè dicitur. q habet ius ad hæreditatem: & tamen nondum habet hæreditatẽ paternam. Et redditúarius habet ius leuandi censum etiam ante terminum: & tamen tunc non habet pecuniam in termino leuandam. ¶ Secundò notandum: q non tantũ res corporales: sed etiam spirituales (secundũ modum supradictũ) uendi possunt, & emi, & separatim unum sine alio. De rebus corporalibus: ut uino, pane, & terra, domo &c. manifestũ est. De incorporalibus patet: quia ius stillicidij in alieno solo: similiter ius transeundi p agrũ alterius, seu ducendi riuũ aquę per pratum alterius &c. uendi potest, & emi. ¶ Supponitur etiã: q oĩs res precio ęstimabilis, cuius habetur dominium: & cuius usus est bonus: potest uendi, & emi: ex dictis q. x. ¶ Dicitur, precio ęstimabilis propter res uerè spirituales: ut gratia, & sacramenta, & his annexa. Res autem potest precio æstimari: inter quã, & precium cadere potest proportio æqualitatis secundũ relationẽ utriusq; ad usum humanum: hinc quoniam nulla est proportio pecunię ad gratiam: gratia uendi non potest: ut dicitur. q. de simonia. ¶ Dicitur, cuius habetur dominium: qa res aliena uendi nõ potest: nã in uẽditione uendens transfert dominiũ rei uenditæ in ementẽ: sed non potest trãferre in alium, q ipse non habet. ¶ Dicitur, cuius usus est bonus, quia res, cuius nullus usus bonus, est, uẽdi nõ põt. ¶ Vltimo est uertendũ: q aliud est q̃rere utrũ cõstitutio redditũ scd̃m se sit licita: & utrũ sit licita cuilibet psonæ. Sic aliud est, q̃rere, an liceat hr̃e propriũ: & an liceat uniuersaliter cuilibet habere propriũ. Qd̃.n. secundũ se ẽ illicitũ: nulli põt eẽ licitũ: nõ tñ econuerso: stat .n. aliquid scd̃m se ẽẽ licitũ: nõ tñ alicui esse illicitũ: sicut cõtrectare pecuniã scd̃m se est licitũ: non tñ est licitũ fratri minori. Primò igitur inuestigandũ: utrum simpliciter, & scd̃m se licitũ sit cõstituere, seu habere redditus. Deinde in dubijs cui licitũ habere, & uti redditibus. ¶ His p̃uijs pręmittuntur aliquæ conclusiones præparatoriæ ad conclusionem responsalem ad quęstionẽ: & hęc est prima. In oĩbus rebus, quarũ usus põt a dominio separari: redditus annui pecuniæ, uini, bladi, & aliarum rerum, certi, uel incerti possunt licitè cõstitui. Huic quęstioni consentit Henr. de Has. parte ij. sui tractatus de contrac. c. iiij. Declaratur primò conclusio postea probanda. ¶ Dicitur, in omnibus rebus, quarum usus separabilis est a dominio: quales sunt res, quarum usus nõ est earũ cõsumptio: qa in illis, quæ usu consumuntur: ut est nuda pecunia, cuius usus est earũ distractio. Item cibus; & potus: & quęcũq; non auferũt homini uti licitatem: nisi cum distrahitur, aut cõsumuntur: nõ põt cõstitui redditus: quoniã redditus manere nõ põt re, in qua constituitur, cõsumpta: quia ius leuandi aliqd de eo, q non est: nihil est: non enim põt aliqd leuari de eo, q nihil est: ideo in rebus, quę usu consumuntur, non põt fundari, aut cõstitui ius leuandi aliquid annuatim. ¶ Ex quo sequitur: q in nuda pecunia, in uino collecto in cellario, aut bladis in granario repositis, & si-

Not. 2. B Nõ tantum res corporales, sed incorporales uẽdi possunt.

Not. 3. Refert censum omnem licitum, uel non

1.

Arti. 2. Cõcl. 1. C

Coro. 1

milibus non poteſt cõſtitui redditus. Patet: quia talia non habent uſum a domi
2 nio diſtinctum. ¶ Sequitur ſecundò: ꝙ in rebus penitus inutilibus humão uſui, non poteſt redditus conſtitui: quia de il lo, quod nihil affert: nihil leuari poteſt.
3 ¶ Sequitur tertiò, ꝙ non ſemper in rebus æqualis ualoris poteſt æqualis cẽſus conſtitui. Patet: quia in domo. 100. flo. poteſt conſtitui, & non in 100. flo. quia non in pecunia. ¶ Dicitur uniuerſaliter in omnibus rebus talibus: quia non eſt cura, an ſint res immobiles, ut agri, prata, domus, ſtagna, nemora: ſiue mobiles, ut animalia: puta oues: boues, ſerui & ancillæ, & huiuſmodi: omnia enim hæc poſſunt afferre fructum pręter ſui conſumptionem: & ita poteſt conſtitui ius leuandi aliquid de fructibus eorum. Verum de perſonis hominum quidam uolebant uertere in dubium pro eo, ꝙ per ſona humana naturaliter eſt libera: & ita obligari nõ debet alteri. Sed hoc nõ procedit: quia manifeſtum eſt ꝙ ſeruitus merito peccati iuſtẽ eſt introducta. Demũ; homo liber ſe ipſum ſponte uendere poteſt: ut habetur Deut. xv. & Exo. xxi. & ſeipſum obligare alicui, & facere cenſualem ad dandum ſingulis annis certam ſummam de opera ſua, & his, quę lucratur ultra ſuam neceſsitatem domino, aut hoſpitali, ſiue monaſterio aut priuatę pſonæ: & ita cõſtituere redditũ in perſona ſua habito reſpectu ad operas ſuas: aut etiam ad dandum libram ceræ, uel aliquid huiuſmodi: ſicut fit quotidie in fraternitatibus. Oportet tamẽ ſecundum pręmiſſa, ꝙ perſona, in qua cõ ſtituitur redditus potẽs ſit, & idonea ad ſoluẽdum de ſuo labore, & induſtria: uel aliũde huiuſmodi redditus ſine defectu neceſſariorum uitæ propriæ, & ſine detrimento rationabilis, & congrui ſtatus ſui. Similiter non ſolum conſtitui poſsũt redditus in bonis corporalibus: ſed ẽt in bonis icorporalibus: ut in iure recipiẽdi aliqua ut habẽs ius recipiẽdi annuatim centum flo. de aliquibus bonis poteſt in iſto iure conſtituere redditum decem flo. aut amplius: poſſet enim decem flo. ex illis centum obligare alteri, ut eos recipiat. ¶ Item nihil refert utrum cenſus conſtituatur in certa perſona, uel Incerta, ut communitate aliqua: dummodo cõmunitas habeat perſonas, ſicut dictũ eſt, qualificatas. Poteſt itaq; conſtitui redditus in uniuerſitate, ſeu cõmunitate ciuitatis, uillæ, religionis, aut eccleſię ſiue collegio, ſicut in domo, uel i agro. Eſt nanq; uniuerſitas talis tanquam res immobilis, & quodammodo perpetua: etſi non quoad præſentium hominũ durationem: tamen ad continuam ſucceſſionem: ſicut dicimus fluuium eundem manere propter aquarum ſibi ſuccedentium in eodem alueo continuationem. Et ſicut per deſtructionem domus per incendium: & agri per alluuionem: & ſimilium diminui, uel omnino perire poteſt redditus in eo ſundatus: ita & per depauperationem, aut deſtructionem alicuius uniuerſitatis per tranſlationem, fugam uel mortem naturalem, aut uiolentã, uel aliunde, diminui poteſt redditus in uniuerſitate conſtitutus, uel omnino perire. ¶ Dicitur etiam in concluſione, pecunię, uini &c. qa nihil refert, an redditus ſit pecuniarum, uel aliarum rerum pecunia menſurabilium: omnia enim illa nomine pecuniæ intelliguntur. Vnde Auguſt. Totum quicquid homines habent in terra: omnia, quorum domini ſunt pecunia: uocatur, ſeruus, uas, ager, arbor, pecus: quicquid horum eſt, pecunia dicitur. Ideo autem pecunia, pecunia uocata eſt: quia antiqui, quod habebant, in pecoribus habebant: & habetur infra. q. uj. totũ. Omnia enim hæc in pecuniam reſoluuntur, & pecunia comparantur. ¶ Dicitur ultimò certi, uel incerti: quia non refert utrum in bonis mobilibus, uel immobilibus, aut perſonis conſtituitur redditus certę ſummę pecunię, uel bladi &c. ut. x. libræ annuatim, aut. x. modij frumenti: aut. x. plauſtra uini: aut certa quota crementi, uel laborum, aut prouentuum. uel tertiã, uel quartam partem: ſicut ioſeph conſtituit partem crementi pharaoni. Gen. xlvij. Similiter non refert, an conſtituantur in certis bonis, uel in incertis. In certis ut in certa parte, & menſura terræ ſignata, uel in per-

In omnibus rebus habentibus uſum ſeparatũ a domino põt cõſtitui redditus.

in persona, aut domo nominata. Aut in incertis: ut in omnibus bonis alicui⁹ hominis, monasterij, uel communitatis.

D ¶ His declarationibus præmissis, probatur conclusio aucto. & ratione. Aucto. ue. testa. Nam in uete. testa. constitutę sunt sacerdotibus, & leuitis primitię, & decimæ: tam in frumentis, quàm animalibus. ut habetur Exod. xxij. Leui. xxvij. Numeri xviij. ubi clarè dominus constituit, & deputauit Aaron sacerdoti, & filiis suis decimas, primitias, oblationes, & pecunias. & Deut. xij. & alibi. Similiter in no. test. j. Corint. ix. Qui in sacrario operantur: de his, quæ in sacrario sunt, edunt; & qui altario deseruiunt, cum altario participant. Ex quibus patet manifestè. q͏ redditus licet incerti: scilicet decimarum, primitiarum, oblationum constituti sunt in bonis filiorum israel: & personis, quos reddere tenebantur sacerdotibus, & leuitis. Probatur etiā conclusio ratione: nam habēs plenum dominium in agro, uinea, domo &c. potest ille donare alteri seruata aliqua portione (rei, uel ualoris fructuū eius) annuè recipienda: sed hoc faciendo constituit redditum recipiēdi ab eo ex bonis suis alteri traditis: ergo conclusio uera. Consequentia est manifesta. Minor patet ex terminis: nam redditus est ius leuandi aliquid de fructu alicuius rei. Reseruans ergo sibi ius leuandi huiusmodi constituit redditum in re fructifera. Maior probatur per illam maximam. Ioan. cancel. tract. de contra. par. j. cōsi. ultima. Vnicuiq; fas est uti re sua prout sua: hoc est dictu: fas est unicuiq; re sua uti, sicut uoluerit: nisi obuiet legitima prohibitio, in quo casu res iam non dicitur sua. Nam res dicitur sua, q͏ est in eius facultate, & dominio ad disponendum, & agendum cum ea pro suo libito. Potest ergo habens dominium rei ipsum in alium transferre gratis: uel per commutationem pro aliquo recipiēdo: & hoc uel rem totam, uel eius partē simpliciter, uel cum apposita conditione: nec solam rem ipsam, & eius dominium: sed etiam usum rei retēto sibi dominio: uel conuerso, dominio rei, retento sibi usu, siue fructu eius: & hoc ubi usus a dominio est separabilis. Ista maxima fundamentum est iustitiæ in omni iusta donatione, aut commutatiōe: ut patet ex supra dictis. Potest ergo quilibet partem rei suæ dare alteri: & partem sibi reseruare. Et sicut dicitur de re ipsa: ita de eius fructu, & ualore. Potest igitur rem donare alteri: & partem fructuum eius sibi reseruare. Quilibet enim ē moderator, & arbiter rei suæ, & hoc manifestum est in locatione domus, aut agri ad tēpus: uel hæreditariè emphiteotę pro certa parte fructuum, aut eius ualore. Item habens bona immobilia importātia annuatim. e. deductis expensis: is potest illa donare petro sub hac conditione: ut det annuatim Ioan. x. Quòd si negligens fuerit Ioānes recipiet ipsa bona. & hoc faciendo constituit redditus x. flore. a Ioanne de his bonis leuandos. Antecedens patet: quia potuit a principio dare totum Ioanni simpliciter, uel sub conditione: ergo etiam in casu, quo nō soluantur ei decem a petro: habet ergo in casu Ioannes ius leuandi. x. de bonis huiusmodi in termino statuto annis singulis: & in casu, in quo petrus soluere neglexerit bona ista recipere, & possidere. Item aliquis potest dare proprietatem fundi sui alicui communitati, uel monasterio, & reseruare sibi partem fructuum ad uitam, uel perpetuò sibi, & hęredibus, & ita ius reseruatum, est redditus (in fundo, quem dedit) constitutus. Et quod dictum est de agris, similiter ueritatem habet in qualibet re: cuius usus non est eius consumptio: quia nulla est ratio diuersitatis: quare potius in re una, quā in alia: & per hoc patet ueritas conclusionis. ¶ Secunda conclusio. Redditus legitimè constituti possunt pro pecunia uendi, & emi. Probatur: quicquid potest precio taxari, potest pro pecunia uendi, & emi; sed redditus, siue ius leuādi. x. de talibus bonis potest taxari pecunia. ergo. Consequentia nota. Minor patet: quia ius recipiendi. x. de tali fundo nō nihil ualet. Affert enim magnam utilitatem tēporalem habenti ipsum, scilicet recipiendi. x. annis singulis. Nec ualor

Habens dominiū rei pōt ipsū in aliū transferre gratis.

Cōcl. 2.

E

Redditus legitimè cōstituti possunt uendi, & emi.

est infinitus: est quia non est maior ip so fundo, in quo constitutus est; & fundus non est infiniti ualoris: ergo potest precio taxari. Maior patet: quia quicquid potest taxari precio: potest commutari pro tali; & hoc est uendi. Quod uero potest uēdi pro pecunia, patet: qa pecunia, siue numisma est medium com mutationis: ut supra habitum est: ergo omne uendibile potest pecunia uendi. Item habens per alium constitutos potest eos uēdere: ergo etiam constituens eos potest uendere. Antecedens est ab omnibus etiam: a doc. solemni, qui cæteris est rigidior in redditibus emendis. Consequentia patet, quia nō maius ius habere potest habens redditus ab alio constitutos, quā habuit constituens: cū talis totum ius habeat mediatē, uel immediatē primō constituente redditus: puta si quis constituit redditum in bonis suis, potest illum donare petro: ergo etiam potest uendere petro. Tenet consequentia: quia cuius est ius donandi, huius est ius uēdendi. Itē donatarius potest uendere redditus sibi donatos: ergo & donans idē potuit. Probat consequentia: ut supra: quia nō pōt maius ius habere in re donata, quā habuit is q donauit. ergo. Ex ista cōclusione sequitur corollariē, φ nihil refert in emptio

Corol. ne, & uenditione redditcuum. Ad hæc pa nor. in c. in ciuitate. de usuris. utrum sint de nouo, uel olim constituti: dum tamē legitime constituuntur: patet, quia sicut olim, ita & nunc possunt legitimē constitui. Et ideo sicut olim: ita & nunc emi, & uendi: quia habens proprietatē, & plenum dominium pro quolibet tpe sui dominij pōt re sua, ut placet, uti. Si ergo olim potuerunt habentes dñium rei in ea cōstituere redditus: ita & nunc. sicut olim poterant illos, uendere, ac emere: ita & nunc Et dictum est notanter legitimē, quia si constituerentur in fraudem usurę, sicut nunc non licet: ita nec olim licuit. Quomodo aūt possunt constitui in fraudem usurę: aut in fraudem uēdi: & emi: partim ex dictis: & partim patebit ex dicendis. Nec enim scdm apostolum circūuenire debet quis pximū in negotio. j. Thessa. iiij. Tertia con clusio. Sicut in re separabili ab usu red- ditus pōt constitui legitimē, emi, & uen di ad certū, uel incertum tēpus: ita etiā pōt constitui emi, & uendi perpetuus.

Cōcl. 3. F Tam tē porales reddi-tus, quā ppetui possunt emi, & uendi.

Prima pars probat quantum ad singulas particulas. Primō; φ cēsus posit consti- tui, est conclusio prima. Item φ cōstitu tus posit uendi, & emi est conclusio secunda. Quōd uero posit ad tēpus cō stitui: patet similiter ex pria cōclusione. pōt. n. quis obligare bona sua, ut usq; ad terminum tēporalem annuatim respon deant partē fructuū sibi, uel alteri: & nō post terminum designatum: aut sicut po test fructus integros (uel partem eorū) alteri ad certos annos donare, uel uendere, ut ex prędictis patet. Qđ uero pōt censum, siue redditū ad tempus constitu tū uēdere, & emere, patet: qa ibi possunt esse omnia ad emptionem legitimā req sitā. s. personarum contrahentiū idonei tas: ut plenū dñium in uendente: & facultas recipiendi in emente. Merx. s. ius recipiendi redditū constitutū. Preciū iu stum, & donatio utriusq; cōditionalis: do, si des: de quibus supra. q. x. circa prin cipium. Omnia hæc patēt præter quartum. s. precium iustū: & hoc declaratur. Nā pōt preciū adæquari merci, & cōmē surari per respectum ad usum humanum: ergo pōt esse iustum. Tenet consequen tia: qa hic est iustitia preci j: si fuerit adę quatum merci: ut ibidē dictū ē. Antece dens patet: qa aut redditus cōstituitur ē inparte cremēti, tertia, quarta, uel sexta ad terminum constitutum: & tūc merx non est certa, quia uariatur scdm ubertatem, & sterilitatem temporū. Pōt tñ æstimari ad mediū scdm cōmunē cursū in tempora bona, & sterilia: & eodē mo do precium, ita ut sit æquē dubium, an alterum eorum excedat, uel deficiat ab æqualitate. Et talis ęstimatio sufficit ad æqualitatem, siue ad ęquationem dati, accepti, idest mercis, & precii cessante alias dolo, & fraude. Dubium enim tale excusat inæqualitatem: si accidat: ut in simili habetur in cap. in ciuitate. &. cap. nauiganti. de usuris: ubi excusatur uendens tem plus, quām ualeat: dummodo

dubius fuerit:an tépore solutionis plus minus ue ualeat. Similiter qui nunc tradit pecuniam: licet res tépore illo plus ualeat: si dubius; an res tempore traditionis plus, uel minus ualeat: & hoc si sit æqualiter dubius in utráq; partem. ¶ Si uero redditus constitutus est in certa quantitate crementi: ut gratia exempli in.x. uel xx. modijs tritici: quia iterum ualor eius dubius est: eo q uno tempore plus: alio minus ualet. Si cóstituitur precium ad medium ualoris secundum cómunem hominum æstimationem: licet quandoq; excedat: quandoq; deficiat: tamen propter dubium ad utrumlibet æstimatur iustum. Si autem redditus cóstituitur in certa quantitate pecuniç, ut x. flo. singulis. x. annorum de tali fundo dandis: tunc seruatur æqualitas, si preciū cóstituat.c. flo. quia.c. flo. recipiet in.x. annis. Verum, quia minus ualet res empta, quç subest periculo: quàm si non sit periculum: aut si periculum sit in alium translatum: gratia exempli: minus ualet redditus cóstitutus in domo aliqua: quàm in agro, uel prato: quç domus subest periculo incédij, cui non subest ager uel pratū. Sic terra í uno loco subest maiori periculo alluuionis, guerrarū, ferarū &c. quā in alio: propter q minus ualet in uno, quá alio. Et per hoc etiā census constitutus in bonis pluribus periculis subiectus, minus ualet: quá si cóstitueretur in bonis minus piculosis: quoniá pereunte fundo perit & cēsus in fundo cóstitutus. Et hoc respectu posset aliqd diminui de precio: tantum. s. quátum aliquis reciperet pro eo, q in se periculum susciperet: gratia exépli. Census.x. flo. cóstitutus est in domo aliqua per.x. annos soluēdus, si nullū foret piculum: iustū pciū essent.c. flo. Si uero est periculū, q iusto libramine aliquis in se susciperet pro x. flo. tunc census ille cum periculo nō ualeret ultra. xc. flo. & ita moderandū esset precium secundū quātitaté periculi cū alijs concurrentibus. Non auté attendenda est dilatio temporis in quo recipiēdus est cēsus: q si propter hoc præcise aliquid iusto pcio detraheretur: id fieret in fraudé usurç. sic n. lucrū quçreret ex tpis dilatione: & esset simile ac si mutuaré alicui.c. flo. accepto pignore cum pacto q in.x. annis redderet mihi.c. flo. q est manifesta usura. ¶ Similiter potest uendi ad tempus incertū: ut ad uitam hominis, q probatur: quia quis pōt emere fundum, uel domū ad uitá suam: ergo etiá censum in eo constitutum. Tenet consequentia: quia non est maioris ualoris census, quā fundus. Sed antecedens patet: & est communis practica, & ab omnibus concessum. Item quis habés bona fructifera potest alteri donare: ut singulis annis leuet de fructibus earum quartá parté: uel certam quotá fructuū, uel pecuniam ęquiualentem. Manifestū est; q donatarius poterit illud ius sibi donatum alteri uendere: ergo cóclusio quoad hāc clausulam uera. Sic & primó donans ius tale leuandi tantum ad uitá donatarij, potest illud uendere per illam maximam. Cui competit ius dandi aliquid uendibile, ei competit, & ius uendendi. Ius autem illud est uendibile, quia est precio æstimabile: ut supra argutum est in probatione secundç cóclusionis. ¶ De ista parte conclusionis quoad redditus ad uitam. Henri. de Has. recitat rationes contrarias doctorū contraria opinantium: & licet tendat ad hoc: q scrupulosum sit emere huiusmodi census, & non expedire reipublicę: tenet tñ, q contractus in se non sit illicitus. Vnde post recitationem dictarum opinionū coactus rationibus unius opinionis dicit. Quicquid sit quantū, ac contractū emptionis census ad uitam de expedientia respectu reipub. uidetur: q utique secundum se sit licitus, ita uidetur, q sine peccato exerceri posset: quia sicut apparat ex cap. iiij. secundç partis huius tractatus: quilibet potest in re sua (census capace) constituere censum perpetuū, uel ad tempus solum: ut ad uitam alicuius, uel ad obliquos annos: & hoc censum certæ quantitatis: ut quartam uel sextam fructus rei suæ: ut uineæ, domus uel alterius. Cum ergo sicut quilibet potest dare rem suam, & fructum eius secundum totum, uel partem cui uult: ita potest dare, cui uult omné cen

G Redditus pōt uēdi, ad tempus incertū.

sum, quem in re sua constituit. Videtur etiam eū sit finiti ualoris: & determinati: q uendere possit secundum aliquam æstimationem iustam. Hæc Henri. par. ij. sui tr. 6. c. iij. primo. ¶ Secunda pars conclusionis, scilicet q in rei usu: non consumptibili census ppetuus possit cō stitui, uendi, & emi: probatur; quia redditus perpetuus potest constitui in fundo aliquo perpetuo ex conclusione prima: nam habens dominium in re aliqua plenum, potest in re illa constituere censū illi rei coæqueuum. Et ille dicitur in proposito perpetuus: & ille potest uendi, & emi: sicut gratis donari. Sicut & fundus, in quo constitutus est redditus: uendi potest aut emi, uel donari. ¶ Præterea si redditus perpetuus uendi non posset: maxime ex eo; quia non potest esse qualitas inter datum, & acceptum: siue mercem, & precium pro eo, q successu temporis incomparabiliter plus in ualore proueniet ex redditibus, quàm sit pecuniæ ualor, pro qua emitur. Ematur (exempli gratia) redditus unius floreni pro. xx. flo. in mille annis; accipientur quinquagesies. xx. flo. & sic successu temporis incomparabiliter magis: sed hoc nō. Tum quia fundo, in quo constituitur eē susperpetuus, potest assignari precium æquale, pro quo poterit iuste uendi, & emi: ergo etiam censum in eo constitutum, quia census in fundo constitutus non potest esse precisior fundo. ¶ Præterea æqualitas precij, & mercis non est attendenda ex quantitate eorum in se considerara secundum gradum naturæ: ut patet ex dictis supra, quę. x. sed penes gradum utilitatis ad finem humanum consequendum deseruientis, quem homines habent, uel habere possunt ex eo rum usu. Talis autem gradus ęstimari debet ex communi cursu, & consuetudine patriæ. Vnde tunc æstimatur precium æquale merci: quando uendens secundum communem cursum tantam utilitatem consequi potest ex precio, quantam emens ex merce. Vnde si quis poterit emere secundum cursum communē fundum, de quo deductis laboribus, & expensis haberi potest regulariter fructus unius floreni pro xx. flo. tunc. xx. flo. æstimatur iustum precium census unius flo. annui: quia isti. xx. flo. possunt tantum proficere uendenti censum: quātum census talis ementi. Potest enim emens pro. xx. flo. emere alium fundum, de quo habiturus est annuē. j. flo. deductis laboribus, & expensis. Ex quo patet; q illa consequentia non ualet: successu temporis incomparabiliter plus prouenit de redditibus in ualore, quā sit pecunia illa, pro qua emitur: igitur non est æqualitas inter censum, & preciū: quia æqualitas illa non est attendenda secundum omnes, & singulos successiuos prouentus mercis: sed ut dictum est: tam ex gradu utilitatis, quàm ex usu tam mercis, quā precii habere possunt regulariter contrahentes. Qui gradus mensurādus est secundum consuetudinem, & cō munem ęstimationem patriæ: ut dictum est. Et illa mensura non consistit indiuisibili, sed in medio quodam inter excessum, & defectum habentem latitudinē, ut dictum est. In hac etiam ęstimatione non debet attendi industria singularis ementis, potest tamen attendi damnum uendentis: maxime si ad instantiam emē tis uendat, alias non uenditurus; ut supra dictum est: & ideo additum est regulariter: & secundum hanc mensuram tātus esse potest ualor. xx. flo. numeratorum: quantus unius floreni perpetui census: alioquin nunquam oppidum, uilla, ager, uinea: & aliæ possessiones annuum fructum afferentes possent pro certa, & numerata pecunia emi, aut uendi, q est absurdum: quia semper emens huiusmodi secundum communes causas inferiorū, & superiorum, & sui successores incomparabiliter plus percepturi sunt ex prouentibus possessionū emptarū: quā sit sū ma pecuniæ pro qua emetūr. ¶ Ex his sequitur corollariè: q non æquale preciū similis census in diuersis locis: neq; in diuersis tpibus. Patet: qa fundi, in quibus constituuntur census, non sunt æqualis precij in diuersis regionibus, & temporibus. Vnde si pro. x. flo. posset emi fundus in certo loco, de quo haberi posset, annuatim ualor unius flo. deductis laboribus,

Marginal notes: ij (beside "ij. sui tr."); Redditꝰ pōt uendi perpetuō; Vnde attenditur æqualitas precij.; Coro.

tibus, & expensis: quod cōtingere posset propter fecunditatem terræ: raritatē, & paucitatē colētiū: aut pecuniæ aut alias causas: ibi decem flo. essent æquale, & iu stum preciū unius flo. censusin tali pos sessione constituti. Et secūdū hoc olim dū minor fuerat numerus populi cultoris terræ: census minori precio cōparabatur, quā nunc cōparatur. Vnde quondā emebatur una libra pro xiiii. in certis regionibus tanq̄ pro iusto pcio; prout declaratū est in bullis Martini papæ; & successorum suorū super his emanatis. Ista cōclusio cū suis probationibus, & declaratione est de mente domini Inno in c. in ciuitate. de usuris. omnia hęc lenten tialiter ponentis. ¶ Quarta conclusio.

Cōcl. 4. Cōditio facultatis reemēdi redditū pro uoto ementis apposita nō uitiat contractum, si cætera ad iustitiā cōtractus requisita sunt paria. Probatur cōclusio: quia adiectio huius cōditionis nō uitiat cōtractum emptionis cuiuscūq; rei uēdibilis: ergo nec redditus. Consequentia nota. Antecedens probatur aucto. & ratione. Aucto. le. ue. quę fuit diuina. Nam Leui. xxv. pcepit dñs: q possessiones uendi deberent precio supputato secundū distantiam ab anno iubileo: quo possessio libere reuertebatur ad dominos suos, s. uenditores. Non. n. poterāt uendi nisi usq; ad annū iubileū: secus tamen de domibus. Iterum ibidem præcipitur. Terra nō uendetur in perpetuū: sed cuncta regio possessionis uestræ sub redemptionis cōditione uendetur. Et infra de uenditione domus subditur. Qui uendiderit domū intra urbis muros: habebit licentiā redimēdi: donec unus impleatur annus. Si non redimerit: & anni circulus reuolutus fuerit emptor possidebit eā, & posteri eius in perpetuum: & redimi nō poterit etiam in iubileo: hoc singulare de domibus in ciuitatibus muratis. ¶ Ex illis Gerson elicit tria. Primum: q uenditio perpetua licita est: patet in uenditione domus intra muros urbis. Secundū: q uenditionem non inficit cōditio redimendi. Tertium: q si emptor post x. uel xx. annos uelit reddere illud, quod emit suo uenditori qualicunq; precio: non

I Conditio redēptionis apposita non uitiat cōtractū.

tenetur fructus medij temporis deducere in precij cōpensationē. Sed di. opposi tū huius uidetur pcipere dñs. dic. n. Si uēditor inuenerit preciū ad redimendū: cōputabuntur fructus ex eo tpe, quo uēdidit: & qđ reliquū est, reddet emptori: ergo fructus cōputādi erunt in sortem. Respōdetur: q terra promissionis erat immediatē ipsius dei: & iudęi ibi habitātes nō erāt sicut coloni: & ideo dñs noluit terrā illam aliter uendi, uel alienari: ut dicit Lyra in postilla ibidem. Voluit. n. dominus facere pietatem populo suo pauperi uenditori. unde uoluit, q uenditores semper possent redimere uendita: q; fructus ab emptoribus leuati subuenirent emptori in solutione precij redemptionis. Sicut & uoluit: q possessio uendita in anno iubileo gratis reuerteretur ad uenditores. & hoc dūtaxat in populo suo peculiari. Illę autem cōditiones non sunt de natura contractus uenditionis: nam possessor domus emptę in urbę murata empta a dño suo: & infra anni circulum non redempta: licet emptor nō cogebatur reuendere uenditori: poterat tamen etiā post reuolutū annum reuendere uenditori, uel cui uoluisset: & tunc nō tenebatur fructus receptos cōputare in sortem. Verum illa iudicialia ue. te. nō obligant in le. no. nisi de nouo essent præcepta. Nec allegata sunt tanquā pro nūc obligatoria: sed ad hoc tantū ut ostendatur: q emptio rei sub conditione reemptionis non est de se illicita: eo q aliquando a domino præcepta. & alludens legi diuinæ olim obligatoriæ: nihil. n. illicitum ex se unquā a dño pcipitur. Sequitur etiā ex eisdē allegatis: q res pōt uendi ad tempus: ita q lapso tpe redeat ad uenditorē: patet: q a scdm legem nō poterāt uendi, neq; emi possessiones: nisi usq; ad annū iubileū. ¶ Probatē etiā cōclusio ratione, q a hęc cōditio nihil tollit, qđ est essentiale cōtractu emptionis: quia nō obstāte illa cōditione, ibi possunt esse omnia ad iustam emptionem requisita: puta emens, uendens, idonei, merx, iustū pciū: & uolūtas plena dādi, & accipiendi. Deniq; nō est in grauamen ementis, q spōte se obligat

K

Cauendū est, q nihil hac

In fraudem usurarum.

ad reuendēdū. Nec uēdentis: quia in hoc magna pietas exhibetur uēditori q atteunatus uendit possessiunculā suā, uel redditus, ad quos redire pōt dño prouidēte: & fortuna pinguiori arridente: qđ alias fieri non posset. ¶ Preterea in potestate cuiuslibet est se obligare emptori obligatione, quę nō est lege prohibita. Nec illicitū est deducere in pactū, qđ alias nō est illicitū: ubi pactū non repugnat, qđ dicitur propter donationē liberā & gratuitā: quia si accedit pactū, iā nō erit donatio libera. Et per hoc in mutuo licet aliquid gratuitē supra sortē donare: nō aūt licet pacisci. Cōcordat pdictis Gerson ponens pro regula: ꝙ omnis cōtractus, quo licitē emūtur, uel uendūtur redditus perpetui pōt similiter esse licitus: si eodē cōtractu similiter se habēte det facultas mutuā rem emendi, pręsertim in foro cōscientię. hęc ille. Nec refert secundū eūdem: cōsideratione septima tract. sui de cōtrac. si in cōtractu uenditionis, & emptionis pactū potestatis redimendi rem uenditā limitetur ad tēpus certū uel incertū. ut gratia exempli; si datur facultas redimēdi usq; ad x. annos & nō postea: aut ꝙ pōt redimere post. x. annos: & non ante, uel ꝙ pōt redimere, quādocūq; placuerit uenditori. Et hoc patet: quia cū cōtractus possit esse perpetuus. i. sine facultate redimendi cōcessa: quādocūq; illa facultas conceditur: pia est, & gratiosa cessantibus alias dolo, & fraude usurarū. Addit etiā idem cancell. hāc cōsiderationē. Venditionis, & emptionis cōtractus nō iō pręcisē dicitur illegitimus iure diuino, & naturali: dum propter libertatem redēptionis uendite rei, res ipsa minori pcio uēditur, uel emitur. Patet hoc: quia mensuratio precij fieri habet secūdū ampliationē dñii sup rem emptā. Cōstat. n. ꝙ in casu cōcessę redēptionis cedit res empta emptori in minus amplū dñiū: q̄ si non posset redimi: & ecōtra uenditor nō ita plenē, & totaliter denudat se a dñio suę rei, quā uendit. Si igitur pōt precium augeri: dū ius, uel dñiū est pinguius, latius, & uberius: pōt etiā dominio diminuto, & pciū diminui, pro quo facit textus Leui. xxv. allegatus: quātō minus tpis numeratuerit: tātō minus emptori cōstabit. Cōfirmatur ex consideratione locationis, & cōductionis sibi fit trāslatio solius usus retento dominio. Quis. n. nesciat temperari, uel augeri preciū iuxta temporis, & usus cōmoditatē maiorem, uel minorē. hęc ille. ¶ Deniq; res ēpta, & cū pacto reemptionis: minus ualet emptori propter facultatem redimendi reseruatā uenditori. Nō. n. poterit emptor rem sub tali pacto emptā tāti uendere alteri: sicut si pactū hoc nō interuenisset. Dicitur aūt notāter in cōclusione; si cętera sunt paria. i. nihil pter cōditionē, uel pactū illud interueniat, quod cedat in fraudem usurarū: uel alias uitiare possit cōtractū: sed seruātur debitē, & rationabiliter substantialia cōtractus ut. s. ibi sit cōsensus liber utriusq; uendentis, & emētis. Et sit ibi merx. i. res, quę emitur, seu ius recipiēdi censū. Ematur etiā iusto pcio rationabiliter taxato secundū ualorem rei, q̄ uenditur scdm consuetudinem loci, & tpis: prout scdm rectū iudiciū rōnis expedire (utq; ementi & uendenti & reipu.) iudicat: ita ꝙ fiat adęquatio dati, & accepti, scdm proportionē ad usum hominū, in quem uenūt: seu nata sunt uenire. Sitq; uerē intentio illius uendendi, istius emēdi: nō sub colore nominū uenditionis, emptionis, mutuādi, aut impignorandi. Quoniā si aliqđ eorū deficit: cōtractus nō est licitus: & pſumit in fraudē usurarū factus. Et maximē hoc pſumitē, si pciū nō fuerit iustū: nec ualori rei uenditę secūdū modū dictū cōmensuratū: aut si ex pacto periculū rei maneat apud uendentem: qđ de natura emptionis manere debet apud ementē. na periculū rei sequit pprietatē, seu dominiū rei. ¶ Circa pciū rei tenet Henri. de oyta in trac. suo notabili de cōtract. ꝙ si ppter adiectionem cōditionis, reemptionis: minus detur de precio, quā res ualet scdm rationabilem æstimationem: ꝙ cōtractus sit illicitus: qa cōtra æquitatem iustitię cōmutatiuę contra opi. Ioā. Gerson supra recitatā. Et probat sic: qa adiectio talis cōditionis nullū facit pręiudiciū emptori scdm uerā equitatem iustitię cōmutatiuę: & iō

Nota. L

nõ debet ꝓcio taxari. Vnde si taxatur ꝓ cio, ut minus detur, q̃ si simpliciter, & ꝓ petuõ uenderetur, iã deficitur ab ęquita te iustitię cõmutatiuę: & per cõsequens cõtractus illicitus. Assprobatur: qa uel emptor rẽ emptã obtinebit ꝑpetuõ ꝓ se, & hæredibus suis: uẽditore nunq̃ ꝑuenie te ad pinguiorẽ fortunã: aut alias nunq̃ꝑ se, uel hęredes suos redimente: aut q̃nq; reuendere oportebit propter adiectionẽ cõditionis sępe dictę. Si primũ: constat, ꝙ tantũ habet in tali cõtractu, ac si con ditio non fuisset adiecta: & per cõsequẽs cõditio adiecta nullũ facit sibi ꝑiudiciũ. Si datur scdm: tũc si emisset rem iusto precio: totũ sibi redditur, qđ exposuit: & cũ hoc lucratur fructus de re empta perceptos: qđ sibi debet sufficere scdm ue rã equitatem iustitiæ cõmutatiuæ. Et ꝑ cõsequens si minus dat, cõtractus ex par te illa redditur illicitus: & uenditor iniu ste dãnificatur ꝑ hoc: ꝙ medio tpe defe ctũ habuit iusti precii. qđ sibi debebatur pro re sua uendita. ¶ Et ad rõnem Gerson supra tactã: ꝙ res empta minus ualet emptori propter cõditionem &c. Respõ det uno mõ negando assumptũ: quoniã obligatio cadens solũ in personã non di minuit ualorẽ uenalis rei, sicut facit obli gatio, q̃ cadit in rem ipsam: utputa rẽ ip sam aliquo censu, uel seruitio grauãs: er go propter istã obligationem personæ tñ res nõ minus ualet. ¶ Sed illã solutio nem, quæ etiam est Henri. de has. impu gnat & bene: qm̃ licet talis obligatio nõ facit rẽ minus ualere in se, quã si obli gatio non esset: tñ facit eã minus ualere emptori: quia ut dictũ est: emptor cũ il la cõditione non habet tã plenũ domi niũ, sicut sine illa. Nec uerũ est: ꝙ obliga tio personæ nõ minuit ualorẽ rei: saltem respectu personæ obligatæ. Posset. n. ꝑ sonę impo ni obligatio aliqua seruitu tis: uel alia, q̃ ipsũ sic grauaret: ꝙ melius esset sibi rẽ simpliciter nõ habere, q̃ sic grauari. Posset etiã obligatio esse talis, ꝙ possessio illius rei in duplo minus ua leret: q̃ si obligatio illa, q̃ in suã personã cadit, nõ esset. Et per consequens scdm uerã ęquitatem iustitię cõmutatiuæ ali quis licitẽ posset emere rem aliquã cũ ta

M Res uendita cũ certa obligatione emptoris minus ualet.

li obligatione in suã personã cadente in duplo remissius. ¶ Verũ ergo est, ꝙ obli gatio ꝑsonæ, q̃ non cõsequitur rẽ aliquã possidendã: illa non facit rem minus ua lere. Secus de obligatione, qua persona obligatur propter rem possessam. ¶ Ideo aliter soluit dicens: ꝙ licet scdm æstima tionem, eorũ, qui corruptũ habent iudi ciũ sequentiũ inordinatã cupiditatem; res uẽdita minus ualet emptori propter hmõi obligationem: nõ tãtũ scdm rectã rationem scdm q̃ hõ lege charitatis te neť alterius onera portare: & alteri sub uenire pro loco, tpe & negotus hoc ex postulãtibus. Et si contra legem charita tis peccat in proximũ, q aliqd diminuit đ iusto precio propter obligationẽ adie ctã in cõtractu: ꝙ res sine illa obligatio ne ualeret: attento, ꝙ dato iusto precio, emptor nõ haberet damnũ: sed lucrũ: ut supra deductũ est. ¶ Sed illa solutio defi cit, nã non peccat ęmens contra legem charitatis in cõtractu, q nihil minuit de iusto precio: iustũ aũt preciũ rei uenditę cũ obligatione, min9 est precio eiusdem rei uẽditę sine obligatione ementis, ꝓ pter diminutionem dñij in re empta ex hmõi obligatione: nã & obligatio illa pe cunia ęstimari põt. ¶ Quis. n. nõ uideat: ꝙ emens possessionẽ liberã nõ sine pre cio se obligaret ad reuendendũ uendito ri ad eius uota. Similiter obligatus ad re uendẽdũ, pecunia digna se redimeret ab hmõi obligatione. Et ideo tantõ minus ualet res cũ obligatione uendita: quanti obligatio æstimatur secundum æquitatẽ rectæ rõnis. Nec hoc uerũ est: ꝙ emens rem cum obligatione pro precio, ꝙ res simpliciter ualet sine obligatione, nullũ patitur dãnum. Nã nõ põt postea cum li buerit aliter uendere, & cõsequi preciũ, qđ ipse dedit: quia nõ põt alteri uendere a suo uenditore: nisi cũ obligatione ad reuendendũ &c. propter quã obligatio nem alter nõ daret preciũ, quod ualet si ne obligatione. Etiã non põt ita libere uti re empta ipsam colẽdo, meliorãdo: sicut faceret, si non esset obligatus ad reuendendum. ¶ Et ideo uidetur opinio Gerson esse probabilior, & uerior: licet magis tutum esset, & magis pium si

Replica.

in contractu illa obligatio ad reuehendũ, nõ estimaretur pcio. Si tamen estimatur pcio nõ tamen excusaretur: sed tanto, quãto qs secundũ rectã rõnem, & patriæ cõsuetudinẽ uellet in se suscipere hmõi obligationẽ, nõ peccat in pximũ: nisi pximus esset in extrema necessitate, in qua etiã de suis sine cõtractu teneret ei subuenire. Rarius tñ illi cõtractus fiũt ex tali necessitate, q̃ non aliter possit tolli. Nã & frequenter diuites, & abundãtes sic uendũt: uolentes pecunia ad maiora lucra, uel cõmoda uti. Vnde accidit huic cõtractui, an uendens sit pauper, an abũdãs: & qua occasione rem suã sub huiusmodi coditione uendat.

Cõcl. 5. N ¶ Quinta cõclusio, & rñsalis. Habẽtes redditus legitimẽ cõstitutos ex donatione, hereditate, aut iusta emptione nõ tenent ad restitutionem receptorũ horũ occasione. Hęc cõclusio probatur: nullus tenetur ad restitutionem bonorũ ad se iusto titulo uenientiũ, sed redditus legitimẽ instituti (de quibus cõclusio) ueniũt iusto titulo s. donationis, hereditatis, aut emptionis precio iusto: ergo. Cõsequentia nota eũ maiore. Minor patet ex conclusionibus prẽmissis. Vtrũ aũt cuilibet liceat cõparare huiusmodi redditus: dicetur in dubijs.

Habens redditus legitimẽ non tenetur.

Cõcl. 6. ¶ Sexta cõclusio. Si quis constituit, aut possidet redditus ppetuos, uel temporales in fraudẽ usuræ, aut dãnũ iniustũ proximi: tenetur ad refusionem dãni lęsę parti. Ista cõclusio satis patet ex pmissis. q. ij. huius dis. & p c. si culpa. de iniu. & dã. frequenter allegato. Et hoc de ar. ij.

Arti. 3. O ¶ Quantũ ad articulum tertiũ: quia uarię sunt opi doc. in hac materia ideo ut clarius pateat ueritas: motiua eorum in quantum obuiant conclusionibus prẽmissis, ponã, & soluam.

Dub. 1. ¶ Et quia primã cõclusionem omnes admittunt: ideo dubitatur cõtra secũdã cõclusionẽ arguendo: q nõ liceat emere, aut uendere redditus pecuniarũ legitimẽ constitutos. qđ probat primò sic. Pecunia emi non põt: sed emere redditus pecuniales est emere pecuniã: ergo redditus pecunia emi nõ possunt. Consequentia nota. Maior probatur: quia contra naturã, & rationem numismatis est: ut si terminus emptionis. Nã numisma inuentũ est, ut sit mediũ commutationis, & non terminus. v. Ethic. Et ideo ut arguit doctor solẽnis viij. quodl. q. iij quadocũq; traditur pecunia tanquã extremũ commutationis, emptionis. s. & uenditionis: & nõ tãquã mediũ mutuò traditur: ideo spes accipiendi aliquid pro istius pecunię traditione usura est: siue tota similiter accipiatur post lapsum temporis: siue per quotã aliquã singulis annis intentione plus recipiendi: siue per se: siue per suos hęredes: usura est. Minor probatur: quia nihil aliud est emere redditus pecuniarũ: q̃ per pecuniã iã semel datã emere pecuniã successiuẽ recipiẽdã. ¶ Item in tali cõtractu uendens nullã rem trãsfert in ementem: sed solum se obligat ad certã pensionem: ergo non est uerus cõtractus emptionis, & uenditionis. Tenet consequentia; quia in omni contractu emptionis dominiũ alicuius rei trãsfertur in ementem. Antecedens patet: quia nec fundũ, in quo cõstituitur censu; nec usum eius uendens trãsfert: quia utrũq; cũ eius dominio manet apud uendentem; nec pecuniã successiuẽ recipiẽdã: quia illa nõ est: nec tota est in potestate uendentis. ¶ Item census uenditionis incõparabiliter excedit preciũ. Similiter merx uendita incerta est, & preciũ certũ: quæ omnia repugnant iustæ emptioni. ¶ Si dicitur; q ius recipiendi de tali fundo annuatim tantã pecuniã trãsfertur. ¶ Cõtra: quęritur, quid sit illud ius: aut est pecunia recipienda, & stat argumentũ: aut fundus, uel pars eius: sed hoc non: quia nõ transfertur in ementem, ut argutum est. Nec est ipse uendens: quia iste est psona libera, ut supponitur, q̃ nõ debet obligari. Deniq; tunc desinente psona uendentis: nihil iuris maneret ementi ad leuandũ censum. Et per hoc uidetur: q uenditio census non sit nisi cõtractus mutui, quo datur pecunia numerata, & certa alicui: ut successiuè reddatur dato fundo, uel re alia pro pignore. Et per consequens quicquid accipitur temporis successu supra sortem; usura est. ¶ Ad ista licet facile responderi possit ex declaratis; tamen ad maio

Emere redditus non est emere pecuniam.

Rñsio. Ad 1. P maiorem ueritatis indagationem: respõdetur breuiter ad singula. ¶ Ad primum breuiter potest negari minor. s. ꝙ emere redditus est emere pecuniã. quoniam dictum est in ꝓ notabili: ꝙ aliud est redditus: aliud pecunia. Quoniã redditus est ius recipiendi pecuniam, quod est uendibile: & emibile, sicut ius stillicidij, uel transeundi per terram alterius: ut ibi declaratum est. Et ad probationem patet falsum esse, quod assumitur: s. ꝙ nihil aliud est emere redditũ, quã pecuniã &c. nec probatur. ¶ Sed quid de maiori, qua dicitur: ꝙ pecunia emi non põt: & ꝙ nõ põt esse terminus emptionis, & uenditionis, sed medium: quoniam hoc est cõtra naturam, & rõnẽ numismatis &c. Licet illa maior si esset uera, non foret cõtra conclusionem: tñ de eius ueritate modicum uidendum est. Et primò dicitur: ꝙ nõ est uerũ, ꝙ sit cõtra naturã numismatis: ꝙ sit terminus emptionis: quia aurũ, & argentum nõ monetatũ est eiusdẽ naturæ, & speciei cũ numismate: & tñ emi potest, & uendi. ¶ Præterea, si per terminos uenditionis, seu generalis cõmutationis intelligitur datum, & acceptũ a cõmutantibus, certũ est: ꝙ in omni uenditione pecunia est terminus: quia data ab emente, & accepta a uendente. Sicut merx ecõuerso datur a uendente, & accipitur ab emente. Præterea qd aliud est dare pro una moneta aliam alterius generis æquiualentem: ut pro aurea argenteam, uel econuerso quã aurum emere pro argento, uel econuerso. ¶ Præterea si uendere est transferrre dominiũ alicuius rei in alium pecunia mediante: ut sup. diffinitũ est: tũc trãsferẽdo dñiũ pecuniæ meæ in aliũ, ꝓ pecunia alterius uerè uendo pecuniã: qa etiã pecunia res aliqua est: quia quod nulla res est, nihil est scdm Aug. j. de doctrina christiana.

Pecunia est termin⁹ cõmutationis.

Et iustè si seruatur æqualitas inter datũ, & acceptũ. unde ita iustũ est pecuniã ꝓ pecunia cõmutare æquitate ualoris utriusq; seruata: sicut rẽ p re. Et sicut usura cõmittitur in mutuo pecuniæ pro pecunia: ita in mutuo rei. Exẽpli gratia: granorũ, aut uini, pro grano, aut uino. Vnde nihil refert ad iustitiã cõmutationis: utrũ termini cõmutationis sint res aliæ a pecunia, uel pecunia. Vnde si trado pecuniã unius monetæ pro pecunia alterius monetæ eiusdem ualoris: iusta est cõmutatio: uocetur quocunq; nomine placuerit, ꝑmutatio, cambiũ, siue uenditio, uel emptio. Variatio .n. nominũ tantum non iustificat: neq; mutat substantiã contractus: neq; eius circumstantias, quibus manentibus manet eius iustitia, uel iniustitia. Et quãuis pecunia sit terminus in cõmutatione, seu uenditione rei pro pecunia: nihilominus est mediũ commutandi rẽ pro re: qđ nõ est intelligendũ, ꝙ in una cõmutatione rei pro re pecunia sit mediũ: quia dũ immediatè res pro re cõmutatur, nõ interuenit pecunia. Sed est mediũ acquirẽdi rẽ pro re per diuersas cõmutationes. Gratia exempli: habeo bladum, & uolo pro eo habere uinũ: uẽdo bladũ ꝓ pecunia. ecce una commutatio. Et pro pecunia emo uinũ: ecce alia cõmutatio, in quarũ utraq; pecunia est terminus. Et per hunc modũ pecunia est medium cõmutationis rei pro re. Verũ si uenditio strictissimè sic diffinitur: est translatio dominij alicuius rei, quæ nõ est pecunia: in aliã pecunia mediante: tunc cõmutatio pecuniæ pro pecunia non est uenditio: sed uel cãbiũ, uel contractus innominatus. Veruntamen in omni uenditione sic diffinita: aut pecunia erit unus terminus uenditionis: aut in uenditione erit unus tantũ terminus. s. res uendita. Sed quare potius datũ dicatur termin⁹, quã acceptũ: cũ tñ idem sit datũ, & acceptũ respectu diuersorũ. Gratia exempli: res uendita datũ est uenditoris, & acceptũ emptoris: sicut precium datũ est ab emptore, acceptũ a uenditore. Respõdeat, qui conclusionẽ nostrã negat. ¶ Ex quo patet, ꝙ ratio illa, quæ a nõnullis magni penditur, nulli fundamẽto innititur: sed ĩ terminorũ impositione laborat. ¶ Per hoc solutũ est secũdũ argumentũ, quod quærit, cuius rei dominiũ transferatur. Et patet: ꝙ dñiũ redditus. s. iuris recipiẽdi annuatim tantũ de his bonis, uel psonis, in quibus census cõstituitur. ¶ Et cũ ibi replicatur: quærẽdo quid sit illud ius

Q̃ño pecunia ẽ mediũ cõmutationis rei pro re.

Ad 2. Q In emptione redditus dominium

iuris recipiendi redditũ trãsferri in ementem.

quod transfertur. Responsum est sup. ar. j. ꝙ ius illud plura importat. s. personam ementis fundum: pecuniam recipiendã: personam uendentis: & conuentionem inter eos factam, quæ est consensus uoluntatum signo exteriori expressus. Ratione quorum omnium emens potest iuste recipere suis temporibus censum cõstitutum. Ius ergo tale non est aliquid unum: nec habet quid rei: sed quid nominis. Significat tamen multa, ratione quorũ facultas recipiendi censum (quæ fuit in uendente) transfertur in ementem. Quod etiam ibi additur; ꝙ persona libera non debeat, seu possit obligari: improbatũ est sup. in j. art. Et ut clauus clauo retundatur; quæro, quid emitur: dum ius stillicidij, aut transeundi per agrum alicuius, aut seruitus aliqua in cõmunitate uillę, uel in persona emitur, & multis similibus: qui tamen posse uendi, & emi nullus est, qui negat. Et quód ibi respondet: admittant etiam in casu nostræ conclusionis. Similiter de ueteribus censibus pro fundationibus ecclesiarũ: aut reipub. conseruatione constitutis, quas nullus reprobat, nec posse uendi negat idem argumentum locum habet. ¶ De alio, ꝙ pecunia leuanda successiué incõparabiliter credit precium. Dicendum, ut nunc dictum est; ꝙ pecunia successiué recipienda non emitur: sed ius recipiendi. Quód licet det facultatem recipiendi successiué incomparabiliter plus, quã precium: non propter hoc est infiniti ualoris: alioquin & fundus, ager, uel pratum, & cętera propter fructus successiuos (quos secundũ cõmunem cursum naturę affert) essent infiniti ualoris. De quo satis dictum in probatione tertię cõclusionis. ¶ Quód etiã arguitur: ꝙ merx incerta est: & preciũ certũ: quia incerta est quãtitas reddituս subleuandi &c. Iam dictum est, ꝙ pecunia subleuanda non emitur: nec est merx: sed ius subleuandi &c. & hoc ius ita certũ est, sicut precium. Etiam ius illud transfertur in emẽtẽ: simul & preciũ in uendentẽ, saltẽ ita fieri põt. Nec tñ oportet ad hoc, ꝙ sit iusta uẽditio: ꝙ sit ęqua certitudo mercis, & precij: sicut

Ad 3.

Ad 4.

nõ requiritur: ꝙ utraq; sint presẽtia: imo ꝙ sint in rerũ natura. Põt enim quis emere fructus decẽ annorũ ex agris certis dato precio in prõpto: & tñ tũc non sunt fructus in rerũ natura. Similiter põt merx esse pręsens: & preciũ expectari ꝑ plures annos soluendũ. Non ergo repugnat naturę cõtractus uenditionis: nõ ęqua certitudo precii: & mercis. ¶ Ad illud, quod in conclusione, seu replica cõclusionis uerẽ additur: ꝙ in persona libera census cõstitui nõ possit: alioquin deficiente persona, deficeret census: hoc ultimũ cõceditur. Nam generaliter deficiente illo, in quo cõstituitur census; deficit census ipse: ut declaratũ est in declaratione primæ cõclusionis. Ius. n. recipiendi aliquid de eo, quod nihil est: & ipsum nihil est. ¶ Et per hoc soluitur; qđ additur: ꝙ uenditio redditus nõ sit nisi mutuũ, quo datur pecunia numerata: ut successiué reddatur dato fundo, uel rę alia pro pignore. Negandũ est. n. ꝙ sit mutuũ: sed est realis emptio, qua emitur ius leuandi annué de tali fundo, uel re alia fructifera talem pecuniã. Nec fundus, uel res illa datur pro pignore. Nam de ratione pignoris est: si pignus perit: perit absq; culpa eius, cui impignoratur. i. creditoris: nihilominus tenetur debitor soluere debitũ. Item si creditor ob non solutionem debiti uẽdit pignus post debitã denuntiationem minori precio, tamen sine fraude debitor tenetur soluere illud, quod restat. Et generaliter periculũ pignoris manet apud debitorẽ: similiter & casus fortuiti; nisi aliter cõuentũ fuerit. Sed in emptione redditus constituti in re aliqua periculũ redditus: & per cõseq́uẽs rei, in qua fundatus est: transit in ementem: sicut generaliter periculum rei emptę transit in emptorem. Ita si perit res: perit & census: unde res illa non est pignus. Similiter si uenditor census relinquit fundum, uel rem, in qua fundatur census: liberatus est a censu. Sic si emens censum ob nõ solutionem census tollit fundum: solutus est: licet minus ualeat, quãm preciũ, quod dedit, cessante dolo, & fraude uẽditoris. Sicut si quis simpliciter emit

Ad 5.

Ad 6.

fundum aliquem: non est fundus ille pignus: quia periculum eius non manet apud uenditorem: sed sequitur rē ipsam: & ideo quicquid lucratur, suū est: nec tenetur ad restitutionem. Et hęc differentia bene notanda est, ut discerni possit inter mutuū, & uēditionem. ¶ Ex quo sequitur: ꝙ si in emptione census adduntur fideiussores, uel pignora ad hoc, ut census soluatur in casu, quo res (in quibus constitutus est) perirent: aut deteriorarentur: etiā sine culpa uenditoris: contractus est illicitus: & de fraude usuraria uehementer suspectus. Nā pereūte fundo, non esset, unde census redderetur. Et ergo obligatio ad tunc reddēdum censum, esset obligatio ad reddendum aliquid de eo, quod non est. Item in tali contractu res, in qua constituitur census: magis habet rationem pignoris. In nullo .n. differt a pignore: nisi forte in solo nomine, uendo, impignoro. Et ideo si quid accipitur ultra quantitatem pecuniæ traditę: restituendum est: aut in sortem computandum. Verum si fideiussor sit ad hoc, ꝙ contractus seruetur: puta, ꝙ talis census de illis bonis soluatur: aut ꝙ bona in debita cultura seruentur: licitus est contractus, sed tunc pereuntibus bonis, cessat obligatio fideiussionis.

Coroll.

Dub. 2. R

¶ Secundō dubitatur: cōtra conclusionem tertiam & primam eius partem, approbantem emptionem reddituū ad uitam. ¶ Arguitur sic: contractus ille, quo emitur redditus soluendus ad tempus incertum: puta ad uitam emptoris: est resolubilis in contractum manifestē usurarium: ergo est uitiosus, & in fraudē usurarum inuentus. Consequentia nota ex supra habitis. Antecedens probatur: qꝛ cōtractus ille simillimus est huic, in quo fieret pactum de dando alicui centū flo. ut reciperet post .xi. annos centū & xi. flo. qui est manifestē usurarius. Antecedens probatur. pono, ꝙ aliquis emat .x. florenorū redditus ad uitā suā pro c. flo. & uiuat xi. annis: tūc pro c. flo. quos dedit, reciperet cxi. flo. in xi. annis: nec refert quantū ad usuram: ꝙ dans c. flo. recipit cxi. flo. successiuē singulis annis x. quia maior pietas fieret uēdenti: si emēs totam summam expectaret usq; ad .x. annū: & tunc acciperet cxi. Quōd aūt sit simillimus: patet: quia nulla apparet hic differentia. ¶ Pręterea cōtractui emptionis redditus ad uitam accedit spes, & expectatio recipiendi ultra sortem: ergo est usura. Tenet consequentia: quia sola spes recipiendi ultra sortem facit usurariū: secūdum illud Lucę .vi. Mutuū date nihil inde sperantes. Antecedens patet: quia emens redditus ad uitam sperat uiuere ultra tēpus, in quo recepturus est sortē: & ita recipere ultra sortem. Nā si certus esset se nō uicturū ultra tempus, quo recepturus est sortem, potius uellet pecuniā suam, siue sortē in aliquo loco securē repositam successiuē consumere: & in potestate sua seruare, quā huiusmodi uitalitiū emere: & se utēdi tota sua pecunia pro libito potestate priuare. ¶ Unde, ut uidetur tota ratio huiusmodi emptionis est spes recipiendi successiuē ultra sortem. Suo modo contractus ille illicitus uidetur ex parte uendentis. Nā uendēs cupit de alieno gratis recipere: sperās emptorē cito moriturū. nā certū est; ꝙ uendens si nosset emptorē, diu ultra receptionē sortis suæ uiuere: nō uenderet tales redditus: nisi magna necessitate cōpulsus ¶ Pręterea cum in tali cōtractu ęquē dubiū sit: an emēs lucretur: an uendens: quid est aliud in hoc casu si bi mutuō consentire, quā utrūq; ad fortunam ponere: an lucretur, uel perdat. Et per hoc similes sunt ludentibus ad taxillos: & ponentibus ad fortunam, quis eorum lucretur. Sed ludus est cōtractus illicitus, ut infra dicetur .q. sequenti: igitur & contractus, de quo sermo: quia de similibus simile est iudiciū. ¶ Rationes illæ ęquē, & plus militāt contra redditus perpetuos: quā cōtra uitalitia: sic .n. nominātur redditus empti ad uitā. Respōdetur igitur ad primā: negādo antecedēs, ꝙ cōtractus ille sit resolubilis, & simillimus manifesto usurario. Magna est n. inter illos duos contractus; de quibus arguitur, differentia: cum unus sit mutuum: alius sit uera uenditio. Nam emens uitalitia emit redditus constitutos in certis bonis mobilibus, uel im-

Arguitū contra redditus ad uitā qui soluuntur.

Rńsio. Ad 1. S

Quę sit differentia inter mutuū successiuē soluēdum, & inter uēditionē.

mobilibus, aut personis, quæ subsunt periculo bonorum, in quibus constitutus est, hoc est emitius recipiendi annuatim ad uitam suam de bonis huiusmodi, uel personis talē summā pecuniæ, quæ si periclitatur, pdit redditū. Sed tradens simplici tercentum florenos: ut recipiat ex pacto. cxj. siue simul, siue successiuè nihil refert: purè mutuat: nec emit aliquid, quod subsit periculo, & magis haberet apparentiam in redditu perpetuo, ubi emens longè plus recipiet per se, uel heredes: quàm sit precium datum. Et æqualiter posset argui de emente pratum, uel agrum. c. flo. quem, uel quod locaret alicui annuè pro. v. flo. Non est usurarius: quāuis recepturus est ultra sortem totum, quod recipiet post cursum. xx. annorū. Esset tñ usurarius, si mutuaret. c. flo. ut in triginta annis reciperet. cl. ❡ Ad secundum. quod contractus ille sit spe recipiēdi ultra sortem. Respondetur distinguendo de nomine sortem: quia uel p sortem intelligitur preciū datū: & tūc dicitur, quod spes recipiendi de re empta ultra sortem non facit usurarium: nec cōtractum emptionis illicitum. Nā in iusta emptione tā emēs, quā uendens sperat lucrum, seu cōmodū cōsequi ex hmōi cōtractu: alioquin nō cōtraherēt. Nā emens desiderās mercem, nisi speraret mai⁹ cōmodū ex merce, quā ex pecunia, quam tradit, non emeret, nec uendens uenderet, nisi speraret lucrum ex pcio. Sed sperare lucrū ex mutuo usurariū facit. Vñ notanter dicit dñs Mutuum date. non dicit: uendite. Si uero per sortē alicuius intelligitur illud, quod suū est: uel quod suo iure sibi debetur: tunc negatur, quod emens uitalitiū post emptionem recipiens redditus emptos, quantūcunq; recipiat ultra preciū datum; recipiat ultra sortem: quia quicquid recipit, recipit ratione sortis: quia ratione sui iuris, quod emit ad recipiendū annuè talem censum de tali fundo ciuitate, uel monasterio, aut persona &c. Sicut emens fundum temporis successu lōgè magis recipit ex fructibus fundi, quā sit preciū datū: nō tñ recipit ultra sortē: quia de suo recipit, quod iustè emit. Sic si quis emit agrum, & locat eū uēditori p annuo censu hereditariè, tanquā emphiteotæ, quod utiq; iustè potest: lōgè plus recipit, quā sit precium successu temporis, sine nota usuræ. ❡ Quod uero additur de uenditore, quod cupit de alieno gratis recipere: quia sperat emptorem cito moriturum. Respondetur: neutrum oportet: licet utrumq; fieri posset: sed hoc accidit contractui. Potest enim uendens, & debet simplici oculo uelle uendere redditum constitutum ad tempus uitæ emptori pro iusto precio, & tūc nō cupit gratis recipe de alieno. Cupit enim accipere preciū dignū pro redditu suo, quod æqualet pcio accepto, siue emēs diu uiuat: siue citò moriatur. Nec oportet ualere, quod sequitur: si sciret illum diu uicturum: & ultra preciū datū recepturum non uenderet &c. quia uendens redditus perpetuos indubitanter nouit emptorem ultra preciū datū recepturū, & tamen uendit non semper necessitate compulsus: sed maiori commodo motus: quia nouit per preciū datum maius commodum procurare, aliquid utilius emendo, aut uenditum redimendo: uel alias pecuniam ad maiorem utilitatem dispensando. ❡ Ad aliud, quod comparat contractum uitalitij ludo taxillorum. Dicendum: quia non est simile: nā cōtrahētes mōpdicto iusto interueniēte pcio, nō se cōmittūt fortunæ: nec aliqd desiderat res alterius gratis, sicut faciūt ludentes: ubi lucras nihil dat colludenti. Sed contrahentes modo dicto æquiualenter dant, & accipiunt: uendens. n. dat ius leuandi tantum ad uitam de certis bonis &c. quod secundum rationabilem æstimationem sumptam ex consuetudine, & communi ęstimatione, ac cur su patriæ tantum ualet, quantum preciū acceptum. Et sic neuter damnificatur ex contractu, cum quilibet recipit ęquale ipso dato per eum, iste redditum: ille pecuniam. Stat etiā, quod uterq; lucretur, quia potest uendens precio recepto uti ad maius commodum, quàm sit iactura in dando censum etiam ultra precium receptum. Similiter potest emens ex redditu empto habere lucrum. Quòd si casu aliquis perdat: & alter lucretur, quod

Ad. 2. Quid nomine sortis intelligitur.

Ad. 3.

Ad. 4. Quę differentia inter ludum, & emptionē uitalitiorū.

dubium est, & nulla certitudo: ex hoc non sequitur, quod contractus fuerit fortuitus: nec quod contrahentes posuerint se ad fortunam: sed posuerunt se ad rationem æqualitatis dandi, & accipiendi, ut dictum est. Secus in ludo, ubi unus recipit, & nihil dat: alius perdit, & nihil recipit.

Dub. 3. ¶ Tertio dubitatur contra eandem conclusionis partem. Contractus licitus debet conuenire omni ætati: sed sic non est de contractu uitalitij: ergo. Maior patet: quia ætas contrahentium (saltem perfectum rationis usum habentium) non uariat substantiam contractus. Minor probatur: quia in illo contractu non potest seruari æqualitas dati, & accepti in qualibet ætate. Quod probatur: sit nanque senex habens .lx. ætatis suæ annos, qui emat .x. libras .c. libris hall. & sit iuuenis .xx. annorum: & uterque uiuat usque ad lxx. annum. In illo casu: quia iuuenis excedit uitam senis in quintuplo dabit preciū quintupli: scilicet. ccccc. libras, quia recipiet in quintuplo plus sene. ¶ Et si forte dicis propter dubium uitæ minus dabit: det igitur medietatem quintuplicis precij, quod est ccl. Sed hoc non. quia pro his emeret .xxiij. libras perpetui census. Nec uidetur, quod æqualis proportio inueniri possit precii ad mercem, ut æquitas seruaretur. ¶ Item: nulla pôt esse proportio redditus perpetui ad uitalitiū: cū ille sine proportione hoc excedat, sicut perpetuū temporale: ergo si alterius horū contractuū dari pôt preciū æquiualens redditui, in alio dari non potest: quia finiti ad infinitū nulla est proportio. Sed talis debet esse proportio precij ad preciū: qualis mercis ad mercem. Et posset sic argui: sit ualor redditus perpetui a, & uitalitij b, sit preciū iustū redditus perpetui c, & uitalitij d, tunc arguitur. Sicut se habet a, ad c, sic se habere debet b, ad d, quia utrobique debet esse æqua proportio precij ad mercem, si iusta est utraque uenditio: quia iustitia in emptione, & uenditione attenditur penes adequationem precii ad ualorem mercis .v. Ethi. igitur in commutando proportione sicut se habet a. ad b, ita se habet c, ad d. Sed a, ad b, nulla est proportio: quia in infinitū excedit b, quia ualor recipiendi unū florenū quolibet duorū annorum est aliquantus: & ualor recipiendi unum florenū quolibet quatuor annorū est duplus: & sic deinceps: ergo ualor recipiendi unum florenum quolibet annorum perpetuo est infinitus: uel infinite excedit ualorem recipiendi unum florenum quolibet annorum uitæ. Et ita etiam non erit proportio c, ad d, id est precij ad precium: quod tamen falsum est, cū utrūque sit finitū: aut precium alterius contractus non potest esse iustum. ¶ Præterea emptio redditus ad uitam procedit ex prudentia carnis, quæ inimica est deo Rom. viij. ergo est iniusta. Tenet consequētia: quia non pôt arbor mala bonos fructus facere. Mat. vij. Antecedens probatur: quia procedit ex cupiditate includente timorem deficiendi in necessariis, & diffidentia quadā de eo: quasi non prouideat illis, qui faciunt erga ipsum, quod debent. Aut procedit ex nimia solicitudine se certificandi de sufficientia rerū utilium pro ista uita contra illud. Nolite soliciti esse &c. Mat. vj. Aut ex amore inordinato uoluptatis, & otij: contra illud Adę, & suis filiis a deo inflictum. In sudore uultus tui uesceris pane tuo. Gen. iij. Est etiam cōtra rempublicam: quia si passim oēs uelint uiuere de redditibus: & per cōsequens fugere labores, & otiari: sequetur caristia in necessarijs humanæ uitæ: dum omnes agri, quilibet uinea, & pratum, domus, macellū, & cætera grauātur censibus: cogentur talia possidentes omnia carius uendere: ut possint soluere census: & etiam sibi ipsi, & familiæ uitæ necessaria habere. ¶ Ad ista

Rñsio. Respondetur per ordinem: ad primū conceditur maior: & negatur minor. Ad probationē admisso casu dico, quod pôt seruari æqualitas hincinde precij ad ualorē redditus secundum rationabilem æstimationem ualoris, qua maius preciū æstimatur dandum a iouene, quàm a sene. Nō tñ oportet: quod plus det secundum proportionē æstimatorū annorū uitæ iuuenis ad annos uitæ senis. Nec etiam propter dubiū, si tollatur medietas, aut alia pars aliquota, secundum proportionem æstimatorū annorū uitæ iuuenis, & senis, & florenorū secundū hanc

Margin notes: Quōser uari pos sit iusti tia in ui talitiis emptis a iuuene. &c. — Cōtractus redituum possunt fieri bona intentione.

proportionē ab utroq; recipiēdorū ad se inuicem. Sed sufficit tantò plus dare iuuenē, quātum iudicatur ęquum secū dum ęstimationem nō pecuniæ singulis annis recipiendę: sed penes utilitatē, q̄ scd'm rōnabilē ęstimationem ex cōi cursu, & cōsuetudine patriæ haberi pōt: penes gradus utilitatis ad finem humanum consequendum: ut dictum est in ꝓbatione conclusionis. Attentis etiam, & pensatis conditionibus ementis quoad ętatem, & cōplexionem statum, & indigentiam personę. Consideratis etiā cōditionibus uendētis quoad industriā; & alia hmōi, secundū quæ cōsiderari potest, quantū ualeat sibi p̄ciū acceptū, & aliorū, q̄ secundū prędicta in quantificatione precij sunt attendenda. ¶ Per hoc soluitur secūdū; & negandum est; q̄ nō est ꝓportio redditus perpetui ad temporalem. Nā licet perpetui ualor excedit tēporalem ualorē: nō tamen infinitē sicut neutrius ualor est infinitus. Neque pensandus est ualor secundum quantitatē pecuniæ recipiendæ per singulos annos: ut frequēter dictū est: sed secūdū utilitatē utriusq; emētis, & uendentis; ut. s. tm̄ ualet preciū, q̄ dat emens uendenti: quantū ius recipiendi annuā pecuniam emptū ualet uendenti scd'm rōnabilem ęstimationē: ut sup. Et scd'm hæc pn̄t ad inuicē ꝓportionari. ¶ Et nota: q̄ nō emitur ualor ꝑcipiēdi pecuniæ successiuę; sed ius percipiendi, cuius ualor q̄uo sit taxādus, patet ex premissis. ¶ Ad tertiū de commutatione ꝓportionis, patet q̄ in falso laborat fundamento. s. q̄ ualor redditus ꝑpetui sit infinitus: q̄ nō est uerum. Q̄m ualor redditus est ualor iuris recipiendi ꝑpetuò singulis annis certā pecuniā, qui nō est infinitus: sed certæ quātitatis scd'm rōnabilem ęstimationē. etiā si pecunia recipienda esset infinita syncathegorematicē: q̄ nō est idē percipere florenū singulis annis: & ius percipiendi florenum: ut dictū est: immo stat aliquem habere ius percipiendi, qui tñ nūquā aliquid ꝑcipiet: uel q̄ res perit: aut nō sufficienter colit: aut ipse alias impedit: ideo cōcesso; q̄ nulla sit ꝓportio ualoris pecuniæ ꝑpetuæ recipiendæ

Nota.

Contractus quādoq; ꝓficiunt, quandoque nō officiūt reip.

ad ualorem pecuniæ tpaliter accipiēdę: nō ideo sequitur: q̄ nō sit proportio ualoris redditus huius ad illū. ¶ Et si arguitur de proportione ualoris redditūū: cōceditur: q̄ talis est proportio a, ad b, talis est etiam c, ad, d, ut arguitur ex permutata proportione: & hoc si utrobiq; est precium rationabiliter taxatum. Talis, tanquam, proportio non est mathematica: sed moralis, quę secundum præmissa non consistit in indiuisibili: sed in certa latitudine: sed nullibi est excessus infinitus. ¶ Ad ultimum dicendum: q̄ accidit cōtractui, unde procedat an ex cupiditate, an ex rationabili prouidentia, uel personæ. uel reipub. Potest enim in contrahendo esse oculus simplex: tam quoad deum: quàm ad seipsum quàm ad rempu. Vt si contrahitur ex rationabili prouidentia personę in futurū, nō excludendo confidentiā in deum: & ut persona possit liberius intendere diuino cultui, aut reipub. aut pauperibus subuenire: & huiusmodi. Potest etiam esse oculus nequam sicut in emptione fundi, & cuiuslibet rei: immo in ipso labore est inuenire utrūq; oculum. Et ideo contractus redditūū scd'm se, & suā substantiā nō est culpādus: nec malitiam includit: licet accidere possit prauitas, & malitia ꝑ distortā intentionem, & eius abusum: sicut in qualibet alia cōmutatione. Et ꝑ hoc patet solutio eorum, quæ sequuntur: non enim semper procedit ex prudentia carnis: aut diffidentia dei: aut superflua solicitudine. Nec semper est cōtra rempublicā: immo multum ꝓdest reipub. quia sic cōgruenter pn̄t psonæ reipu. necessariè stipendiari, per quas respublica erigit, & cōseruatur. Et ꝑ hoc pōt respu. in necessarijs prouideri sine grauamine cōtactis, & ꝑ cōsequens cōseruari. ¶ Dubitat quartò cōtra cōclusionem quartam, quæ asserit licitā esse uenditionem redditus cū conditione facultatis reemēdi reseruata uenditori. Talis contractus est usurarius, aut in fraudem usurarium inuētus: ergo illicitus. Cōsequētia nota. Antecedens ꝓbat: q̄ nihil differt a mutuo dato sub usura, nisi solo noie. Sed uariatio nominū tñ manen-

Dub. 4. X

Prima ratio.

Arguitur contra contractus cum cōditione

reem-- ptionis. te eadem substantia contractus: & eisdē circumstantijs, non iustificat contractū sub uno noie, qui sub alio esset iniustus: utsupra dictum est in solutione primi dubij: ergo talis contractus est usurarius. Antecedens ꝓ secūda parte patet ex dictis. Sed pro prima parte probatur: quia cōtractus ille oino similis est huic cōtractui, quoqs tradit alteri pecuniā certā: puta centum florenos sub eo pacto, ꝙ singulis annis reddat quinq; florenos: donec soluat sortem, siue pecuniam capitalem c. florenorū: addito pro cautio ne pignore sufficienti: & iste contractus manifestè est usurarius: ergo. Sed ꝙ sit ei similis: patet, quia in nullo differt: nam hic traditur pecunia, pro qua recipitur singulis annis certa quota, donec pecunia data integra restituatur: & pro securitate obligatur aliquis fundus, uel possessio tanquam pignus sicut in prio ri mutuo. Nec potest assignari aliqua differentia illius ab isto nisi nominum tantum: quia hic dicitur mutuo: ibi uendo.

Secūda ratio. Quòd autem primus contractus sit mutuum, & usurarius, manifestū est: qa traditur nuda pecunia soluenda cum lucro. ¶ Præterea contractus, de quo conclusio non est uera emptio: ergo. Antecedens probaꝰ: qa de rōne uera emptionis, & uenditionis est: ꝙ neuter cōtrahentiū obligetur alteri, ergo non stat cum uera emptione, ꝙ emens obligetur uenditori ad reuendendum, cum uoluerit. Antecedens probatur: quia ui contractus emptionis æquè plenè res uendita sit emptoris: sicut pecunia, uel res emptoris sit uēditoris: sic enim fuerat: qñ res pro re cōmutabatur: ergo & modo, dū res pro pecunia cōmutatur. ¶ Itē

Tertia ratio. in emptione scdm iustitiā legalem: equalens recipitur pro equiualenti scdm iustitiā commutatiuā, quæ æqualedat ꝓ æquali, ideo in tali contractu non plus obligatur emens uendenti, quàm econ uerso. Confirmatur per iustitiā commutatiuam, quæ locum habet in uenditiōe, & emptione: sicut dñium preciū plenè trāsfertur in uendentem: ita & dñium rei uenditæ plenè trāsfertur in ementē: ergo sicut uendens ui cōtractus emptionis non obligatur ad restituendū preciū emptori recepta merce uendita: ita nec ecōuerso pōt obligari emptor ad restituendū mercem accepta pecunia. ¶ Præterea iniquum est: ꝙ reseruatur facultas redimendi mercem eodem precio, quo uendita est: quoniam stat: ꝙ tpe redemptionis merx sit in duplo melior: aut ui lior: & sic dando precium, pro quo primum uendita est: aut emēs, aut uēdens fraudabitur, non dando aut recipiendo iustum precium rei reemptę. ¶ Ad ista respondetur, ad primū negando, ꝙ contractus noster nihil differt a mutuo nisi nomine tantū: nā in contractu nostro est merx certa. s. ius recipiendi de certis bonis immobilibus, uel mobilibus annuam pensionē. Est & iustū preciū: nec bona illa, in qbus redditus fundatur habent rōnem pignoris; quoniam periculū pignoris manet apud impignorantem, & non apud eum, cui impignoratur. In proposito autem periculum rei, in qua fundatus est census quantum ad censū recipiendum, trāsit in emptorem: unde si pereūt bona, de quibus recipit cēsus, perit & census, nec uendens censū ultra obligatur ad soluēdū censum. Secus de pignore, qm si perit pignus saltem sine culpa tenentis pignus, propter hoc non absoluitur is, ꝙ mutuò pecuniā accipit: qm nihilominus tenetur soluere sortē. Non est ergo tantum differentia noim sed est differentia in substantia contractuum, in uno uera uenditio, in quo est merx, & precium, & cętera ad emptionē requisita. In alio mutuū, quia nuda traditio pecu & merx nulla, & ꝑ cōsequēs nec preciū aliquod. ¶ Et si diceres: ibi ēt est merx, quia ius recipiendi tantum annuatim pro pecunia recepta. Rñdetur, ꝙ ius illud nullū est, nisi sit aliquid fructificans, de quo posit huiusmodi pecunia haberi. Nihil autem tale in huiusmodi contractu est, in quo fundari posset hmōi ius, non enim in pecunia, qa non habet usum a sua consumptione distinctū, sic si in pecunia fundaretur, tūc distracta pecunia perijsset ius recipiendi censum: et sic posset recipiens pecuniam sub annuo censu nūquā soluere cēsū; qa

Quarta ratio.

Ad. 1.

Nota.

Soluuntur rationes.

posset statim distrahere pecuniam: & sic se liberare a censu, & a capitali. ¶ Si dicis: recipiens pecuniam potest censum fundare, seu constituere in sua persona: quia forte talis est, qui suo labore, uel industria aliquid acquirit ultra necessitatem sustentationis suę: unde potest soluere censum. Responderut: ꝙ utiq; sic pōt in sua persona (si talis est) constituere censum, & se censualem reddere: & censum sic constitutū uēdere: sed tunc deficiente persona, petit cēsus cum capitali: a quo enim peteret, uel capitale, uel censum deficiente persona. Non.n.ab hęredibus: quia non tenetur hęres soluere censum de eo, quod non habet: cum non sit, in quo constitutus est census.i.persona: & nemo obligatur ad dandum censum de eo, quod nō est.

Ad 2. AA ¶ Ad secūdū negetur: ꝙ de ratione emptionis sit, ꝙ neuter contrahentium obligetur alteri: alioquin non posset emi seruitus personalis, aut realis in fundo aliquo: unde obligatio unius cōtrahentium, alteri non repugnat uerę emptioni. Ad probationem dum arguitur: quia

Inuera emptio ne unus cōtrahē tiū liga re pōt absq; alio.

In uera emptione ita plene transfertur dominium mercis in ementem, sicut precii in uendentem: hoc posset concedi: sed per obligationem ad reuendendum nihil minuitur ementi de dominio rei emptę: quoniam interim ꝙ non redimitur: manet emptori plenum dominium mercis. Habet enim plenum dominium iuris recipiendi censum: donec redimatur: licet sit obligatus ad reuendendum. ¶ Aliter dicitur: ꝙ non est uniuersaliter uerum: ꝙ tantum dominium rei uēdite transfertur in ementem: sicut precii in uendentem: quia potest quis uendere alicui domum quantum ad proprietatem: & tamen sibi reseruare in eadē usum ad tempus, uel ad uitam. Sic pōt aliquis uēdere uillam, uel agrū, aut bona ruralia: & tamen sibi reseruare in ea, uel eis aliquam seruitutem: & tunc nō transit plenū dominiū in emptorē: licet plenū dominiū precij transeat in uenditorem. Pręterea ut sup. ostēsum est: in lege non uendebatur possessio: nisi sub pacto reuendendi: & tamen fuit uera uenditio.

¶ Vel dicitur tertiò, cōcedēdo: ꝙ sicut dominiū precij plenè transfertur in uendentem: ita dominium rei quatenus uēdatur, plenè transit in emptorem. Sed considerandum: ꝙ non semper plenum rei dominium uenditur: sicut.n. habens rē aliquam in pleno dominio potest partem rei uendere, & partem sibi reseruare: ita potest totum dominium simpliciter sine limitatione uendere: uel partē dominij, aut dominiū cū certa limitatione: & secundum hoc etiam preciū erit moderandum: dominium itaq; rei uēdite, eo modo, quo uēditur plenè trāsfertur in ementem: sicut preciū in uendentem. Si uero dominium non plenè, & simpliciter: sed sub certo modo, & limitatione uenditur: non simpliciter transit in ementem: sed tantum sub conditione, qua uenditur. Precium uero si iustum fuerit: totum & simpliciter transfertur in uendentem: quia ipsum moderatur secundum dominium, quod uenditur. Quantò.n. de dominio diminuitur: tantò proportionabiliter, & preciū diminuendum est: ut etiam sup. tactum est. Et illa ultima solutio uidetur formalior. Ad 3. ¶ Et per hoc patet solutio ad tertium, negando ultimam consequentiam: quia cū hoc, ꝙ æquum datur pro equali: stat unum contrahentium obligari alteri: & non econuerso; quia etiā illa obligatio potest precio compensari. Potest etiam ista obligatio spōte, & gratuitè fieri, ut precio non compensetur: sed tunc non sit ui contractus emptionis: sed quasi gratuitę donationis, quę frequenter coniungitur emptioni. Per hoc ad confirmationem cōcesso antecedente intellecto de dominio precisè, quod uenditur: negetur consequentia: quia unum potest compensari precio, & non alterum. ¶ Videtur tamen: ꝙ utriq; posset fieri: nā sicut emēs pōt se obligare ad reuēdendū ad uota uenditoris: ita etiā uenditor pōt se obligare ad reemendū: quod & frequenter solet fieri. Potest enim quis uendere alicui domum, uel agrum: & obligare se ad resoluendū contractū: si emens infra annum, uel duos duceretur pęnitentia. Et sicut hoc potest ad

BB Aequū esset ut merx ęstimaret tēpore redemptionis.

test ad annũ, uel duos: ita potest ad plures, uel perpetuò. Et posset ista obligatio æstimari pecunia: si tamen oculus fuerit simplex. Et est uera emptio, ac uẽditio: quia semper periculum rei emptę, transit in ementem: & lucratur emens fructus, donec, resoluitur contractus: uerũ hoc dico recitatiuè, & pbabiliter, sciẽs quosdam doctores notabiles hæc scripsisse: offero tamen examini peritorum.

Ad. 4. ¶ Ad ultimum uidetur ualde æquum, & securum, q̃ si status rei mutatus esset tempore redemptionis; q̃ mutaretur, & precium: maximè si mutatio rei accidisset sine dolo, & culpa possidentis. In iniquũ.n. uidetur; q̃ si quis uenderet domũ ruinosam: aut agrũ modici ualoris, pro iusto ac uili precio defectui rei commẽsurato: & re notabiliter meliorata redimeret eodem precio: & sic econuerso, attamen ubi est probabile dubium, an res melioraretur, uel uilesceret: dubium excusare posset: sicut in uenditione rei soluendę in certo termino secundũ forum in illo termino currentem: ut est casus in cã in ciuitate. &. c. nauiganti. de usu.

Dub. 5. ¶ Quintò dubitatur: utrum indifferenter cuilibet liceat emere: & possidere redditus annuos ad uitam, uel perpetuos. ¶ Pro respõsione aduertendum: q̃ emere, uẽdere ac possidere annuos redditus legitimè constitutos non est per se malum: sed est actus de genere bonus: quia cadit super debitum obiectum. s. rem uendibilem: ut patet ex conclusionibus: potest tamen fieri bene, & malè ex circumstantijs: ut supra tactum est.

C C Vtrum indifferenter liceat cuilibet emere, & possidere redditus annuos.

Inter illas principalis est circumstantia debiti finis nedum propinqui: sed & remoti, ac ultimi: quoniam (ut dictum est in tertio) actus non potest esse perfectè uirtuosus, nisi fuerit in finem ultimum ordinatus. Ordinatur autem in ultimũ finem; quando quis procurat huiusmodi redditus, siue perpetuos, siue temporales: ut quietius possit seruire deo: interesse diuino cultui, ac orationi, meditationi: atq; salubribus exercitijs uacare, aut ut possit diuinum cultum in aliquo loco de nouo instituere: uel institutum conseruare, augere; uel lapsum reformare: siue ut pauperibus, ac miseris personis possit liberalius misericordiam impartiri propter deum: aut elemosynas: uel hospitalia fundare: siue ut possit rem publicam ad bonam politiam conseruandam, iustitiam & pacem: ut quietius deo populus famuletur, seruire: uel etiam ut sibi prouideat quatenus in senio, aut infirmitate corporali sustentari possit: dũ laboribus manuum intẽdere non ualet, nec his sibi prouidere. Et breuiter in illis casibus, in quibus licet thesaurum nõ necessarium personæ ac suis præsenti tẽpore ex rationabili prouidentia colligere: licet etiam redditus emere, aut possidere. Si uero deficit circumstantia ultimi finis: & adest ali⁹ finis reprobus: puta si ordinatur ad fugiendum labores: ut possit in ocio uiuere, aut uoluptatibus, & pompis fomenta præstare: aut cum dãno reipu. & pauperum ditari: uel thesauros superfluos personæ, & statui cõgregare; & sic de similibus, illicita est redditũum emptio, & uẽditio, sicut omnis commutatio. Et generalius omne medium ordinatum in finem malum, malũ est ex circumstantia finis indebiti. Requiritur etiam circumstantia modi: ut fiat iusto precio interueniente, & sine cæterorum grauamine libera contrahẽtium uoluntate: & sic de alijs, quæ generaliter ad iustam emptionem requiruntur. Quibus premissis, respondetur per duas propositiones. ¶ Prima: Emere redditus temporales, uel perpetuos, & emptos possidere non licet eis, qui nec diuino cultui, nec reip. seruitio, uel defẽsioni sũt deputati: nisi ipsis redditibus sciãt & uelint sine ocio ad bonum finẽ uti. Patet illa propositio: quia cum in pęnã originalis peccati impositum est Adę. & soboli suæ pane in sudore uultus sui uesci: & per hoc, ociosè uiuere nemini sit concessum: sequitur; q̃ nemo debet de redditibus uiuere: nisi qui per officium, aut opus spirituale impeditur laboribus uictum acquirere: nisi ad alios fines bonos uelit redditũum prouentus ordinare. ¶ Secũda propositio Quilibet sciens redditũum prouentus in bonum finem ordinare: poterit redditus annuos sine.

prop. 1. D D Quibus liceat emere, & possidere redditus.

prop. 2.

cæterorum damno emere, & possidere: Patet illa propositio: quia quilibet potest licitè exercere actum de se non malum bene circumstantionatum, talis aūt est emptio, & uēditio redditus in bonū finem ordinatus, iusto precio interueniente: ergo. Consequentia nota cū maiore. Minor probatur: quia si aliqua circūstātia deficeret, maximè inidoneitas personæ ementis: puta, quia est persona rustica nullum habens officium in republ. aut cultu diuino: & ideo laboribus manuum deputata: sed hoc nō: quia talis persona non obstantibus redditibus potest labores sibi debitos perficere: & prouentus redditūum in alios usus bonos cōuertere: aut pro futura prouisione reseruare: potest etiam diuino seruitio tāquam priuata persona diligentius uacare: & ociū lasciuum cauere: aut cultum diuinū augere: & ita de multis alijs. Nemo enim prohibitus est a laboribus exterioribus uacare: ut possit quietius, & intimius spiritualibus exercitijs occupari. Et tantum de hoc dubio, & de tota hac quęstione.

¶ DE RESTITVTIONE ACquisitorum per turpe lucrum.

POSTQVAM tractatum est de restitutione usurarū: similiter, & eorum, quæ nonnunquam in fraudem usurarū cōmittū tur: ut in emptionibus, & uenditionibus redditūū ad tempus, uel perpetuò accedente consensu utrorumq; contrahentium: consequenter quærendum est de restitutione acquisitorum per turpe lucrum.

QVAESTIO. XIII.

A Vtrum acquisitum p turpe lu

VTRVM acquisitū per turpe lucrum sit de necessitate salutis restituendum. ¶ Quæstio illa tribus articulis absoluetur: terminorum declaratione cum recitatione opinionum: subiunctione responsiuarum conclusionum: & mouendorum solutione dubiorum.

cram sit restituē dum.

Arti. 1. Not. 1. Turpe lucrum quale.

¶ Quātum ad primum articulum primò notādum: q turpe lucrum dicitur lucrū acquisitum cū turpitudine peccati: sicut omne lucrum, q acquiritur per actum aliquem cōmissum, uel omissum, uel admissum, qui est peccatū per se ex genere actus, uel ex circūstantia. Et licet hęc acquisitio ex uarijs oriatur uitijs: tñ cōmuniter oritur ex duobus. Aut ex auaritia: ut acquisitio lucri: aut mercatiōis illicitę ex tempore, uel loco: aut ex mathematica incātatoria, seu aliis illicitis, ac phibitis artibus. Aliquando & secūdo ex intemperantia, ut ex illicita uolupta te: ut ex meretricio fornicatione, adulterio, histrionatu. Aliquando ex utroq; simul, auaritia. s. & luxuria. Potest tamē quandoq; oriri ex supbia, uel inuidia, & pluribus alijs malis radicibus. ¶ Secundò notandum post beatum Tho. in iiii. scri pto. dist. xv. q. viii. arti. ii. q quia illicitè acquiritur, quod contra legis prohitionem acquiritur: dupliciter hoc cōtingere pōt: quia aut lex prohibuit ipsum lucrū, uel causam lucri tātū. Si ipsum lucrū est prohibitū: tūc impossibile est, q detineatur: ex hoc. n. ipso efficitur aliqs iniusti tituli, & male fidei possessor; q contra legē aliquid habet. Si uero lex prohibuit actum, ex quo quis lucratur; sed non lucrū supposito actu, tūc turpiter lucrās (quāuis talī actu cōtrà legē agit) tamen tenendo, & recipiēdo precii actus nō facit cōtra legē. Exēpla: licet lenociniū, & meretriciū sit lege prohibitū nulla tñ lege prohibitū est, ne leno, uel meretrix precium suæ turpitudinis accipiat. unde Aug. ut allegat Alex. de hales par. iiii. q. lxxxvi §. ulti. meretrix turpiter acquirit: sed non turpiter accipit. Similiter licet lex prohibeat, ut in die festo similiter in loco sacro mercatum nō fiat: non tñ prohibet; q is, qui cōtra hoc preceptum in die festo, uel loco sacro mercatur: precium suę mercis uēditę nō recipiat: sic multi actus sunt lege diuina, uel humana prohibiti: ubi tamen nulla lex uetat: ne pro illis actibus pcia, uel bona recipiantur. Ex quo accipitur

Nota. 2 B Lucrū turpe q contra legē acquirit.

Differētia inter turpe lucrum,& iniquū lucrum. differentia inter turpe lucrum, & lucrū iniquū: nam qñ actus, quo quis lucratur est prohibitus, non autem lucrum: tunc dicitur turpe lucrū: sed qñ lucrum ipsum est lege prohibitū: nō solū dicitur turpe lucrū, sed iniquū. Hæc Tho. ¶ Tertio no

Not. 3. tandū, φ turpe lucrū aliquādo accipitur

C a personis non habentibus administrationem rerum suarum: aut facultatem alienandi pecuniam: aut res tali lucro acquisitas: ut sunt furiosi, mente capti, iuuenes minorennes, seu minores quindecim annis, prodigi, pupilli, surdi, muti, cæci, perpetuo morbo languidi, quibus, quia rebus proprijs præesse non possunt, dandi sunt tutores, uel curatores.

Turpe lucrum uarijs p sonis, & modis acquiritur.

Item serui, religiosi, uxores, quantum ad res mariti: filijfamulias quantum ad res paternas: clerici, & administratores ecclesiæ, quantum ad res ecclesiæ: similiter quandoq; accipiuntur huiusmodi lucra ab illis, qui per tales turpiter lucratores coacti sunt, aut inuitē attracti: aut per importunitatem inducti. Item quandoq; turpe lucrum accipitur cum fraude, & dolo: taliter φ si is, a quo accipitur, fraudem depræhenderet, & dolum: nullatenus in lucrum tale cōsentiret, ut ludens, seu aleator submittens fallos taxillos, uel chartas, uel alias non obseruans regulas in huiusmodi ludo, uel ope obseruandas secundū morem, uel institutionē eius. Quandoq; lucrū turpe acquiritur sine fraude, sciente. s. & consentiente eo, a quo lucratur, qui pōt aliena re: utputa q habet administrationē lucri

De multiplici ludorū distinctione.

seruatis regulis in hmōi solitis, & cōsuetis. Itē ludorū quidā sunt honesti: & ad exercitiū, uel ad recreationē ordinati: ut qui uiribus corporis, aut ingenio innituntur, nō fortunę: ut, pictio pilę, aut lapidū: aut teli, arcus uel ballistę ad metam, siue luctatio, cursus in stadio, & similes. Alius est ludus, qui innititur fortunæ, ex cupiditate lucri: & hic dicitur ludus alearum, siue fiat taxillis, siue chartis, siue alio modo, q subest fortunæ: ut dicit Asten. Est etiā ludus tabularū mixtus, qui fit in tabulis ducendis ad iactū taxillorum: quia quantum ad proiectionem taxillorum innititur fortunę: quātū ad tabulas ducēdas innititur īgenio, & ille ludus similiter dicitur ludus alex, qa innititur fortunę: licet non soli fortunæ: ut uult Ang. in sum. & omnis talis est prohibitus: ut. ff. de aleato. per totū. & in auct. de sāctis. episcopis. §. interdicimus. Alearum ludus. C. de reliqui. & sump. fune. ac ludo aleatum. in constitutione græca. & xxxv. di. Episcopus ubi dicitur. Epis. aut presbyter, aut diaconus aleæ, & ebrietati deseruiens, aut desinat, aut certę damnetur. Subdiaconus autē aur lector, aut cātor similia faciens, aut desinat, aut communione priuetur: similiter, & laic⁹. Hęc ibi. ubi notat gl. uerbum deseruiens, de præpositio auget. i. ualde seruiens. unde tenet Ang. in sum. post Asten. φ ille, qui ualde seruit ludo: hoc est, qui ducit in consuetudinem; peccat mortaliter: secus de eo, qui raro ludit: uel ludit causa recreationis: uel causa conuiuii. ff. de aleat. l. ult. ubi dicitur, φ in conuiuio presenti uelcendi cā in eadem rem famuliæ ludere permittitur: aut pro modico respectu personæ, uel gratis: quia nō cōceditur ludere nisi pro uno solido, in dicta aut. alearum. & lxxij. solidi faciunt unā librā auri: hoc tñ limitandū est scđm statū personę: nā si nō cōceditur nisi unus solidus magnis ergo grossus solum paruis. Ludus autē primi generis non est de se prohibitus, nisi ratione circumstantiæ, ut ratione loci: nam in loco sacro fieri non debēt: uel rōne periculi corporalis, sicut torneamenta, & huiusmodi, aut ratione psonę ut clericis, & magis religiosis: siue rōne scandali, siue ratione cupiditatis, & lucri principaliter. Nam quicquid fit in tentione mala peccatum est: lucrari autem a proximo unde notabiliter damnificatur quacunq; uia saltem ex intētione, uix uel nunquā a mortali excusatur; est enim contra sextum præceptum. Nō furaberis: & contra decimum. Nō concupisces &c. Aut etiam rōne temporis: ut in die festo, si requirit excessiuū labo rem: aut per ipsum negligitur diuinū officium maximè missę quoad laicos. Si uero non concurrit aliqua prędictarū circumstantiarū: sed fit ratōne honestæ

Ludus alearū prohibitus est utroq; iure.

recreationis, uel uirtutis, aut ingenij exercendi: non est peccatum saltem mortale. ¶ Quartò notandũ: q de hoc uttũ acquisitum per ludum alearũ extra duos casus præmissos, & concesso (scilicet dũ non fuerit pro esculentis, & poculentis in conuiuio præsenti cõsumptis sine fraude: quia nec sic licet ludere pro tauro, aut plaustro uini: ne excedat solidum secundum præmissa) posit retineri: ita q non oporteat restituere, uel erogare pauperibus, aut in pios usus. ¶ Sunt opi. contrarię doct. Nam sanctus Bonauen. in.iiij. scripto dist.xv. §.lxvij. tenet: q acquisita per ludum alearum quatenus est prohibitus, non possunt teneri: sed de necessitate salutis tenetur lucrans restituere, uel in pios usus conuertere: quoniam ludus contra deũ est turpis; & utroq; iure reprobatus; & per hoc nullus per ludum titulus acquiritur: nec sic acquisitum bona fide possidetur. Iniustus enim titulus pro non titulo est habendus: & malę fidei possessor dicitur, qui contra legum interdicta mercatur. & hanc opi. sequuntur multi canonistæ, Hosti. Ray. & mouetur ex hoc: quia nõ solum alearum ludus prohibitus est: sed acquisitio lucri per talem ludum: & per consequens (per dicta in secundo notabili) teneri non possunt. Antecedens patet: quia constitutio græca supra allegata concedit repetitionem usq; ad quinquaginta annos: sed non potest repeti secundum ius ab aliquo, q ille non tenetur dare, uel restituere: ergo. Item episcopus auxilio pręsidis potest talia lucra: si non repetuntur ab his, qui amiserunt, exigere, & pauperibus erogare: ut dicit tex. in aut. alearum lusus. & sic uidetur; q talia lucra sint pauperum. Et licet inter se discordẽt quibusdam dicentibus: q lucrans tenetur restituere ei, qui perdidit. Alijs, q quia perdens simul in turpitudine est, non debet sibi restitui: sed pauperibus erogari. In hoc tamen concordant: q lucrans non potest lucrum huiusmodi cum salute animæ tenere. Alia est opinio Alex. de Hales. par. iiij. q.lxxxvi. memb. iij. articu. vj. ubi dicit. Aleatores nisi fraudes immisceant, in ludis suis, non tenentur districto iure ad restitutionem. Pactum enim interuenit inter partes, q utriq; parti placet, & obligatio conditio: unde secundum pactũ illud, & obligationem condictũ; nec ille, qui amisit, de iure potest repetere: nec ille, qui lucratus est, tenetur restituere. Et q ãtiqua iura iubent illa restitui, & concedunt actionem repetendi: nobis uidetur magis esse quasi satisfactio pro peccato, quàm obligatio ad restitutionem. Hæc ille. Beatus Thom. in. iiij. scripto. distin.xv. q ij. principali. arti. iiij. in responsione ad secundam, & tertiam sub quæstionem. & .ij.ij.q.xxxij. arti. vij. in responsione ad secundum argumentum tenet, q lege ciuili omne lucrum alearũ sit prohibitum: & ideo cum ius ciuile nõ obligat omnes, sed eos tantum; qui sũt his legibus subiecti: & ideo tales si huiusmodi iura non fuerint per contrariam consuetudinem abrogata: non possunt retinere huiusmodi lucra: sed tenentur uel restituere, uel pauperibus erogare. Si uerò præualet contraria consuetudo, nulli tenentur: nisi lucrum fuerit lege diuina prohibitum: ut dum quid lucratur ab eis, qui rem suam alienare non possunt, aut qui in ludo fraudant &c. Scot. satis concordat cum beato Tho. in hoc q lex imperialis non ligat nisi eos, qui uiuentes politicè subsunt legi imperiali. Et addit, qui forte nulli sunt hodie: quia ubi præcipuè illa lex locum habere consueuit: municipia præiudicant imperialibus: ut patet in italia. Hæc Sco. ¶ Rich. de media uilla recitat ambas opiniones satis clarè: & soluit rõnes hinc inde nihil tñ determinat: licet dicat opinionem primam fore securiorem, & communiorem. Petrus de palu. distinct. præsenti q. iij. arti. v. in conclusione secunda post cętera sic ait. Videtur uerius; q qui lucratus est, nunquam posit sibi retinere: quia turpis quæstus est, & contra rationem: nisi esset ludus rationabilis ad exercitium uirium, & fructuosus alias non prohibitus: sicut in his, q in stadio currunt: & huiusmodi quo agiliores, & fortiores fiunt. unde dauid. ij. Regum. j. uoluit filios israel discere arcum. Sed nulla ratio

Not. 4. D — Opinio bona. — Opinio Alexã.

ratio est in ludo alearũ, & taxillorũ, & scacorũ, & hmõi ociosis lucrari quicq̃ unde sibi retinere nõ potest. Sed de iure naturali ille, qui consentit in ludum : & sic uoluntarie perdidit: nõ tenetur resti tuere, si pares sũt in turpitudine: ut quia nullus traxit alium : quia in pari casũ turpitudinis melior est conditio possidẽtis: & multo magis si alius sit in causa. Si autem ex parte istius sit dolus: quia cupiditate lucri induxit alium: aut fraudulenter, & contra artem ludi fecit : in quo casu contra uoluntatẽ domini simpliciter tulit: tenetur restituere iure naturali: alias non ei tenetur nisi iure ciuili. C. de reli. & sump. Sed hoc non ligat in foro conscientiæ, quousq; homo sit condemnatus: si autem plus perdiderit, uel tantum quantum lucratus est: uidetur nihilominus; q restituere teneatur: quia mox ut lucratus fuit, pauperum debitor fuit: a quo debito non liberatur, nisi soluat: & si idem illud perdidit, culpa sua fuit. Hæc ille. ¶ Sed nodus huius quæstionis quantum ad ludum alearum, in eo consistit: utrũ restitutio, uel erogatio in pauperes lucri prouenientis ex ludo alearum in casibus non concessis sit aliqua lege præcepta: lege dico non abolita: quod si est, manifestum est huiusmodi lucrum teneri non posse: saltem ab illis, qui huiusmodi legi sunt subiecti : q̃m ludum hunc fore generaliter prohibitũ certum est ex canone dist. xxv. eps. sup. allegato in tex. & glos. atq; in iuribus ibi allegatis. Ex illa autem prohibitione haberi non potest; q lucrum sit prohibitũ, aut restituendum : cum etiam meretricium sit lege diuina prohibitũ: & tamen secundũ omnes non tenetur meretrix lucrum suæ turpitudinis restituere, uel pauperibus erogare: ut dicitur. Videndũ ergo est, qua lege lucrum huiusmodi sit prohibitum : & de hoc non inuenitur aliqua prohibitio diuina: neq; iuris canonici: licet glossæ (quæ iure non probantur) & doctorum quorũdã dicta ad hoc sonent : sed his nemo obligatur. ¶ Est autem constitutio græca legis ciuilis, quæ concedit repetitionem aequi siti lucri usq; ad quinquaginta annos.

Leges approbatę super canones.

Sed nunc inuestigandum : utrum per hanc legem aleator lucrans ab eo, qui potest sua alienare : nec tractus est, uel inductus & sine dolo lucratus est: teneatur lucrũ restituere. Et uidetur quibusdam; q sic, tum quia lex illa non tantum est constitutio ciuilis : sed etiam implicite est constitutio canonis: & per consequens oẽs indifferẽter obligat: nã leges imperatorũ, quę legi diuinę, nec sacris canonibus obuiãt, ab omnibus sũt obseruãdę: ut habetur dist. x. de capitulis. & in sequen. quatuor cap. & per hoc oẽs tales leges a sacris canonibus approbantur: tum quia (ut sup. argutũ est) nõ potest iure ab aliquo repeti, quod ille nõ tenetur restituere. ¶ Sed contra hoc est: q illa lex per contrariam consuetudinẽ est abolita: & ideo non ligat: ut uidetur sentire beatus Tho. hoc etiam uidetur tenere Baptis. in sum. allegans ad hoc Alex. lom. in titu. de usuris. unde dicit: q repetenti perdita per ludum in foro ciuili, & iudiciali non datur actio: nec sententia restitutionis fiendę. Verum hoc reprobat Ange. in sum. di. q lex illa non est abrogata per non usum: quia ut dicit Panor. in c. Ioannes. de cle. coniu. Non usus non habens actum tacitum contra legem nõ inducit consuetudinem abrogatiuã legis: ut licet non agam contra eum, qui mihi damnũ intulit actione legis aquiliæ: nõ propter hoc abrogatur illa lex: quia illa lex nõ necessitat ad agẽdũ: sed dat agendi facultatẽ: igitur non agens non facit cõtra legẽ: secus si non usus habet actum tacitum in se contra dispositionem legis: ut lex defert hæreditatem communiter, & equaliter filijs tam masculis, quã fęminis: sed consuetudo defert primogenito, uel solum masculis: & secundo genitus, uel fęmina nunquam fuit usa illa lege: ibi inducitur, cõsuetudo, qua lex illa abrogatur propter actũ cõtrariũ. In proposito lex concedẽs repetitionẽ ad quinquaginta annos non necessitat ad repetendũ: sed dat facultatẽ. & ideo licet per mille annos nõ repetatur: nõ propter hoc inducitur cõsuetudo, qua lex illa abrogatur: & ideo esto: q lex illa non sit abrogata per nõ

Incidẽs pœnã legis nõ tenet illã soluere, nisi a iudice compellatur.

tium eius: tamen uirtute huius legis nō tenentur sic lucrantes restituere lucrū; nisi per iudicis sententiam sint cōdemnati; sicut in aliis pœnis iuris. Et exemplificat Rich. loco sup. allegato di. Si per sententiam iudicis lucrans non cōpellitur ad restituendū, nō tenetur: quia ista restitutio præcipitur in pœnam lucrantiū tali ludo prohibito. Ad idē uidetur esse Pal. ut sup. patuit. Nec iura, quæ ad hoc allegantur per glo. c. episcopus xxxv. dis. & c. clericus officia. de ui. & hone. cleri. dicūt: q tenear restituere ipso iure: sed q pōt ab ipso peti de iure. Aliquis. n. quādoq; aliquid licitē retinet, antequā per sententiam dimittere cōpellatur: non interficiens hominem iniustē pōt per sententiam iustē priuari hæreditate sua: & tamen ante sententiā nō tenetur illā dimittere: sicut generaliter nō tenetur quis pœnas soluere, priusquā iudicis sententia cōdemnetur. ¶ Et per hoc possunt
F solui contraria inducta. Primō illud sancti Bonauen. q titulus, quo possidentur huiusmodi lucra, iniustus est: & lucrans est malæ fidei possessor: quia contra legū interdicta possidet: patet, q nō: quia licet sit lucrū turpe: tñ nō possidet contra interdicta legū: lex. n. etsi interdicit ludū alearū, nō tamen interdicit lucrū: licet concedat repetitionē: sicut in aliis turpibus lucris. ¶ Etsi quæritur de titulo: dicit Alex. q titulo interuenientis pacti, & obligationis condicti utriusq; placet ms. Nihil. n. tā naturale: quā ut acquisitio fiat secundū uoluntatē domini tradentis. insti. de rerum diui. §. per traditionem. secundū uoluntatem dico legi non contradicentem. Similiter & illud non potest repeti ab aliquo, quod ille restituere non teneretur: uerum est hoc de illo, quod nō tenetur post repetitionē, & sententiæ plationē. Multa. n. possunt repeti, quæ in pœnā statuuntur: ad quæ tñ is, q pœnā incidit, nō tenetur ante sententiā pro repetēte latā: sic ad illud de epō, qui pōt talia lucra exigere, & pauperibus erogare: dicitur q eps hoc pōt præsidis auxilio, & bene faceret, si exequeretur. ut hoc modo turpitudo ludendi cauere *** tñ nō sequitur ex hoc, q lucrantes teneantur dare, priusquā exigantur: sicut nec in aliis casibus, in quibus aliquis pōt turpiter acquisita tollere: & ideo talia lucra non sunt pauperū, priusquā donentur eis. Quōd etiam postea arguitur, q illa lex imperialis per canones approbatur &c. & sic ligat omnes: pōt dici, q canones, qui approbant leges, nec legi diuinæ, nec canonibus contrarias quantum ad illos solū obligāt, qui his legibus sunt subiecti: & nō quantū ad non subiectos legi illi: non. n. canones ultra ligant, q leges ipsæ, quas approbant: sed illæ leges nō ligant nisi sibi subiectos: unde canones leges huiusmodi cōfirmāt, non extenduntur: ut dicit Anto. par. iii. ti. j. c. xxiii. §. iii. Quamuis etiam lex illa, ut dictū est: sibi subiectos non ligat ad restitutionē: sed cōcedit repetitionē. ¶ Ecce quanta diuersitas doctorū tam legis diuinæ, quām humanæ: ideo conclusiones ponentur probabiliter sub benigna maiorū correctione. ¶ Quantum ad articulum secundum est prima conclusio. Turpe lucrum acquisitum in casu, quo conceditur repetitio per actionem de dolo, aut ui, uel metus causa: seu per iudicis officium: est de necessitate salutis (si fieri potest) restituendum. Conceditur autem repetitio contra eū, qui lucratur cum dolo, fraude: aut dum lucratur ab eo, qui alienare non potest: ut sunt furiosi mente capti &c. ut dictum est in primo notabili. Probatur conclusio: quia in tali acquisitione non transfertur dominium in acquirentem: cum non accedat uoluntas libera simpliciter: sed decepta, uel coacta eius, qui transferre poterat. & per consequens acquirens nō est dominus lucri: sed occupator: & si non est dominus: lucrum non est eius: quare retinere non poterit: tenetur ergo restituere: si habet, unde restituat: & si eum, a quo recepit: uel eius hæredes nouit, & attingere potest, aut erogare pauperibus secundū modū supra expositum. q. ii. huius distinct. art. iii dubio iiii. ¶ Secunda conclusio. Quamuis turpiter lucrans ab eo, cui non competit repetitio modo prædicto: etiam si non retineretur lucrū de necessitate salutis restituere

Artic. 2. Cōcl. 1. G Lucrū turpe ē restituēdum.

Cōcl. 2. H Lucrū & ludus

aleatorum semper dissuadendum.

tuere: nec erogare pauperibus: est tamen salubre consilium, ut non retineat: sed eroget in pios usus. Probatur: quia sanum consilium est fugere occasiones peccatorum futurorum, & impedimenta remissionis præteritorum: etiam eas, quæ non immediatè, & per se, sine de proximo inducunt, uel impediunt: hæ enim necessariò cauendæ sunt patet per illud apostoli ad Ephes. v. Videte fratres, quomodo cautè ambuletis: non quasi insipientes: sed ut sapientes redimêtes tempus: quoniam dies mali sunt. Mali sunt dies propter occasiones multiplicatas ad mala culpæ trahentes: et hinc iterum auisando consulit. Qui stat, uideat, ne cadat j. Corinth. x. Hæc autem lucra imbursata, & amata, occasiones sunt inducentes ad peccata: inducunt enim, & alliciunt ad sectanda, cumulandaq; turpa lucra, quę quia turpia sunt; sine peccato non acquiruntur: alioquin turpia non essent: & per hoc inducunt ad futura peccata: hinc Palud. ubi sup. dicit ludum prohibitum propter blasphemiã &c. Tenet etiam in peccatis cômissis: quoniam eorum remissionem impediunt: dum ueram contritionem nô admittunt: non enim potest esse uera contritio peccati, quod adhuc placet: difficulter autem, uel uix displicere potest ei actus peccati, cui placet effectus ex pctô côsecutus. qño. n. displicere pôt turpitudo admissa, cui placet lucrũ ex turpitudine acquisitũ. Vnde bene faciũt confessores lusoribus iniũgentes, eosq; inducentes: ut huiusmodi lucra turpitudinis non seruent: sed uel restituant: aut in pauperum eleemosynas: aut pias causas exponant: si tamen induci nequeant: non est eis neganda absolutio: dum tamen displicet turpitudo. Hæc est sententia Anto. Angel. & Baptis. in sum. Et licet de turpi lucro possit fieri eleemosina: non tamen de his (maximè de meretricio, & similibus diuina lege prohibitis) debet fieri oblatio publica ad altare. Vnde Deuter. xxiij. Non offeras mercecedem prostibuli: nec precium carnis in domo domini dei tui. Dicitur publica: quia (ut dicit Alexander de hales ubi supra) non omnis oblatio acquisita per meretricium, est abominabilis domino: sed publica: quæ fit cum scandalo. Et ponit exemplum: ut si meretrices traherent currum ad fabricam ecclesiæ: uel darent pannum sericeum: aut facerent fenestram uitream in ecclesia: talia non debet recipere ecclesia a congregatione meretricum: ne uideatur approbare opus earum. ¶ Ex quo patet: ꝙ priuatæ oblationes: unde non oritur scandalum de huiusmodi lucris: similiter de illis, quæ acquiruntur per occultas fornicationes, uel adulteria possunt fieri etiam publicę oblationes.

Coroll.

¶ Tertia conclusio: quamuis aleator ex cupiditate lucrans aliquid notabile lucratur ab aliquo, quem non attraxit: & qui sua donare potest etiam sine dolo, & fraude peccet mortaliter: ipsum tamen ad lucri restitutionem, uel erogationem de necessitate salutis teneri: non est certum euidenter. Prima pars conclusionis probatur: quia ex cupiditate ludens agit contra legem diuinam, naturalem, & positiuam: ergo. Consequentia patet ex diffinitione peccati. Antecedens probatur primò: ꝙ sit contra legem diuinam: quia est contra charitatem proximi concupiscere bona proximi cum damno eius: & contra nonum præceptum, quo prohibetur concupiscentia rei alienæ cum damno proximi. Hoc autem facit lusor talis: nam concupiscit rem proximi absque reddirione æquiualentis: & ita cum damno proximi. Nec obstat: ꝙ proximus consentit in lucrum: & ꝙ uoluntariè obligat se ad donandum lucrum ei, qui secum ludit (secundum leges ludi) sicut extra ludum donatum recipitur sine peccato: licet donans ex donatione damnificetur: priuatur enim eo, quod donat: quoniam côsensus ille non est liberalis sicut in donatione: sed est consensus ex conditione, quam tamen non uult accidere. Nullus enim simpliciter uult perdere: sed spe lucri ad ludum accedit: sicut

Côcl. 3. I Ludens alea ex cupiditate peccat grauiter.

ergo in usura dans usuram uolens dat usuram: & indigens re aliqua emendo plus dat iusto precio uolens, & sciens, ut maiora damna caueat: uel maius lucrum ex re empta consequatur: & tamē recipiens usuram, & ultra iustum preciū peccat: eo q non concurrit consensus simpliciter liberalis. Magis enim uellet mutuans non dare usuram: & emens nō dare ultra iustum precium, si rem sibi necessariam sic habere posset: sic etiam in proposito. Quòd etiam sit contra legem naturæ: patet: facit enim alteri, qđ sibi nollet fieri: uult .n. lusor damnificare proximum: quod non uellet fieri sibi. ¶ Item damnificans alium in spiritualibus etiam uolentem dānificari peccat: ut si quis petentem se occidi occidit: & etiam non prohibens uolentē seipsum interimere dū potest: peccat: inuitus .n. a periculo mortis eruendus est. secundum August. & j. Reg. ultim. de occidente saulem. ergo damnificans in temporalibus peccat. Quòd sit contra legem positiuam: patet ex dictis. Secunda pars cōclusionis patet: quia sunt probabiles opiniones pro utraq; parte: ut habitum est in primo articulo. Nec habentur rationes sufficientes presertim pro illa parte: q lucrū non possit sine salutis dispendio possideri. ¶ Corollarium primū. Licet securius sit lucra huiusmōi restituere, uel pauperibus erogare: non tamen securior est opinio tenens restitutionem, uel erogationē lucri esse necessariam ad salutem. Primum patet: quia qui lucrū restituit, uel erogat, certus est se satisfacere præcepto secundū primam opinionem. Et secundum aliā opinionem implet opus consilij. & per hoc certus est se in hoc non peccare, tenendo lucrū: ut patet ex secunda conclusione. ¶ Secundum probatur: incautū est, & malū asserere aliquem actū fore peccatū mortale: ubi illud nec sufficiēti auctoritate: nec euidenti ratione ostēdi pōt: nā hoc est ponere laqueū pedibus ambulantiū: & inducere certū mortale, ubi mortale non est: uel esse certum nō est: nā ista assertio dum acceptatur a populo: licet foret erronea: facit tamē cōtrauenientem peccare mortaliter: quia facit agere contra conscienciā eū, qui alias non peccaret mortaliter in tali facto non habita huiusmodi conscientia.

Coroll. 1.

K

Securi⁹ est lucrū huiusmodi restituere

¶ Secūdum corollariū: licet ludus sit populo efficaciter in prædicationibus dissuadendus: ad restitutionem tamen lucri populus non est (uelut eius, quod est de necessitate salutis) compellendus. Patet corollariū ex conclusione secunda pro parte prima: & ex corollario statim præmisso quoad partem alterā. ¶ Dictum est autem in conclusione ex cupiditate, & aliquid notabile: q a si luderet p recreatione, pro modico, in quo proximus non notabiliter damnificaretur: posset a mortali excusari: sicut etiā sup. dictū est de furto. Et hæc cōclusio quoad primam partem non solum habet ueritatē in ludo aleę: sed in quocūq; ludo: immo in quocunq; negotio, in quo qs proximum ex cupiditate nititur notabiliter damnificare: & bona proximi sibi uendicare sine iusta recompensa, excepta libera donatione: quia sicut dominus rei potest liberē donare rem suam, cui uoluerit; ubi lex non resistit: ita is, cui donatur, potest donū recipere sine peccato.

Coroll. 2.

¶ Quantum ad articulum tertium: dubitatur primò contra conclusionem tertiam, & eius partem. Nam euidenter euidentia iuris probari pōt lusorem lucrantem in casu conclusionis teneri ad restitutionem: ergo illa pars cōclusionis falsa. Consequentia nota. Antecedens probatur: quia in cap. si culpa de iniur. & dam. dicitur. Si culpa tua datum est damnum: super his satisfacere oportet. Sed lucrans in ludo culpa sua damnificat colludentem. ¶ Solutio: ius illud multas patitur exceptiones: ut patet in glos. ibidem. ut quādo damnificatus est in simili turpitudine, uel culpa, ut in simonia. Item quando damnum infertur scienti, & cōsentiēti: tali n. non fit iniuria, & ita est in proposito. Sicut enim sustinens dānum potest remittere restitutionem illati dāni post damnum acceptum: ita potest consentiendo ante dānū passum damnificantē absoluere a restitutione. Item hic nō tā datur,

Artic. 3.

Dub. 1.

L

Nō ois dānificās teneť ad restitutionem damni.

datur, q sponte suscipitur damnum a lu-
dente: nam sponte offert se tali lege, uel
códicto per quod dánificatur: alioquin
si capitulú illud uniuersaliter uerú esset
ad literá: etiam recipiens donationem li
beralem, aut preciú turpitudinis: puta hi
strio, trad tor, meretrix, & similes tene-
rentur ad restitutionem doni, & precij.

Dub. 2. M

Utrú ludus scaccorú sit clericis prohibitus.

¶ Dubitatur secúdó: utrú ludus scaccorú
sit clericis prohibitus. Respondét plerique
doctores imitantes Rich. in iiij. q non:
quod maxime uerum esse potest, quádo
fit causa recreationis necessaria. ¶ Sed
non uidetur hec opinio satis secura: ná
cum clerici sunt assumpti in sorte domi
ni: propter quod se in ecclesiasticis offi
ciis, & alijs bonis studijs exercere debét
diligenter: ut dicitur in c. clerici officiá.
de uita & ho. cle. & beatus Hiero. ad Ru
sticum. Núquá de manu tua, uel oculis li
ber psalterij discedat: dicatur ad uerbú
oratio: sine intermissione uigilet sensus
nec uagis cogitationibus pateus corpus
pariterq; animus tendat ad dominú. de
conse. dist. v. nunquá. Non decet cleri
cum ludis tempus cósumere. Et quoniá
prohibetur ab apostolo, ne secularibus
se immisceat negotiis: prohibetur etiam
interesse spectaculis. de conse dist. v. nó
oportet. ij cadé ratione ludere prohi-
betur: presertim cú ludus ille scaccorú
ualde animam distrahit: & tempus pluri-
mum consumit: nimis deniq; miser est,
qui in sortem domini assumptus extra
dnm in huiusmodi uanitatibus recrea-
tionem querit: quasi in summo, ac dele-
ctabilissimo bono recreatio haberi non
possit. Et sicut dicit Hiero. de consecr.
dist. v. c. nunquá. Ama scientiá scriptu
rarú: & carnis uitia non amabis. Ita in
proposito dici potest. Ama scientiá scri
pturarú: & ludos ac otium iners non a-
mabis.

Dub. 3. N

De inspectoribus ludentiú.

¶ Dubitatur tertió: utrú inspecto
res ludi participent peccatis ludentium:
similiter & cooperatores: ut concedén
tes domos: uel loca ad ludendú: siue lu-
mina, & ludendi instrumenta: ut taxil-
los, chartas, & huiusmodi. & an ad ali-
quam restitutioné teneátur. Respódetur
primó de inspectoribus: qa aut inspecto
res dant causam ludo: ut quia ideo ludi-
tur, ut ostédatur uirtus, uel idoneitas lu
dentiú, q nó fieret, nisi essent inspectores
ut fit in ludis theatralib9, hastiludijs, cho
reis, & similibus. & túc dicendú sicut de
cooperatoribus statim dicet. Aut inspe-
ctores nó dát causam: puta qa eque fie
rent, si non adessent inspectores: ut in
ludo alearum: & tunc dicitur, q inspe-
ctores peccant quidem uenialiter: rebus
enim turpibus, & prohibitis intendunt
utilioribus neglectis: non tamen peccát
mortaliter: nisi cósentirent ludentibus
ludos prohibitos: ná consentiens pecca
to mortali: peccat mortaliter: secundú
illud apostoli. Non solum facientes: sed
& facientibus consentientes digni sunt
morte. ad Rom. j. Similiter si tanta libi-
dine uidendi ludos assisterent: q parati
essent eos uidere: etiam si foret prohibi
tum uidere, hoc enim esset contemptus
uirtualis praecepti, qui est mortalis. Haec
enim circumstantia facit quodlibet pec
catum quantumlibet leue esse mortale:
ut dicit Aug. Nó est pctùm ita ueniale:
quin fiat mortale, dú placet: placet sc.
usq; ad contemptum precepti superue-
nientis: ut exponit Gers. in compen-
dio, quod ab aliquibus sibi adscribitur.
¶ Et si dicis: quisquis delectatur in pec-
cato mortali, peccat mortaliter: sed ui-
dens ludos prohibitos delectatur in a-
ctu ludentium, qui est mortalis: ergo.
Maior patet: quia propter hoc dicunt
doctores, q delectatio morosa in cogi-
tationibus uenereorum etiam sine con-
sensu in actum mortalis. Respondet hic
Bap. in sum. in uer. Ludus. § ij. q ma-
ior est uera de his, que sunt peccata
mortalia ex se, siue de suis natura: &
non solum ex constitutione humana ec
clesiae. Ludi autem, & spectacula ali-
qua (quae non includunt essentialiter
turpitudinem) possent fieri bene, si nó
forent prohibiti, ut torneamenta: &
similia: ludi taxillorum, dum non siút
ex cupiditate. Vel posset dici: q de-
lectari in actu mortalis peccati in hoc
precisé ratione cuius est prohibitus, seu
inordinatus, est mortal s: ut qui dele-
ctatetur in cupiditate ludentium, aut
contemptu eorum, qui contemnunt

pceptū ecclesiæ: secus si in actu delectātur inquātū actus, qui non est essentialiter siue de sepctūm: & per hoc patet solutio probationis: quia actus uenereus de se est pctūm: & legi dei contrarius: & propter delectationem inordinatā prohibitus. Veruntamen periculosus est aspectus ludorū prohibitorū: quia facile inducit in cōsensum: & specialiter inter esse huiusmodi ludis prohibitū est clericis in c. clerici. de uita & hone. clericorū. ¶ Posset etiam dici: licet delectari in actu peccati mortalis, sit mortale peccatum: cum delectatio uoluntaria nō sit consensu eius in id, unde quis delectatur: tamen delectatio in cognitione peccati, aut peccantiū, uel modi ipsius peccati, non est mortalis: nā cognitio talium potest etiā esse meritoria: quia potest ordinari in bonū finem, puta ut caueatur, uel arguatur. Et si ex sola uanitate delectatur in cogitatione taliū: non excedit genus peccati uenialis, nisi aliunde grauetur. ¶ Ex his secūdo dicitur, ꝙ cooperatores ludentium ut ad ludos concedentes loca: aut ministrantes taxillos: instrumenta aut lumina, & huiusmodi, sine quibus ludus nō heret: peccauit mortaliter, si ludus ipse sit prohibitus: quia sic cooperando cōsentiūt peccato mortali. ¶ Tertiò dicitur: ꝙ tales consentientes non tenentur ad restitutionem perditorum in ludo; tum quia non præstāt directè causam perditionis quia æquè se habent ad perdentes, & lucrantes: tum quia per illam perditionē non fit uiolentia perdenti: tum ipse uolūtariè se subijcit legi perditionis, secus tamen si præstaret causam dolo in ludo commisso: & luciū participarent. ¶ Si quæris: quid de his, quæ lucrantes uolun tariè dant aspicientibus, aut ministrantibus. Respondetur: si lucrātes dāt ea, quę tenentur restituere, etiā recipientes tenentur restituere: si non: non. ¶ Dubitatur quartò: quid de artificibus facientibus taxillos, chartas, & cętera instrumēta ludendi: similiter & ea uendentibus, utrū mortaliter peccent. Posset dubium extendi ad facientes: & uendentes gladios, lanceas, ballistas, uenena, fucos,

Cooperatores ludentiū peccant.

Dub. 4.

O Facientes taxillos, cartas an peccent

setta, laruas, & huiusmodi. ¶ Pro quibus omnibus respondendo datur hæc distinctio post Anto. par. iii. ti. j. c. xxiii. §. xi. & seq. Aut factor, uel uenditor nouit: ꝙ hi, quibus talia uendunt, eis abutuntur ad peccatum mortale: uel habet consciētiam firmam de hoc: tunc tales factores, & uenditores stante tali conscientia mortaliter peccant: & omnia peccata, quæ occasione talium rerum ab alijs perpetrantur, sibi imputātur: & rei sunt animarum, quæ propter hoc pereunt: cū sint cooperatores omnium scelerū inde commissorum. Aut huiusmodi uenditores, ac factores credunt eos, quibus uendunt emere talia propter aliquem licitū usum: aut de hoc nihil cogitabant, ignorantes, ꝙ talia facere, ac uendere esset illicitum; & tunc sub distinctione distinguendum est: quia aut illæ res ad humanū usum possunt esse utiles, ut arma in bello iusto: cultellus ad scindendum panem. Quędam enim uenena apponuntur a medicis in quibusdam medicinis: uel etiā in coloribus aptandis fuci ad ornandum se marito, non ad lasciuiam. Item laruæ ad repsentādum aliqua honesta, aut huiusmodi ad usus licitos. Aut nullum usum bonū habent: ut quædam uenena mortifera. non. Si secundum: peccat res tales alteri cōicando: aut etiā faciendo, quas nouit ad nullum bonum usum proficere: sed tantum ad malum: ut de libello famoso, quem non solum conficere: sed etiam confictum ostendere: & inuentum nō statim rumpere, graue peccatum est: v. q. v. per totum. Si primum: non peccant mortaliter: si intentio non fuerit corrupta: etiam si abusus sequatur, Vnde Aug. ad publicolā. Absit: ut ea, quæ propter bonū, ac licitum facimus, aut habemus: si aliquod per hoc pter nostrā uoluntatem cuiquā malū acciderit: nobis imputet. ¶ Neq; facilè iudicandum est eos, qui emunt talia eis abuti: nisi appareant signa manifesta: ut in meretricibus ementibus fucos: nemo n. iudicandus est immemor esse suæ salutis æternæ. Quòd uero Inno. iij. de sagittarijs cap. unico. dicit artem illam mortiferam, & odibilem ballistariorū,

mortilitet.

& sagittariorum aduersus catholicos, & christianos exerceri de cętero sub anathemate prohibemus. intelligendum est in bello iniusto secūdū glos. nā cōtra infideles: & etiam contra fideles in bello iusto licet his armis uti: quoniā secūdū Aug. xxiii. q. ii. dñs nō refert quantū attinet ad iustitiā, utrum aperte, uel ex insidijs quis pugnet. Et pugnare cum ballistis uidetur pugnare ex insidijs, ut uult Aug. super ps. lxii. A teū, inquit, dicit insidias. ¶ Verum hoc membrum adhuc uidetur subdistinguendum: quia aut pluri mum homines his rebus utuntur ad malum ut aleis, chartis, taxillis, quibus communiter homines utuntur ad pctū mortale propter auaritiam, & concupiscentiam rei alienæ: ex qua cōmuniter his luditur. Aut frequentiùs, uel æquè utuntur ad bonū: ut armis, quibus cōmuniter utuntur homines ad defensionem, aut malorum impugnationem propter bonum reipublicę. Si primum: non possunt factores, & uēditores talium a mortali excusari secūdū Anto. Nec tales, inquit absoluendi sunt: nisi talia facere, & uendere dimittant. simile enim aliquid faciunt porrigenti furioso gladium. Vnde Greg. de pœni. dist. v. fratres. Falsa, inquit, est penitentia, cū penitens ab officio uel curiali negocio non recedit, quod sine peccatis agi nullatenus pręualet. Videtur tamen: φ si taxillatores, & alearum opifices &c. tantum uenderēt ista honestis personis, de quibus præsumerent, φ non uterentur illis in casibus non concessis: sed tantū pro recreatione, aut pro his, quę in conuiuio apponūtur, & non indifferenter ab omnibus ribaldis, & lusoribus: φ excusari possint: quoniam ubi ludi pōt sine peccato: ibi etiam instrumenta ludi possunt fieri, & uendi sine peccato. Et per hoc patet responsio ad singulas partes dubii. ¶ Dubitatur quintò de mutuo in ludo, an mutuās teneatur soluere mutuatū. Respōdetur secdm Panor. in c. clerici. de uita & hone. cle. φ de pecunia mutuata colludēti nō cōpetit repetitio: secus si alteri nō secū ludenti fiat mutuatio: sic secūdū eundē nō ualet transactio facta in ludo: eo φ ibi nō est lis: sed euidēs calūnia: sic quoq; uendens rem in ludo non tenetur de euictione: unde si res euincatur ab emēte: non potest agere contra uēdentem. ¶ Dubium sextū: utrū recompensatio habeat locū in ludo: ita φ lucrans aliquando, & perdens quādoq; possit pperdita lucrū cōpēsare, ut nō teneatur ipsum restituere, uel pauperibus erogare. Respōdetur, φ in ludo, in quo lucrās nō tenet restituere lucratū secundū prędicta, nec erogare pauperibus: dubiū nullā habet difficultatem: quia tūc nulla cōpēsatio est necessaria: sed in eo ludo, in quo lucrans tenetur ad restitutionē: uidetur; φ compensatio locum habeat respectu eiusdem personę: maximè dum uterq; lucrans tenetur ad restitutionem alteri: quia dū quilibet duorū est debitor alterius: dum debitum utriusq; est ęquè liquidum, cæteris paribus, cōpensatio debitorum habet locum. Nec refert: an lucrum fuerit acquisitum in eodem ludo, uel pluribus: siue uno tempore, uel diuersis: quoniam si b lucratus est a, c, heri c, hodie lucratur a, b, si lucra fuerint æqualia, iā sunt cōpensata: nā frustra b, redderet ipsi c, qđ c, teneretur restituere ipsi b. Si uero unus tenetur restituere, & non alter: ut si unus haberet administrationem rerum, pro quibus luditur, & non alter: cōpensatio non habet locū: tunc. n. habens administrationem tenetur restituere lucrum: & non econuerso. Si autē ludentes tenentur lucrū erogare pauperib⁹: est quorūdā opinio: φ quoties lucratur ludens, tenetur lucrū erogare pauperibus: siue in eodē ludo, ac tpe, siue in diuersis, nulla diminutione facta eorū, quæ perdidit: quia per interitū rei morosus debitor nō liberat: nā eo tpe qđ lucratus est, est pauperū. Et iō si postea pdit: nō pauperū bona: sed sua perdit, uel saltē sua culpa, bona pauperū perdit: iō pauperibus obligatur: ¶ Verum alii, quibus consentit Bapti. & Ange. in sum, mitius dicunt, quòd lucrum, quod obtinuit in eodem ludo, ab eadem persona, & secū in fine ludi imbursat: tenetur erogare pauperibus, & non illud, qđ durante eodem ludo lucratus est, &

[Left margin: P — Distinctio de his artificibus. — Dub. 5. Q — De mutuo in ludo.]

[Right margin: Dub. 6. R — Verū recōpensatio habeat locū in ludo.]

rursus perdidit: & dicit idē ludus, ludus continuus, quādiu se non diuertit ad alia. Ratio illorū est: quia illud propriè dicitur lucrum ex ludo, quod in fine ludi imbursat deductis perditis in eodem. ¶ Et dicitur notāter, cum eadem persona: quia si in eodem ludo, in quo plures colludūt: quis lucraretur ab uno: & perderet respectu alterius: ibi non habet locum compensatio: dum restitutio esset facienda: ergo nec a simili, dum lucrum pauperibus est erogandum. ¶ Et idem dicendum de participantibus lucrū ludi: hi n. eodem modo tenentur ad restitutionem, uel erogationem pro parte sua, in qua lucro participant sicut lusores.

Dub. 7. S De pœna tenētiū ludū prohibitum.

¶ Dubitatur septimò de pena tenentium ludū prohibitum. Respondetur post Ange. in sum. c. ludus. §. ix. Primò: quod domus, in qua luditur, debet publicari: ut habetur in aut. alearum ludus. Secundò, si tenēs ludum uerberatur: non oritur actio ex tali iniuria: nec punitur uerberans, uel eum damnificans. Tertiò, si fuerit sibi aliquid subtractum tempore, quo in eius domo luditur: siue a lusoribus: siue ab alijs nō potest repetere: nec habet rei ipsius actionem: nec etiam pœnam furti. Quartò: qui alium compulit ad ludendum etiā ex metu, qui non cadit in constantem uirū: potest puniri iudicis arbitrio, & potest iterare erari. Et generaliter compellere dicitur eo ipso, quod stat cum alcari parato: hoc est præstat domum, taxillos, scamna, lumina, & huiusmodi: nam istis suasionibus, & illecebris dicitur compellere iuuenes, qui non possunt refrœnare iuueniles calores. Similiter de his, qui blandicijs, & suasionibus inducunt iuuenes ad ludendum. Quintò, quod omnis cōtractus celebratus inter ludentes ad inuicem non tenet: nec mutuū datum ad ludendum repeti potest: ut tactū est sup.

Dub. 8. T Verū lucrās ex uadio teneatur.

¶ Dubitatur octauò, utrū lucrans ex uadio: hoc est ex euentu, pro quo altercantur quidam uno dicente: si hoc ita est: uel sic euenerit: dabo tibi tantum: si non, dabis mihi tantum. Respondetur post Anto. quod hic est aliqd simile ludo: & si fieret ex cupiditate, uel dolo: idē diceretur, qd de ludo prohibito dictum est. Si aūt ex quadam cōtentionis altercatione oritur: nō ex cupiditate precogitata quolibet putante se uerū dicere: quāuis sit turpe lucrū: quia ab alio recipit non gratuitò, pro quo nihil rependit: non tñ tenetur ad restitutionem. Nulla enim lex mandat in illis restitutionem: licet lex diuina, & naturalis prohibeat omnem actum auaritię, & illicitę acquisitionis: est tñ cōsilij, ut huiusmodi lucra erogentur pauperibus: sicut etiā de lucro histrionatus, meretricij, incātationis, & huiusmodi. ¶ Vltimò dubitat de columbarijs. Ad hoc respondet Pe. de pal. dist. presenti. q. ii. ar. ii. uidetur: quod dñs eorum teneatur restituere damna his, q habent agros seminatos, quos spoliant nutrimentū quęrendo: nisi sit uerum, quod qdā singūt: quod colūbę nociua quędā cū granis comedentes plus prosint, quā obsint: ergo dñs est in culpa emittendo huiusmodi animalia in damnum proximi: & tenetur ad refusionem damni. Et tantum de quæstione.

Dub. 9. V De colūbarijs.

¶ De restitutione acquisitorum titulo præscriptionis.

QVAESTIO XIIII.

Vtrum titulo præscriptionis acquisita sint restitutioni in foro cōscientiæ obnoxia. ¶ Declarationibus terminorū subiunguntur respōsiuæ conclusiones annexis pro tertio articulo solutionibus dubiorū. ¶ Quantū ad primum notandum: quod prescriptio dupliciter capitur. Vno modo largè: ut extendit se ad usucapionem. Alio modo ut distinguitur contra usucapionem; & illo mō præscriptio tantum habet locū in rebus immobilibus: in domo, agris, terris &c. etiam in rebus incorporalibus: ut in seruitutibus, actionibus, & huiusmodi. Vsucapio uero est in rebus mobilibus. Ita etiā habet Thom. de argen. dist xv. art. ulti. Primo modo præscriptio sic describit. Est ius quoddā, siue dominiū per continuationem possessionis tēpis a lege diffinitti auctoritate legum

A

Artic. 1. Not. 1. Duplex acceptio pręscriptionis.

uim capiens: pœnam negligentibus inferens,& finem litibus imponens. Si uero accipitur secundo modo strictè adda tur rei immobilis, uel incorporalis ad genus diffiniti. Tho. argen. ubi supra diffinit: est ius ex tempore capiens firmita tem. Similiter usucapio describitur. Est ius, siue dominium rei mobilis &c. ¶ Dicitur primò ius, siue dominium; quod ponitur pro genere. i. proprietas rei, quę est res possessoris: ita quod de ipsa tanquam de re sua licitè potest ad uota disponere utendo, seruando, uel alienando. ¶ Dicitur per continuationem possessionis: ubi innuitur titulus, quo res præscripta possidetur: non enim requiritur alius titulus: puta uenditionis, aut donationis uel hæreditariæ successionis, permutationis aut huiusmodi: quia ubi adest iustus titulus, non est præscriptio necessaria. Iniustus uero titulus pro non titulo habetur. Sola ergo possessionis continuatio dat titulum: dum tamē adsit bona fides: & cætera, quę exprimuntur in diffinitione. Quod uero Panor. & quidam alij dicunt in certis casibus requiri titulum: uerum est: quod requiritur ad iustè possidendum: sed non ad præscribendū: quod generaliter requiritur: quando res non est præscriptibilis: ut in decimis. de hoc glos. in c. si diligenti. de præscriptionibus. Quando enim ius commune est contra possessorem: tunc requiritur titulus, scilicet priuilegium, ut prescribat; quo non probato, non præscribit: nisi fuerit tantum tempus, cuius initium non est in memoria hominum: & ita intelligendum est. c. si diligenti. allegatū: quod dicit requiri bonam fidem, & iustum titulum. ¶ Et nota: quod dicitur per cōtinuationem possessionis: quoniam si possessio legitimi temporis interrumpitur: non præscribitur: ut si tempus legitimum præscribendi fuerit uiginti anni. Exempli causa. Si primo possidet eandem cem annis: & post per decem annos sequentes non possidet: deinde per alios decem annos iterum possidet: non præscribit. ¶ Verum possidens bona fide, & uendens sub conditione, uenditio resoluitur: priora tempora cum posterioribus continuare poterit: secundum Panor. in c. illud autem. de præscriptionibus. ¶ Et nota: requiritur, quod possideat ut proprium: nam qui alieno nomine possidet, ut colonus, & qui precario possidet non propriè possidet: sed hi, quorum nomine possident. ut in c. si dil gẽti. eo. titu. ¶ Dicitur temporis lege diffiniti. Lex enim determinat tempora, quibus currit præscriptio: & minus ips non sufficit: & ad diuersas res pscribendas diuersa tẽpora determinat: nam contra ecclesiam romanam in his, quæ principaliter ad eam pertinent, non secundario: & cōtra ea, quæ immediatè pertinent ad dispensationem papæ: non currit præscriptio nisi cētenaria, cōtra ecclesias inferiores a romana, siue fiat præscriptio ab alia ecclesia, siue a priuato requirit quadragenaria annorum pscriptio. similiter de legatis ad pias causas: idem requiritur in præscriptione contra hospitalia, & pia loca: contra principem in reseruatis principi in signum singularis priuilegij, uel dominij, requiritur tātū tempus de cuius initio memoria hominum nō existit cum scientia principis. In alijs regulariter requiritur tempus decem annorum inter præsentes: & uiginti annorum inter absentes. Multæ tamen sunt in his uarietates, & differentiæ particulares, de quibus latè tractant domini canonistę. In usucapione requiritur tempus triennij. ¶ Dicitur etiam in diffinitione præscriptionis: auctoritate legū uim capiens: ubi includunt cæterę cōditiones ad præscriptionem requisitæ: ut bona fides: & quod res sit præscriptibilis: nam si illa deficiunt, deficit auctoritas legum. ¶ Oportet enim omnia concurrere in prescriptione, quæ lex decernit adesse debere. ¶ Vnde requiritur bona fides præscribentis: ut in c. uigilanti. de præscrip. ubi dicitur. Vigilanti studio cauendum est: ne simus malę fidei possessores in prędijs alienis: quoniam nulla antiqua rerum possessio iuuat aliquem malæ fidei possessorem: nisi resipuerit, postquam se aliena nouerit possidere: cum bonę fidei possessor dici non possit. &. c. fina. eo. tit. dicitur. Quoniam omne, quod

B Necesse est rē possideri tempore præscriptionis.

C Bona fides requiritur quolibet parte temporis.

non est ex fide peccatum est: synodali iudicio definimus, ut nulla ualeat absq; bona fide præscriptio, tā canonica, quā ciuilis: cum generaliter sit omni constitutioni, atq; consuetudini derogādum, quę absq; mortali peccato nō pōt obseruari. Vnde oportet, ut q præscribit, in nulla temporis parte, rei habeat conscientiam alienæ. ¶ Est autem bona fides, ut uult glos. in c. si diligenti eo. tit. dum is, qui rem possidet, credit eam esse suam: aut credit tradentem esse dñm, uel habere ius distrahendi: licet in facto erret. Non autem si erret in iure: nisi sit possessor longi tpis: uel fuerit probabilibus rationibus acquisita: aut etiā si ius, in quo errauit, fuerit dubiū. Et hæc bona fides requiritur per totū, quo fit prescriptio: a principio scilicet usq; ad finē. Quacunq; enim parte hmōi temporis incipit habere malā fidem; non præscribit: & tenetur resipiscere a possessione rei, quā nouerit esse alienam. ¶ Sed quid si per totum tempus præscriptionis habuit bonam fidem, & completo tēpore prescriptionis incipit habere malā fidē: ut puta post cōpletam præscriptionem, incipit noscere, ꝙ is, qui rem primò tradidit; non fuit dñs rei: nec habuit ius alienandi rem. ¶ Licet hic quorundā opi. teneat: ꝙ in casu tenetur rem prescriptā dimittere, seu restituere tanquam non suam: tamen uerius dicendum: ꝙ quia per præscriptionem completam, procul ius qualibet temporis parte habuit bonam fidem: res facta est sua beneficio iuris: ut dicetur in conclusione conscientia ista, quæ habet malam fidem credendo rem alienam, & non suam, est erronea: & ideo est deponenda, & corrigenda, quam si non deponeret tenendo rē præscriptā, quā crederet non suā, ageret cōtra cōscientiā erroneā; & ita mortaliter peccaret: quia qui cōtra cōscientiā agit: ædificat in gehennam. ¶ Quid autem, si quis habet conscientiam dubiam tempore prescriptionis. Respondetur: ꝙ dubitans rationabiliter motus, aut firmansse in dubio: non habet bonā fidē, quæ tamen requiritur: & ideo non præscribit. Non enim sufficit non habere

D Cōsciētia dubia sufficit ad bonam fidem.

malam fidem: sed requiritur bona fides: quę non stat cum dubio tali. Secus tamē si esset dubium scrupulosum: aut uacillans non firmū ex leui suspitione ortū. Agendū enim est cōtra scrupulos: ut dicit Gerson cancel. Si uero post dubium rationabile, reformat conscientiam, a tempore reformationis incipit præscribere. Sic sentit Angel. in uerbo præscriptio. §. iiij. & iij. ¶ Nota etiam; ꝙ semper presumitur bona fides: nisi probetur contrarium. glos. in c. si diligenti. in uer bo. bona fides Requiritur etiā, ꝙ res sit præscriptibilis. Numerantur autem xv. quę prescribi nō pñt. Primò, res uitiosa & dicitur uitiosa, si sit furtiua, aut ui possessa. ut inst. de usur. §. quod autem. Et subdit tex. ꝙ nec ullus ali⁹, quāuis ab eis bona fide emerit: uel ex alia causa receperit, usu capiendi ius habet. ¶ Et nota ꝙ in re mobili oportet; quòd iustus titulus interueniat a principio, aliter nunquam præscribitur: quia sine titulo contra uoluntatem domini rem eius contrectans, furtum committit. Secus in re immobili: quia quāuis mala fides fuerit in primo: tamē potest p alios prescribi ex eorum bona fide. Et ideo nunquam res mobilis in cōscientia potest teneri, quantumcunq; per longum tempus sit possessa etiam bona fide; nisi habuerit eam a principio cum titulo. Et ideo in rebus mobilibus non facilè bonæ fidei possessor usucapiet: ut dicit Angel. ubi supra quod tamen infra in. §. xiiij. aliquo modo limitat. Secundo modo contra prædicta prescribi non potest in foro conscientiæ: quia diuturnitas auget peccatum: cum tātò sint grauiora pctā, quātò diutius infelicem animā detinēt alligatā. de consue. cū tāto. Tertiò: iura spiritualia præscribi non possunt, ut decimæ, primitiæ, oblationes ecclesiæ, loca religiosa, quæ præscribi non possunt laicis: quia illa possidere non possunt de iure cōi. Idem est de annexis spiritualibus: & hoc uerum de laicis non conuersis. Quartò contra obedientiam, uisitationem, & procurationem: quę debetur ratione uisitationis. ut in. c. cum non liceat. & c. cum ex officij de pscri.

Nota. E Quindecim res nō præscriptibiles.

Quintò non potest præscribi limes, uel quod adhæret limitibus episcopatuũ, prouinciarum, uel parochiarum. Sexto modo liber homo pro seruo possessus. Septimo modo: publicæ functiones, id est pensiones agrorum non possunt præscribi a colonis. Octauo: uia publica non potest præscribi ex non usu populi. Nono: aquæductus, & alia iura ad publicum usum ciuitatis destinata. Decimo: reseruata principi in signum subiectionis populi: ut tributum, & similia præscribi nõ possunt. Vndecimo: res, quam lex simpliciter prohibet alienari: ut res sacræ, & res dotales, & huiusmodi. Secus, si prohibet alienari sine certa solemnitate: nõ simpliciter. Duodecimo: res, quæ possidetur alieno nomine, præscribi non potest, ut uendatur. Decimotertio: res empta ab eo, cui est administratio: ut a prodigo, luxurioso, lusore &c. Decimoquartò: res ignorantis eam esse suam præscribi non potest: nam contra ignorantem non currit præscriptio. Decimoquintò: res excommunicati: quia cum impeditus est a lege rem suam defendere: contra eum non currit præscriptio: si tamẽ non fuerit in mora petendæ absolutionis. Maiorẽ horũ specificationem require apud canonistas cũ suis allegationibus. ¶ Dicitur ultimò in diffinitione: pœnam negligentibus inferens; & finem litibus imponens. Vbi tangitur causa finalis præscriptionis, propter quã præscriptio a iure concessa est, & per hoc iusta: hæc enim duplex est. Vna; ut pax qua respublica fouetur, conseruetur per immortalium litium extinctionem. Secũda: ut negligentes in rebus suis negligentia, quæ redundat in confusionem possessionum, & discordiarum excitationem, pœnas debitas sentiant. Et ex utroq; deducitur iustitia præscriptionis: ut infra in probatione primæ conclusionis deducitur. Et tantum de articulo primo. ¶ Quantum ad articulum

Arti. 2. Cõcl. 1. secundum est conclusio prima. Qui rem, F aliquam legitimẽ præscribit, plenum eiusdem rei dominium acquirit. Probatur conclusio post Scotus in. iiij. distin. xv. q. ij. qa acquirẽs rem secundũ iustã

Legitimè præscribens

utriusq; iuris constitutionem, acquirit eius dominium: sed acquirens rem titulo iusto præscriptionis, acquirit eam secũdum iustam iuris constitutionẽ: ergo acquirit eius plenum dominium. Consequentia nota cum maiore: quia ipso iure fit trãslatio dominiorũ ut dicit Aug. super Io. & habetur. vij. distin. quo iure. & patuit supra. q. ij huius dist. Et in proposito idem intelligitur per auctoritatem legislatoris, & iuris siue legis. Minor probatur per totum titulũ de præscrip. Et quod lex illa approbans legitimã præscriptionem sit iusta; probatur duplici ratione Sco. ubi supra. Primò sic. Iustè potest illud statui a legislatore, quod est necessarium ad pacificam conuersationem ciuium, seu subditorum: sed dominium rei neglectę, sicut negligitur in pręscriptione, & usucapione: transferri in occupãtem est necessarium ad pacificam conuersationem subditorum: quia si non transferretur dominium in occupantem: & res maneret apud primum post quodcunq; tempus surgẽtẽt lites immortales, nã post quantumcũq; tps ille, qui neglexit, uel heres eius repeteret re neglctã ab eo, qui occuparet, quãtocũq; tpe occupasset. Et essent ea les lites, quas impossibile esset decidere: quia nec documenta: nec probationes sufficientes haberi possent, obstãte lõgitudine temporis, ex quibus perpetuę surgerent cõtentiones, & odia inter litigãtes: & per hoc tota pax reipub. turbaretur. ¶ Secundò probatur: legislator potest iustè punire transgredientem, cuius transgressio uergit in detrimentum rei pu. etiã pęna corporali: multò magis pęcunia fisco applicanda: ergo pari ratione potest eam punire pęna pœcuniaria applicando pecuniã alicui, qui in hoc. ẽ minister legis. Sed negligens rem suam tanto tempore transgreditur, trãsgressione, quę est in detrimentum reipu. qa impedimentũ pacis: ergo sicut iustè potest lex rem illam neglectam applicare fisco: ita põt eã ad maiorẽ pacẽ trãsferre in illũ, qui tãto tpe occupauit, tãquã in ministrũ legis. ¶ Et confirmatur, nã quia quilibet potest suum dominiũ trãs-

acquirit dominium.

ferre in alium accipere uolentem: ergo tota communitas potest cuiuslibet de communitate transferre dominium in quemlibet: quia in facto cōmutatis supponitur includi consensum cuiuslibet de communitate: ergo communitas habens consensum quasi iam oblatum in hoc, q quilibet consentit in leges iustas condendas a communitate, uel princeps potest per legem cuiuslibet dominiū transferre in quemlibet. Hæc est sententia Sco. cui consonat Panor. in. c. uigilanti. eo. ti. & in. c. si. ubi sic arguit conformiter ad prædicta post Hostien. eo. ti. §. sed quid si iam cōpleta præscriptione: Quod iuste possidetur, iuste possidetur: & si iuste, bene: ergo non alienum, sed suum: & per consequens habet rei præscriptæ dominium. Hanc conclusionem cū sequenti tenet Goffre. Host. ubi supra Inno. Io. an. licet nonnulli teneant contrarium, non tamen fulciti sunt sufficienti ratione, late prosequitur Host. ut supra. Dicitur notanter: qui legitime præscribit: hic autem præscribit legitime, cui adsunt omnes conditiones ad præscriptionem requisitæ. Nam si aliqua earum defuerit, licet non est uera præscriptio, ita nec per eam acquiritur uerum dominium rei præscriptæ. ¶ Secunda conclusio: Nullus in foro animæ tenetur de necessitate salutis rem legitime præscriptam restituere: etiam si post præscriptionem nouerit eam fuisse alienam. Illa conclusio etiam est Tho. argē. ubi supra & sequitur ad primam: quia nemo tenetur restituere rem suam, in qua habet plenum dominium: sed per præscriptionem legitimam acquiritur plenum dominium rei præscriptæ: ergo. Ista conclusio est de mente glos. in cap. uigilanti. eo. titu dicentis: q completa præscriptione, præscribens tutus est secūdum utrumq; ius: ergo iure possidet: ergo: ut supra argutum est: si iuste: non tenetur restituere. Præterea iura faciūt hoc meum: illud tuum: & conditor canonis, uel legis pōt mihi dare rē alienā, & tutus ero: ergo multo fortius poterit inducere hanc præscriptionem in odiū negligentium. hæc glos. cum suis allegatis. Et tantum de articulo secundo.

Cōcl. 2.
G
Nullus tenetur præscripta restituer.

¶ Quantum ad articulum tertium dubitatur primo contra conclusiones, quæ ad hoc tendunt, q præscribens rem legitime facit rem suam: nec restituere tenetur per. c. uigilanti. & c. fi. eo. tit. supra allega. quibus expresse habetur q malæ fidei possessor tenetur ad restitutionē: non obstante quacunq; possessionis antiquitate. Potest autem aliquis post præscriptionem completam informari: q res præscripta sit alterius domini: nec ab eo legitime alienata: & ita q non est sua: & per consequens tenetur ad restitutionem, quia non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. ¶ Præterea: nullus debet priuari bonis suis sine sua culpa, sed sic stat præscriptionem currere contra eum, cui non potest imputari negligentia: ut qui absens fuerat ultra uiginti annos ex rationabili causa, ad quem etiam notitia alienationis rerum suarū non peruenit: aut captus per tantum tēpus a piratis, quo sua defendere non potuit & ita sine culpa neglexit. ¶ Ad illa respondetur, q uerum est; q malæ fidei possessor, tenetur ad restitutionem possessionis, durante mala fide, siue malam fidem habeat in tempore præscriptionis, siue post completam præscriptionē. Malam dico fidem, qua credit rem esse alienam, & non suam. Et si illam habet ante completam præscriptionem, non præscribit; ut dictum est. Si uero incipit habere malam fidem post legitimam præscriptionem, errat, ut dictum est in primo articulo, & debet deponere errorē, & habere bonam fidem; q res post præscriptionem non est aliena, licet ante præscriptionem completam fuerat aliena, quia per præscriptionem facta est sua & per consequens non aliena. Si tamen erroneam non uellet, nec posset deponere, restituat, ne contra erroneam cōscientiam cum mortali teneat, & hoc uolunt. c. allegata: nam. c. uigilanti. notanter dicitur. Nulla antiqua rerum possessio iuuat aliquid malæ fidei possessorem, nisi resipuerit postquam aliena se nouit possidere. ¶ Nota; q dicitur aliena, sed propria utroq; iure canonico, & ciuili:

Arti. 3.
Dub. 1.
H
Quid de eo, q post cōpletam præscriptionē incipit habere malam fidem.

Rñsio. ad primam.

similis secundum Thom. arg. e. Nec fides illa est notitia uera: sed erronea, qua credit rem legitimè præscriptam non esse suam: & ideo relinquenda: durante tamen mala fide non iuuatur præscriptione, ut rem tenere posset sine peccato mortali. Et ideo papa non uult præscriptionem habere uigorem in malæ fidei possessore: ut dicit c. uigilāti. Et ad hoc planè sonat c. fi. allega. ut patet intuenti textum cum glos. ¶ Ad secundum dicitur: q talis negligens habet remediū recuperandi perdita: etiam post legitimā præscriptionem completam. Nam talis potest petere restitutionem in integrū usq; ad quatuor annos sequentes, qui incipiunt a die scientiæ post cessationem impedimenti legitimi: nam illud quadriennium non currit ignoranti. Ignorans enim non negligit: potest quoque negligens agere contra illum, qui rem suam alienauit: postquam ille, cui alienauit eam, usu ceperit: quia talis alienator tenetur sibi ex delicto. Et sua negligentia non facit cessare delictum alienatoris. ¶ Sed diceres: ad quid ergo ualet præscriptio talis: si is contra quem præscripsit, potest petere restitutionem in integrum. Respondetur: q ualet ad hoc secundum conscientiam, q præscribens nō tenetur restituere, nisi petatur: & si non petitur infra tempus debitum amplius non tenebitur: etiam si petatur: ita sentit Ange. in sum. Multa sunt specialia in præscriptione aduertenda, quæ latè prosequūtur canonistæ, sed hæc modica tetigisse hic sufficiat. ¶ Multi casus particulares: immo infiniti sunt, in quibus iniustè ablata, aut iniustè detenta, restituenda sunt: quorum specificatio nō cadit sub arte, secundum philosophum. Ideo ex similibus simile iudicium accipiendum est: & ex generalibus particularia. Vnde possent circa materiam restitutionum bonorum fortunæ plures moueri quæstiones, & dubia: & præsertim de artificibus, & laboratoribus pro denario diurno, qui per negligentiam, ignorātiam, desidiam, dolum uel fraudē proximos, quibus operantur, damnificant: de quibus satis patet ex dictis supra. q. vj. huius dist. ubi agitur de aduocatis, tabellionibus, procuratoribus. & q. ix. eiusdem distinct. ubi agitur de falsarijs. & q. x. de negotiatoribus. Possunt tamen hic pro complemento huius materiæ moueri aliqua particularia dubia breuibus soluenda prius in specie non mota. ¶ Et est primum de damnificantibus alios præter uoluntatem casualiter per se, uel sua ut exempli gratia. In ædificando si aliquis pertransit locum ædificationis, & per casum alicuius lapidis, uel ligni læditur: seu qui fodit foueam pro capiendis lupis, aut feris: & transiens cadit in eam: siue per animalia sua, quæ intrauerunt agrum alienum: & ibi depasti sunt fœnum, uel frumentum: uel læserunt animalia proximi, aut hominem, aut sepem & c. ¶ Ad hæc soluenda facit, quod dictum est supra. q. x. in fi. de latissima, latiore, lata, leui, & leuissima culpa. Vnde qui in talibus fecit quantum secundum communem cursum fieri solet ad cauendum damna, & pericula: & non dedit operam rei illicitæ: non tenetur ad restitutionem damni. Si uero negligens fuerit, aut est in dolo, uel culpa lata: tenetur. Similiter qui dat operam rei illicitæ: ut si clericus proijcit lapidem: aut mittit sagittam: & casu occidit transeūtem: etiam in loco ubi non solet esse trāsitus: tenetur ad restitutionem damni illati pro eo, q rei sibi illicitæ operam impendit. Et ibi dicta de casu fortuito applicentur ad propositū: & per idem etiā de damno dato alicui per animalia alterius. Si dominus animalis damnum ferentis est in culpa lata, latiore, uel latissima, tenetur. Si leui, uel leuissima: non tenetur ad recompensationem damni: tenetur tamen quandoq; ad dandum animal, quod læsit pro noxa: facit ad hoc dictum August. ad Publicolam epistola. cliij. cum inquit. Nec reus est moris alienæ, qui cum suæ possessioni murum circumduxerit: aliquis ex ipsorum usu percussus intereat. Neq; enim reus est christianus, si bos eius aliquem feriēdo: uel equus calcem faciendo aliquem occidat. Aut ideo nō debent christiani boues habere cornua: aut equus ungulas:

Ad. 2. Quale remedium ei qui sine sui culpa negligit tempus præscriptionis.

1 Quō teneātur damnificantes præter intentionem.

Dub. 2.

K

aut dentes canis. Et sequitur. Absit, ut ea, quæ propter bonum, aut licitum facimus, aut habemus: si quid per hæc præter nostram uoluntatem cuiquã mali acciderit: nobis imputetur. Alioquin nec ferramenta domestica, aut agrestia sunt habenda: ne quis eis, uel se, uel alterum interimat. Nec arbor, aut restis; ne quis se inde suspendat. Nec fenestra facienda est: ne per hanc se quisquam præcipitet. Quid plura commemorem: cum ea cõmemorando finire non possim. Quid enim est in usu hominum bono, ac licito, unde nõ possit etiam pernicies irrogari, hæc ille. De hoc dubio latius infra q. xv. ar. iij. dub. ij. ¶ Tertiò dubitatur: utrum teneatur restituere rem pereuntẽ, qui fuit in mora restituendi. de hoc etiã supra. q. x. ubi agitur de deposito. ¶ Notandum igitur pro responsione: ꝙ morosus dicitur, qui non tradit rem, quam tradere tenetur: licet eam tradere intẽdat: & habet communiter locum in debitis, commodatis, depositis. Item in ablatis contra domini uoluntatem: nam fur aut raptor semper est in mora: quia semper tenetur restituere, si potest. ¶ Secundò notandum: ꝙ ad hoc, ꝙ quis dicatur morosus, quatuor requiritur. Primò: ꝙ teneat rem aliquam, quam tradere tenetur. Secundò: ꝙ sciat se teneri uel saltẽ, ꝙ scire debeat. Tertiò: ꝙ interpellatus, seu monitus fuerit ad tradendum: & hoc a die, uel ab homine. A die: si dies seu terminus tradendi constitutus est: tunc enim terminus ipse adueniens dicitur interpellare. Ab homine; si termino tradendi non constituto a domino rei per se, uel per alium petitur traditio. Quartò: ꝙ habeat impossibilitatem tradendi ¶ Quibus præmissis respondetur ad dubium: ꝙ morosus in tradendo rem, quã tradere tenetur: si res perit etiam sine sua culpa casu fortuito: tenetur de damno domino rei: maximè si fuerat dubiũ, an res etiam apud dominum restituta periisset. Patet per regulam iuris lib. vj. mora. ubi dicitur. Mora sua unicuiq; est nociua. uel etiam in glos. ponuntur casus prædicti. Et dicitur maximè, si dubium fuerat &c. quia secundum aliquos; si nõ fit dubiũ; quando res eodem modo periisset apud dominũ suum: non tenetur morosus: quãuis aliqui dicant, ꝙ non obstãte, ꝙ apud dominũ res tradita periisset, tenetur morosus: quia potuisset dñs rei rẽ uẽdidisse: & ita apud alium & nõ sibi periisset. ¶ De hoc patet: ꝙ debens decimas, si fuerit in mora: & pereũe casu fortuito periculo suo: sic in locato, & commodato, & semper in furto. ¶ Dubitatur quartò: utrũ teneatur, qui ex pietate, & misericordia facit fugere debitorem aut incarceratũ uel ligatum soluit, aut seruum &c. Respondetur; ꝙ tenetur ad restitutionem damni: & est species furti: dat autem occasionem damno: nec excusat pietas misericordia: quia misericordia, & eleemosyna facienda est de suo: non de alieno. Si tamen quis fugeret in domum alicuius, nõ tenetur: nec debet eum prodere: tamen non debet iudicẽ q̃rentẽ prohibere: ut supra dictũ ẽ. Cætera innumera rescindo, fauens breuitati. Et tantum de illa quæstione.

Dub. 3. L

Vtrum tenetur restituere rem pereuntem, qui fuit in mora restituendi.

Rñsio.

Dub. 4. M

De eo, qui facit fuge re debitorem.

¶ DE RESTITVTIONE bonorum corporis.

EXPEDITVS utcũq; de restitutione fiẽda in bonis exterioribus, quę dicuntur bona fortunæ, & minima: uidendum consequenter de restitutione facienda læsis in bonis medijs. quę sunt bona corporis: unde quæritur.

QVAESTIO. XV.

VTRVM damnificans proximum in bonis corporis: teneatur ad damni restitutionem de necessitate salutis. ¶ Solito more tribus articulis terminorum, scilicet declarationibus: responsiuis conclusionibus: ac dubiorum solutionibus, q̃stio absoluetur. ¶ Quãtũ ad primum notandum: ꝙ per damnum in bonis corporis, intelligitur læsio corporalis uitæ, aut organorum corporis, aut membrorum. Et hæc læsio duplex est, quædam infert damnum ultimum,

A

Arti. 1. Nota. 1 De multiplici læsione corporis.

puta mortem, uel mutilationem mēbrorum: aut uulnerationem irremediabilē per quod redditur inutile ad exercitiū operationum naturalium sibi debitarū. Alia est læsio citra ultimam: & est uulneratio, uel debilitatio organi, uel mēbri curabilis: aut non in toto tollens operationem naturalem: sed aliquantulum impediens: prima dicitur læsio enormis: secunda mediocris.

Not. 2. ¶ Secundò notādum:

B q ubi non potest fieri restitutio per redditionem ablati, uel æquiualentis, sicut in ablatione uitę, aut eorū læsione (Nō enim potest reddere uitam, qui occidit: nec restituere membrū, q mutilauit, aut intantū debilitauit, q inutile factū est ad naturales suas operationes) oportet fieri restitutionem in alijs, quantū fieri pōt secundum legem statutam: uel ubi statuta nō est ad arbitrium boni uiri. Et quoniā ut dicit Sco. ubi supra (qui latius cæteris in hac materia scribit) non est facile: ut pro tali damno illato homini hac recompensatio æquiualens per aliqua bona fortunæ: quia non æquiualent temporales diuitię sanitati, & integritati corporis: ideo inquit, optimē promissum est communitati: ubi statuta est lex talionis, maximē in cā homicidij, sicut in lege ueteri statuta erat. Unde Exod. xxj. Qui percusserit hominem uolens occidere eum, morte moriatur. & sequitur, Et reddet animam pro anima: oculum pro oculo: dētem pro dēte: manum pro manu: pedem pro pede: adustionem pro adustione: uulnus pro uulnere: liuorē pro liuore. Et simile Leuit. xxiiij. Uerum non ex eo quia in le. ue. statutum fuerat: nunc obligat subiectos euangelio, quos moralia illius legis, non iudicialia obligant: neq; cerimonialia: sed quia de nouo a principe, uel communitate statuta. Lex enim habet robur a legislatore in illa cōmunitate: ubi statuitur; non ab alio: licet ratio statuendi sumatur ab alio. Et hoc modo iudicialia multa legis mosaicæ possent a papa, uel imperatore statui a christianis obseruanda. Nec per hoc christiani iudaizarent, quia non obseruarent ea, ut statuta a moyse: sed ut statuta a legislatore euangelico scilicet christo, aut principe, qui habet statuere leges in ecclesia christiana, sicut cōmunitas in simili: uidens aliam communitatem legibus bene ordinatā, potest illas leges, quas iudicat rationabiles: ut utiles sibi assumere: & tunc obseruantur: non qa alibi statutę, sed quia de nouo in hac cōitate statutæ. Simile est uidere in religionibus, quarum nonnunquam una recipit statuta ab alia sibi conducentia, quę obligant: non quia alibi statuta, sed quia hic de nouo assūpta, & a prælatis huius religiōis ordinata. Et p hoc si ab aliquo legislatore statueretur: q blasphemus, idolatra, adulter occideretur: iusta esset lex illa, sicut iusta est lex illa in pluribus ciuitatibus, ac communitatibus constituta: q homicida uoluntarius moriatur. Et per hoc homicida subdens se huic legi sustinendo mortem, dum infligitur, satisfacit occiso. Non quidem uitā ei restituēdo: q ei est impossibile: nec aliqd æquiualens tribuendo; quia nec hoc potest: sed pęnam similem patiendo. Ubi. n. non potest satisfieri agēdo, oportet fieri patiendo iuxta illud. Qui non habet in ære: luat in corpore. ¶ Uerum per hoc non satisfacit aliis, qui ex homicidio sūt damnificati: ut uxori, liberi, & cæteris emolimentum ab interfecto expectātibus. Et tantum de .j. artic.

Pęnę uet. le. nō obligāt christianos.

Arti 2. Cōcl. 1. ¶ Quantum ad secundum articulum est conclusio prima. Homicida auferens uitam proximi iniustē: securius agit si satisfaciendo se sponte submiserit pœnæ legis constitutæ.

C De homicida. Hæc conclusio est de mente Scotus ubi supra: nam qui contra legē delinquit, securius satisfacit pęnam iustam determinatam a lege subeundo. Sed pœna talionis, qua uita redditur pro uita (si lege determinatur) iusta est: quia naturali rationi consona, & approbata: non solum lege mosaica: sed etiam euangelica. Nam Matt. xxvi. ait dominus. Omnes, qui acceperint gladium, gladio peribunt, & ideo homicida subdendo se huic pœnæ, ubi statuta est: aut exponendo uitam suam in causa fidei: uel contra inimicos ecclesiæ, aut alia in causa iusta: satisfa-

Margin (left): bene statuta est pęna talionis.

erit secundum legem: & securior est satisfecisse in conscientia.

Cócl. 2. D

Nullus homicida in occasione satisfactionis debet sibi inferre mortē.

¶ Secunda conclusio. Nullus homicida in occasione satisfactionis sibi ipsi inferre debet pœnam mortis. Patet: quia nullus debet eē homicida suijpsius ex quacunq; causa sine speciali præcepto dei. Vnde Beatus August. j. de ciui. de. cap. xxj. & habetur xxiij q v. si non licet. His exceptis, quos uel lex iusta generaliter: uel ipse fons iustitiæ deus specialiter occidi iubet: quisquis hominem, uel seipsum uel quēlibet occiderit; homicidij crimine innititur. & pmittit eo. c. in princi. neq;. n. frustra. In sanctis, canonicisq; libris nusquā nobis diuinitus præceptū pmissūue reperiri potest: ut uel ipsius adipiscend immortalitatis: uel ullius carendi, cauendiuè mali causa nobilmetipsis necem inferamus. Quod uerum est generaliter: quoniam secus si deus alicui, ut seipsum occideret, specialiter demandaret: ut de Samsone creditur: de quo idem August. ibidem c. xxj. dicit. Nec Samson aliter excusatur: q seipsum cum hostibus ruina domus oppressit, nisi quia spiritus latenter hoc iusserat, qui per illum miracula faciebat.

Cócl. 3. E

Quæ resti. homicida, ubi non est pœna talionis

¶ Tertia cōclusio. Vbi lex talionis non est statura: aut occisori nō inflicta: nestitutio alia cecessaria est in pijs operibus, aut afflictiuis passionibus pro occiso. in uirisentis satisfactionis sponte assumendis. Patet: quia ubi ablatum restitui non potest secundum se: restituendum est in æquiualenti, quantum fieri potest. Et cui non potest fieri restitutio temporalis: fiat restitutio spiritualis: ut ex premissis patet. Ideoq; cum occiso non potest quid corporale, & temporale conferri: quia temporalem periodum excessit: impendenda sunt bona spiritualia: opera scilicet meritoria, ac defuncto cum suffragia in occisum directa, & propter eum assumpta: ut anima, quam abstulit, commodū aliquod sentiat. Si quęris quanta: dicitur, q stat ad iudicium discreti confessoris, uel arbitrium boni uiri.

Cócl. 4. F

Præter satisfactionē personæ occisæ damna sunt refundenda lęsis.

¶ Quarta conclusio. Præter satisfactionem personæ occisę impensam: necesse est refundere damna cunctis per hanc occasionem lęsis passa. Patet ista conclusio: quia omnis dans occasionē damni tenetur damnificatos reddere indemnes per c. si culpa, de iniur. & damno dato: ut patet supra q. ij. huius dist. arti. ergo, & damnificans per occisionem. Vnde si occisus sustentabat aliquos puta patrem, matrem, liberos uel propinquos: tenetur interfector omnibus illis ad tantum in restitutione: quantum utilitatis illis abstulerat per interfectionē, quod æstimandum est secundum tempus, quo occisus uerisimiliter fuisset uicturus, & operatus, aut tales sustentatur.

Cócl. 5. G

Q̄uo restituet lędens in corpore citra homicidiū

¶ Quinta conclusio. In ceteris læsionibus citra mortem tenetur lædens damna, quæ incurrit lęsus atq; coniuncti: præsentia, & futura: passosq; dolores cōpensare: & medicorum impensas, si quæ factæ sunt soluere. Hæc conclusio est Sco. ubi supra; & probatur quoad medicorum impensas per. c. de iniu. & dam. sumptum ex textu. Exo. xxi. ubi dicitur. Si percusserit alter proximum suum lapide, uel pugno: & ille mortuus nō fuerit: sed iacuerit in lecto: qui percusserit, operas eius, & expensas in medicos restituet. Quoad alias partes probatur cōmuni medio: quia omne damnum alicui iniuste allatum, est a lęso damnificatore compensandum per. c. si culpa. ergo nedum percussus, uel mutilatus: sed omnes ex eius læsione damnificati sunt seruandi indemnes. Et quoniam in huiusmodi lęsione non est statuta in ecclesia lex talionis: frequenter fit restitutio pecuniaria ad æstimationem boni uiri, qui debet respondere omni damno, q passus est læsus in se, & sibi coniunctis p toto illo tempore, pro quo uerisimiliter usus fuisset membro lęso. Si mutilatus: pro toto tempore uitæ suę. Si non mutilatus: pro toto tempore, quo propter læsionem uti non potuit. Et dicit Scot. quod in hac recompensa plus ponderanda est læsio pauperis, quam diuitis: quia pauper magis indigebat membro absciso, uel lęso ad uictum necessarium: licet pro alia parte sit conditio præponderans in diuite: scilicet dignitas personæ: sed hoc dicit parum est respectu primę. ¶ Debet etiam restitutio

respon-

respondere desolationi afflicti: quia perpetua est sibi desolatio carere membro absciso, mutilato. Et tantum de articulo ii. ¶ Quātum ad tertiū articulum dubitatur primò. Quis iustè possit occidi, aut in corpore lædi: quoniā dictum est in conclusione de restitutione iniustè læsorum: ideo a contrario sensu, qui iustè læditur, pęnā suam fert: nec restitutio sibi debetur. ¶ Ad hoc sententialiter respōdet Scot: ꝙ iustè occiditur, quē lex iusta generaliter: uel deus specialiter iubet occidi, & sunt uerba beati Aug. in probatione primæ conclusionis allegata. Cōsequenter inquirit, quę sit lex iusta: & respōdet breuiter: nulla; nisi quæ descēdit a lege diuina: sicut cōclusiones practicæ a principijs practicis: uel quę cōcordat legi diuinæ, uel ad minus nō discordat. ¶ Ex illo infert: ꝙ quia lex diuina absolute prohibuit, ne permittas hominem occidi: & nulli inferiori licet in lege superioris dispensare: ergo nulla lex positiua constituens hominē occidendū iusta est: si in illis casibus statuat, in quibus deus non excepit. Excepit aūt in multis: ut in blasphemia, homicidio, adulterio, & alijs: ut patet in Exo. & alijs in pluribus locis: in quibus casibus lex positiua iustè pōt transgressoribus determinare pęnā mortis. ¶ Ex illo cōsequēter elicit, ꝙ lex statuens furem maximè diurnū occidi: est iniusta: quia nullibi dñs excepit furē ab illo præcepto. Non occides. immo uidetur: ꝙ dñs nō uellit furem illa pęna plecti: quoniā aliā pęnā dñs infligit. s. restitutionē quadrupli, uel quintupli: ut patet Exod. xxii. Et dicitur maximè diurnus: quoniā si nocturnus occidatur: percussor nō erit reus sāguinis. Vnde ibidē dicitur. Si effringens fur domū, siue suffodiens fuerit inuentus: & accepto uulnere mortuus fuerit: percussor non erit reus sanguinis. Quod si orto sole hoc fecerit: homicidiū perpetrauit, & ipse moriatur. Vbi expressè dñs prohibet furem diurnum occidi. Secus de nocturno, qui inuasor est: quoniam præsumitur homicida: & uelle occidere, si quis uult sibi resistere. & addit Scot. Esto etiam: ꝙ aliquo modo licuisset iudæis pro furto occidere: magis uideretur per misericordiam euangelicam rigor ille reuocatus, quā rigor contra adulteriū. Et secundū hoc omnes iudicantes furē ad mortem essent homicidę: & peccarēt grauiter contra quintum præceptum. Verum licet hæc opinio apparentiā quādam habeat: quia tamen in oppositū est communis consuetudo, & practica: & durum est in hoc casu omnes iudices secūdum municipalia tolerata iudicantes dānare. Videtur aliter dicendum: ꝙ occidentes fures secundum leges generales, aut speciales iustas non peccent: nec dicēdi homicidę: quod innuit Aug. in uerbis allegatis. Consequenter dicitur: ꝙ lex iusta est, quæ descendit &c. ut dictū est. ¶ Et quòd additur dominus absolutè prohibuit &c. Si absolutè tantum uult. i. simpliciter in omni casu: nō est uerum: cum & ipse dominus multos casus excepit, inter quos & ille, quo dominus mandat: ꝙ qui superbiens non obedit sacerdotibus, & iudici ex decreto iudicis morietur. Deut. xvii. ¶ Vbi uidetur dominus dedisse potestatem præsidentibus statuendi leges rationabiles, quibus populus tenetur obedire: & qui has contēnit morte moriatur. Et per hoc sub pęna mortis statuere possunt ea, qbus pax reipu. conseruetur: & prohibere unde turbatur: sicq; pręuenire mala, seditiones, homicidia, & huiusmodi: ac trāsgressores etiā ultimo supplicio punire: alioquin qūo crimen lęsę maiestatis morte plecteretur. similiter, pditionis, incēdii &c. in quibus tñ nemo perit. & cætera crimina: ex quibus pręsumitur: ꝙ sequi possent homicidia: licet non semper sequātur. Qūo etiā fur nocturnus, aut inuasor, raptor, morte iustè punitur: quāuis nō sequitur homicidiū in actu: licet sequatur in præsumptione: cū etiam dñs percussorem proximi, si non moritur in actu: præcepit non occidi. Exod. xxi. ¶ Videtur namq;: ꝙ iustè poterat statui ut fur occidatur: ne si pęna ista tollatur propter furum frequentiam: quæ etiam statuta hac pęna uix prohiberi possunt: maxima turbatio pacis reipub. & homicidia multa, ac bella plurima cōsequan

Artic. 3. Dub. 1. H Quis iustè pōt occidi.

Quādo fur iustè possit occidi p furto.

I Qui nō obedierit sacerdoti & iudici moriat.

tur. Hæc autem offero lectori cautius examinanda. ¶ Sunt, qui pro hac opi-
K nione adducunt illud. Comederis uetustissima ueterum: & uetera nouis superuenientibus proiicientes. Leui. xxvi. per noua, legem euangelicã: per uetera legem moysaicã: per uetustissima, legem naturalem accipientes quo mysticè innuatur. Nouis superuenientibus. i. lege euangelica: uetera. i. legis moysaicæ præcepta proiicietis: non obseruabitis ea quantum ad cerimonialia, & iudicialia: quæ, s. non sunt de lege naturæ. Et uetustissima ueterũ. i. legem naturalem, quæ prima est, & cordibus hominũ inserta, secundũ apostolũ Rom. ii. cõmederis. i. obseruabitis. Legi aũt naturali cõsonũ est: ut inutiles homines cõmunis pacis, & reipu. turbatores: quales sunt fures: de medio tollantur: & per hoc patet respõ-
Dub. 2. sio ad dubiũ. ¶ Secundò dubitari posset
L de homicidio casuali: ut si quis lapidem
Quid restituat ꝓ homicidio casuali. proiiciat de domo: & casu aliquis uadẽs per plateam tali iactu occiditur præter intentionem iacientis: sed satis patet solutio ex dictis. q. proxima artic. iii. dub. ij. Si enim proijciens in casu omnia adhibuit, quibus caueri potuit homicidium, aut læsio: quæ diligens homo adhibere solet: nec operam dedit rei illicitæ: non tenetur. Suo modo si alius læsus fuerit per animalia alterius: si dominus nouit, aut noscere debuit conditionem animalis: ut si bos fuerit cornupeta, & non includit: aut equus calcitrans, & alteri commodauit non auisans eum, & in similibus: tenetur dominus animalis ad damni restitutionem, de quo multa præcepta sunt iudæis. Exod. xxii. & transsumitur textus ad titulum de iniur. & dam. in pluribus cap. Si uerò dominus animalis ignorauit conditionem animalis, & conditio illa non sequitur communiter naturam, seu speciem animalis: non tenetur ad damni refusionem: sed dando animal lædens seipsum liberat: ita distinguit Franci. de platea in tract. restit. parte j. §. xc. Et cum dicitur: ad damni restitutionem: sub damno includuntur impensæ in curatione factę, & operæ amissę, & quæ huius occasione amittendæ fuerant. Qui uerò in publico nutrit bestias, feras ut ursos, leones, & similia, canes mordaces. Si ligaturas, quibus catenatę sunt, aut uincula ruperint, uel caueas, quibus includi solent: & inferant damnum aliis: non liberatur dominus animalis dando bestiam: sed tenetur ad totius damni restitutionem, secundum ęstimationem iustam: quia huiusmodi animalia nõ debent teneri in publico: neq; ligata, neq; soluta. Est sententia Hostien. de iniu. & dam. ea in titu. de pauperi. de hoc sup. q. præcedenti. artic. iij. ¶ Tertiò dubita- Dub. 3.
tur de medicis: quid si ex negligẽtia cu- M
rationis, uel imperitia laborãs moritur, De medicis negligentibus.
uel mutilatur. Respondetur: ꝙ medicus potest esse in culpa ante factum, in facto, & post factum. Ante factum; si fuerit imperitus, & idiota: & intromittit se de curatione. In facto: quia licet peritus sit in arte: non tamen sequitur traditionem artis. Post factum: quia non adhibet diligentiam pro custodia infirmi: aut derelinquit infirmum non plenę sanitati restitutum: & quocunq; horum modorum fuerit in culpa: tenetur ad restitutionem damni occasione suæ negligentię, uel imperitię contingentis. & maximè si pro lucro operatur: & se ostendit ut peritum in arte. ¶ Si uerò neq; ante: nec in facto: nec post factum fuerit in culpa: licet infirmus moriatur: non tenetur ad restitutionem damni. Quibus autem pauperibus etiam gratis, & suis impensis mederi teneatur: & qualiter modum seruabit, ne corporalis medicina fiat mortalis animæ non est præsentis speculationis. ¶ Vltimò dubitatur: Dub. 4.
ad quid teneatur, qui procurat ali- N
quem iniustè redigi in seruitutem. Respondetur: ꝙ talis tenetur liberare eum, quem in seruitutem procurauit iniustè redigi. Et si aliter non poterit: tenetur se facere seruum pro eo: nisi forte talis esset conditio personę damnificantis: ꝙ per eius redactionem in seruitutem fieret notabile pręiudicium reipubl. quo casu non teneretur se facere seruum: sed alias face- Qui ꝓcurat aliquem redigi in seruitutem.

re recompensam ad arbitrium boni uiri. Et tantum de hac quęstione.

¶ De restitutione famę.

QVAESTIO XVI.

A CIRCA restitutionē famæ queritur. Vtrū dānificās aliū in fama, teneatur restituere damna hac occasione illata. ¶ Quęstio hęc more solito tribus articulis absoluetur. Primo termini declarabuntur. Secundo conclusiones responsiuę subiungentur. Tertio dubia mouēda absoluentur. ¶ Quantum ad primum notandum primō: ꝙ fama accipitur dupliciter: ¶ Quandoq; cōmuniter: & sic non est aliud, quām opinio habita de cōditionibus, aut moribus alicuius signis exterioribus expressa. quod addicitur: qa sola opinio mente clausa non facit famam de aliquo: sed expressio huius opinionis siue uocibus, siue scriptis, siue alijs signis. Et sic non distinguitur contra infamiam, uel diffamiam: sed tanquā superius diuiditur in hęc membra: .s. famam bonam: & famam malam, quę dicitur diffamia, uel infamia. Alio modo capitur strictē; ut distinguitur contra famā malā: & sic est opinio bona honestate uitę, ac morū. Et sic accipit̃ in proposito; cum queritur de damnificatione alicuius in fama ¶ Secundō notandum: ꝙ inter bona hominis fama non mediocre: sed magnum bonum est: quoniam etsi postponitur bonis spiritualibus animę: gratię scilicet & uirtutibus: tamē pręfertur omnibus bonis exterioribus: puta temporalibus diuitijs. Vnde Prouer. xxii. Melius est nomē bonū; quā diuitię multę. & Eccl. xli. Curam habe de bono nomine: hoc .n. magis permanebit tibi, quā mille thesauri magni, & preciosi. ¶ Verū autem fama præferenda sit bonis corporis: uidetur nonnullis: ꝙ pręferatur: alij uero pręferūt corporis bona, quod uidetur uerius. Vnde paret: quoniā in ablatione bonorū exteriorū, requiritur restitutio iniustē ablatorum: quantō magis in lęsione famę iniusta.

Artic. 1. Not. 1. Fama dupliciter accipitur.

Not. 2. B Fama ē magnū bonum hominis.

¶ Et dicitur iniusta: quoniam quandoq; fama proximi lęditur sine pctō, & iustē: ut in correctione fraterna: dum pctūm occultū seruato ordine euangelico denuntiatur ecclesię: quod quando, & qūo fieri debet in expōne canonis missę le. lxxiii. latius est tractatū. ¶ Tertiō notādum: ꝙ fama proximi lędit̃: dum per indicia exteriora uerborū, uel signorum, opinio mala de proximo generatur. Et quidem hoc quandoq; fit sine pctō propter emendationem fratris: seruatis seruandis, de quo nō est ad propositū. Alio modo lęditur iniustē: & hoc secundum Sco. dist. presenti q. iii. cōtingit tripliciter. Primō falsum crimen proximo imponendo. Secundō: uerū crimen: sed tamen occultū in publico (ordine iuris nō seruato) proponendo. Tertiō: uerum crimen occultum impositū in publico negando: quia in hoc negans notat imponentem de calūnia. Et scdm̃ has differentias læsionis famæ quatenus iniustē fiūt: oportet differēter famā restituere. Et tantū breuiter de art. j. ¶ Quantū ad secundū articulū est cōclusio prima. Lædens iniustē infamando proximum tenetur restituere damnū illatum. Probatur: qa omnis iniustē dānificās proximū tenet̃ cōpensare: ut patet ex præmissis: sed lædens famā graue dānum infert proximo: & tantō grauius, quātō preciosiꝰ est nomen bonū unguētis preciosis, & cūctis exteriorū rerū diuitijs. Nec tantū infert damnū proximo, cuius famæ detrahit: sed & omnibus, in quibus malā opinionē de proximo generat. Tū illis, qui audiēdo uerba detractoria: uel in eis delectantur; aut in temeraria iudicia de pximo incidūt: & p hoc mortaliter peccāt. Tū eis, qui propter bonā opinionem eius, cuius fama lęditur plures utilitates spūales, & tēporales cōsecuti sunt: qbus p diffamationē priuantur: quibus oībus ad restitutionē tenetur. Pōt exēplificari de prædicatoribus, prælatis, officialibus, & populi rectoribus, quorum bona fama multa commoda affert populis: & econuerso diffamia multa mala. Propter quod dicitur, curam habe de bono noie: ut supra allegatū est. Et ideo sicut

Not. 3. C Læditur fama hominis tripliciter

Art. 2. Cōcl. 1. D Iniustē lędens famā pximi tenetur restituere.

bona cōsciētia nobis necessaria est pro-
pter nos: ita bona fama propter proxi-
mos, secūdū Aug. ¶ Propter hoc Gerson
in solutione iiii. q. ait. Nōnunquā faci-
lius satisfit pro homicidio corporali, &
furto: quā pro homicidio, & furto spiri-
tuali. s. detractione. Ratio: quia in illis
quantitas dāni æstimari pōt: & sic corre
spondens emēda subsequi: in istis autem
nequit: cum non satis constare possit: in
quot cordibus hominū (mediatē, & im-
mediatē) detrahēs bonā opinionē, & fa
mā eius, cui detraxit: occiderit: unde &
difficulter satisfieri pōt læso. Quō. n. re
stituet, cum ignoret, quantū debet. hæc
Cōcl. 2. ille. ¶ Secunda cōclusio. Detrahēs pro-
B ximo falsum ei imponendo, tenetur re-
Detra- tractare id, quod falsō imposuit ita publi
hens ꝓ- cē, & corā illis: sicut & corā, quibus dif-
ximo famauit. Hęc cōclusio est Sco. ubi sup. &
falsum probatur: quia diffamans aliū falsum im
imponē ponendo tenetur restituere famā, secū-
do ad dum ęqualitatem iustitiæ ex conclusio-
quid te ne. j. sed illā reddere nō pōt nisi tractan
netur. do falsē impositum, & hoc nō palliatē:
sed ita clarē, & publicē, sicut imposuit:
alioquin nō seruaret ęqualitas iustitiæ:
Cōcl. 3. igitur conclusio uera. ¶ Tertia conclu-
F sio. Diffamans proximū secundo modo:
Diffa- s. uerum occultum in publico (prætermāspro misso iuris ordine) proponēdo restitue
ximū ue re tenetur famā, non retractando uerū
rū occul occultum: sed fidem sui dicti in audienti
tū publi bus quantum poterit extinguendo. Pri
cando ma pars patet ex conclusione: quia ille
ad quod iniustē diffamauit occultum prætermis-
tenetur so iuris ordine publicando: & ita iniustē
opinionem malam in cordibus audien-
tiū de proximo generauit: ergo famam
restituere tenetur ex cōclusione prima:
nā iniustē fit, quod cōtra iuris ordinem
fit. Secunda pars. s. ꝙ non debet retra-
ctare id uerū, quod dixit: probatur: quia
uerum retractando mentiretur: sed pro
nullo bono mentiendum est: quia men
tiri malum est: & malū nō est faciendum
propter qdcūq; bonū alteri reddendū:
Rom. iii. Non sunt faciēda mala; ut eue
niāt bona. Tertia pars patet: quia extin
guendo opinionē malā in proximo: fa-
cit cessare diffamiam, per cuius cessatio

nē restituitur fama iniustē læsa ¶ Si q̄ris:
quō poterit extinguere opinionē malā
nisi retractādo uerū. Respōdet Sco. hoc
fieri pōt per aliquā honestā excusatio-
nē. dicendo sic, uel similiter. Nō creda
tis eum esse talem. Malē. n. dixi, & fatuē
aut iniuriam ei feci: & hoc dicendo ue-
rum dicit: quoniam uerū occultū in pu-
blico (nō seruato ordine iuris) dicendo
malē, & fatuē dixit: & proximo iniuriā
fecit: & persuasio ista: non reputetis, seu
credatis illū esse talem. s. malū: bona est:
quia quilibet præsumendus est bonus: do
nec probetur contrarium. iuxta illud de
scrutinio in or. faciendo c. unico. Hu-
mana fragilitas, illum, quem indignum
esse non nouit: dignum debet æstimare:
sed ille nō est probatus malus corā istis:
ergo est suadendū eis: ꝙ ipsi non repu-
tent eū indignū, uel malū. ¶ Quarta con Cōcl. 4.
clusio. Negans crimen uerū occultū si- G.
bi in publico impositū: non tenetur ne Negans
gationem suam retractare: tenetur ta- crimen
men (imponentem aliquo modo excu- uerū oc
sando) famā ei restituere. Hæc conclu cultum,
sio similiter est Sco. & probatur quo ad nō tene
primam partem: quia non tenetur qui- tur ne-
cūq; statim in iudicio se reum confiteri gationē
nondum conuictus. Nemo. n. tenetur retracta
peccatum suum occultum in publico cō re.
fiteri. Nā reprænduntur per prophe-
tam, qui peccatum suum quasi sodomæ
prædicauerūt. Secunda pars patet: quia
cū negādo crimen uerū accusantē in-
directē notauit de calūnia, & falsa impo
sitione: & ita quātū in eo est, famam suā
læsit: & ideo tenetur eā aliquo mō resti
tuere dicēdo secūdū Sco. Non habeatis
eū pro calūniatore: qa credo: ꝙ habeat
bonā intētionē in proponēdo. uel forte
credit se posse probare intentū suū, & de
ceptus fuit. ¶ Quātū ad tertiū articulū, Artic. 3.
dubitat primō cōtra primā cōclusionē. Dub. 1.
Nō. n. uidetur: ꝙ in eā primę cōclusio H
nis, qui mendacii et diffamat aliū tenea- Referēs
tur de necessitate salutis retractare uer crimen
ba sua. ergo conclusio falsa. Consequē publicū
tia nota. Antecedens probatur: quia ma non dif
gis tenetur zelare quilibet ꝓ fama sua, famat.
quam aliena: sicut tenetur plus diligere
se, quā proximum. non aūt posset retra

Stare uerba sua, reddendo sic famam alteri: nisi seipsum diffamaret: ergo &c. ¶ Respõdetur secũdũ Scot. ꝙ bona corporis, uel exteriora nõ sũt diligẽda, nisi in ordine ad bona animæ, & ad deũ: hoc aũt nõ est nisi inquantũ possunt iustè cõpetere illi, qui diligit. Et ideo cui potest iustè cõpetere famam magis debet diligere illã sibi, quã alteri, cui potest iustè cõpetere: sed si sibi non potest competere nisi iniustè: alteri autem iustè: magis debet illã diligere alteri, cui iustè cõpetit, quã sibi, cui nõ cõpetit nisi iniustè. Et sic in proposito. Accusato .n. de falso crimine iustè compecit fama. Accusanti autem post talem accusationem nõ nisi iniustè. Non solum ꝙ mentitus est: sed quia publicè mentitus est in accusando, in quo sufficienter, & radicaliter se diffamauit: & ideo postea directè ostendẽs innocentiã alterius, cui tenetur in hoc: & indirectè nocẽtiã suã nõ tunc propriè diffamat: sed amouet falsam laudẽ, qua post mẽdacem accusationẽ est indignus. Exemplũ: quis fornicatur tribus uidentibus: illi de post accusantes non diffamãt fornicatorem: sed ipsemet se diffamauit in facto illo publico: quia committẽdo quodcũq; crimen publicè: incurrit lęsionem dignitatis: & sic amittit famã, quantum est in se. Nec publicatio illa posterior, per quam notificatur illa lęsio aufert sibi famam: sed tantummodo facit deuenire in publicũ: quod tamen ex natura actus cõmissi in publico erat simpliciter publicum. Et per hoc patet ad formam argumenti. Negetur antecedens: quoniã de necessitate salutis, q abstulit iniustè famam alterius, tenetur eam pro posse restituere. Quoniam peccatum non dimittitur, nisi quod ablatũ est, restituatur secundũ Aug. ad Mace.

Dub. 2. ¶ Ad probationem negetur illa uniuersalis: nam patitur instantiam in casu nostro: ideo oportet eam limitare: ut dictũ est. ¶ Secundò dubitatur: utrum referẽs mala de proximo non asserendo: sed uelut audita recitando: aut indisferetè narrando, & per hoc famam alterius lędens, teneatur ad famæ restitutionem. Respondet Scot. ꝙ dicens se tantum audisse crimen, quod refert: non aufert ex natura actus fama illi, de quo loquitur in opinione aliorum: quoniam illi non debent fidem talibus dictis adhibere, dicente poeta. Rara fides ideo est: quia multi multa loquuntur. Quòd si audientes firmiter conciperent illum, de quo est sermo: criminosum esse: leues sunt: nam qui citò credit: leuis est corde. Eccles. xix. Ideo ibidem sequitur. Non omni uerbo credas: quia secundũ Prophetam. Omnis homo mendax. Et ideo sic referens non tenetur ad restitutionem. Quod uerum est: nisi ex modo dicendi, uel alia circũstantia: ut puta gra uitate suæ personæ &c. ostendat aliquã maiorem certitudinem dicti sui, quã habeat ex communi relatione: tunc enim teneretur cum debito moderamine, & sine mendacio famam restituere, ut dicendo hæc, uel similia. Non habeo certitudinem huius rei: sed tantum audita refero: spero, ꝙ non ita se habeat factũ. ¶ Verum addit Scot. quia a scandalo pusillorum oportet cauere: iuxta illud apostoli. j. Corinth. viij. Si esca scandalizat fratrem meum: nõ manducabo carnes in æternum. & multi sunt tales pusilli leues ad credendum malum: ideo periculosum est coram eis talia audita referre: & hoc si fiat animo malo lædendi, scilicet illum, de quo est sermo: non est facilè excusabile: quin sit contra charitatem: & per consequens mortale peccatum. Hæc Sco. ¶ Dubitatur tertiò circa quartam conclusionem: utrum negans crimen uerum: sed priuatum in publico sibi obiectum: negando illud peccet mortaliter. Et arguit Scot. ꝙ sic: quia talis mentitur mendacio perniciose reipub. ergo. Antecedens probatur: quia respublica per eius mendacium impeditur a punitione eius iusta. Similiter mẽtitur perniciosè personæ accusanti: quia per hoc notatur de calumnia. In oppositum: quia durum uidetur: ꝙ quilibet accusatus de crimine occulto, teneatur illud publicè confiteri: & se exponere ultimò supplicio. ¶ Pro responsione notandum secundum Scot. cuius penè sunt omnia in hac q posita, ꝙ iu-

Margin notes: I — Vtrũ referẽs de ꝓximo mala nõ asserendo teneatur. — Dub. 3. K — Verum negans crimen uerũ occultum peccet mortaliter.

ftum iuſte exequendum eſt: ut dicitur Deu:.xvi. Et ideo non omnia crimina ſunt a repub. punienda; ſed aliqua diuino iudicio reſeruanda: ea aũt tantum põt iuſte punire, quę corã iudice reipu. poſſunt ſufficienter probari: & ideo nõ læditur reſpu. In eo, q impeditur a punitione criminum occultorũ: illa enim non poteſt iuſte punire. Iuſtum .n. eſt, ut diuinũ iudiciũ excedat iudiciũ reipu. in hoc aũt excedit, q quædã punienda reſeruãtur diuino iudicio, in quibus nõ hẽt iudicare reſpu. Hęc aũt ſunt crimina occulta, quę coram iudice reip. probari non poſſunt: quæ ad eius iudiciũ referenda ſunt, cui nihil eſt occultũ. Homo .n. tantũ ea uidet, quæ parent: deus aũt intuetur cor. j. Reg. xvi. ¶ Per hoc reſpõdet ad dubium, q durum uidetur aſſerere, q quilibet accuſatus ab uno in publico ſtatim teneatur de neceſſitate ſalutis conſiteri in publico crimen occultũ: non tantum habendo occultũ ad pęnã: ſed etiam ad honeſtũ: a peccato tamen excuſari non põt: quoniã etſi huiuſmodi negatio non fuerit mendaciũ pernicioſum: eſt tamen mendacium: & per cõ

L ſequens peccatum. ¶ Si quæris: utrum de

Vtrũ ſit de eo pęnitẽdũ. eo ſit pęnitendum, maximẽ ſi neget intendens negare illud, ut propoſitũ eſt, ſcilicet ut publicum: ſicut ſacerdos facit de confeſſo, dicens. Nihil mali ſcio hũc feciſſe: quia loquitur ut in publico: audiuit autem in alio foro. Nihil hic determinat Sco. ſed reſpondet: q bonarum mentium eſt culpam agnoſcere: ubi culpa non eſt: ut dicit Grego. & habetur diſt. v. ad eius. Et ideo multõ magis bonarum mentium eſt agnoſcere culpam: ubi dubitatur: an ſit culpa, & qualis culpa: & ideo in tali caſu tutum eſt poſt talem negationem pęnitere de hoc indiſtinctẽ tanquam de tali, quale eſt: utputa ſub tali indiſtinctione. Si mortale eſt tanquam de mortali: ſi ueniale tanquam

M de ueniali. ¶ Et ſi quæris: quid ergo fa-

Quõ ſe habere debet in reſpondendo, ciet taliter accuſatus uolens uitare peccatum, quomodo reſpondebit. Reſpondet idem Sco. Non uidetur: q iſte honeſtẽ, & ſecundũ rationem rectam debeat conſiteri crimen coram tali iudice: quia ipſe pluſquam quicunq; alius ſingularis accuſans auferret ſibi ipſi famã: quia cõfitenti contra ſe in iudicio creditur: qd ergo. Cauta eſt reſponſio ut iſtatũ, nego propoſita, ut proponuntur. Et hæc quidem ſine mendacio poſſunt dici in propoſito: quia proponuntur in publico, ut publica, & publicẽ probanda. Sic autem negare ea poteſt, qui ſcit ea non poſſe probari in publico. Quõd ſi iudex urgeat eum, ut conſiteatur propoſitum uel ut publicẽ neget: poteſt reſpondere, q ipſe reſpondit ſufficienter ad accuſationem. Nec ab illa reſponſione declinet, faciat iudex erga accuſantem, quod iuris eſt. Et per hoc probabiliter poteſt reſponderi: q in caſu defendi poteſt; q negans crimen occultum ſibi in publico impoſitum, nõ peccat mortaliter: tutius autem eſt eum pęnitere indiſtinctẽ: ut dictum eſt. Si uero negat intentione qua dicta, & ut publicum non tamen exprimit di. nego ut propoſitum: ſic non mẽtitur: quia non loquitur contra mentem: tamen difficile eſt excuſari a ueniali: quia uerba ſua accipiuntur, ut ſonant: & ſecundum communem intelligentiam ſecundum quam non ſunt uera. ¶ Per hoc ad rationem negetur; q mendacium illud ſit pernicioſum: neq; reipub. nec accuſanti. Non reipu quia per hoc mendacium reſpu. non impeditur in ſuo iudicio, quantum ad ea, in quibus habet iudicare: quia de occultis nõ põt iuſtẽ iudicare, nec ea punire. Neq; eſt pernicioſum accuſanti: ſed magis ipſe accuſans eſt ſibi pernicioſus, qui eo modo proponit, quo non debet proponere: immo debet non proponere: & ideo imputet ſibi, ſi aliqua infamia ſequitur: quia ipſe eſt cauſa; nõ autem ille negans: quia defendit innocentiam ſuam in publico: ubi non eſt nocens: nec habendus pro nocente, donec fuerit conuictus. Accuſans uero imprudenter, & iniuſtẽ egit in publico accuſando priuatum: & per hoc ſeipſum diffamauit. Et tãtum de illa quæſtione.

¶ De restitutione bonorum spiritualiũ.

QVAESTIO XVII.

A QVAERITVR decimoseptimò, & ultimò circa hãc distinctionẽ, de restitutione in bonis spiritualibus: utrum dãnificans proximũ in spiritualibus bonis teneatur ad eorũdẽ restitutionẽ dãnificatis. ¶ In tribus articulis stabit solutio quæstionis. In declarationibus terminorũ: subiunctione cõclusionũ: & solutionibus dubiorũ. ¶ Quantũ ad primum

Artic. 1. Not. 1. notã: q per bona spiritualia intelligunt bona animę, quæ animę cõueniunt secũ

Bona spũalia sunt bona aię sediũ le. dũ se. i. nõ ut unita corpori: quoniam de bonis, quæ cõueniũt animę ex corpore dicendũ sicut de bonis corporis. In his n. anima lędi nõ põt: nisi lędat corpus: talia bona sunt perspicacitas sensuũ, quæ nõ põt lędi: nisi organũ sensus corporeũ lędatur. Non. n. potest uisus hominis lędi: nisi lędatur oculus, aut alia pars corporis ad uidendum requisita. Et de hoc dicendũ sicut de restitutione bonorum corporis q. xiiii. huius dist. dictũ est. ¶ Sũt autem bona animæ, de quibus hic tractãdum, duplicia. Quędam sunt essentialia animę, q ab anima separari non possunt: ut sunt potentię animę, & uires naturales: .s. intellectus, memoria, uoluntas li. arb. hæc. n. q̃a uel identificant aiæ: aut inseparabiliter inherẽt: sunt incorruptibilia. sed anima est incorruptibilis, & p consequens nõ põt a nobis lædi, ut corrũpatur: seu ut bona animę corrũpãtur: possunt tamẽ per accidens bona animæ

Nota. impediri; ut non ualeant exire in actus & operationes suas. Cum. n. operatio intellectualis pro statu uię dependeat ex operationibus sensus: & operatio sensitiua ex dispositione organorum: læsio organorum redundat mediate in potentias animæ quantũ ad usum earum etiã in parte rationali: de hoc dicendum: ut supra dictum est de læsione corporis. ¶ Alia sunt bona animæ accidentalia: & sunt operationes, & habitus in potentijs animę acquisiti tam intellectuales, quàm morales. Sunt & dona gratiæ a deo infusa: hęc enim adsunt, & abluns animæ. Item acquiruntur, & corrumpuntur: & quia anima in se incorruptibilis est, creata ad possidendum beatitudinem æternam: dum ab hoc fine impeditur, damnificatur: dum autem ad hũc finem promouetur: proficit, & in spiritualibus bonis augetur: impeditur autem per uitia, & peccata: promouetur per dona, uirtutes, & merita. Anima igitur in spiritualibus bonis damnificatur quoties peccat: & per opera frequentata uitia acquirit: & similiter dum gratiam perdit, & merita negligit. ¶ Secundò notandum: in bonis animę, gratia .s. uirtutibus, & meritis: nullus potest ab alio directè damnificari: quoniã illa nõ possunt auferri ab homine nisi p propria demerita, uitia, & peccata. Nullus autem actus est meritorius, aut uirtuosus, neq; uitiosus, aut peccatum, uel demeritorius: nisi qui procedit a libera uoluntate. In inuoluntarijs enim neq; laudamur, neq; uituperamur iii. Ethic. Et August. in de uera religione. Omnis actus uitiosus ideo est peccatũ; quia uoluntarius: ergo sola uoluntate propriè potest homo peccare, & nunquam contra uoluntatem propriam ad peccatum compelli. de hoc late Chris. in homil. Nemo lęditur nisi a seipso. Potest tamen aliquis alium in bonis animę dãnificare indirectè, ipsum inducendo ad actus uitiosos, & peccata, quibus uitia generantur; uirtutes corrumpuntur: & dona gratuita deperduntur. Et illa inductio fit quandoq; iubendo: quandoq; minis, aut pęnis compellendo: quãdoq; consulendo, persuadendo, rogando: donis, & promissionibus alliciẽdo: aut a bonis impediẽdo & hmõi. Et hęc de j. art. ¶ Quãtũ ad secũdũ articulũ est cõclusio prima. Dãnificãs proximũ in bonis spũalibus animę, tenet mõ sibi possibili dãna restituere. Patet conclusio per locum a maiori: quia bona animæ maxima sunt secũdũ Aug. j. retracta. & vi q. j. sunt plurimi. Multũ distãt dãna morũ a dãnis rerum temporalium: cum ista extra nos sint: illa uero in nobis. Et Anacletus papa ea. q. deteriores. inquit. Deterio-

Qũo anima dãnificat in bonis spũali.

Nota 2. B

Ab alio nullus põt damnificari in bonis spũalib⁹.

Artic. 2. Cõcl. 1. C

Dãnificãs proximũ in bonis spũalib⁹ tenetur ad rest.

res sunt, qui doctorum uitam, moresq; corrūpunt, his, qui substancias aliorum, prædiaq; diripiunt: ipsi.n. ea, quæ extra eos sunt: licet nostra sint: auferūt, nostri quoq; doctores, & morum corruptores nostrorū: siue qui aduersus nos armātur, propriè nos ipsos decipiunt. Si ergo restitutio requiritur secūdum prædicta in bonis uilioribus, exterioribus scilicet: multò magis in bonis animę, quę maiora sunt: necessaria est. ¶ Et dicitur notāter, quātū possibile est: quia bona animę non sunt in potestate alterius ad immediatè cōferēdū: sicut nec ad immediatè auferendū: & ideo suo mō oportet fieri in illis restitutionē, quem sequens cōclusio explicabit. ¶ Secunda cōclusio.

Cōcl. 2. D Restitutio bonorū animæ debet modo dānificationis in eisdē respondere. Probatur: quia restitutio est actus iustitiæ commutatiuæ, q̄ innititur æqualitati arithmeticæ dati, & accepti, ideo eo modo, quo dānificauit: similiter modo damnum restituet. Respondet autem restitutio dānificationi secundū æqualitatē: quādo fit ęquè efficax inductio ad restitutionē grę, uirtutū ac meritorū: sicut fuit inductio efficax ad pctā, gratiā uirtutes, & merita priuātia: tenet ergo dānificās deceptū inducere ad pęnitentiā cōdignā, & opera meritoria: similiter p̄cipiendo, consulendo, persuadendo &c. sicut fecit ad peccata. Veruntamen hoc nō sufficit: & quoniā ꝓpter naturā nostrā uulneratā ab adolescentia ad malū pronā, facilius est peruertere, quā cōuertere: ideo ultra prædicta tenetur per se orādo: & p orationes aliorū mēdicatas, & procuratas impetrare cōuersionē huiusmodi seducto, & per alios persuasores efficaces: dū tamē illis nō prodat pctūm occultum decepti: ut dicit Sco. hac dist. q. iii. & subdit. Et hoc (subdit) quantū periculum est aliū solicitare, & inducere ad peccatum: quia uix potest inducens dignè restituere: cū uoluntatē iā ad peccatū allectam uix possit persuasionibus, & aliis uiis multis reducere ad uirtutes.

Quali- ter resti tutio fie ri debet.

Artic. 3. Et tantum de articulo secūdo. ¶ Quantum ad tertiū articulū est primū dubiū,

Dub. 1. E quō restituet, qui aliquem retrahit, aut impedit a bono spirituali habito, uel habendo: licet nō inducat ad malū, seu peccatū. gratia exempli: qui aliquem retrahit a religione. Respōdetur: q̄ tenetur eū allicere similibus modis ad bonum, a quo retraxit: aut ad ęquiualens illi, uel illis, a quibus ipsum retraxit, aut impediuit, seu dānificauit: uerū q̄a interest inter habere, & prope esse: nō tenetur ad tantā efficaciā inducendi: ac si bono iā habito priuasset. Est etiā multa differētia; si retrahit a bono, ad quod tenetur: puta ab obediētia præceptorū: aut si retrahit ab impletione consiliorū: nā in primo efficaciter inducit ad peccatum: ideo efficaciter tenetur inducere ad pęnitentiam modo correspondētem: ut dictum est in secunda conclusione. Nec refert quacumq; occasione sic retrahat, an odio, fauore aut consulendo proprię utilitati: quoniam nihil præponendum est obseruantiæ præceptorum. In secundo uero, si facit odio personę, quam impedit: aut alterius, propter quem impedit: utputa intentione damnificādi monasterium: unde allexit eum: tenetur illi monasterio, uel alteri, quē uoluit dānificare: si solū intuitu ꝓprię utilitatis, sine fraude: nō tenetur religioni. Hæc Sco. in effectu. ¶ Per hoc ad exemplū: retrahens aliquē a religione: distinguendum est: quia aut is, qui retrahitur, est obligatus religioni per emissam professionē, & uerū tunc tenetur ad restitutionem religioni, & personę retractæ religioni: ut ipsum sipōt, religioni restituat: aut aliā personam æquiualentem inducat efficaciter ad intrandum religionem: aut seipsum pro ea, quam retraxit religioni, ipsæ donet: si ip̄e utilis fuerit: ut uult Franciscus mar. in iiij. distinct. præsenti. Quòd si nullum horum poterit: tenetur secundū Rich. distinct. xv. iiij. art. v. q. ii. restituere alia bona pro illo dāno cōpensata qualitate lęsę, & quantitate damni, & possibilitate damnificantis ad arbitrium bonorum uirorum, & hoc generaliter seruandum est: quādocūq; dānū in se restitui non potest: quoniā ad impossibile nemo obligatur: secūdū beatū Hieronymum. Personę aūt deceptæ, quam apostata-

Quō restituet q alium nō inducit ad pctūm, sed impedit a profectu spirituali.

rare fecit, tenetur ad inducendum eam ad uerè pœnitendum: quod tamẽ facere nõ potest: nisi redeat ad monasterium, unde apostatauit: tenetur autẽ ad faciẽdum diligentiam per se, & alios secundũ modum ante dictum. Si uero persona, quam retrahit, non est obligata religioni, & retrahens non retrahit animo nocendi, sed consulendi suæ utilitati temporali, uel spirituali: nihil tenetur religioni: sed tenetur personæ, quam retraxit: & per hoc a spirituali profectu impediuit: spiritualem restitutionem facere, quam potest: ut dicit Rich. ubi supra. q. iiij. in solu. viij. rationis. Et adducit ad hoc exemplum: quoniam si quis alium impedit in assecutione beneficij intentione consulendi suæ utilitati: tamen sine fraude: non tenetur ad aliquam restitutionem faciendã impedito. Si uero impedit intentione damnificandi: quãuis non teneatur ad restituendum integrum ualorem beneficij (quia non est æqualis ualoris habere bonum in actu: & esse prope habere: maximè quãdo potest impediri) tamen tenetur damnificato ad interesse ad arbitrium boni uiri.

Quo restituet, qui impedit ab assecutiõe beneficijs

Simile est, si præscindo uenas in fundo meo, per quas deriuabat aqua ad puteũ alterius intentione nocendi: teneor illi ad restitutionem damni. Si autem hoc facto sine fraude, intẽdens cõsulere utilitati meæ, ut puta: quia mihi est multum utile facere murum, quem facere non possum sine fundamento: nec fundamẽtum sine præcisione uenarum: quia ius habeo in meo fundo faciendi utilitatẽ meã: non teneor ad aliquam restitutionem: siquidem nemo damnificat alium: nisi qui facit illud, quod facere ius non habet. Hæc Rich. Et ex hoc multa similia possunt judicari.

Dub. 2. F

Utrum damnificãs cõsilio malo quod credit bonum teneat.

Secundò dubitatur: utrum damnificans aliquem cõsilio malo, quod credit bonum teneatur ad aliquam restitutionem. Respondetur post Rich. quod qui damnificat cõsilio fraudulento, tenetur ad restitutionem: si uero fuerit consilium non fraudulentũ, non obligatur. ff. de re iudi. Sed sub consilio fraudulento comprehenditur consilium malum etiam datum ex ignorantia: si homo debitam diligentiam non adhibuit ad sciendum. nam ignorantia crassa propriè dolus est: secus si debita diligentia, & studium inquirendæ ueritatis adhibitum fuerit: tunc consilium etiam ex errore procedens non obligat consulentem: quia ignorantia ista, & error æstimatũ inuincibilis: & hæc excusat. Unde diligenter attendant uolentes dare cõsilia: ut non suæ prudẽtiæ inhæreãt: nec lege non perfecta consulant: quoniam his omissis, licet æstimant se dare sana consilia, si errant, & errare faciũt: tenentur ad restitutionem damni consequentis.

Dub. 3. G

De restitutione insidiantis pudicitiæ mulieris honestæ.

Tertiò dubitatur: ad quam restitutionem tenetur, qui tentat pudicitiam, seu castitatem alicuius mulieris, solicitando ad consensum carnalis commixtionis donis, blanditijs, promissionibus, minis. Respondetur: quod præter restitutionem, quam tenetur secundum conclusionem secundam: tenetur ei: & similiter uiro eius actione iniuriarum: quia eius pudicitiam corrumpere tentat. Similiter insectans mulierẽ, & post eam uadens quocunque uadat; quia per assiduam eius frequentiam, & insectationem infert mulieri multam infamiam: secus si non frequenter insectatur. Et hoc uerum: quando interpellat de luxuria mulierem honestam: secus si ueste meretricia esset induta: quia tunc non tenetur ei actione iniuriarum: ut recitat Franci. de platea: tenetur tamen, si inducit ad peccatum, secundum conclusiones, reducere ad pœnitentiam.

Dub. 4. H

Ad quid tenetur seducẽs uirginẽ

Dubium quartum, ad quid tenetur seducẽs, uel deflorans uirginem. Respondetur: quod non potest restituere, quod abstulit, uirginitatem scilicet, & aureolam consequentem; tenetur nihilominus ad aliquam restitutionem. Et sicut dicitur Exod. xxij. tenetur eam ducere in uxorẽ: aut dotare habita consideratione ad dignitatem uirginis, & facultatem defloratoris: & quod plus dotari oportet, si nuptura est alteri uiro propter deflorationem, & in hoc lex humana concordat cum diuina, uere. test. Plura particularia dubia moueri possent, quæ alibi habent locum aptiorem. Et tantum de

illa quæstione, & tota illa. xv. dist. saluo semper iudicio melius sentientium humili cum submissione.

DISTINCTIO. XVI.

N perfectione autē penitentię tria &c. Postquā magister egit de pęnitētia quā tū ad eius integritatem: quantum ad obiectum, pctā. s. per pęnitentiā delenda dist. xv. errorem quorundā excludendo: in hac dist. xvi. agit de eiusdē integritate quoad partes eius integrales, & subiectiuas, eas distinctē assignando. Et primò eas assignat generaliter, secūdò unā (.s. confessionem) prosequitur specialiter dist. xvij. ¶ Sententia itaq; huius dist. subiectis conclusionibus summatur. ¶ Prima. Tres sunt partes pœnitentiæ, contritio cordis, cōfessio oris, satisfactio operis, corrępondentes triplici peccati generi. ¶ Secūda. Sicut perfectæ contritionis est singulas pcti, ac peccatorū circumstantias deflere: ita ad plenā satisfactionē pertinet dignos pęnitentię fructus exhibere. hos fructus in fine specificat, qui sunt oratio, ieiuniū, eleemosyna. ¶ Tertia conclusio. Tribus modis agitur pęnitentia. s. ante baptismū de priorib⁹ peccatis: post baptismum de grauioribus post cōmissis: ac de uenialibus quotidianis minoribusq; delictis. Has prosequitur latioribus declarationibus, & auctoritatibus appositis. ¶ Circa hanc dist. iuxta tres conclusiones de tribus querendum est. de contritione, de satisfactione, & de uenialium peccatorum pœnitentia, & remissione. Circa primum est.

QVAESTIO. I.

A De partibus pęnitētiæ

Trum partium pęnitentię: q̄ sunt cōtritio cordis: cōfessio oris: & opis satisfactio: principalior sit interna contritio. ¶ Per tres artic. curret. q. solutio: primus notabiliū: secūdus cōclusionū: tertius dubiorum. ¶ Quantum ad primū notandum, q̄ secundum præmissa. dist. xiiij. pœnitentia in genere dupliciter accipitur, scilicet pro uirtute, uel ei⁹ actu, aut consequente passione, & hi multiplices sunt. Nam hc accipiēdo est actus passio, uel habitus ad punitionem peccati a se commissi uoluntarie ordinata, uel ordinatus. Alio modo accipitur pro pęnitentia, quæ est sacramentum: & sic est absolutio sacerdotis contritentem absoluentis. horum declarationem quære ubi supra. ¶ Secundo notandum, q̄ pars alicuius accipitur dupliciter. Vno modo pro termino primæ intentionis: & sic dupliciter. Vno mō multum largē pro eo, ex quo res cōstituitur: uel q̄ ad rei conseruationem, uel naturalem operationem requiritur: & hoc modo etiā humores in corpore humano existentes, scilicet sanguis colera, melancholia, phlegma, dicūtur partes hominis: & potentiæ animæ etiam apud eos, qui dicūt eas esse distinctas ab anima: dicūtur partes animæ: unde. iij. de anima ait philo. De partibus autē animę, & hoc per partes intelligit aiæ potentias: ut ibi patet: etiam quandoq; ea, quæ habent ordinē, uel adiunctionem ad aliquid, dicuntur partes eius: & sic beatus Tho. ij. ij. uirtutes adiunctas principalibus dicit earum partes potentiales. Alio modo accipitur magis propriè pro illo. ex quo res cōposita realiter constituitur. Et hæ duplices: quædam essentiales, quæ se habent ut actus, & potentia: & sunt materia: & forma compositi substantialis: quod ideo additur, q̄a subiectū accidentis, & accidens non sunt partes unius: quia ex subiecto accidente non cōstituitur aliquid unū simpliciter: sed bene unū aggregatiuē: & huius aggregati possunt dici partes, sicut & quilibet lapis de cumulo dicitur pars cumuli. Quędam integrales: & sunt ex quibus totum integratur eius demrationis cum toto: ut sunt membra animalis, & partes graduales formæ intensibilis: & partes quantitatiuæ rei extensæ: & pro omnibus illis pars ē

Artī. 1. Not. 1. De duplici acceptione pęnit.

Not. 2. De duplici acceptione partis.

terminus primæ intentionis. Sed pro termino secundæ intentionis, terminus inferior dicitur pars sui superioris: & hæc dicuntur partes subiectiuæ hoc modo species sunt partes generum, & indiuidua specierū: sic homo, bos, leo dicunē partes animalis, non quidem realis: qa nullius aialis realis homo, & bos, ac leo sūt partes. Ex illis.n. nullum animal constituitur: sed homo, bos, leo &c. sunt partes animalis intētionales, siue animalis intentionalis, idest intentiones siue cōceptus illorum nominum siue uocū, homo, bos, leo sunt partes subiectiuæ, idest species illius conceptus, seu uocis animal. ¶ Tertiò notandum circa primam partem pœnitentiæ, q̄ ponitur contritio, q̄ licet uariè loquantur doc. de contritione diffiniendo, & describendo eā: in hoc tñ concordāt, q̄ id, q̄ principalius requirit, ac essentialius ad pc̄ti deletionē ex parte pœnitentis, est cōtritio. Et inter talia requisita, q̄ plura sunt; puta actus, habitus, passiones, quorū quodlibet qñq; dr̄ pœnitentia: detestatio peccati intelligitur nomine contritionis. Illa enim essentialius se habet ad pc̄ti remissionem ex parte pc̄toris pœnitentis, qm̄ sine ea nō fit remissio peccati in adultis. Et ipsa sola: si fuerit perfecta, sine aliis sufficit, ut latius ostēsum est. q. j. dil. xiiii. conclusione. v. Et licet cōiter describatur cōtritio: ut recitat Alex. par. iiij. q. lxvii. mēb. j. arti. j. & post eum alij Tho. Bonauen. & cęteri: ut Pal. dis. xvij. q. j. Est dolor pro peccato uoluntariē assumptus cum proposito confitendi, & satisfaciendi. Et etiam licet pœnitentia interior, quæ principalius accipitur pro contritione a beato August. & alijs dicitur dolor de peccatis commissis, tamen ibi dolor non accipitur pro passione: sed actu. ¶ Vnde notat Alexand. loco alleg. arti. ii. q̄ dolor dicitur dupliciter. Vno mō dissensus uoluntatis ab ipso pc̄tō. Alio modo passio resultans in dissentiente, ex illo dissensu. Dissensus autē iste est de essentia cōtritionis: passio autem ipsa est effectus illius. ¶ Et hæc distinctio notanda est pro intellectu sententiæ doctorum dicentium contritionem esse dolorem: unde satis cōcordāt: q̄ contritio est actus uoluntatis. s. dissensus seu displicētia commissi peccati: aut nihil aliud est, quam uelle non peccasse, & hunc regulariter sequitur dolor, siue tristitia uel supra dictum est dist. xiiij. q. j. Et hæc tristitia passio est, & non actus: & ideo nō est cōtritio: sed effectus eius. ¶ Est aūt hæc dissensio, seu displicentia duplex. Quædam perfecta, & sufficiens ad dimissionē pc̄ti. s. q̄ est de oībus pc̄tis commissis, & debitè circumstantionata: præsertim circumstantia finis: de quo supra dist. xiiij. q. j. Alia est imperfecta nō sufficiens ex parte pœnitentis ad remissionem peccati: uel propter obiectum: quia non de est omnibus peccatis: uel quia ordinatur in finem inhonestum: uel quia caret circumstantia ultimi finis: uel alia circumstantia requisita ad actum perfectum moraliter bonum: & tunc uocatur attritio, quasi tritio imperfecta, uel tritio in partes maiores. Perfecta uero displicentia dicitur contritio, quasi tritio omniū simul puta in partes minutissimas, q̄ fit, qñ est de oībus pc̄tis, & secundum oēs circumstantias requisitas ad peccatorū remissionē. Et attritio semp est informis: qñq; indifferens: quandoq; uitiosa. Cōtritio uero semper formata charitate: de quo supra dist. xiiij. Hæc de contritione commemorasse sufficiat. ¶ De confessione uero quantū ad eius quidditatem, necessitatem perfectionem &c. dicetur distinct. xvii. de satisfactione uero. q. seq. Et tantū de articulo primo. ¶ Quantum ad articulum secundum, est conclusio prima. Accipiendo pœnitentiam pro qualitate simplici. s. pro uirtute, eius actus uel passione, aut pœna consequente, contritio, confessio, & satisfactio non sunt partes pœnitentiæ propriè dictę. Probatur, quia pœnitentia sic accepta est qualitas simplex: talis autem non habet partes alterius rationis. Potest quidem qualitas intensibilis habere partes eiusdem rationis, gradus scilicet, per quos intenditur: ergo contritio, confessio, & satisfactio nō sunt eius partes. Tenet cōsequentia: qa nō sunt eiusdē ratiōis;

Not. 3. B

Contritio est peccati detestatio.

Nota. Dolor quot modis dicitur.

Differentia contritiōis, & attritionis. C

Arti. 2. Cōcl. 1. D

Contritio, confessio, & satisfactio nō sūt partes pœnitentiæ.

immo sunt distinctę re, loco, subiecto, & duratione: & ita nõ sunt partes unius rei simplicis, qualis est penitentia sic accepta. ¶ Secunda cõclusio. Accipiendo
Cõcl. 2.
D
penitentiã aggregatiuę, pro oibus illis habitu, actu, passione: quę possunt concurrere in ratione dispositionis ad remissionem peccati perfectam, ex parte pœnitentis iustificandi, contritio, cõfessio, satisfactio, sunt partes huius aggregati. Patet conclusio, q: oia inclusa in huiusmodi aggregato sunt partes eius: sed in illo aggregato includuntur hęc tria. De contritione manifestum est ex supra declaratis dist. xiiij. de confessione similiter patet: quia compræhenditur sub passione pęnali: habet enim annexam uerecundiam: quæ magna pœna est peccatoris sua occulta homini manifestantis: sic & satisfactio, q́ ut plurimũ opus est pęnale: ut sequẽ. q. dicetur. ¶ Et si quæris: quales partes sunt penitentiæ, essentiales, uel integrales. Respondetur: q nec illæ: nec istæ: hę enim partes sunt partes alicuius ueræ unius. Pœnitentia autem illo modo accepta non est quid unum simpliciter, sed unum aggregatiuum sunt autem partes aggregatiuæ.
Cõcl. 3.
E
¶ Tertia conclusio. Accipiendo partem propriè, neq; contritio: neq; confessio: neq; satisfactio est pars pęnitentię accepta pro sacramẽto. Patet planè: quia sic pœnitentia realiter non est nisi sacerdotalis absolutio confitentis: ut dictum est dist. xiiij. q. ij. Absolutio autem est sententia a sacerdote promulgata: siue magis propriè promulgatio sententiæ: puta hæc uerba a sacerdote prolata. Absoluo te a peccatis tuis. Huius autem prolationis hæc tria non sunt partes: patet, & specialiter de contritione: quia sacramentum pęnitẽtię est signum sensibile: contritio est in corde, idest uoluntate; nullo sensu corporali sensibilis. Patet, & de satisfactione: quia non est simul cum absolutione; sed sequitur eam, postquã desijt, ergo non est pars eius: quia necesse est partem simul esse cum toto, cuius est pars, siue sit permanens, siue successiuum. ¶ De utroq; contritione, & satisfactione patet simul: quia sine illis potest esse pœnitentia sacramentum: ut patet de ficte pœnitente, & de satisfactionem sibi impositam negligente. In utroque uerum est sacramentum eius, scilicet absolutio: licet deficiat res sacramenti, scilicet peccati remissio: totum autem non potest esse sine partibus suis in actu. De confessione autem licet requiratur ad sacramentum pœnitentiæ: quia nemo absoluitur nisi se confessus. Accusatio autem sic confessione: non tamen est pars absolutionis. Absolutio enim est actus sacerdotis: sed confessio actus peccatoris se coram sacerdote accusantis. ¶ Si tamen sacramentum pœnitentiæ acciperetur pro his, quæ requiruntur necessario ad esse sacramenti: quæ nõ sunt unum simpliciter: sed unum aggregatiue: quæ sunt confessio peccatoris: absolutio sacerdotis: intentio utriusq; illius recipiendi: istius conferendi; quod intẽdit ecclesia: illius aggregati, & confessio uero est pars non essentialis: nec proprie integralis: sed aggregatiua: non cõtritio, nec satisfactio: ut satis patet.
¶ Quarta conclusio. Contritio, confessio, & satisfactio sunt partes tam uirtutis, quàm sacramenti pęnitentiæ: accipiẽdo partes generaliter, & impropriè. Probatur: quia quicquid requiritur, uel conducit ad rei perfectionem in essendo, uel operando, uel conseruando, dicitur illo modo pars rei: ut patet ex notatis in primo arti. Sed ad hoc ut perfecta sit pęnitẽtia (quæ tunc est perfecta, dum consequitur finem suum perfectè: qui est perfecta remissio peccatorum) requiruntur illa tria, in uoto, uel in actu: siue penitentia accipiatur pro uirtute, siue sacramento: igitur. Consequentia nota cum maiori: sed minor quoad contritionem ostensa est supra di. xiiij. Quoad confessionem patebit distinct. sequen. Quoad satisfactionem. q. sequẽti. Et hoc etiam sic ostendi potest. Pęnitentia includit, uel requirit pęnam uolũtariam pro peccato: ut sit perfecta secũdum nomen suum, penitentia, idest pęnæ tenentia. Sed hos tres actus concomitat pęna pcti purgatiua, ergo. Minorem declarat Scot. distin. præsenti. q. j.

Cõcl. 4.
F
Confessio con tr. satisf. sunt partes pęnitentiæ tam uirtutis, q̃ sacramẽti.

hoc

hoc modo. Iustitia commutatiua uniuersaliter respicit æqualitatem in commutatione non rei: sed magis secundũ rectam rationem: ergo hoc modo iustitia punitiua (quæ est quædam commutatiua in punitione) respicit pœnam æqualem, siue commensuratam culpæ secundum rectam rationem illius legis: secundum quam est uindicatiua. Lex autem illa, secundum quam pœnitentia est uindicatiua, dictat culpam debere ordinari per pœnam intrinsecam tristitiæ: & p pœnam extrinsecam duplicem, uerecundiæ scilicet & afflictionis, siue laboris corporalis: sicut colligitur ex diuersis scripturis, quæ continent legem illam: ergo pœna illa, seu illud punire integratur ex tribus pœnis. Et similiter causa proxima istius pœnæ oportet: q integretur ex causis proprijs istarum pœnarum: causa autem propria tristitiæ interioris est contritio siue detestatio peccati a se commissi, quæ psupponit eius consideratione. Causa uero proxima erubescentiæ est confessio: ubi peccatum occultum propalatur homini. Causa propria tenẽtiæ pœnæ, est opus aliquod laboriosũ, uel pœnale. Sicut ergo pœna perfecta correspondens culpæ secundum iustitiam uindicatiuam, habet tres pœnas partiales, q sunt partes uniuspunitiõis perfectæ (eo modo quo tres restitutiones essent partes unius restitutionis perfectæ illi, qui fuisset tripliciter damnificatus) ita tres actus, ad quos sequuntur istæ tres personæ, sunt partes unius causæ sufficientis proximi respectu pœnæ condignæ. Hæc Sco. Et quoniam ad perfectionem pœnitentiæ requiruntur causæ punitionis: & ipsa punitio, patet, q contritio, confessio, & satisfactio sunt partes pœnitentiæ tam uirtutis, quàm sacramenti illo

Cõcl. 5. G Sũt partes subiectiuæ. mõ generali accipiendo partes. ¶ Quinta conclusio. Accipiendo pœnitentiam pro omni eo, quod ex parte pœnitentis requiritur ad remissionem culpæ, contritio, confessio, & satisfactio sunt partes eius subiectiuæ. Patet conclusio: qa sic accipiendo nomen pœnitentiæ: pœnitentia est genus, siue totum uniuersale ad omnes habitus, actus, passiones, sacramentum: & quæcunq; ordinata ex parte pœnitentis ad remissionem peccatorum: sic enim pœnitentia generaliter est actus, habitus, passio aut sacrm, antecedens ipsum, uel consequens ordinatum ex parte pœnitentis ad perfectam remissionem peccatorum: & ita sub se compræhendit species, seu partes subiectiuas, hos terminos contritio: confessio satisfactio, quæ importart certos actus, habitus aut passiones, seu pœnas pœnitentis ad remissionem peccatorum ordinatas: & per consequens sunt pœnitẽtiæ species seu partes subiectiuæ. ¶ Sexta conclusio, & responsalis ad titulum quæstionis. Inter partes pœnitentiæ nominatas in quæstionis titulo, principalior est uera cordis contritio. Probatur conclusio: nam illa est pars principalior, per quam magis, & principalius consequitur finis pœnitentiæ, scilicet peccatorum remissio: talis autem est contritio: Minor patet: quia ad solam cordis contritionem sequitur remissio peccatorum, etiam sine alijs. Et ita sola in actu sufficit: cæteræ uero sine contritione non sufficiunt: ut declaratum est latẽ. q. j. dist. xiiij. & repetitum supra art. j. Et tantum de arti. ij. ¶ Quantum ad articulum tertium dubitatur primò: utrum attritio sit pars contritionis: & uidetur q sic: nam in progressione ab imperfecto ad perfectum in qualitatibus intensibilibus, imperfectum est pars perfecti: ut exempli gratia: intendatur gratia seu charitas, ut duo: & fiat ut quatuor: charitas imperfecta duorum graduum manet in charitate quatuor graduum: & ẽ pars eius charitatis: ut quatuor: ut habitum est in. j. dist. vii. Sed contritio tam actualis, quam habitualis est qualitas intensa: & perfecta peccati detestatio: attritio uero est qualitas remissa: & imperfecta peccati detestatio: intendatur ergo: ut fiat contritio, non corrumpitur, quod præfuit: sed manet: ergo attritio quæ præfuit, erit pars contritionis. ¶ In oppositum: attritio specie differt a contritione: sicut formatum a nonformato, ergo non est pars contritionis, alioquin contritio non esset qua

Cõcl. 6. H Contritio est principalior.

Arti. 3. Dub. 1. I Vtrum attritio sit pars contritionis.

K licas simplex: sed composita ex partibus diuersarū specierū. ¶ Pro solutione dubij notandū: q̄ præter opi. Sco. de attritione, & cōtritione (supra dist. xiiij. q. j. recitatam, & impugnatam: & ideo hic omissam) est opinio Alex. parr. iiij. q. lxxiiij. quem sequitur sanctus Bonauē. in. iiij dist. præsenti: qui distinguit de attritione similiter, & contritione actu, & habitu. Actus attritionis, & contritionis potest esse idem unitate continuationis, & naturæ, sed non moris. Sic idē specie differunt, & sunt a diuersis principiis. Attritio a timore seruili, & gratia gratis data. Cōtritio a timore initiali, & gratia gratum faciente: & ideo attritio non est pars contritionis: nec potest fieri cōtritio: licet attritio, & cōtritio possint esse partes unius motus naturalis.

De attritione & contritione & uide etiā supra dist. xv. q. ij. in litera. L.

Et esse pōt, esse imaginatio huius opinionis, q̄ motus, quo mouetur uolūtas displicenter in peccatū, q̄ est nolle peccasse, est actus transiēs, & successiuus. Potest autem incipere continuari, & ita habere partes sibi succedentes, quæ propter sui continuationem constituūt unum motum, & unum uelle in specie naturę: possunt tn̄ partes illæ continuari ex diuersis causis finalibus: ut gratia exēpli: pōt q̄s nolle peccasse propter pœnam inferni tm̄: & post idem uelle continuare propter amorē dei, cui pctūm cōtrariatur: tūc qdē est idē uelle: quia respectu eiusdem obiecti: puta peccatorū eorundem in genere naturæ. Et istius uelle pars prior est attritio: posterior contritio. Et quia partes transeunt, nec sunt simul: una non potest fieri alia: & inter se differunt specie non naturę: sed moris. ¶ Videtur tn̄ posse cōcedi scdm illā opi. licet ipsi, quotū est, nō cōcedāt: q̄ totus ille motus in esse naturę primò est attritio: postea cōtritio: sed scdm diuersas suas partes: sicut in simili quis incipit intrare ecclesiā intentione furādi in ea: cōtinuato itinere mutat intentionem: & cōtinuat motum intentione cōfitendi pctūm suum, & pœnitendi: ille motus trāseundi idē motus est in esse naturę: & tn̄ primò est uitiosus: & post uirtuosus propter mutatas circumstātias finis:

Recitātur opiniones.

& scdm diuersas partes: licet deniq; pars prima uitiosa nō sit pars scda uirtuosa: totus tn̄ motus sortitur nomina utriusq; partis: & de uitioso fit uirtuosus: ita in proposito. Sed de habitu dicunt: q̄a est qualitas permanens: ideo primò potest esse sine gratia: & sic est attritio: & pōt postea formari gratia: & tunc erit contritio. Est tn̄ idem habitus inclinans semp̄ ad eundem actum. s. nolle peccasse: licet circumstantia finis uarietur. ¶ Ista opinio apparentiam quandam habet: sed fūdatur in falsa imaginatione: nam ut dictum est in iij. dist. xxiij magna differentia est inter actum uoluntatis elicitum, & imperatū quoad eius bonitatem, uel malitiam: nam actus elicitus est intrinsecè uitiosus, aut uirtuosus & ideo mutari non potest, ut primò sit uitiosus: & post uirtuosus, uel econuerso saltem naturaliter: quoniam secundum Ockam circumstantiæ, & maximè finis, sunt obiecta actus eliciti: & ideo mutata circunstantia prior actus elicitus nō continuatur, sed nouus elicitur: nedū nouus numero: sed specie. Nam uelle aliquid propter uitare pœnā: & uelle pp consequi gloriam, uel propter amorē dei id præcipiētis: sunt diuersi actus specie etiam in spē naturę. Et quoniā attritio, & contritio sunt actus eliciti, habentes diuersa obiecta: quia diuersos fines: ideo differunt specie: nec unus fieri pōt alter: nec ambo partes unius cū ista tamen stare pōt: ut patuit in. j. dist. j. q. j. q̄ eiusdem actus possunt esse plura obiecta ordinata &c. Huius etiam opi. credo fuisse Pe. de pal. cum inquit dist. xvj. q. j. arti. j. rn̄surus ad dubiū: utrū attritio possit fieri contritio. ait enim: q̄ ex attritione potest fieri cōtritio: sicut ex mane fit meridies idest unus actus fit post aliū, & unus est dispositio ad alium. Exēplificat de naturalibus, in qbus fit processus ab imperfecto ad perfectum, dehinc ait. Sic pōt homo dolere imperfectè sine gratia, & est attritio: post ea pfectè, & cū gratia, & est cōtritio: hinc concludit cum scto Tho. q̄ idem actus numero non potest esse cōtritio, & attritio. ¶ Falsum etiam est; q̄ actus attritionis, & contritionis sint mo

L Nō est idem actus attritio, & contritio.

tus successiui, quodq; illi actus habeant partes sese succedentes: quoniam sicut actus intellectus, quem uocamus conceptum (uel uerius cognitionem) ita & actus uoluntatis, q sunt uelle, nolle, sunt qualitates simplices permanentes, quæ habent esse suum totum simul, sine successione partium in esse pmanenti: licet habere possint partes successiuas i fieri: pōt enim successiue intēdi: partes tamē successiuè acquisitæ manent simul, nam sicut eadem uisio intellectualis: sic idem uelle permanet, & continuari potest sine partium successione: & si habent partes graduales: illæ tamen sunt simul. Qd etiam de habitu admittunt, q idem habitus sit attritionis primò: & post assistente gratia fit contritionis: non est uerum: quia distinctio habituū sequitur distinctionem actuū, ex quibus generātur: ut patuit in primo in prologo: & ideo actū specie distinctorū nunquā pōt esse idem habitus secundū speciem: & ideo sicut uariata circumstātia uariatur act⁹. elicitus secundū spēm, ita & habitus uariantur spē. Alius.n. est habitus inclinās ad odiendū pctūm propter æternā damnationē. Ali⁹ (scdm spēm) qui inclinat ad odium pcti propter deum dilectū: sicut & actus, ad quos inclinat differūt spē. Actus uero imperati sunt extrinsece, & accidentaliter uitiosi, & uirtuosi & denominatione extrinseca: & respectu horum finis est circumstantia, & hi possunt mutari, ut in primo sint uirtuosi: deinde uitiosi, uel econuerso: sicut actus uindicandi peccatum (puta punire peccatū, uel sustinere pœnam inflictam) est actus imperatus: & ille pōt cōtinuari idē nuero: sicut eadē pœna pōt cōtinuari diuersis finibus: & ita fieri ex uitioso uirtuosus. ¶ Et p hoc patet: q exemplum de transitu ad ecclesiam non est ad propositum: qm trāsire, est actus imperatus, qui propter uariationem circumstantiarum manens idē in spē naturæ: uariatur secundū spēm moris. Sed si ponatur exemplum de actu elicito .s. uelle ire ad ecclesiam propter furari, & post uelle ire propter conteri: ibi sunt duo actus uoluntatis: duo scilicet uelle etiam secundum sui substantiā spē differentes. ¶ Et per hoc patet respōsio ad dubium negatiua, scilicet, q attritio non est pars contritionis: nec fieri pōt cōtritio, sed specie differt ab ea, ut patet ex declaratis: & ita etiā sentit Pal. ubi supra. ¶ Et ad rationem ante opposi- tum dicitur, q maior uera est: dum progressus ille fiat in gradibus eiusdem speciei, & qualitatis: secus si imperfectum fuerit alterius speciei: ut quando fit progressus a dispositione ad formam alterius speciei. Similiter ad minorem dicitur, quòd attritio non potest intendi ad perfectionem contritionis, etsi in infinitum intenderetur: q a quantumcūq; qualitas intendatur, semper manet in eadem specie: & ideo per intensionē qualitas non mutat spēm. In proposito autē contritio specie differt ab attritione, iō attritio per quātamcunq; intēsionē nō potest fieri contritio. ¶ Secundò dubitatur de obiecto contritionis: utrum de omni peccato, & peccati sequela necessaria sit contritio. Hoc dubiū Alex. & post eū Tho. dist. xvij. q. iij. in multas questiunculas partiuntur, qrentes, utrū cōtritio esse debeat de pœnis pctorū de oibus peccatis, originali, actuali, mortali, & ueniali, præteritis, futuris, ignotis, oblitis, proprijs, & proximorum, & singulariter: singulas soluunt non sine multa obscuritate. Pal. per paucas conclusiones respondet dist. xvij. q. ij. ar. ij. ¶ Sed ne idem sepius dicatur, hic duo sunt rememoranda. Primum: q pœnitentia, quæ uirtus est, non est sine contritione: immo est ipsa contritio: ut habitum est. dist. xiiij. Secundum: q confessio, quā prærequit sacramētū pœnitētiæ, inefficax est ad remissionē pcti per absolutionem sacramentalē, consequendā, uel gratiam augendam sine contritiōe peccatorum cōfessorū. ¶ Quibus præmissis rñdetur per unicam propositionē, q omniū pctōrum, ad quorū remissionem necessaria est pœnitentia, & sacramentalis confessio in uoto, uel actu: etiam necessaria est cōtritio, & solum talium: nisi forte quis propter impotentiam loquendi, aut confessoris absentiam, aut simile impedimentum excusaretur a uocali cō

M Attritio nō est pars cōtritionis.

Dub. 2. N De obiecto cōtritiōis.

Propo.

fessione, potens tamen elicere contritionem: tunc talis teneretur conteri de peccato: & non confiteri in actu, quamuis teneretur confiteri in uoto. Hoc patet: quia confessio in uoto includitur in contritione. In quibus autem pœnitentia sit necessaria: partim dictum est dist. xiiij. & adhuc dicetur, præsertim quoad uenialia: quorum autem peccatorum, & circumstantiarum necessaria sit confessio dicetur dist. sequenti. ¶ Ex quibus elici possunt particulares responsiones ad singulas quęstiunculas in dubio motas: ad quas Pal. respondet quinq; propositionibus. Prima: contritio est de solo malo culpæ. Secunda: contritio est de solo peccato actuali. Tertia: contritio est solum de peccato proprio. Quarta: contritio est solum de peccato preterito. Quinta: contritio debet esse de quolibet mortali, si in speciali habeatur memoria: de uenialibus uero sufficit in generali. Possent moueri dubia de quantitate intensiua contritionis: quando scilicet debeat esse contritio, an maxima, sed de hoc habitum est supra distinct. xiiij. q. ii. ¶ Similiter de quantitate durationis dictum est supra eadem dist. xiiij. q. iii. ¶ Item utrum sit uirtus, & qualis, moralis an theologica: similiter tractatum est supra dist. xiiij. q. i. ¶ De contritionis effectu quantum ad peccati remissionem, & gratię infusionem habetur dist. xiiii. q. ii & q. iii. ¶ De eius subiecto, puta quibus conuenit conteri, an solis hominibus, an etiã angelis, habetur di. xiiii. q. i. ¶ De eius etiam origine, ex quibus actibus, aut passionibus concipitur, & eius ordine inter requisita ad disponendum peccatorẽ ad peccati remissionem dictum est supra dist. xiiii. q. i. & ii. ideo de ulteriori tractatu illorum supersedeo.

Dub. 3. ¶ Dubitatur tertiò: utrum hę tres pœnitẽtiæ partes, contritio, confessio, & satisfactio requirantur cõiunctim ad singulorum peccatorum remissionem: an disiunctim contritio ad remissionẽ peccatorum mentalium, confessio ad remissionem peccatorum oris: satisfactio ad remissionem peccatorũ operis: Ad hoc enim uidentur sonare uerba Chris. quæ allegat magister in principio huius dist. ¶ Respondetur: quod hæ partes, contritio, confessio, satisfactio non respondent diuisim tribus pctõrum generibus: puta contritio pctõ cordis cõfessio pctõ oris, satisfactio pctõ operis. Sed ad perfectam pœnitentiam cuiuslibet peccati mortalis, requiruntur omnes illę partes coniunctim: nec una sine alia sufficit: nam ad remissionem peccatorum spiritualiũ, quæ grauiora sunt: & in corde tenentur: ut superbiæ, odii, blasphemiæ, infidelitatis, desperationis, nõ sufficit sola cordis contritio: sed requiritur confessio oris, & satisfactio operis: nisi contritio tanta foret, quod tantũ dolorem induceret, qui sufficeret sine exteriori satisfactione: & ita suppleret illã partem. Similiter sine contritione, & cõfessione in uoto, nullum peccatum oris, aut operis dimittitur. ¶ Requiruntur ita quę omnia tria ad cuiuslibet peccati pœnitentiam perfectam: uerum secundum quandam appropriationem adaptantur tribus peccatorum generibus: quia maiorem similitudinem habet contritio cũ peccato cordis, eo quod utrumque manet in corde. & confessio cũ peccato oris: quia ore perficiuntur: & satisfactio cũ peccato operis, quę similiter exteriori opere consummantur. Et sic loquitur Chrys. & August. in textu. (Rñsio. tres partes pœnitẽtiæ requiritur ad remissionem cuiuslibet peccati)

Dub. 4. ¶ Vltimò dubitatur de satisfactione: uidetur quod non sit pars pœnitentiæ distincta ab aliis duabus: nam utrasq; includit. Satisfactio. n. est omne pœnale, quo fit recompensatio aliqua pœnæ debitæ pro peccatis: sed tã contritio, quàm confessio pœnam habent, ratione cuius ualent ad remissionem pœnæ peccati debitæ. ¶ Respondetur: quod ut dicetur. q. seq. satisfactio dupliciter accipitur. Vno modo pro quolibet actu, uel passione uoluntarie assumpta propter pœnæ remissionem, siue interiore siue exteriore: & sic non distinguitur contra alias duas partes: sed eas includit: ut argutum est. Alio modo accipitur strictius pro exteriori opere corporali, pœnali, aut pœna corporali uoluntarie assumpta uel passa: quales solent confessores iniungere: & sic est (p Satisfactio generaliter accepta includit alias duas.)

est pars tertia pœnitentiæ contra alias distincta. Et tantum de quæstione.

¶ De satisfactione.

QVAESTIO II.

*A Verū satisfactio pęnaliū operum requiratur &c.

VAERITVR secundò circa tertiā partem pęnitentiæ, s. satisfactionem: quoniā de secūda parte, quę est cōfessio: dicetur dist. sequen. Vtrū satisfactio pęnaliū operū requiratur ad pfectā remissionem pctōrum. ¶ Post terminorū declarationes pro articulo primo: sequentur respōsiuę cōnclusiones pro secūdo: & p articulo tertio dubiorū mouendorū cōclusiones. ¶ Quantū ad primū notādū: φ satisfactio quantū hic sufficit: dupliciter accipitur. Vno modo generaliter: & sic describitur a Sco. dist. xv. huius quarti q. j. Satisfactio est redditio uoluntaria æquiualentis alias indebiti. ¶ Dicitur primò redditio: quia nō est absoluta datio. Dicit .n. satisfactio cōmensuratiōē ad aliquod præcedens correspondentē: & ideo qđ simpliciter, & liberè datur: nullo respectu habito ad aliquod pcedens acceptū, uel cōmissum non sortitur nomen satisfactionis. ¶ Dicitur uoluntaria: quoniā si uoluntaria non esset: sed exacta uiolenter, nō esset satisfactio: sed satispassio. Et ideo ille, a quo in inferno pęna culpæ commissæ debita inuito exigitur, non satisfacit: sed satispatitur pro suo peccato: & ideo pęna infernalis: licet sit maxima, peccatum non tollit: quamuis ipsum manentem ordinet sub iustitia diuina. ¶ Dicitur æquiualentis: quia satisfactio ad iustitiam commutatiuam pertinet, quæ exigit æqualitatem rei ad rem: tamen prout utiq; sapiens determinabit. Sapiens scilicet per essentiam, qui est deus peccato offensus: & hoc importat nomen satisfactio. Aduerbium enim (satis) importat ęquā correspondentiam eius, quod redditur ad illud, pro quo redditur: siue in beneficijs, siue in pęnis. Ex quo sequitur: φ minus reddens pro peccato, quām iustitia diuina exigit: licet iniunctum a confessore impleat: non satisfacit: quāuis aliquam pęnam peccato suo debitā soluit: soluturus in futuro, quod minus iniunctū est, & solutum in præsenti. ¶ Dicitur etiam alias indebiti: quoniā si id, qđ redditur: esset alias .i. pro alio debitū nō correspōderet illi, sed alteri: etiā si illud cōmissum, uel receptū non fuisset: & sic nō esset satisfactio pro illo scđm iustitiā: sed pro alio. Et isto modo satisfactio extendit se ad cōtractus, & obligationes quoscūq;. Hoc .n. modo recipiens beneficiū pōt benefaciēti satisfacere: ut pu ta dilectus diligenti recōpensando dilectionē æquiualentē: Et ita tā in actibus liberis uolūtatis: quā in actibus necessariis, quodāmodo. s. in contractibus: ubi est quędā obligatio quasi necessitatis ad reddendū, locū habet satisfactio: & per hoc cū culpa facit delinquentē debitorē ei, in quē peccat inueniri pōt illa ratio satisfactionis: ut. s. reddat sibi æquiualēs alias indebitū quātū abstulit per pctūm. Cōsistit aūt talis satisfactio pro pctō regulariter magis in actibus pęnalibus, uel passionibus uoluntarijs: quā in alijs actibus bonis non pęnalibus; quoniā ut dictū est dist. xiiii. culpa ordinatē per pęnā. Et ideo secundū diuinā iustitiā culpę debetur pęna: & ita reddendo pęnā debitā satisfit pro pctō. Et dicitur regulariter: quia pōt quis quādoq; per actum bonum nō pęnalem satisfacere pro peccato. ¶ Potest enim deus actum intensum charitatis acceptare pro punitione debita uni culpæ. iuxta illud j. Petri iiii. Charitas operit multitudinem peccatorum. Verum licet actus ille charitatis non sit propriè punitio, est tamen maius bonū, & magis reddens deo honorem, quām propria illius punitio: secus tamen regulariter. unde Aug. in de uera, & falsa pęnitentia. Sunt digni fructus uirturum, qui non sufficiunt pęnitentibus. Pœnitentia .n. grauiores fructus postulat: ut cum dolore, & gemitibus mortuus impetret uitam. Hoc modo accipiendo satisfactionem, non distinguitur contra alias duas pœnitentiæ partes: contritionem. s. & confessionem: immo eas includit tanquam partes suas. Quoniam

Arti. 1. Nor. 1. Duplex acceptio satisfactionis.

Describitur satisfactio generaliter accepta.

B Qn̄q; satisfit p opera charitatis non pęnalia.

actus pœnales, uel passiones uoluntariè in genere reducuntur ad triplicem actũ, uel passionem: .s. primò ad actũ interiorem displicentiæ, qui est contritio: uel passionem tristitiæ consequentem. Et secũdò ad actũ interiorẽ cõtendi pctũm: quod est ualde pœnale, uel passionẽ concomitantem .s. uerecundiã. Et tertiò ad actũ simpliciter exteriorem, uel passionem .s. macerationem carnis, & omnis talis maceratio cõtinetur, uel reducitur ad ieiuniũ: uel ad eleuationem mentis ad deũ, quæ fit per orationem: uel ad tẽporalium erogationem: & hæc fit per eleemosynã.

C

Acceptio satisfactionis, qua distinguitur contra alias partes pœnitẽtiæ.

¶ Secundo modo accipitur satisfactio strictè: ut distinguitur cõtra alias partes pœnitentiæ, & sic eam describit Sco. Satisfactio est operatio exterior laboriosa, seu pœnalis uoluntariè assumpta ad puniendũ peccatum cõmissum a se: & ad placandam diuinam offensam: uel est passio, aut pœna uolũtariè tolerata in ordine peccatũ, uel peccati remissionem. ¶ Dicitur operatio exterior, per qđ excluditur actio laboriosa interior: & passio eam comitans: ut est cõtritio, & tristitia eam consequens. Et intelligo per actũ exteriorem actũ, qui fit corporalibus mẽbris (positiuè, uel priuatiuè) inferentibus pœnã corpori, & fatigationem. Et dicitur positiuè, ut peregrinatio, corporis disciplinatio, eleemosynarũ distributio. ¶ Dicitur priuatiuè propter ieiuniũ, & abstinentiam: ubi nihil agitur: sed ab actione cessatur, & p hoc etiam excluditur confessio: quia licet organo corporali: tamen breuis est, & non fatigat. Oratio uero, quia perseuerantem oportet esse, laboriosa est: & attenuat uires corporales: & ideo includitur in satisfactione strictè accepta

Not. 2.

D

Satisfactio strictè cõsistit in ieiunio oratione, & eleemosina.

¶ Secundò notãdũ, ꝙ accipiendo satisfactionem hoc modo: satisfactio cõsistit in his tribus, ieiunio, oratione, & eleemosyna: & in passionibus uolũtariis cõcomitantibus ista tria opera difficilia: tũ ad ieiuniũ reducuntur omnia corporis macerativa ordinata ad reprimendam carnis rebellionẽ: ut sunt uigiliæ: peregrinationes: uestium asperitates, & nuditates: corporis flagellationes: & generaliter quæcunq; corporis afflictiones. ¶ Ad orationem reducitur quicquid pertinet ad partem cõtemplatiuam, ut meditationes: scripturarum lectiones: prædicationes: ac uerbi dei auditiones: studiũ theologicum: disputationes: errorum impugnationes in moribus, & fide: & cætera, quæ immediatè uersantur circa deũ tanquã obiectũ. ¶ Ad eleemosynam reducũtur opera misericordiæ corporalia pro christo propter deũ impensa: & quæcũq; erogationes bonorũ temporaliũ in pias causas, ac subleuationes miseriæ corporalis fratrũ. Vnde ut recitat sanctus Bonauent. dist. xv. par. ii. art. j. q. iiij. quodlibet illorum accipitur tripliciter: cõmunissimè, communiter, & propriè.

Tripliciter accipiũtur.

Ieiunium propriè dicitur afflictio carnis secũdũ gustum. Cõiter omnis carnis afflictio in uigiliis, flagellis, asperitatibus & ieiuniis propriè dictis. Communissimè dicitur abstinentia ab omni mortali peccato: secũdũ illud Esa. lviii. Hoc est ieiuniũ, quod elegi. Dissolue colligationes impietatis: solue fasciculos deprimentes &c. Similiter eleemosyna dicitur propriè opus pietatis impensum proximo ad releuandũ indigentiam corporalem. Cõmuniter omne opus pietatis impensum proximo ad releuandã indigentiam corporalem, uel spiritualem. Cõmunissimè dicitur omne opus misericordiæ siue corporale, siue spũale impensũ proximo, uel sibi ipsi: scđm quod dicit Aug. ꝙ eleemosyna hominis debet incipere a seipso. iuxta illud Eccl. xxx. Miserere aiæ tuæ placens deo. Sic & oratio dicitur propriè ascensus mentis ad aliquid degustandũ, impetrandũ, uel exorandũ. Cõmuniter dicitur secundũ ꝙ cõprehendit omnem actũ contemplatiuè ad deum relatum. Cõmunissimè scđm ꝙ cõprehẽdit oẽm actũ bonũ: quo mõ dicitur, ꝙ non cessat orare, qui nõ cessat benefacere in glos. j. Timot. v. Hæc aũt tria prout sunt partes satisfactionis: accipiuntur nõ cõmunissimè: sic .n. coinciderẽt: nec propriè: quia tunc non sufficienter diuiderent: sed cõmuniter. Et sic põt sufficientia earũ accipi in ordine ad radices peccati, de quibus j. Ioã. ii. Omne, qđ est in mundo

aut est cōcupiscentia carnis: uel cōcupiscentia oculorū: uel superbia uitæ. Et sic cōcupiscentię carnis correspōdet in satisfactione ieiuniū. cōcupiscentiæ oculorū, eleemosyna: superbiæ uitę, oratio. Vel possunt distingui in ordine ad effectum: quia omne opus satisfactoriū: aut ordinat nos ad deum: & sic est oratio, uel ad nosipsos: & sic est ieiuniū, per qđ corpus nostrum maceramus, uel ad proximum: & sic est eleemosyna: secundū illud ad Titum. ii. Sobrie, & iuste, & pie ut uamus in hoc seculo. Sobrie ad nosipsos: iuste ad proximos: pie ad deū. Verū istæ distinctiones accipiuntur secūdum quandā appropriationē; quoniā quodlibet horū ualet satisfacere pro quolibet pctō, cuiuscunq; generis fuerit. Potest n. eleemosyna imponi pro pctō carnali, & spirituali. Similiter oratio, aut ieiuniū unū ex his, uel duo: aut oia simul secūdū qualitatē personæ: ut infra magis dicet.

Not. 3. E ¶ Tertiò notandū circa hoc, quod dictū est: q satisfactio est redditio æquiualētis alias indebiti: q æquiualentia aliquorū ad se inuicem multipliciter sumitur.

De multiplici ęquiualentia rerū. unde attenditur æquiualentia pęnę ad culpam.

Quandoq; sumitur, siue attenditur penes ualorem rerū naturalem consequentem earumquantitatem molis, uel uirtutis. Et hoc modo res diuersarum specierum: sicut non sunt eiusdem perfectionis essentialis: ita nec eiusdem ualoris. Et per consequens nulla inter eas potest esse æquiualentia. Alio modo attenditur penes ualorē rerum relatum ad usum, & commodum humanum: quo modo attenditur æquiualentia precij ad appreciatum in rerum commutationibus: de quo supra dist. xv. q. xii. Ex his duobus non est æquiualentia cuiuscūq; actionis, uel passionis assūmptæ pro expiatione peccati ad ipsum peccatum: & quoniam nō sunt eiusdem speciei in specie moris: neq; peccatum potest referri ad commodum humanum. Tertio modo potest attendi ualor aliquorū secūdū dictamen iustitiæ distributiuæ dictantis præmia, & pęnas precedentibus meritis cōdignas. Et hoc dupliciter contingit. Vno mō ęstimādo ualorē secūdū dictamē strictę iustitiæ: & ita q excessus alterius hō starет cū iusticia: sic q lex iusta nō posset maius determinare in pęnis, uel minus in premijs. Exempli causa: ut si quis meruit. c. nō ęquiualent. xc. in pręmio. Et homicidio uoluntario nō ęquiualet mutilatio unius mēbri: quia posset iuste puniri homicida pęna talionis. Alio modo æstimando ualorem secūdū uoluntariā acceptationem unius pro altero illius, cui debet fieri recompensa: ut si qs tenetur c. & is cui debet liberaliter, remittit x. tunc xc. æquiualent debito: & reddendo. xc. satisfacit. His duobus modis potest attendi ęquiualentia operis, uel passionis assūmptæ ad peccatū, pro cuius satisfactione assumitur. Sed in diffinitione satisfactionis æquiualentia nō debet accipi secūdū primū modū nunc expressum: quoniā sic attendendo ualorem: nulla actio, uel passio pręsentis uitę uoluntariē assumpta ęquiualeret peccato, ut per eam posset hō satisfacere. Tū: quia secundū strictū iustitię rigorē: nulla temporalis actio, uel passio condigna est peccato, & offensæ diuinæ. Posset. n. deus pro quolibet peccato (etiam ueniali aut minimo, quo offenditur summum, & infinitū bonum) iuste exigere pęnam æternā duratione infinitā. Vnde parisiē. cancell. Gerson tract. de vi. animæ lectione prima ita ad propositū ait. Omne pctūm pro quāto est offensa dei, & contra legē eius æternā, est de sua cōditione, & indignitate mortiferū secūdū rigorē iustitiæ: & a uita gloriæ separatiuū. Hanc principalē cōclusionē illius lectionis declarat: quoniam omnis offensa in deū pōt iuste ab ipso puniri pęna mortis: tam æternæ, quā temporalis; immo pęna annihilationis. Cuius ratio: quia nulla pęna est ita mala, quantum malum est ipsa offensa. Et ex alio: quia potius tolleranda foret omnis mors pęnalis, & annihilationis: quām committenda esset quantūlibet parua offensa in deum: da oppositum: iam offensa dei licitē fieri deberet in casu. ¶ Prærerea quælibet offensa dei, nisi remitteretur: repelleret a gloria dei perpetuō: & absq; termino puniretur: alioquin maneret dedecus culpæ sine decore iustitiæ. Quod

F Remissio cuiuscūq; offen-

Iæ est ex pura dei liberali tate.

autem offensa remittitur: est ex pura liberalitate dei remittẽtis, & non amplius punientis. Denique non minus est fugibilis offensa dei: quàm sit eligibile illud bonum, pro quo adipiscendo nullo modo deberet committi: sed pro infinito bono non deberet fieri offensa dei. Et si quis infinita bona possideret: posset iuste omnibus a deo spoliari, si caderet in offensam dei. Ex his radicibus uidetur sufficienter deductum: quod omnis offensa dei est mortifera ex sua conditione, & indignitate: immo quod est infinitæ fugibilitatis, & imputabilitatis: eo quod est in iniuriam boni infiniti: & quantum in se abiicit ab homine deum in tanta elongatione, quod nunquam poterit nisi per solam, & meram gratiam illi proximari per uitam gloriæ: & patet etiam de ueniali. Hæc Gerson. Nec habet hic locum quorundam uerbalis concertatio: quod ueniale non est offensa: nec est contra præceptum dei. Omne enim peccatum contra deum est &c. Patet itaque: quod illo modo accipiendo satisfactionem: homo in præsenti non potest satisfacere pro peccato. neque mortali: quia tali correspondet secundũ rigorem diuinæ iustitiæ pęna æterna: neque ueniali: quia & pro illo iuste posset peccator puniri pęna æterna: ut patet ex iam dictis. Debet ergo æquiualentia ęstimari secundum acceptationem diuinam, qui ex sua misericordissima liberalitate determinauit tantam pęnam: seu tale opus acceptare pro satisfactione pro tali peccato: sicut ex sua misericordia benignitate statuit pro momentaneo merito temporali reddere præmium æternum: & secundum hũc modũ potest homo satisfacere pro peccato faciendo illud: uel uolũtarie patiendo, quod dñs statuit acceptare pro plena remissione peccati. ¶ Et per hoc possunt cõcordari doctores, qui in hac materia uidentur aduersi. Dicentibus quibusdam; quod homo non possit satisfacere pro peccato: quibusdam dicentibus: quod sit impossibile: alijs quod sit possibile saltem in uirtute passionis christi mediatoris. Primum uerum est secundum strictũ rigorẽ diuinæ iustitiæ secundũ quã

G Cõcordantur docti di uersimo de loquentes de satisfactiõe.

nullus pctõr: neque in uirtute sua: neque passionis christi pót satisfacere pro pctõ. Primũ .s. quod nõ uirtute propria, patet ex dictis. Secundũ; quod etiã nõ uirtute passionis mediatoris probat Durand. dist. xv. quarti: quia quicquid erat in christo secundũ humanã naturã, erat obligatum deo: & ei debitũ: ideo nõ potuit esse satisfactio de cõdigno pro quocũque peccato cõsiderãdo naturã operis, uel rei: sed solũ scdm acceptationẽ dei gratuitã. Verũ hãc rationẽ impugnat pal. dist. xv. q. j. art. ij. licet frequenter imitetur Duran. immo & allegat ipsum. Et etiam ex eo: quia passio christi nõ fuit tanta, quãta est pęna infernalis, quę tñ debetur pctõ secũdũ rigorẽ strictæ iustitię: iõ nõ fuit satisfactio ex natura operis. Dictum uero aliorũ cõcedentium, quod pót satisfieri pro pctõ in pręsenti uita: loquũtur de satisfactione secũdo modo dicta: quę requirit ęquiualentiã nõ simpliciter secũdũ naturã rei: sed secundũ acceptationẽ diuinã. Nec tũ sic quisquã potest satisfacere pro peccatis ex se: sed cõcurrẽte merito passionis mediatoris: quia deus decreuit nõ suscipere aliquod opus, uel tolerantiã passionis tãquam satisfactionem æquiualentẽ pctõ: nisi quatenus coniungitur per fidẽ passioni satisfactoriæ mediatoris: ut tangit sanctus Bonauent. de hoc etiã aliquid tactũ est in iij. dist. xix. Sed forte diceres: homo quicquid est, habet, & pót: totum debet deo, qui omnia illa dedit, cõseruat, & perdita reparauit: ergo per nihil pót satisfacere. Tenet cõsequẽtia: quia in diffinitione satisfactionis additur alias indebiti. Antecedẽs est beati Aug. Ansel Bern. & aliorũ. Respõdetur, quod licet scdm strictã iustitiã deus iuste exigere posset omne, quod sumus, & possumus tanquã debitũ necessitatis: tñ dicit Richar. dis. xv. quarti. & Sco. q. ij. dist. eiusdem ex liberalitate sua nostræ infirmitati cõdescendens homini constituit mensuram eorum, ad quæ de necessitate tenetur: quæ est obseruantia pręceptorũ: ut de reliquo, idest de operibus supererogationis possit satisfacere de commisso: quæ opera, etsi debeamus debito congruitatis:

non

non vult eū (tāquā nobis parcens) ut sibi debeatur debito necessitatis, nisi ratione voti, vel satisfactionis iniūctæ pro peccatis. In diffinitione aūt satisfactionis ly indebiti, negat debitū necessitatis. Aug. vero & cæteri loquūtur de debito congruitatis. ¶ Quarto notandū: q per perfectā remissionem pctōrum intelligitur remissio peccati quātū ad culpā, & pęnā. Talis. s. remissio, quæ tollit oēm reatū, & obligationem tā culpę, quā pęnæ: uerūtamen satisfactio non propriē tollit culpā, sed remissionem eius psupponit. Ad solam. n. cōtritionē, aut sacramentalē absolutionem, reatus culpæ, & offensa dei remittit: & opera satisfactionis, q sequūtur ad remissionē pęnæ ordinātur. ¶ Quinto notandū: q opus aliquod pōt dici pęnale dupliciter. Vno modo formaliter: s. quod infert afflictionem, uel pęnā āgenti: interiorem. s. tristitiam animę: uel dolorem exteriorē corporis: ut cōtritio, ieiuniū, castigatio, labor corporalis &c. Alio modo uirtualiter. s. quando eminenter includit perfectionem operis pęnalis, & reddit hominem paratū ad subeundū passionem, aut laborem pęnalem: si facultas, uel opportunitas occurreret. Sic actus intensus charitatis dei slicet delectet habētem in tantū, q etiam opus naturaliter pęnale reddit dulce, & delectabile. (Sicut de beato Stephano, Petro, Andrea, &c. scribit beatus August. in solilo. cap. xxii. quibus dulcedo, & feruor charitatis lapides torrentis, & crūcem fecit dulces: eosq; paratissimos reddidit ad tormēta sæuissima toleranda) Attamen talis actus dilectionis dei includit uirtualiter contritionem peccatorum. Non enim simul stant deum super omnia diligere: & tamen peccatum, quod contra deum est, non odire si in cogitatione occurrat. ¶ Quantum ad articulum secundū ponentur conclusiones. Prima secundum potentiam dei absolutam ponitur: sequentes secundum potentiam ordinatam. Est ergo prima conclusio. De potentia dei absoluta potest peccatum perfectē remitti sine satisfactione operis afflictiui. Probatur conclusio: quia pōt deus (cui subest, cū uoluerit posse) peccatū uelle nō uindicare perpetuō: sicut frequēter differt uindictā ad tēpus absq; cooperatione cuiuscūq; extrinseci: & hoc iuste: quoniā secūdū Aug iii. de tri. Voluntas sua est prima regula iustitię: & eo ipso, q uult iuste uult: puta si ad remissionem peccati cōcurrit creatura coope rando de illā causalitatē creaturæ: quia reducitur ad genus causæ efficiētis: pōt deus supplere: quicquid. n. in hoc genere causæ pōt eum causa secunda: potest solus sine ea. Hęc conclusio latius declarari pōt ex dictis lib. iii. dist. xix. ubi determinatur, utrū necesse fuerit redimere per passionem christi. Item oppositū cōclusionis nō includit contradictionem: ideo non est negandū a potentia diuina. ¶ Secunda conclusio. De potentia dei ordinata, non fit perfecta remissio pctōrū sine pęnalisatisfactione operū. Probatur hæc conclusio post Scot. dist. xv. q. j. quia deus disposuit nulli peccatori dare primā gratiam peccati remissiuam: nisi in uirtute meriti passionis christi, qui fuit sine peccato: sicut dictū est in iii. ubi sup. Nam disposuit sibi nō recōciliari inimicum, nisi per obsequiū sibi magis gratum, quā offensa eius sibi fuerat displicens. Tale obsequium est meritum passionis christi, quæ fuit opus pęnalissimum. Sine hac ergo nulla pōt esse satisfactio omnino, nec simpliciter: ut patet ex tertio notabili: nec in acceptatione diuina, nisi in uirtute passionis christi, cui si non coniungitur opus pęnale, uel passio peccatoris per ueram fidem: nunquam erit satisfactorium. ¶ Tertia conclusio. Peccatum potest perfectē remitti absq; satisfactiōe peccatoris formaliter pęnali. Probatur conclusio: quia si quis existens in peccato mortali conuerteretur ad deū eliciendo actum intēsum dilectionis dei super omnia, nihil pro tunc cogitans de peccatis suis: is sufficienter est dispositus ad gratiæ, ac charitatis infusionem: ergo infunditur sibi gratia, per quam remittitur sibi culpa. Et potest tantum intendi actus ille dilectionis: ut deus eum acceptet pro satisfactione perfecta tollente omnem rea-

Marginalia: Not. 4. H Perfecta remissio pctōrū ē qua tollitur culpa, & pęna. — Not. 5. — Opus pœnale dupliciter. — Artic. 2. Cōcl. 1. I De potentia dei absoluta pōt fieri re-missio sine satisfactione pęna li. — Cōcl. 2. — Cōcl. 3. K Pctūm pōt remitti pfectē absq; satisfactio ne formaliter.

tum pęnę. Sicut quandoq; sola cōtritio sine opere exteriori satisfacit pro peccato: ut nō exigatur alia pęnalis satisfactio. Quòd vero habens talem actū dilectionis sit sufficiēter dispositus ad gratiæ infusionem: ut dictum est sup. dist. xiiii. q. j. conclusione ii. patet: quia est perfectissimus actus hominis, quem homo elicere potest ex suis naturalibus: & ultimata dispositio ad gratiæ, & charitatis infusionem: ut latè deductū est in iii. dist. xvii. q unica. Et posset poni exēplū: ut si aliquis subitò raperetur ad martyriū: nisi sacrificaret, seu adoraret idolū: & ille propter deū magis eligeret mori, quā idololatrare: nec esset sibi tempus: nec mora eliciendi cōtritionē peccatorum; quia nec cogitare posset de peccatis. Ille sic se offerens martyrio propter deū tanquam ultimū finem habet perfectum dilectionis actum. iuxta illud Ioā. xv. Maiorem hac dilectione nemo habet &c. & est uerè martyr: & per consequens euolat &c.

Cōcl. 4.
L
Sine satisfactione pęnali, in habētibus usum nō fit perfecta remissio peccati regulariter.

¶ Quarta conclusio. Sine satisfactione pęnali, in habentibus usum rationis formaliter: non fit perfecta remissio peccati regulariter. Et accipio satisfactionem pęnalem generaliter pro omni actu habentem pęnā annexam: siue ad quē sequitur pęna: quomodo etiam ipsa contritio est actus pœnalis: quia ad eam sequitur tristitia. Probatur conclusio: quia sine cōtritione in habentibus usum rationis regulariter nō fit remissio peccati: ut probatū est sup. loco allegato: sed cōtritio est quędā satisfactio pęnalis: ergo. Tamen hæc conclusio nō habet ueritatem, accipiendo satisfactionem strictè, ut distinguitur cōtra alias partes pęnitentiæ: quoniā sola cōtritio, si fuerit perfecta, sufficere pōt ad perfectā remissionem peccati sine satisfactione exteriori: ut sup. habitū est: & est in tex. dist. xv.

Cōcl. 5.

¶ Quinta conclusio, quæ sequitur ex præmissis. Nō fit remissio peccati actualis regulariter sine peccatoris satisfactione pęnali formaliter, uel uirtualiter. Patet: quia ad remissionem peccati necesse est cōcurrere actum uoluntatis peccatoris: uel respectu peccati, qui est contritio: aut respectu dei, qui est dilectio eius super omnia: & uterq; illorum includit pęnam formaliter, uel uirtualiter.

Art. 3.
Dub. 1.
M
ppō. 1. Quodlibet genus satisfactionis pro quolibet pctō imponi potest.

¶ Quantū ad tertiū articulum est dubiū primum: utrū cuilibet actuali peccato mortali correspondeat sua propria satisfactio: puta peccato carnis ieiunium. auaritiæ eleemosyna. superbiæ oratio. Respondet breuiter per hanc propositionem. Licet p quādā appropriationem singula satisfactionis exterioris genera correspōdeant singulis generibus peccatorū: pōt tñ per quālibet dictarū specierū satisfactionis: similiter per plures earū, aut omnes simul indifferēter satisfieri p quolibet crimine. Primū patet per illud Sap. xi. Per q̄ quis peccat: per hęc & torquetur. Et hoc cōgruū est: ut qui in carne peccat: etiā in carne puniatur. Etiā ea satisfactio est cōgruentior, per quā nō tantū abolentur præterita peccata: sed etiā adhibetur remedium futuris cauendis, & reprimendis: sed cum peccatū carnale oritur ex petulantia carnis, congruè opponitur talis satisfactio, per quā non tantum punitur peccator pro commissis: sed etiam restringitur carnis petulantia, qua restricta facilius cauentur futura. Hæc autē est ieiunium, per quod generaliter intelligitur corporis castigatio, & maceratio. Sic peccato auaritiæ magis congruit eleemosyna, qua dantur sua: ut restringatur appetitus possidendi aliena. Sic peccato superbię cōgruè respondet oratio: tanquā satisfactio: quoniam oratio si uera fuerit, humilitatem habet annexam. Orans enim recognoscit se sibi ipsi nō sufficere: ideo suffragia aliena mendicat orando: hoc autem recognoscere humilitatis est: & depressiui tumoris superbiæ. Hæc attendāt confessores: ut secundum hoc cōgruas satisfactiones iniungant pęnitentibus: attentis etiam alijs circūstantijs confitentiū.

Notent confessores.

Secūdū patet: quoniam quodlibet pęnale opus pōt ita intendi: ut æquiualeat pęnæ cuilibet peccato debitæ in diuina acceptatione: & per cōsequens quodlibet pōt pro quolibet satisfacere: puta sola contritio perfecta pro quolibet peccato sufficit: ut dictū est: & tunc nulla aliarum

requiritur. Item stat peccãtem pctõ auaritiæ nõ posse dare eleemosynã propter sui paupertatem: & peccãtẽ in carne nõ posse ieiunare: aut alias corporis castigationes propter corporis debilitatem, uel eius teneritudinem sustinere nõ posse, nec uelle. Sic quoq; superbum non posse longas orationes propter capitis debilitatem: aut necessarios labores facere: nec spiritualibus exercitiis insistere: ab omnibus his tolleretur necessaria satisfactio: si luxuriosis tantum ieiunium: auaris eleemosyna: superbis tantum oratio iniungi deberet. Vnde ut dicit Sco. requiritur discretio sacerdotis: ut non imponat alicui satisfactionem sibi nimis disconuenientem: sed eam, quæ sibi magis congruit: & quam forte melius adimplebit: utpote pauper nec eleemosynas põt dare: nec orare, quem oportet continuẽ laborare pro uictu suo necessario. Nec ieiunare: quia tunc non sufficeret ad laborem necessarium pro uictu continuo acquirendo sibi necessario. Quid ergo: ipse inquit, labor continuus est sibi ieiunium continuum: quia continua maceratio carnis: tantummodo inducẽdus est, ut illum laborem subeat in remissionem peccatorum: intendens illum ad hunc finem referre: saltem quousq; occurrat sibi opportunitas soluendi aliquã aliam satisfactionem. Consimiliter dicendum ues, qui lapsus est in peccatum carnis: si est adeo delicatus, q non uelit ieiunare, nec aliam macerationem notabilem subire: aut præsumitur, si sibi imponerentur, citò abijcere, & sic peccaret nouo peccato. Inducendus est ad orationem, & eleemosynam: & illud sibi imponendum, quod libentius recipit: & quod crederitur perseuerantius adimplere. Vel si omnino nullam satisfactionem uelit recipere a sacerdote sibi impositam: dicat tamen se habere displicentiam de peccato commisso: & firmum propositũ non recidiuandi, absoluendus est: & non est remittendus, ne cadat in desperationẽ: & denuntianda est sibi pœna, quæ esset p peccatis suis facienda: & q eã in se, uel æquiualenti absq; impositione studeat adimplere: alioquin soluet ad plenum

Non est iniungẽda satisfactio, q̃ pœnitẽs inuitus assumit.

in purgatorio. Hæc misericordia satis consonat illi prophetiæ de christo, quã Matthæus recitat c. xii. Arundinem quassatam non confringet: & lignum fumigans non extinguet. Arundo quassatã est peccator quassatus tentationibus, & peccatis. Lignum fumigans est peccator nimis humidus ex peccatis habens tamẽ aliquid de igne charitatis: hoc extinguitur, si per duritiam sacerdotis ad nimis difficile obligetur: sed non extinguitur: si sibi prædicitur, q oportet eum hic, uel alibi pœnam soluere: q studeat hic tantam pœnam soluere: quanta pro peccatis debetur: ne alibi acrior exigatur. hæc Sco. De hac materia uide etiã infra dist. xx. & in Pal. q. ii. & iii. dist. xx. plura ad propositum ualentia. Patet ergo ex dictis: q pro quolibet pctõ quælibet dictarum satisfactionũ, aut plures earum: aut omnes simul possunt rationabiliter imponi. Quòd si plures simul, hoc est ieiunium eleemosyna, & oratio iniungantur pro uno, uel pluribus peccatis: illa integrant unam satisfactionẽ totalem. Quòd si unum ex his tantum imponatur pro pluribus peccatis: necesse est ipsum tantò intẽsius, uel maius esse: quantò pro maiori peccato, seu pluribus peccatis imponitur: ut sit sufficiẽs tollere omnem pœnam peccatis debitã.

¶ Dubitatur secundò: utrum satisfactionem necesse sit fieri in charitate. Circa hoc dubiũ duæ sunt opin. Vna Alex. q̃ imitatur sanct. Tho. sanct. Bon. a. Rich. & plures alij. Hæc dicit: q satisfactio etiam quantum ad uim nominis importat diuinã acceptationẽ, & recõciliatio nẽ cũ deo. Et qm̃ sine gratia gratũ faciẽte nemo põt placere deo, neq; eius opera acceptari: ideo nec satisfacere sine gratia, & charitate. Põt tñ se extra charitatẽ præparare ad charitatẽ habendã: & satisfactionem faciendã. Vnde cõsequenter tenet; q satisfactio facta extra charitatẽ scienter repetẽda est, quasi nõ facta: quia per illam nihil pœnæ peccatis debitæ abluitur: licet aliquis alius fructus (sicut generaliter ad opera de genere bona extra charitatẽ facta) cõiequatur. ¶ Et dicitur sciẽter; quoniã si qs

Dub. 2. N

Opinio Vtrũ satisfactio possit fieri extra charitatem.

se nesciret in mortali: puta nō habēs cō scientiam de mortali, & iniunctā satisfactionē perficeret: nō tenetur ad eius repetitionē in foro ecclesiæ: licet in foro dei illa satisfactio non sufficeret. Et intelligunt per satisfactionem illud, quod debetur peccato cōmisso: inquantū est offensa dei: & non quātū ad dānū illatū pximo: qm̄ si quis furto abstulisset decē flo. & post cōfesionē, & absolutionē ac recidiuā in mortale decē ei restituisset, nō teneret iterum decē reddere: quāuis satisfactionem (pro offensa dei, quem in furto offendit) iniūctam teneretur iterare quantū ad ea, quæ in mortali peccato sunt expleta: & per hoc consequenter (qui sunt huius opi.) cōsulūt: ꝙ peccator pœnitēs semper stet in pęnitētia: licet non teneatur iniunctā repetere: nisi sciat se in mortali: quoniā nescit homo, an amore, uel odio dignus sit. Vnde dicit hic Alex. q. lxxxv. par. iiii. mē. ij. ꝙ impleto opere sibi iniuncto nō est necesse penitentem illud iterare: sed si dubitat probabiliter se deo satisfecisse: nō debet a satisfactione cessare: donec per

Nota. signa probabilia certificetur aliquo modo se esse absolutū a culpa, & pęna. ¶ Et sicut in sacramēto altaris nō reqritur: ꝙ homo accedat ex charitate, uel in charitate: sed si quātū in se est, sufficienter se ꝑparat: nec habet in aliquo remorsum conscientiæ: non peccat accedendo. sic est de satisfactione. Et subdit. Si igitur aliquis impleat pęnitentiam iniunctam sine remorsu cōscientiæ extra charitatem: nō est necesse; ꝙ satisfaciat iterū: nec iudicio sacerdotis, nec iudicio proprio cōscientiæ. Tenetur tamē iudicio dei. quia adhuc exigit pęnā ab illo, q satisfecit extra charitatem. Et per satisfactionē intelligūt eā, quæ tollit omnē pœnā: nō eā quæ nō sufficit ad totā tollendā: sed tātū partē. Hęc opi. dura uidetur; & plena scrupulis: quia uix posset homo scire probabiliter, an satisfecerit,

O uel nō: licet omnia sibi (claue nō errā-

Opinio Scoti aliter sentit. te) iniuncta expleuerit. ¶ Ideo est alia opi. Sco. in suo iiii. dist. xv. q. j. ꝙ qui uerē pęnitet semel, & recipit satisfactionē, seu pęnitentiā sibi iniunctā ab ecclesia, claue nō errante: quantūcunq; postea recidiuet: nunquā tenebitur nisi ad illā unicā satisfactionē adimplendā: et si eā impleat in charitate melius est: quia tunc non tantū soluit pęnā sed etiā meretur gloriam. Sed si adimpleat eā uolūtarie extra charitatē, soluit quidē pęnā: sed nō meretur gratiā, neq; gloriā. Si autem ipsa satisfactio extra charitatem exigitur cōtra uolūtatē: soluitur quidē pęna: licet ipse nō soluat. Et in primo est satisfactio simpliciter: quia recōcilians, & placās. Et in secundo est satisfactio quasi dā: quia uoluntaria redditio: sed nec reconcilians, nec placās. In tertio aūt est satispassio, ultra quā non exigitur pęna ulterior. ¶ Ex secundo membro infert: Coroll. 1.
ꝙ si quis magnā partem satisfactionis sibi impositæ expleuit in peccato mortali: & post iterum pœnitet de peccato suo nouo: non est sibi iterum pęnitentia imponenda pro peccato, de quo satisfecit: licet extra charitatem: sed tantū de nouo peccato, quod fuit causa: quare ista satisfactio fuit mortua. Nec sequitur, est mortua: ergo non est satisfactio: nisi addatur reconcilians, seu placans. Est tamen satisfactio: quia solutio pęnæ dimissis peccatis quo ad culpā debitæ. Nā ad debitā punitionem peccati cōmissi, sufficit deo, ꝙ quis uoluntarie soluat pęnam debitā: quia etiā (qđ tñ minus apparet) sufficit satispassio sicut in actibus humanis. Si. n. alicui offensæ regis correspōdet abscisio manus secūdm legē: si ista et inuito abscindat satispatitur: neq; ab eo pęna ulterior exigit: & tñ per hmōi pęnę solutionē nō recipit eū rex in gratiā, uel amicitiā. Multo magis sufficere posset ꝓ culpę punitione: si aliquis hbitu debitā pęnā infligeret: licet nō esset in gratia, seu amicitia iudicis offensi. ¶ Secūdō infert: pōt dici, si talis propter nouū pctūm, in quod recidiuauit: dānaretur antequā cōpleret totā tpalē pęnā ꝓ peccatis prius remissis sibi impositā: punietur in inferno tpaliter pęna correspōdēte illi pęnæ, quę nō fuit hic soluta: Coroll. 2.
& illa soluta per tēpus aliquod nō punietur amplius ꝓ illa: sicut etiā de ueniali: quia moriens in pctō ueniali simul cū

mortali, nō punietur æternaliter pro ue niali: ut infra dicetur: eodem modo in proposito. Et quo enim secūdum plenā iustitiam punitiuam semel est pœna tēporalis illi imposita pro peccato, de quo uere penituit: nunquā ille pro isto peccato tenetur: nisi ad pęnam temporalem: & illa soluta ad nullam aliam. hæc

P Sco. ¶ Durandus recitat ambas opiniones cum suis motiuis: & soluit motiua utriusq; reputans ambas probabiles. Primam uero dicit duram: secundam uero omnibus securam. Vnde ad rationes Sco. dicit: ꝙ in remissione peccati mortalis per ueram contritionem, aut confessionis sacramentum: pęna æterna commutatur in temporalē non simpliciter: sed in tpalē in charitate soluēdā. Et iō si nō soluit tpalis pęna in charitate: manet reatus ad æternam. Et ideo si quis recidiuans nondum soluens pęnam temporalem totam pro prius dimissis impositā dānatur: punitur pro pctō dimisso pœna infinita. Non rōne status: sed quia pęna infinita debetur peccato dimisso morta li: temporali non soluta. Posset poni exēplū: ut si quis liberaliter remitteret suo debitori mille sub cōditione, ꝙ pro mille solueret centum infra mensem. Si debitor negligeret soluere centum post mensem, iuste possent exigi mille: quia pactum sub conditione nullum est, cōditione non seruata. Quod etiam allegatur satisfactione exhibita homini: non est simile: quia in satisfactione hominū fit compensatio secundum æqualitatem rei ad rem. In satisfactione pro peccato fit compensatio secundum acceptationem diuinā: ita ꝙ illud, quod redditur, tantū æstimatur: quanti, acceptat diuina uoluntas. Si ergo non acceptat pro cul pa id, quod redditur in peccato morta li pro qualicunq; satisfactiōe: nulla erit satisfactio. Quod si manifestū esset ex scriptura, opinio. Scoti reproba. esset. Q uero id est scriptura deduci nō pōt: uidetur opi. Sco. magis cōcordare misericordiæ diuinæ, quæ secundum scripturam superexaltat iudicium. Iaco. ij. & ē super omnia opera magnificanda usq; ad cęlos. Psal. lvi. & secundum illam facile soluuntur motiua alterius opinionis per distinctionem satisfactionis: reconciliantis, & non reconciliantis.

Opinio Durādi

¶ Dubitatur tertio: utrum satisfactio fieri potest de uno peccato absq; hoc, ꝙ fiat pro alio. Respondetur secundum distinctionem satisfactionis præmissam: quoniam quædam est satisfactio reconcilians, & placans deum: alia tantum pęnam temporalem soluens: & nec placās, nec reconcilians. Vtraq; est duplex: q̄dam totalis, quæ totam pęnam peccato remisso debitam tollit: quædam partialis, quæ partem tollit: puta quæ non est commensurata pœnæ temporali, in quā commutata est pœna æterna. ¶ De satisfactione reconciliante dicitur, ꝙ satisfactio quantum ad reconciliationem, non potest fieri de uno peccato, & non de alio: quia non potest reconciliari peccator deo quantum ad unum peccatū: & non quantum ad aliud: ut satis ostensum est supra distinct. xv. q. j. Quantum uero ad pęnæ solutionem sic: quia pęna est diuisibilis tam intensiue, quàm extensiue: etiam diuersæ pęnæ diuersis peccatis determinantur, etiam ab inuicem separabiles: & maior maioribus ac pluribus peccatis: minor minoribus, & paucioribus: sic & satisfactio diuisibilis est. Vnde remissis peccatis per sacramentum, aut uirtutem pœnitentiæ quo ad culpam, & pęnam æternam: manet reatus, uel debitum pęnæ temporalis. Cuius pęnæ sicut pars soluitur post partem: ita p partē satisfactionis potest tolli pars pęnæ. Et si alicui auaro, libidinoso, & superbo, sed penitenti, iniunguntur ieiunia pro peccato carnis: eleemosyna pro peccato auaritiæ, orationes pro peccato superbiæ perficiendæ: ieiunium satisfacit pro peccato carnis, & non auaritiæ: & per eleemosynam pro peccato auaritiæ, & non superbiæ. Posito, ꝙ satisfactiones iniunctæ pro distinctis peccatis sint præcise commensuratæ pęnis distinctis peccatis debitis. Et si moritur completa parte satisfactionis, (gratia exempli) ieiunio, & non eleemosyna: satisfecit pro peccato carnali: ita q de illo non oportet pati in purgatorio: & non satisfecit

Dub. 3. Q Vtrum satisfactio possit fieri de uno peccato sine alio.

pro peccato auaritiæ, nec superbiæ, pro
quibus soluere oportet pœnam in pur-
gatorio. Sicut si satisfactionem uni pec-
cato debitam partim soluisset nõ totã:
partem non solutam soluere oportet in
purgatorio. Hæc est sententia Scot. &
Richar. Loquendo autem de satisfactio
ne nõ reconciliante, sic diceretur cõfor
miter ad opinionẽ Sco. q potest fieri sa
tisfactio pro uno peccato; & non de a-
lio: ut patet in recidiuante, qui implen-
do iniunctam pęnitentiam post recidi-
uã satisfacit pro peccato prius dimisso
absq; satisfactione pro pctõ recidiuę. Lo
quẽdo etiam de partiali satisfactione,
siue isufficiente quo ad pœnã manifestũ
est, q sicut per eam pars pęnæ & non to
ta soluitur: ita etiã pęna uni pctõ debi-
ta solui potest absq; solutione pœnę al-
Dub. 4. teri peccato debitæ. ¶ Dubitatur quar-
R tò: quia grauiũ uirorũ opinio est q ope
Opera ra bona de genere, aut bonitate moris
morali facta extra charitatem non sunt satis-
ter bo- factoria. An huiusmodi sint penitus inu
na ex- tilia: uel utrum aliquid mereantur. Vel
tra cha generalius: utrum opera extra charita-
ritatem tem facta sint alicuius præmij merito-
nihil ria. Et quia de hac materia tractatum ẽ
meren- distin. xxvij. nostri collectorij. lib. ij. &
tur. in expositione cano. lect. lix. prope finẽ
latius: ideo breuiter per modum epilogi
ppo. 1. respondendũ. ¶ Et dicitur primò: q opa
bona moraliter, & per cõsequens de ge
nere: nihil merentur de condigno: neq;
præmium æternum, neq; tpale. Cuius ra
tio, quia inimicus nihil meretur de con
digno (q propriè est meritũ) nisi pęnã:
ut uult Augu. Nihil enim acceptat do-
minus tanquam dignum præmio ab eo,
cuius personã nõ acceptat. Respexit. n.
deus ad Abel prius, post ad eius munera.
ppo. 2. ¶ Secundò dicitur. Opera bona extra
charitatem facta de congruo merentur
multa tpalia: hoc est, multa tpalia bona
concedit dominus operãtibus bona de
genere: licet charitate careant ex sua
liberalitate, quæ nõ concederet, nisi ta-
lia opera præcessissent. Probatur p glos.
super illud Iob. xxx. Nonne ipse consi-
derat uias meas. nulla bona, uel mala sũt
sine retributione. Item patet de A-
chab rege impio: & Nabuchodonosor
idololatra, qui multa bona temporalia
consecuti sunt propter huiusmodi bona
extra charitatem facta: ut habetur. iij.
Reg. xxj. & Ezech. xxxix. Et multa ad
hoc adducit Alex. par. iiij. quæst. lxxxv.
membr. iij. ¶ Tertiò dicitur, q huiusmodi ppo. 3.
opera nullum gradum beatitudinis me-
rentur, neq; de condigno: neq; de con
gruo: & hoc immediatè tanquam cor-
respondens huic operi. Probatur: quia
deus ordinauit nulli dare beatitudinẽ
secundum quemcunq; gradum: nisi pro
pter opera ex gratia elicita, alioquin ali-
quis sine gratia saluaretur: q est hæresis
Pelagiana. ¶ Quartò dicitur: opera bo- ppo. 4.
na moraliter extra charitatẽ facta: me- Meren-
rentur de congruo multa bona spiritua- tur mul
lia. Patet: quia merentur gratiam iu- ta bona
stificationis, & augmentum uirtutum: spũalia.
quę sunt bona spiritualia. Primũ patet:
quia peccator disponens se ad gratiam:
faciendo, quod in se est, meretur gra-
tiam primam, qua iustificatur de con-
gruo: ut ostenditur locis supra allega-
tis. Secundum patet: quia opera mora-
liter bona generant, & augmentant uir
tutes morales ex. ij. Ethicorum. Et per
hoc mediatè merentur aliquid beatitu-
dinis tanquam causa causæ. Patet: quia
in eo, q merẽtur de cõgruo gratiã (cui
correspondet gradus beatitudinis) sunt
causa meritoria mediata illius gradus.
¶ Item in eo, quod augmentant, aut ge-
nerant uirtutes, per quas uoluntas post
collatam gratiam tanquam habilitata,
intensiora opera gratiæ exercet, & per
consequens maiorem gloriam meretur.
Huius maioris gloriæ causa mediata sũt
opera bona, quibus uirtus promptifi-
cans uoluntatem: genita est, uel aucta.
Præmium enim beatificum augetur pro
pter intensionem actus meritorij. A-
ctus uero meritorius intenditur ex ma-
iori conatu uoluntatis in eliciendo a-
ctum. Conatus uero uoluntatis ad eli-
ciendum actum intenditur per uirtutẽ
ad huiusmodi actum inclinantem. Ille
gradus beatitudinis correspondet præ-
cisè gratiæ, & intensioni actus median-
te gratia, & uirtute eliciti, non actus

bono moraliter extra charitatem facto: licet sine tali præuio actus meritorius non esset ita intensus. Et propter hoc additum est in responsione tertia: immediate. ¶ Quinto dicitur. Huiusmodi opera merētur diminutionem pœnę pec catis prius dimissis debitę secundum opinionem Scot. uel secundum alios illius pœnæ tantū, quæ deberetur, si huiusmodi opera omitterentur. Exemplum secundi: ut si quis ieiunat non habens charitatem, dum præceptum est: cauet pœnā æternā, q̄ debetur soluenti ieiuniū; & p̄ hoc seruat ecclesię pceptum. Et tantū de illo dubio. ¶ Posset hic moueri dubium: utrum satisfactio expleta in pctō morta li reuiuisceret gratia restituta. Sed de hoc satis dictum est supra. dis. xiiij. q. iij. Idem. n. est de operibus satisfactionis, & aliis operibus bonis. Opus enim meritorium mortificatum reuiuiscit. Sed opus mortuum, idest extra charitatem factū, nunquā reuiuiscit: ut ibidem dictum est.

ppo. 5. Merentur dimi nutionem pœnæ pec catis de bitæ.

Dub. 5. Vtrum cōfitēs teneat accepta re satisfactionē a cō fessore sibi iniū ctam.

¶ Dubitatur quinto: utrū confitens teneatur acceptare satisfactionem sibi a confessore iniunctam. Et uidetur, q̄ sic: quia quilibet tenetur obedire suo iudici, sed confessor est iudex cōfitentis in foro pœnitentiæ: ergo. ¶ In oppositum dictum est supra, q pñtis q̄ dolēs de pctō propter debitum finē, & proponens de cætero abstinere, nolēs assumere satisfactionem in præsenti, sed uolens soluere in futuro absoluendus est. Sed si teneretur acceptare pœnam iniunctam, seu satisfactionem iniungendam, & acceptare nollet, peccaret mortaliter: & per cōsequens non ueniret absoluendus. Respondetur probabiliter, licet consultum sit confitentem obedire in acceptatione pœnitentię a discreto confessore iniunctæ (secundum illud Augu. in de uera, & falsa pœnitentia. c. xv. Ponat se omnino in ptāte iudicis in iudicio sacerdotis nihil sibi reseruans sui, q̄ omnia paratus sit facere pro recipienda animæ uita, quæcunq; faceret pro uitanda corporis morte. ¶ Tamen non uidetur esse de necessitate salutis, quin qui dolet de peccato commisso contra deum; firmiter proponens abstinere a futuro propter deum finali: sufficienter dispositus est ad suscipiendum gratiam. Deponit enim obicem: & per consequens cōsequitur gratiam. ¶ Et si dicis: requiritur satisfactio in uoto, idest propositum satisfaciendi: hoc non impedit. Sufficit enim propositum satisfaciendi eo modo, quo dominus illam determinauit: determinauit autem dominus duos modos sub disiunctione. hoc est alterū duorum: uel in purgatorio: uel in præsenti uita. Sufficit ergo propositum satisfacere altero illorum modorum. ¶ Præterea satisfactio in præsenti conceditur in fauorem pœnitentis: sed cuilibet licet cedere suo. Ideo qui negligit leuē satisfactionem expectans seueriorem, quamuis stulte agat: sit etiam hoc signum remisse cōuersionis: & contritionis: si tamen cætera, quæ sufficiunt, sunt ibi: nō uidetur excludēdus a regno dei. ¶ Per hoc ad rationem ante oppositum dicitur, quōd maior uera est: quōd quilibet tenetur obedire suo iudici in eo: in quo est iudex, & in sententia ritē p̄lata. Sed confessor iudex est quantum ad ligandum, & soluendum ministerialiter a culpa, & pœna æterna: sed quantū ad pœnam temporalem taxandam in hac uita soluendam est arbiter: unde non potest plus taxare nisi quantum cōfitens, qui sponte se submisit suo arbitrio, uoluerit acceptare, & acceptando se submittit confessoris arbitrio. Vnde si satisfactionem, quam sponte acceptauit: aut sponte, ac deliberatē negligit sine causa sufficienter excusante: peccat mortaliter: ut dicit Sco. quia non reddit debitum, ad quod se uoluntariē obligauit. Vnde si confessor aliquid irrationabiliter iniungeret, uel quod confitēs implere commodē non posset: potest humiliter non acceptare. ¶ Dubitatur sexto. Vtrum opus satisfactorium factū in charitate mereatur aliquē gradū gloriæ ultra remissionē pœnæ. Et uidetur, q̄ non: q in pmiatione concurrit iustitia præmiatoris: secundum illud. ij. Timo. iiij. Reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi in illa die iustus iudex, sed pro eodem merito iustitia non

Dub. 6. Vtrum opus satisfactorium in charitate mereat aliquē gradū gloriæ ultra remissionē pœnæ.

reddit duplex pręmiū: cum ergo satisfa ctioni redditur pro præmio remissio pę nę: non debetur ei aliud præmium in beatitudine: puta soluenti debitum: nō debetur præmium: sed satisfactio est solutio debiti: ergo. ¶ In oppositum: cuilibet operi ex charitate facto debet gradus glorię: sed huiusmodi est satisfactio, quę dicta est, ergo. ¶ Ad illud dubium soluendum ualent, quæ dicta sunt supra dist. xiiij. q iij. Et in ij. q. xxvii. Item in exposi. cano. lect. xxviij. Quibus hic sup positis supponitur: ꝙ omnis actus ex charitate, & gratia in uiatore procedens, meretur aliquem gradum beatitudinis essentialis. Patet: quia ut ostēsum est in secundo loco allegato: quia huiusmodi operis (propter gratiam, ex qua elicitur: & spiritumsanctum inhabitatorem, ac ꝑ gratiam principalem motorē ad hmōi opus) est quædam cōdignitas operis sic eliciti: ad præmiū beatificum essentiale, ꝑꝑ ꝙ operās meretꝛ premiū tale de condigno. ¶ Ex quo sequitur: ꝙ nullum opus meritorium sufficienter præmiatur per quodcunq; bonum inferius beatitu dine: siue temporale sit, siue æternum: quoniam nullum meritum sufficienter ꝑmiatur, si minus premio condigno red ditur. ¶ Quo supposito rńdetur per hanc propositionem. Nulla actio meritoria est minus meritoria præmij beatifici, & æterni, pro eo, ꝙ est satisfactoria, & ablatiua pœnę temporalis, peccatis quoad culpam remissis debitę. Probatur: quia si propter hoc, ꝙ meretur ablationem pœnæ temporalis: aliquis gradus beatitudinis subtraheretur in præmio, iam quantum ad illum gradum subtractum propter remissionem pœnæ temporalis, nō præmiaretur ad condignum: quod est contra iustitiam, & misericordiam dei: qui semper præmiat ultra condignum, & punit citra condignum. Quod proba tur: quia sine proportione minus bonū est remissio pęnæ temporalis; quàm quicunq; gradus beatitudinis. Non solum quia gradus beatitudinis est perpetuus: pęna uerò, quæ redimitur temporalis, & per hoc eius remissio bonum temporale, sed etiam quia beatitudo essentialis

Corol.

propo.

quantum ad omnem gradum suum, est perfectior intensiuè quocunq; bono tēporali, etiam si foret æqualitas in duratione. Beatitudo enim est maxima perfectio, & summum bonum, naturæ rationali possibile: alioquin non esset beatitudo: siue loquamur de beatitudine formali, siue obiectiua, comparando quodlibet ad bona sui generis: hoc est beatitudinem formalem, ad bona formalia: & obiectiuam beatitudinem ad obiecta: deus autem, qui est iustus premiator nō retribuit minus cōdigno: Præterea: nisi sic inconsultè immo impiè agerent cōfessores satisfactoria opera confitentibus imponendo. quoniam si operibus satisfactionis minus rńderet beatitudinis in pręmio: quā si a pęnitente non essent ordinata ad remissionem pęnæ temporalis: per huiusmodi impositionem satisfactionis priuarentur maximo bono. s. gradu essentialis beatitudinis pro paruo bono, scilicet remissione pœnæ temporalis: immo magis consulendū esset pęnitentibus, ꝙ nullam pœnam soluerent in præsenti; & omnia opera bona ordinarent tantum ad præmium beatificum obtinendum: & expectarent solutionē pęnæ in purgatorio: siquidē minus malum esset sustinere omnem pœnam purgatorij usq; ad diem finalis iudicii, quā carere minimo gradu essērialis glorię: hoc autem dicere est contra usum ecclesiæ, doctrinam euangelicam, & omnium sanctorum. Ait enim baptista Mat thęi. iii. Facite fructum dignum pœnitētiæ. Fructus pœnitentię opera sunt satisfactoria. ¶ Ex illo sequitur, ꝙ si forent duo operantes opera meritoria æqualia quantum ad charitatem ex qua: & quan tum ad operis intensionem conatū uoluntatis elicientis consequentē: & unus ordinaret eam tanquam satisfactoriā ad finem ultimum, & ad remissionem pęnę. Alius non indigeret illa remissione & ordinaret eā simpliciter ad finem ulti mum, & non ad remissionem pęnæ. Sequitur inquam; ꝙ illi duo in casu consequantur æqualem, & similem retributionem quantum ad beatitudinem essentialem. Nec minus recipit secundus, qui me retur, &

Corol.

retur,& satisfacit, quàm ille, qui meretur, sed satisfactione non indiget. ¶ Sed di. Tunc ille secundus ex malitia reportaret commodum, quia propter peccata præterita consequitur maius præmium, quàm is, qui satisfactione non indiget. Solutio: non sequitur: quoniam etsi secundus non recipit ex opere suo remissionem pœnæ, qua non indiget: recipit tamen aliquid aliud bonum temporale æq[illegible] tanquam præmium accidentale, [illegible] præmium beatificum. Vnde imaginandum est: quod cuilibet operi meritorio correspondet duplex præmiū essentiale,& accidentale: & propter accidentale nunquam minuitur essentiale. Accidentale uero variatur, quandoq; enim retribuitur in aliquo bono temporali superaddito: quandoq; in bono perpetuo, ut aureola: quandoq; in remotione mali: quandoq; retribuitur ipsi personæ merentis: quandoq; alteri, pro quo meretur, cui illud applicari desiderat. Aut forte bonum illud retribuendum reconditur in thesauro ecclesiæ: unde cæteris membris ecclesiæ præstantur indulgentiæ. Et per hoc personæ, quæ meretur, augetur gaudium accidētale in beatudine: pro quanto ex eius merito plures sunt adiuti, quo celerius beatitudinem sunt assecuti. Et hoc uidetur ualde rationabile: ut seruetur æqualitas iustitiæ diuinæ præmia proportionabiliter distribuentis. Per hoc ad rationes ante oppositum dubij. Ad primam dicitur: φ uerum est, φ per iustitiam non redditur duplex præmium: quorum quodlibet sine alio sufficit. In proposito totum, φ redditur (& præmium essentiale, & accidentale) est tanquam unum præmium adæquatum merito secundum diuinam determinationem, ex qua accipitur tota iustitia in præmiando. Potest enim retributio fieri in uno bono æquiualente merito: uel in pluribus bonis partialib⁹. quæ simul æquiualent merito simpliciter, uel ex diuina acceptatione. ¶ Ad secundum dicitur: φ licet ex natura rei soluenti debitum non debetur præmiū: secus tamē ex acceptatione diuina: quoniam deus opus ex charitate factum nō tantum acceptat ad præmium temporale: sed ultra ad præmium beatificum æternum. ¶ Vel dicitur φ maior est ueras quando est pura solutio debiti: & opus, quo soluitur debitum, non tendit ultra solutionem debiti ad commodum, uel honorem eius, cui debetur. Nunc autē opus satisfactionis ex charitate factum non tantum compensat debitū pœnę temporalis: sed principaliter ordinatur ad honorem dei super omnia dilecti: in quo excedit rationem satisfactionis: & pro illo debetur merces beatifica. Vnde si quis etiam in charitate existens perficeres opus satisfactorium præcisè propter solutionem pęnæ: non ordinans illud ultra in deum tāquam in finem ultimū: non meretur præmium æternum: quia tale opus: licet fieret in charitate, nō tñ ex charitate. Quod bene notandum est penitentibus: ut opera satisfactionis eliciant principaliter pp deū: ut sic satisfaciendo restituant honorem deo, quē abstulerunt, quantum in eis fuit, peccando: ut quoq; expediātur a debito pęnæ, quod est impedimentum beatitudinis: quatenus illo peruenientur: ubi in secula seculorum laudent dominum, & ut diuina uoluntas in eis perficiatur, qua ad fruendum deo creati sunt: & sic de similibus. ¶ Dubitatur septimò: utrū flagella, quę deus immittit, uel permittit, sint peccatori satisfactoria. Respōdetur post Rich. φ quia opus satisfactoriū est opus, seu actus uoluntatis elicitus, uel imperatus: ut patet ex quid nominis satisfactionis: ideo flagella undecunq; inferantur ab extrinseco: ut sic non sunt satisfactoria: sed uoluntaria sufferentia eorū pro remissione peccati satisfactoria est, qa illa est a uoluntate tanquam ab actiuo principio. ¶ Dubitatur ultimò: utrum unus uiuens pro alio uiuente potest satisfacere. Et dicitur uiuēs pro uiuente: quia dubium non est, quin uiuens pro defuncto potest satisfacere, de quo alias. ¶ Respōdetur probabiliter sub distinctione. Quia est satisfactio, quæ iniungitur a confessore auctoritate clauium, & a pœnitente acceptatur: & est satisfactio, quæ agitur ex propria assumptione: &

Marginalia: Replica. — Nota. Cuilibet operi meritorio correspondet duplex premium. — Ad rões — Nota. — Dub. 7. X — Dub. 8. Y

Propo. Vtrum uiuens possit p uiuo satisfacere.

non ex sacerdotali impositione. De prima: quia penitens acceptãdo satisfactio nẽ in seipsum, obligat se ad faciendum, nõ satisfacit p aliũ, si non habet legitimũ impedimẽtum. Patet: quia obligat scdm mentẽ imponẽtis, q̃ prçsumit esse, ꝙ ipse, qui peccauit, pœnam satisfactionis sustineat: maxime quia non tantum iniungitur in solutionem debiti, sed et in remedium contra recidiuam: sed alterius opera nõ cauet recidiuã in alio. Nã caro unius non maceratur p ieiuniũ alterius: nec ex actibus unius alius bene agere consueuit: nisi per accidẽs in quã tũ unus per bona opera meretur alteri augmentũ gratię, q efficacissimũ est remediũ contra pc̃m uitãdũ, sed hoc magis est per modum meriti, quã per modũ satisfactiõis. Hæc Tho. dist. xx. q. iiij. Si uero impedimẽtũ occurrit legitimũ: ut infirmitas corporis: aut aliud per ꝙ redditur impotens ad implendam satisfactionem iniunctã, poterit eam facere p alium: qm̃ hanc fuisse, & esse debuisse intentionẽ tã imponentis, quã acceptãtis recte præsumitur. ¶ Cõsuluit tñ Alex. ꝙ etiã in illo casu fiat auctoritate clauium: hoc est habentis claues ligandi, & soluendi. Probatur: quia ad perficiendã determinatam satisfactionem iniunctã non obligatur penitens: nisi quatenus acceptauit secundum intentionem imponentis. Sed ꝙ p se soluat: & nõ p aliũ (nisi in casu) fuit intentio utriusq;: ergo sic, & non aliter soluendo satisfacit. ¶ De secunda uero dicitur: ꝙ potest fieri etiam per alium: nam aliquis potest etiã alteri impetrare primã gratiam, per quã iustificatur: & culpa remittit: ut alias dictũ est; ergo etiã põt remissionem pęnę alteri impetrare. Præterea. Nnn est minor communio membrorum ecclesiæ militantis inter se, quã eorum cum his, q sunt de alio foro: puta uiuentium cum defunctis: sed uiui possunt satisfacere p defunctis: ergo & pro uiuis: ubi enim est cõio charitatis: ibi locus est suffragiorum. Item Gal. vj. Alter alterius onera portate. ubi loquitur apostolus generaliter de onere: & ideo locum habet in proposito. Satis etiam est in usu ecclesiæ communicare suffragia membris uiuentibus. quę principaliter ualent ad remissionem pęnæ. Nec obstat illud Apostoli: ubi supra. Vnusquisq; onus suum portabit. i. pęnã p pctõ suo e q a si illud cũ precisione intelligitur: tunc debet intelligi in illo statu secundum Alexã. ubi suffragia nõ habẽt locum: puta in extremo iudicio, & in inferno. Et licet culpa unius non communicatur alteri: potest tamen unus assumere pœnam [illegible] quoniam in primo deficit [illegible] radix communionis: non in secundo.

¶ De Ieiunio.

QVAESTIO III.

TERTIO quęritur de partibus satisfactionis. s. de ieiunio, & eleemosyna: q̃m de oratiõe satis diffuse scriptum est in expositione canonis lec. lxj. lxij. lxiij. & deinceps de oratiõe dñica. Est igitur quęstio utrũ ieiunium ecclesiæ trãsgredientes obliget ad mortale. — A De partibus satisfactionis.

¶ Tribus articulis more solito quæstio absoluetur: notabilibus: responsiuis conclusionibus: ac solutionibus dubiorum.

¶ Quantum ad primum notandum post Rich. ꝙ accipiendo ieiunium stricte pro abstinentia a cibo, & potu, triplex est ieiunium scilicet naturæ, uirtutis, & ecclesiæ. ¶ Ieiunium naturæ est abstinentia cibi, & potus integro naturali die. Hoc modo ieiunat, qui per uigintiquatuor horas a cibo, & potu abstinet. Et tale ieiunium requiritur ad digne suscipiendum eucharistiam. Hoc modo ieiunium dicit purã priuationem: & per cõsequens nec est uirtus: nec actus uirtutis. ¶ Ieiunium uirtutis est actus temperantiæ: & est refrenatio delectationum gustus in cibo, & potu secundum regulam rectæ rationis, uel habitus ad hanc inclinans. Et sic ieiunat, qui temperate cibum, & potum sumit: secundũ ꝙ ratio recta dictat congruere habitudini psonę status, & officij eius, non curando an semel: uel pluries in die cibum sumat. Hoc modo semper ieiunandum est: quia — Artl. 1. Not. 1. Triplex est ieiunium.

nunquã in cibo,& potu contra regulã rõnis excedere licet. ¶ Ieiuniũ ecclesiæ est abstinentia … & potu secundum regulam ab e… stitutam. ¶ Est autẽ regula ab … instituta,ut ieiunãs preter cęnã … cibũ sumat. Et per hoc soluit ieiunium, quisquis in die naturali plusquam semel comedit: ipsa autem unica comestio cęna dicitur:qa refectio in diebus ieiuniorum heri solet secundum antiquum ecclesię morẽ post uesperas. Hoc ieiunium addit aliquid ab stinẽtię uirtuti:qm sic ieiunans nõ solũ abstinet ab illis,quæ uirtus prohibet:sed ẽt ab eis,qbus alias licitẽ posset uti:ũde ieiuniũ ecclesię actũ uirtutis importat, & quandam superaddit abstinentiam ab illis,quæ non corrumpunt medium uirtutis. Nam qui illicita commisit satisfaciendo debet ab aliquibus licitis abstinere:ita tamen ꝙ non corrumpat mediũ uirtutis temperantiæ. De ieiunio ecclesiæ hic principaliter agitur. ¶ Secundò notãdum: ꝙ ieiuniorum ecclesię quędã sunt de pręcepto:quædam de consilio.

Quid sit ieiuniũ ecclesię & quis soluat.

Not. 2. B

Ieiuniorum ecclesię quędã de præcepto, quędam de consilio.

De præcepto sunt quadragesima tota, exceptis dñicis dieb⁹:de quo,ꝺ cõse.dis. v.c.quadragesima dicitur. Quadragesima summa obseruatione est obseruanda:ut ieiunium in ea preter dies dñicos (qui de abstinentia subtracti sunt) nisi quem infirmitas impedierit: nullatenus soluatur. ¶ Et beatus August. in ser.de quadragesima. In isto legitimo tempore:exceptis dominicis diebus:nullus prãdere præsumat: nisi forte ille, quem ieiunare infirmitas non permittit: quia alijs diebus ieiunare:aut remedium est: aut præmium:in quadragesima non ieiunare peccatum est. ¶ Item beatus Ambro.ser.xxxiij. Quisquis christianus cõsecratam non impleuerit quadragesimã,preuaricationis,& cõtumaciæ reus tenebitur:legem diuinitus pro salute sua datam ipse rescindit:rescindit enim legem, qui exemplum ieiunij dñici non custodit. Et sequitur. Sicut reliquo anno ieiunare præmium est: ita in quadragesima non ieiunare pctũm est:illa enim uoluntaria sunt ieiunia: ista necessaria: illa de arbitrio ueniunt: ista de lege ad illa inuitamur:ad ista compellimur. Hęc Ambro. Et ser. xxxvi. Probauimus hunc quadragenarium non esse ab hominibus constitutum:sed diuinitus consecratũ: nec terrena cogitatione inuentũ:sed cęlesti maiestate præceptum: & ideo ꝗ constitutum numerum una die manducando præterit: non ut unius diei uiolator accusatur:sed ut totius quadragesimæ transgressor arguitur. Et sequitur. Hæc nõ tam sacerdotum præcepta, quã dei sunt. Hæc ille. ¶ Item quatuor tẽpora,de qbus in.c.statuimus.lxxvj. dis.ubi dr. Statuimus etiã ut ieiunia quatuor tẽporũ hoc ordine celebrẽt. Primũ in initio qdragesimæ:secũdũ in hebdomada pẽtecostes:tertiũ uero i septẽbri: quartum in decẽbri solito more fiat de eodẽ per totam illam dist. ¶ Item oẽs uigiliæ Apost. præter uigilias Philippi, & Iacobi, ac beati Ioannis euãgelistę:ut in.c. consiliũ.de obser. ieiu.ubi dicitur. Omnium apostolorum uigiliæ sunt in obseruatione ieiunij celebrãdæ: pter uigilias Aposto. Philippi,& Iacobi, & Beati Ioãnis euãgelistę:qm eorum solennitas infra solennitatem pascalem:istius autem infra natalem domini celebratur. Sanctorum quoq; uigiliæ, quorum festiuitates oportet secunda feria celebrare: in præcedenti sunt sabbato ieiunandæ. Hæc ibi. ¶ Item uigilia natiuitatis domini,& uigilia assũptionis gloriosæ uirginis dominæ nostræ.ut in. c.j. eo.titu. Item uigilia omnium sanctorum, sancti Ioannis baptistæ,& S. Laurentij secundum Inno & doc.communiter. Nescio autẽ si aliquo iure inuenitur hoc expressum,an solũ ratiõe consuetudinis hoc dicant;quoniam secundũ Rich.dist. xv. li. iiij.articu.iij.q.viij. si in aliqua regione est aliquod ieiunium consuetum, quod tñ nõ est præceptum per ius scriptum: nihilominus est obseruandum ab existentibus ibidem: quoniam consuetudo approbata obligat. Ad idem est Per. de pal.q.iiii.distin. xv. Si enim decretalis celebrationem festi committit consuetudini: pari ratione, & ieiunium eius. Hæc ille Rich.ubi supra ad hoc allegat.c.consuetudo.distin.i.ubi dicitur

Cõsuetudo approbata obligat.

ꝙ consuetudo est ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cũ deficit lex: nec differt, an scriptura: an ratione consistat: quoniam & legem ratio commendat. Et August. in lib. ex dictis Basili, ait. Ecclesiasticarum institutionum quasdam in scriptis, quasdam uero apostolica traditione per successores in ministerio confirmatas accepimus, quasdam uero consuetudine roboratas approbauit usus, quibus par ritus, & idẽ utriusq; pietatis debetur affectus. Et idẽ ad Casulanum presbyterum. In his rebus, de quibus nihil certi statuit diuina scriptura, mos populi dei, & instituta maiorum pro lege tenenda sunt. Et sicut præuaricatores diuinarum legum: ita cõtemptores ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt: utraq; auctoritas habetur dist. xj. c. ecclesiasticarum. & c. in his. Et hæc uera sunt, dum adsunt omnia, quæ ad consuetudinem requirũtur: ut dicit Ange. in sum. ¶ Item uigiliæ pentecostes: de quo. lxxvj. dist. c. de ieiunio. & licet Gratianus teneat; ꝙ sit de consilio in. §. necessario. ea. dist. uerius tamen uidetur; ꝙ sit de præcepto, secundum glos. eiusdem. §. quæ dicit. Hie malẽ dicit: immo uigilia pentecostes necessariò ieiunanda est: ut in. c. de ieiunio. & c. nosse. ubi expræsse habetur ex auctoritate Amb. ꝙ uigilia pentecostes sicut uigilia pascæ ieiunatur. ¶ Si tamen uigiliæ ieiunandæ cadunt in Dominicã, anticipantur quantum ad ieiunium in diem sabbati: ut supra tactum est. & habetur. j. & .ij. c. de obser. ieiu. ¶ Sunt autem & alia ieiunia ab ecclesia indicta de cõsilio: & non de præcepto: ut aduentus domini: de quo in. c. cõsilium. de obser. ieiu. dicitur. Ieiunium in aduentu domini apud nos etiam agitur. Item rogationes, de quibus in. c. rogationes. de cõse. dist. iij. ubi dicitur. Rogationes id est litanias ante ascensionem domini placuit celebrari: ita ut præmissum triduanum ieiunium in dominicæ ascensionis solẽnitate soluatur. Sequi: quo triduo omnes abstineant: & etiam quadragesimalibus cibis utantur. ubi glos. Ieiunium, quod hic statuitur, non præcipitur: sed

Quæ ieiunia sit de consilio.

suadetur: nam in tempore illo scilicet paschali una quæq; prouincia abundat sensu suo, ut hab[illegible] in. lxxvj. c. utinam. & c. pos[illegible] [illegible]em quarta. & sexta feria: de q[illegible] [illegible]iunia. de cõse. dist. iij. dicitur. [illegible] legitima in quarta, & sexta feria non [illegible] oluenda: nisi grandis aliqua necessi[illegible] uerit. ubi etiam glos. exponit de his, qui uoto, uel pœnitẽtia sunt ad hoc adstricti. Aut dicẽdum: ꝙ illud fuit primitiua ecclesia necessitatis: hodie uero consilij: sicut dicitur de ieiunio sabbati: de quo ea. dist. c. sabbato: sed in dist. xij. c. illa. clarè habetur; ꝙ illa obseruatio non est necessitatis. Et in glos. dr, ꝙ Inno. ĩ c. sabbato loquitur allegat de consilio. ¶ Notandũ tertiò, ꝙ præcepta ecclesiæ positiua nõ eodem modo obligant sicut præcepta naturæ, uel diuina: nam præcepta naturæ, & diuina sunt de his, quæ secundum se sunt de necessitate salutis: unde his præcipiuntur actus uirtutum fidei, charitatis, spei &c. Aut prohibentur ea; quæ sũt secundum se mala: ut sunt actus uitiorũ: & ad illa omnes tenẽtur in quolibet casu: quoniam quilibet tenetur pro tempore, & loco ad actus uirtutum: & prosem per ad cauenda uitia. Præcepta uero ecclesiæ, siue iuris positiui sunt de his, quæ ordinant ad uirtutes: & eis præcipiuntur, quæ non per se, & in quolibet casu sunt bona: sed quandoq; possunt esse mala, & prohibentur, quæ non semper, & in omni casu sunt mala: sed in casu possunt esse bona, uel indifferentia: & ideo non est: nec debet esse intentio legislatoris iuris positiui; ut semper obseruetur præceptum suum. Possunt enim occurrere impedimẽta, in quibus non proficeret: immo noceret præcepti obseruatio: in quo casu si præsens esset legislator; uelle deberet, ꝙ præceptum suum non seruaretur: quia intentio cuiuslibet iusti legislatoris est inducere homines ad uirtutes. ij. Ethic. & ideo in omni præcepto legis positiuæ admittitur exceptio causæ rationabilis. Et per hoc (ut dicit sanctus Tho. in. iiij. distin. xv. q. iij. arti. iij.) præcepta iuris positiui magis obligant ex intentione legislatoris: quã ex ipsis uerbis:

Not. 3. C

Aliter obligãt præcepta iuris naturalis, aliter præcepta ecclesiæ

uerbis: & ideo magis reputandus est trásgressor præcepti, qui obuiat intentioni legislatoris: quã qui deuiat ab ordinatione legis secũdũ textũ uerborum. Intentioni autem legislatoris obuiat, qui ex cõtemptu, aut sine rationabili causa ordinationem non seruat. Qui uero in ea su(in quo probabiliter credi põt, si legislator adesset, eũ obligare non uellet) a uerbis legis deuiat: intentioni legislatoris nõ obuiat: nec reputandus est trásgressor statuti. His concordat Panor. in ti. de obser. ieiu. Angelus, & Baptista in sum. de ieiu. sic ait. Pet. de pal. dist. xv. q. iiii. artic. j. Quod est simpliciter uolũtatis ecclesia non potest facere necessitatis simpliciter: sed secundũ quid, & ad tẽpus, & ex rationabili causa. & loquitur de ieiunio. ¶ Quartò notandũ: ꝙ plures

Nota. 4 D Tres causę gñales, quę excusãt a ieiunio.

sunt causæ rationabiles, quibus existentibus soluens ieiuniũ ecclesię non est reputandus præcepti transgressor: de quibus Pe. de pal. ponit octo conclusiones ubi sup. secundũ octuplicẽ hominũ conditione: possunt tñ reduci ad tres generales: quæ sunt, infirmitas, paupertas, labor. ¶ Est autem infirmitas quadruplex. s. infirmitas lãguoris, complexionis, ætatis, & conditionis. ¶ Infirmitas languoris, qua. s. quis ex casu accidenti ægrotat: excusat: quia ieiunium institutum est, ut corpus castigatum spiritui subijciatur: & ad seruiendum ei ad spiritualia exercitia non destruatur: quin potius in congrua ualetudine conseruetur. Infirmi autem totum illud, quod est necessarium congruenti sustentationi per uiginti quatuor horas simul, & semel capere non possunt, manifestum est: grauantur enim propter debilitatem uirtutis digestiuæ: si uero cibũ congruum, & necessarium successiuè accipiunt: roborantur. Sic q sunt tam tenerę complexionis, ꝙ per inanitatem stomachi statim incidunt capitis dolorem, aut uertiginem: seu nocte calefieri, uel dormire non possunt, nõ tenẽtur se committere periculo propter obseruationem ieiunij. Sic infirmitas ætatis, ut sunt nimis iuuenes, & pueri, ac senes. Primi: quia indigent multo nutrimento propter caloris magnitudinem, qui multum consumit: & humiditatis tenuitatem: propter quod facilius consumitur: etiã quia nutrimẽtum est eis materia duplicis operationis. s. nutritionis, & augmentationis. Et addit Richar. quartã rationem: quia nõ est in eis sicut in prouectis necessaria cõpressio uitiorũ, ad quam maximè institutum est ieiunium. In secundis. s. senibus deficit calor, & humor: ideo non sufficiunt tantam nutrimenti quantitatem simul digerere: quãta eis sufficit ad sui conseruationem. Sedusq; ad quantum tempus iuuenes excusentur: & in quã ætate senes: sunt uariæ opin. doct.

In qua etate hoïes obligãt ad ieiunium.

Sed communior est opi. beati Thom. & Pe de pal. quoad iuuenes, ꝙ excusantur a totali ieiunio ecclesiæ usq; ad finem augmenti: quod secundum philosophũ durat usq; ad finem tertij septẽnij. i. usq; ad xxi. annum, ut in pluribus. De senibus non est certa annorũ quantitas: sed communiter tenent doct. ꝙ post. lxx. ætatis annum non tenentur: tunc enim dicuntur decrepiti: & secũdum glos. in proemio sexti a lxx. annis ultra non dr̃ quis esse in senectute, sed in senio, qđ est aliarũ ętatũ terminus: iuxta illud ps. lxxxix. Dies annorum nostrorũ in ipsis septuaginta anni. Si autem in potentatibus octoginta anni, amplius eorum labor, & dolor. ¶ Verũ: quia ut dicit Tho. res naturales non currunt semper eodẽ modo: sed aliqui citius perueniunt ad finem augmenti: alij tardius: suo modo senes: alij citius incipiunt deficere, alij serius: ideo non præcisè sunt illi anni ad punctum attendendi: sed uel citius, uel tardius obligantur ad iudicium boni uiri. Non tamen tales omnino a ieiunio abstinere debent: sed secũdũ ualetudinẽ suam exerceri debent ad ieiunium: & secundum eorum ualetudinem sunt ieiunia eis commensuranda. ¶ Similiter dicendum de nouitijs religionum, ꝙ secũdum eorũ ualetudinem, debet tẽperari rigor religionis in ieiunando. Consonat Pet. de pal. ubi sup. ¶ Infirmitas conditionis est minor ualetudo per longe propter conditionem sexus, uel alterius accidentis: quales sunt mulieres pręgnan

tes,& nutrientes,quæ ieiunare non debent:quia cibũ tenẽtur accipere,nõ tantũ pro se:sed etiam pro nutrimento fętus,ad quod non sufficit una comestio. Alia causa est quoad prægnantes : quia consueuerũt habere uaria desideria inordinata ciborũ diuersorũ: & quãdoq; ita intensa:q̃ nisi aliquo modo possent satisfacere appetitui: inciderent periculũ

E periclitationis fętus.¶ Secũda causa principalis excusans a ieiunio ecclesiæ est paupertas:nam qui nõ habent tantũ, unde una uice reficiant, q̃ sufficiat pro cõgrua sustentatione totius diei : sicut ostiatim mendicantes:nec aliud habentes,nisi quæ sic particulatim colligunt: excusantur a ieiunio. Addit Pet. de palud. Non sic cum semel in die sufficienter reficiuntur pro deo,postquã aũt tandem sufficienter refecti sunt: abstinere debent ab ulteriori,seu iterata comestione. Idem puto fore de pauperibus non mendicantibus,qui uix habere possunt in mensa unũ ferculum:puta offam unam,uel pulmentũ unũ,de quo nõ possunt sufficienter sustentari ad perficiendũ labores suos,uel officiũ:q̃ & illi excusantur a ieiunio. Idem est de illis, qui legitimé impediti debita hora pertingere non possunt ad locum,in quo haberent plenam refectionẽ : isti prælibando aliquid,& posterius perficiendo cęnam nõ soluũt ieiuniũ:hoc est,nõ trãsgrediũtur præceptũ. Sicut in simili admittũt doctores cũ Pe. de pal.q̃ lectores in conuentibus ad mensam: & seruitores nobiliũ, & prælatorũ aliquid prelibent,ut possint sua officia robustius,ac perfectius cõtinuare:& posterius plené reficiantur. Similiter si quis occurrẽte casu rationabili,cogeretur de mẽsa surgere prius, quã fuisset sufficienter refectus : posset post supplere cõplendo refectionem prius in

F ceptã. ¶ Tertia causa excusans est labor necessarius personæ, uel communitati aut tempori,siue officio;qui cũ obseruatione ieiunij perfici nõ potest. Si.n.sine detrimento notabili personæ laborantis perfici posset:non excusaret a ieiunio. Et dicitur notãter,necessarius personę: sine quo uidelicet p̃sona seipsam, & suæ curæ cõmissos: utputa uxorem, liberos & familiam sustentare nõ posset. Si.n. sine tanto labore(qui ieiuniũ nõ compatitur)posset se,suosq; sustentare: nedum illa die,sed & sequẽtibus:debet,qui talis est:tanto labori intendere:cũ quanto potest ieiunium obseruare : unde labor pro congregandis diuitijs, & lucris plurimis non excusat. ¶ Dicitur etiam, uel cõmunitati:quo niã si immineret labor pro republi.qui cõmodé nec differri:nec temperari posset propter periculũ hostium,uel rei perituræ, uel aliquid simile:excusaret laborantem a ieiunio: secus si labor differri possit sine periculo,aut temperari:tunc .n. non excusaret. Suo modo dicitur de labore itineris:nam si peregrinatio commodé differri posset,non excusaret:secus si commodé differri non posset:puta quia tempus ieiunij peregrinantem præoccupat : uel quia dies festus,ad quem ex deuotione peregrinari cupit : iam imminet. Vel quia mora in pęnitentia periculosa est: siue periculũ expectat spirituale,uel corporale:aut q̃a nũc habet socios itineris: quis post habere nõ posset: uel propter similes casus,dũmodo cũ labore itineris ieiuniũ seruare nõ posset: excusaretur a ieiunio.Nec obstat:q̃ præceptũ prępponi debet cõsilio:quia intentio præceptũ huiusmodi dantis nõ est alias pias, & uere deuotas,ac magis necessarias causas excludere.Secus autem de præceptis legis naturę,quę hoc prohibent,quod secũdũ se & semper malũ est: ut dicit bea. Tho. in dist.xv. quarti scripti. Latius explanat hãc partem de itinerantibus Pet.de pal. ponens.p̃ ratione:cũ finis ieiunij sit carnẽ domare:& spiritũ ad deũ leuare: quæ nonnunquam plus fiũt per peregrinationem deuotam,quã per ieiuniũ:ergo &c. Sed statim responderi posset cum beato Bern. hęc oportet facere ,sed illa non omittere. Similiter dicendũ de cursoribus,& ueridatiis principũ, & familia,qui cogũtur a dñis suis currere, & laborare: credo,q̃ ipsi excusantur per obedientiã, quã dominis suis tenent. Sic tenet etiã Pe.de pal.de labore,quẽ serui tenentur dñis:quẽ cũ ieiunio p̃ficere nõ possunt:

Margin notes: Qui pauperes excusãtur a ieiunio. — Quis labor,quę peregrinatio excuset. — Quõ opus cõsilij tollit precep tũ ieiunij.

licet dñi præcipientes nõ excusentur: si poterãt sine dãno, aut periculo huiusmodi differre: multò minus excusãtur, qui nolūt cõducere operarios nisi tali pacto, ut ieiuniũ soluãt, nisi foret causa necessaria, quę festinationem operis pro quo laboratur, exposcat. Cursores uero, qui sua spõte se offerũt ad currendũ pro lucro: si nõ indigent, nõ excusantur: sicut dictũ est de cæteris laboratoribus. Sic excusat necessitas temporis: ut cũ labor exigit certũ tẽpus, quod si negligeretur, postea fieri non posset: sicut tempus messis, & autũni, agriculturæ, & concursus hostiũ, incendii casualis, & similium: in quo necesse est laborare: nec differri potest labor sine damno, & perditione rerũ necessariarum: si tantus fuerit labor, quod non potest ferri cũ ieiunio potest solui ieiunium, etiam ab his, qui sine illis laboribus tunc præsentibus possent uitã ducere: non .n. tantum præsentibus: sed etiam futuris prouidendũ est solicitudine moderata. Vnde generaliter si ad cauendũ damna requiritur labor, qui cum ieiunio ferri non potest: commodè excusantur ab obseruatione laboratores. Nec mirum: cum etiam in hoc casu excusantur a celebratione sabbati: prout alibi declaratur.

Coroll. 1. ¶ Ex pmissis sequitur primò, quod stat operarios ieiuniũ soluentes esse innocentes: & dominos, quibus laborant, fore culpabiles. Patet de dominis cogentibus familiam suam ad labores non necessarios: cũ quibus ieiunare nõ ualent.

Coroll. 2. ¶ Secundò sequitur: quod illi a peccato immunes non sunt, qui operarios cõducere nolunt: nisi tali pacto ut ieiunium soluant: nisi forte sit causa necessaria, quę festinationem operis, pro quo laboratur: exposcat: ut dicit Thom. ubi supra, & concordat Panor. cum cæteris doctoribus. Excusat etiam necessitas officij, aut melioris boni: de quo beatus Thom. in iiii. scripto. distinct. xv. quæst. iii. artic. j. Necessariũ, inquit; dupliciter accipitur in cibis. Primo modo ad conseruationem uitæ: & tale necessarium non licet subtrahere per ieiunium, sicut nec interimere seipsum: sed tale necessarium est ualde modicũ: quia modicis natura contenta est. Alio modo dicitur necessarium ad conseruationem ualitudinis corporis. Quæ quidem accipitur in duplici statu. Primò secundum sufficiẽtiam habito respectu ad ea, quæ incumbunt ex officio: uel ex societate eorum, quibus conuiuit necessariò agenda: & tale necessarium subtrahi nõ debet: hoc enim esset de rapina hostiam ieiunij offerre, si quis ex ieiunio impediretur ab alijs operibus, ad quæ alias obligatur. Vnde Hieron. dicit de consec. distinct. v. non mediocriter. De rapina holocaustum offert, qui temporaliũ bonorum, siue ciborum nimia egestate, uel manducandi, uel somni penuria immoderatè corpus suum affligit. ¶ Si etiã tanta sit abstinentia: quod homo ab operibus utilioribus impediatur; quamuis ad ea de necessitate non teneatur, indiscretum est ieiuniũ, etsi nõ sit illicitum: uide ubi sup. Hieron. Rationabiliter hominis dignitatem amittit, qui ieiunium charitati: uel uigilias præfert sensus integritati. **Nota.** ¶ Secundò accipitur ualitudo corporis secundũ optimam corporis dispositionem. Et quia caro in suo robore consistens difficilius spiritui subdit: ideo necessarium ad huiusmodi ualitudinem: etsi licitè accipi potest: tamen laudabiliter subtrahi põt. Et hinc quãdoq; subtrahitur per ieiuniũ ecclesiæ: & talis subtractio non multũ mortẽ accelerat: cũ corpus humanũ inueniatur frequentius ex superfluitate, quam ex defectu mortales infirmitates incurrere. Vnde secundũ Gale. Abstinentia summa medicina est: nec potest dici occasio mortis: cum se habeat ad utrumq; prolongationem .s. uitæ, & eius breuiationem: subtractio autem eius, quod nullo dicto rũ modorũ est necessariũ, est de necessitate uirtutis temperantiæ: & uocatur ieiunium uirtutis: ut dictum est in princi. q. Hęc Tho. ¶ Ex illo patet: quod si doctor legẽs in scholis in theologia, quę animæ salutem respicit: aut prædicans in publico populis: si per ieiuniũ impediretur, quo minus posset prædicare, aut legere: soluendum esset ab eo ieiunium: ut his utilioribus uacare posset: & ita

tum pęnę. Sicut quandoq; sola cõtritio sine opere exteriori satisfacit pro peccato: ut nõ exigatur alia penalis satisfactio. Quod vero habens talem actũ dilectionis sit sufficiẽter dispositus ad gratiæ infusionem: ut dictum est sup. dist. xiiii. q. j. conclusione ii. patet: quia est perfectissimus actus hominis, quem homo elicere potest ex suis naturalibus: & ultimata dispositio ad gratiæ, & charitatis infusionem: ut latẽ deductũ est in iii. dist. xvii. q unica. Et posset poni exẽplũ: ut si aliquis subito raperetur ad martyriũ: nisi sacrificaret, seu adoraret idolũ: & ille propter deũ magis eligeret mori, quã idololatrare: nec esset sibi tempus: nec mora eliciendi cõtritionẽ peccatorum; quia nec cogitare posset de peccatis. Ille sic se offerens martyrio propter deũ tanquam ultimũ finem habet perfectum dilectionis actum. iuxta illud Ioã. xv. Maiorem hac dilectione nemo habet &c. & est uerẽ martyr: & per consequens euolat &c. ¶ Quarta conclusio.

Cõcl. 4. L Sine satisfactione pęnali, in habentibus usum rationis formaliter: non fit perfecta remissio peccati regulariter. Et accipio satisfactionem pęnalem generaliter pro omni actu habentem pęnã anne xam: siue ad quẽ sequitur pęna: quomodo etiam ipsa contritio est actus pœnalis: quia ad eam sequitur tristitia. Probatur conclusio: quia sine cõtritione in habentibus usum rationis regulariter nõ fit remissio peccati: ut probatũ est sup. loco allegato: sed cõtritio est quędã satisfactio penalis: ergo. Tamen hæc conclusio nõ habet ueritatem, accipiendo satisfactionem strictẽ, ut distinguitur cõtra alias partes penitentiæ: quoniã sola cõtritio, si fuerit perfecta, sufficere põt ad perfectã remissionem peccati sine satisfactione exteriori: ut sup. habitũ est: & est in tex. dist. xv. ¶ Quinta conclusio, quæ sequitur ex præmissis.

Sine satisfactio ne pęna li, in habetibus usum nõ fit perfecta remissio peccati regulariter.

Cõcl. 5. Nõ fit remissio peccati actualis regulariter sine peccatoris satisfactione pęnali formaliter, uel uirtualiter. Patet: quia ad remissionem peccati necesse est cõcurrere actum uoluntatis peccatoris: uel respectu peccati, qui est contritio: aut respectu dei, qui est dilectio eius super omnia: & uterq; illorum includit pęnam formaliter, uel uirtualiter. ¶ Quantũ ad tertiũ articulum est dubiũ primum: utrũ cuilibet actuali peccato mortali correspondeat sua propria satisfactio: puta peccato carnis ieiunium. auaritiæ eleemosyna. superbiæ oratio. Respondet breuiter per hanc propositionem. Licet p quãdã appropriationem singula satisfactionis exterioris genera correspõdeant singulis generibus peccatorũ: põt tñ per quãlibet dictarũ specierũ satisfactionis similiter per plures earũ, aut omnes simul indifferẽter satisfieri p quolibet crimine. Primũ patet per illud Sap. xi. Per q̃ quis peccat: per hęc & torquetur. Et hoc cõgruũ est, ut qui in carne peccat: etiã in carne puniatur. Etiã ea satisfactio est cõgruentior, per quã nõ tantũ abolentur præterita peccata: sed etiã adhibetur remedium futuris cauendis, & reprimendis: sed cum peccatũ carnale oritur ex petulantia carnis, congruẽ opponitur talis satisfactio, per quã non tantum punitur peccator pro commissis: sed etiam restringitur carnis petulantia, qua restricta facilius cauentur futura. Hæc autẽ est ieiunium, per quod generaliter intelligitur corporis castigatio, & maceratio. Sic peccato auaritiæ magis congruit eleemosyna, qua dantur sua: ut restringatur appetitus possidendi aliena. Sic peccato superbię cõgruẽ respondet oratio: tanquã satisfactio: quoniam oratio si uera fuerit, humilitatem habet annexam. Orans enim recognoscit se sibi ipsi nõ sufficere: ideo suffragia aliena mendicat orando: hoc autem recognoscere humilitatis est: & depressiuũ tumoris superbiæ. Hæc attendãt confessores: ut secundum hoc cõgruas satisfactiones iniungant pęnitentibus: attentis etiam alijs circũstantijs confitentiũ. Secũdũ patet: quoniam quodlibet pęnale opus põt ita intendi: ut æquiualeat pęnæ cuilibet peccato debitæ in diuina acceptatione: & per cõsequens quodlibet põt pro quolibet satisfacere: puta sola contritio perfecta pro quolibet peccato sufficit: ut dictũ est: & tunc nulla aliarum

Art. 3. Dub. 1. M

ppõ. 1. Quodlibet genus satisfactionis pro quolibet pctõ imponi potest.

Notent confessores.

requiritur. Item stat peccãtem pctō auaritiæ nō posse dare eleemosynã propter suã paupertatem: & peccãtē in carne nō posse ieiunare: aut alias corporis castigationes propter corporis debilitatem, uel eius teneritudinem sustinere nō posse, nec uelle. Sic quoq; superbum non posse longas orationes propter capitis debilitatem: aut necessarios labores facere: nec spiritualibus exercitiis insistere: ab omnibus his tolleretur necessaria satisfactio: si luxuriosis tantum ieiunium: auaris eleemosyna: superbis tantum oratio iniungi deberet. Vnde ut dicit Sco. requiritur discretio sacerdotis: ut non imponat alicui satisfactionem sibi nimis disconuenientem: sed eam, quæ sibi magis congruit: & quam forte melius adimplebit: utpote pauper nec eleemosynas pōt dare: nec orare, quem oportet continuē laborare pro uictu suo necessario. Nec ieiunare: quia tunc non sufficeret ad laborem necessarium pro uictu continuo acquirendo sibi necessario. Quid ergo: ipse inquit, labor continuus est sibi ieiunium continuum: quia continua maceratio carnis: tantummodo inducēdus est, ut illum laborem subeat in remissionem peccatorum: intendens illum ad hunc finem referre: saltem quousq; occurrat sibi opportunitas soluendi aliquã aliam satisfactionem. Consimiliter di-ues, qui lapsus est in peccatum carnis: si est adeo delicatus, q non uelit ieiunare, nec aliam macerationem notabilem subire: aut præsumitur, si sibi imponerentur, citò abijcere, & sic peccaret nouo peccato. Inducendus est ad orationem, & eleemosynam: & illud sibi imponendum, quod libentius recipit: & quod esse dicitur perseuerantius adimplere. Vel si omnino nullam satisfactionem uelit recipere a sacerdote sibi impositam: dicat tamen se habere displicentiam de peccato commisso: & firmum propositū non recidiuandi, absoluendus est: & non est remittendus, ne cadat in desperationē: & denuntianda est sibi pęna, quæ esset p peccatis suis facienda: & q eã in se, uel æquiualenti absq; impositione studeat adimplere: alioquin soluet ad plenum

Non est iniungēda satisfactio, q̃ pœnitēs inuitus assumit.

in purgatorio. Hæc misericordia satis consonat illi prophetiæ de christo, quã Matthęus recitat c. xii. Arundinem quassatam non confringet: & lignum fumigans non extinguet. Arundo quassata est peccator quassatus tentationibus, & peccatis. Lignum fumigans est peccator nimis humidus ex peccatis habens tamē aliquid de igne charitatis: hoc extinguitur, si per duritiam sacerdotis ad nimis difficile obligetur: sed non extinguitur: si sibi prędicetur, q oportet eum hic, uel alibi pęnam soluere: q studeat hic tantam pęnam soluere: quanta pro peccatis debetur: ne alibi acrior exigatur. hæc Sco. De hac materia uide etiã infra dist. xx. & in Pal. q. ii. & iii. dist. xx. plura ad propositum ualentia. Patet ergo ex dictis: q pro quolibet pctō quælibet dictarum satisfactionū, aut plures earum: aut omnes simul possunt rationabiliter imponi. Quòd si plures simul, hoc est ieiunium eleemosyna, & oratio iniungantur pro uno, uel pluribus peccatis: illa integrant unam satisfactionē totalem. Quòd si unum ex his tantum imponatur pro pluribus peccatis: necesse est ipsum tantò intēsius, uel maius esse: quantò pro maiori peccato, seu pluribus peccatis imponitur: ut sit sufficiēs tollere omnem pęnam peccatis debitã.

¶ Dubitatur secundò: utrum satisfactionem necesse sit fieri in charitate. Circa hoc dubiū duæ sunt opin. Vna Alex. q̃ imitatur sanct. Tho. sanct. Bon. a. Rich. & plures alij. Hæc dicit: q satisfactio etiam quantum ad uim nominis importat diuinã acceptationē, & recōciliationē cū deo. Et qm̄ sine gratia gratū faciē te nemo pōt placere deo, neq; eius opera acceptari: ideo nec satisfacere sine gratia, & charitate. Pōt tñ le extra charitatē præparare ad charitatē habendã: & satisfactionem faciendã. Vnde cōsequenter tenet; q satisfactio facta extra charitatē scienter repetēda est, quasi nō facta: quia per illam nihil pęnæ peccatis debitæ abluitur: licet aliquis alius fructus (sicut generaliter ad opera de genere bona extra charitatē facta) cōsequatur. ¶ Et dicitur sciēter; quoniã si qa

Dub. 2. N

Opinio Vtrū satisfactio possit fieri extra charitatem.

fenesciret in mortali: puta nõ habẽs cõ scientiam de mortali, & iniunctã satisfactionẽ perficeret: nõ tenetur ad eius repetitionẽ in foro ecclesiæ: licet in foro dei illa satisfactio non sufficeret. Et intelligunt per satisfactionem illud, quod debetur peccato cõmisso: inquantũ est offensa dei: & non quãtũ ad dãnũ illatũ pximo: qm̃ si quis furto abstulisset decẽ flo. & post cõfessionẽ, & absolutionẽ ac recidiuã in mortale decẽ ei restituisset: nõ teneret iterum decẽ reddere: quãuis satisfactionem (pro offensa dei, quem in furto offendit) iniũctam teneretur iterare quantũ ad ea, quæ in mortali peccato sunt expleta: & per hoc consequenter (qui sunt huius opi.) cõsulũt: φ peccator pœnitẽs semper stet in pœnitẽtia: licet non teneatur iniunctã repetere: nisi sciat se in mortali: quoniã nescit homo, an amore, uel odio dignus sit. Vnde dicit hic Alex. q. lxxxv. par. iiii. mẽ. 3. φ impleto opere sibi iniuncto nõ est necesse pœnitentem illud iterare: sed si dubitat probabiliter se deo satisfecisse: nõ debet a satisfactione cessare: donec per

Nota. signa probabilia certificetur aliquo modo se esse absolutũ a culpa, & pœna. ¶ Et sicut in sacramẽto altaris nõ reqritur: φ homo accedat ex charitate, uel in charitate: sed si quãtũ in se est, sufficienter se pparat: nec habet in aliquo remorsum conscientiæ: non peccat accedendo. sic est de satisfactione. Et subdit. Si igitur aliquis impleat pœnitentiam iniunctam sine remorsu cõscientiæ extra charitatem: nõ est necesse: φ satisfaciat iterũ: nec iudicio sacerdotis, nec iudicio proprio cõscientiæ. Tenetur tamẽ iudicio dei. quia adhuc exigit pœnã ab illo, q satisfecit extra charitatem. Et per satisfactionẽ intelligũt eã, quæ tollit omnẽ pœnã: nõ eã quæ nõ sufficit ad totã tollendã: sed tãtũ partẽ. Hæc opi. dura uidetur; & plena scrupulis: quia uix posset homo scire probabiliter, an satisfecerit,

O uel nõ: licet omnia sibi (claue nõ errãte) iniuncta expleuerit. ¶ Ideo est alia

Opinio Scoti aliter sentit. opi. Sco. in suo iiii. dist. xv. q. j. φ qui uere pœnitet semel, & recipit satisfactionẽ, seu pœnitentiã sibi iniunctã ab ecclesia, claue nõ errante: quantũcunq; postea recidiuet: nunquã tenebitur nisi ad illã unicã satisfactionẽ adimplendã: et si eã impleat in charitate melius est: quia tunc non tantũ soluit pœnã, sed etiã meretur gloriam. Sed si adimpleat eã uoluntarie extra charitatẽ, soluit quidẽ pœnã: sed nõ meretur gratiã, neq; gloriã. Si autem ipsa satisfactio extra charitatem exigitur cõtra uolũtatẽ: soluitur quidẽ pœna: licet ipse nõ soluat. Et in primo est satisfactio simpliciter: quia recõcilians, & placãs. Et in secundo est satisfactio quædã: quia uoluntaria redditio: sed nec reconcilians, nec placãs. In tertio aũt est satispassio, ultra quã non exigitur pœna ulterior. ¶ Ex secundo membro infert: φ si quis magnã partem satisfactionis sibi impositæ expleuit in peccato mortali: & post iterum pœniteret de peccato suo nouo: non est sibi iterata pœnitentia imponenda pro peccato, de quo satisfecit: licet extra charitatem: sed tantũ de nouo peccato, quod fuit causa: quare ista satisfactio fuit mortua. Nec sequitur, est mortua: ergo non est satisfactio: nisi addatur reconcilians, seu placans. Est tamen satisfactio: quia solutio pœnæ dimissis peccatis quo ad culpã debitæ. Nã ad debitã punitionem peccati cõmissi, sufficit deo, φ quis uoluntarie soluat pœnam debitã: quia etiã (qđ tñ minus apparet) sufficit satispassio sicut in actibus humanis. Si. n. alicui offensæ regis correspõdet abscissio manus scdm legẽ: si ista ẽt inuito abscindat satispatitur: neq; ab eo pœna ulterior exigit: & tñ per hmõi pœnę solutionẽ nõ recipit eũ rex in gratiã, uel amicitiã. Multo magis sufficere posset p culpę punitione: si aliquis hmõi debitã pœnã infligeret: licet nõ esset in gratia, seu amicitia iudicis offensi. ¶ Secũdo infert: pōt dici, si talis propter nouũ pctũm, in quod recidiuauit: dãnaretur antequã cõpleret totã tpalẽ pœnã p peccatis prius remissis sibi impositã: puniretur in inferno tpaliter pena correspõdẽte illi pœnæ, quę nõ fuit hic soluta: & illa soluta per tẽpus aliquod nõ puniretur amplius p illa: sicut etiã de ueniali: quia moriens in pctõ ueniali simul cũ

Coroll. 1.

Coroll. 2.

mortali, nō punietur eternaliter pro ue niali: ut infra dicetur: eodem modo in proposito. Et quo enim secūdum plenā iustitiam punitiuam semel est pœna tē poralis illi imposita pro peccato, de quo uerē penituit: nunquā ille pro isto peccato tenetur: nisi ad pęnam temporalem: & illa soluta ad nullam aliam. hæc Sco.

P Opinio Durādi ¶ Durandus recitat ambas opiniones cum suis motiuis: & soluit motiua utriusq; reputans ambas probabiles. Pri mam uerò dicit duram: secundam uerò minus securam. Vnde ad rationes Sco. dicit: ꝙ in remissione peccati mortalis per ueram contritionem, aut confessionis sacramentum: pęna æterna commutatur in temporalē non simpliciter: sed in tpalē in charitate soluēdā. Et iō si nō soluit tpalis pęna in charitate: manet reatus ad æternam. Et ideo si quis recidiuans nondum soluens pęnam temporalem totam pro prius dimissis impositā dānatur: punitur pro pctō dimisso pœna infinita. Non rōne status: sed quia pęna infinita debetur peccato dimisso mortali: temporali non soluta. Posset poni exēplū: ut si quis liberaliter remitteret suo debitori mille sub cōditione, ꝙ pro mille solueret centum infra mensem. Si debitor negligeret soluere centum post mensem, iustè possent exigi mille: quia pactum sub conditione nullum est, cōditione non seruata. Quod etiam allegatur satisfactione exhibita homini: non est simile: quia in satisfactione hominū fit compensatio secundum æqualitatem rei ad rem. In satisfactione pro peccato fit compensatio secundum acceptationem diuinā: ita ꝙ illud, quod redditur, tanti æstimatur: quanti, acceptat diuina uoluntas. Si ergo non acceptat pro culpa id, quod redditur in peccato mortali pro qualicunq; satisfactiōe: nulla erit satisfactio. Quod si manifestū esset ex scriptura, opinio. Scotis reproba esset. quaero id est scriptura deduci nō pōt: uidetur opi. Sco. magis cōcordare misericordiæ diuinæ, quæ secundum scripturam superexaltat iudicium. Iaco. ij. & è super omnia opera magnificanda usq; ad cęlos. Psal. lvi. & secundum illam facile soluuntur motiua alterius opinionis per distinctionem satisfactionis: reconciliantis, & non reconciliantis.

¶ Dubitatur tertiò: utrum satisfactio fieri potest de uno peccato absq; hoc, ꝙ fiat pro alio. Respondetur secundum distinctionem satisfactionis præmissam: quoniam quædam est satisfactio reconcilians, & placans deum: alia tantum pęnam temporalem soluens: & nec placās, nec reconcilians. Vtraq; est duplex: quędam totalis, quæ totam pęnam peccato remisso debitam tollit: quædam partialis, quæ partem tollit: puta quæ non est commensurata pœnæ temporali, in quā commutata est pœna æterna. ¶ De satisfactione reconciliante dicitur, ꝙ satisfactio quantum ad reconciliationem, non potest fieri de uno peccato, & non de alio: quia non potest reconciliari peccator deo quantum ad unum peccatū: & non quantum ad aliud: ut satis ostensum est supra distinct. xv. q. j. Quantum uerò ad pęnæ solutionem sic: quia pęna est diuisibilis tam intensiuè, quàm extensiuè: etiam diuersæ pęnæ diuersis peccatis determinantur, etiam abinuicem separabiles: & maior maioribus ac pluribus peccatis: minor minoribus, & paucioribus: sic & satisfactio diuisibilis est. Vnde remissis peccatis per sacramentum, aut uirtutem pœnitentiæ quo ad culpam, & pęnam æternam: manet reatus, uel debitum pęnæ temporalis. Cuius pęnæ sicut pars soluitur post partem: ita p partē satisfactionis potest tolli pars pęnæ. Et si alicui auaro, libidinoso, & superbo, sed penitenti, iniunguntur ieiunia pro peccato carnis: eleemosyna pro peccato auaritiæ, orationes pro peccato superbiæ perficiendæ: ieiunium satisfacit pro peccato carnis, & non auaritiæ: & per eleemosynam pro peccato auaritię, & non superbiæ. Posito, ꝙ satisfactiones iniunctæ pro distinctis peccatis sint præcisè commensuratæ pęnis distinctis peccatis debitis. Et si moritur completa parte satisfactionis (gratia exempli) ieiunio, & non eleemosyna: satisfecit pro peccato carnali: ita q de illo non oportet pati in purgatorio: & non satisfecit

Dub. 3. Q Verum satisfactio possit fieri de uno peccato sine alio.

pro peccato auaritiæ, nec superbiæ, pro quibus soluere oportet pœnam in purgatorio. Sicut si satisfactionem uni peccato debitam partim soluisset nō totã: partem non solutam soluere oportet in purgatorio. Hæc est sententia Scot. & Richar. Loquendo autem de satisfactio ne nō reconciliante, si diceretur cōformiter ad opinionē Sco. q̄ potest fieri satisfactio pro uno peccato; & non de alio: ut patet in recidiuante, qui implendo iniunctam penitentiam post recidiuā satisfacit pro peccato prius dimisso absq; satisfactione pro pctō recidiuē. Loquēdo etiam de partiali satisfactione, siue isufficiente quo ad pœnā manifestū est, q̄ sicut per eam pars pęnæ & non tota soluitur: ita etiā pęna unī pctō debita solui potest absq; solutione pœnę alteri peccato debitæ.

Dub. 4. ¶ Dubitatur quartō: quia grauiū utrorū opinio est: q̄ opera bona de genere, aut bonitate moris facta extra charitatem non sunt satisfactoria. An huiusmodi sint penitus inutilia: uel utrum aliquid mereantur. Vel generalius: utrum opera extra charitatem facta sint alicuius præmij meritoria. Et quia de hac materia tractatum ē distin. xxvij. nostri collectorij. lib. ij. & in expositione cano. lect. lix. prope finē latius: ideo breuiter per modum epilogi respondendū.

R Opera moraliter bona extra charitatem nihil merentur.

ppo. 1. ¶ Et dicitur primò: q̄ opa bona moraliter, & per cōsequens de genere: nihil merentur de condigno: neq; præmium ęternum, neq; tpale. Cuius ratio, quia inimicus nihil meretur de condigno (q̄ propriè est meritū) nisi pęnā: ut uult Augu. Nihil enim acceptat dominus tanquam dignum præmio ab eo, cuius personā nō acceptat. Respexit. n. deus ad Abel prius, post ad eius munera.

ppo. 2. ¶ Secundò dicitur. Opera bona extra charitatem facta de congruo merentur multa tpalia: hoc est, multa tpalia bona concedit dominus operātibus bona de genere: licet charitate careant ex sua liberalitate, quæ nō concederet, nisi talia opera præcessissent. Probatur p glos. super illud Iob. xxx. Nonne ipse considerat uias meas nulla bona, uel mala sūt sine retributione. Item patet de Achab rege impio: & Nabuchòdonosor idololatra, qui multa bona temporalia consecuti sunt propter huiusmodi bona extra charitatem facta: ut habetur. iiij. Reg. xxj. & Ezech. xxxix. Et multa ad hoc adducit Alex par. iiij. quæst. lxxxv. membro iij. ¶ Tertiò dicitur, q̄ huiusmodi opera nullum gradum beatitudinis merentur, neq; de condigno: neq; de congruo: & hoc immediatè tanquam correspondens huic operi. Probatur: quia deus ordinauit nulli dare beatitudinē secundum quemcunq; gradum: nisi propter opera ex gratia elicita, alioquin aliquis sine gratia saluaretur: q̄ est hæresis Pelagiana. ppo. 3.

¶ Quartò dicitur: opera bona moraliter extra charitatē facta: merentur de congruo multa bona spiritualia. Patet: quia merentur gratiam iustificationis, & augmentum uirtutum: quę sunt bona spiritualia. Primū patet: quia peccator disponens se ad gratiam: faciendo, quod in se est, meretur gratiam primam, qua iustificatur de congruo: ut ostenditur locis supra allegatis. Secundum patet: quia opera moraliter bona generant, & augmentant uirtutes morales ex. ii. Ethicorum. Et per hoc mediatè merentur aliquid beatitudinis tanquam causa causæ. Patet: quia in eo, q̄ merētur de cōgruo gratiā (cui correspondet gradus beatitudinis) sunt causa meritoria mediata illius gradus. ¶ Item in eo, quod augmentant, aut generant uirtutes, per quas uoluntas post collatam gratiam tanquam habilitata, intensiora opera gratiæ exercet, & per consequens maiorem gloriam meretur. Huius maioris gloriæ causa mediata sūt opera bona, quibus uirtus promptificans uoluntatem: genita est, uel aucta. Præmium enim beatificum augetur propter intensionem actus meritorij. Actus uero meritorius intenditur ex maiori conatu uoluntatis in eliciendo actum. Conatus uero uoluntatis ad eliciendum actum intenditur per uirtutē ad huiusmodi actum inclinantem. Ille gradus beatitudinis correspondet præcisè gratiæ, & intensioni actus mediante gratia, & uirtute eliciti, non actus

ppo. 4. Merentur multa bona spūalia.

bono moraliter extra charitatem facto: licet sine tali prævio actus meritorius non esset ita intensus. Et propter hoc additum est in responsione tertia: immediatè. ¶ Quintò dicitur. Huiusmodi opera merētur diminutionem pœnę peccatis prius dimissis debitę secundum opinionem Scot. uel secundum alios illius pęnæ tantū, quæ deberetur, si huiusmodi opera omitterentur. Exemplum secundi est si quis ieiunat non habens charitatem, dum præceptum est: cauet pęnā eternā, q̄ debetur soluenti ieiuniū; & ꝑ hoc seruat ecclesię ꝑceptum. Et tantū de illo dubio. ¶ Posset hic moueri dubium: utrum satisfactio expleta in pctō mortali reuiuisceret gratia restituta. Sed de hoc satis dictum est supra. dis. xiiij. q. iij. Idem. n. est de operibus satisfactionis, & aliis operibus bonis. Opus enim meritorium mortificatum reuiuiscit. Sed opus mortuum, id est extra charitatem factū, nunquā reuiuiscit: ut ibidem dictum est.

Ppo. 5. Merentur dimi nutionem pœnæ peccatis de bitæ.

Dub. 5. Verum cōfitēs teneat̄ accepta re satisfactionē a cōfessore sibi iniūctam.

¶ Dubitatur quintò: utrū confitens teneatur acceptare satisfactionem sibi a confessore iniunctam. Et uidetur, q̄ sic: quia quilibet tenetur obedire suo iudici, sed confessor est iudex cōfitentis in foro pęnitentiæ: ergo. ¶ In oppositum dictum est supra. q. pñti: q̄ dolēs de pctō propter debitum finē, & proponens de cętero abstinere, nolēs assumere satisfactionem in pręsenti: sed uolens soluere in futuro absoluendus est. Sed si teneretur acceptare penam iniunctam, seu satisfactionem iniungendam, & acceptare nollet, peccaret mortaliter: & per cōsequens non ueniret absoluendus. Respondetur probabiliter: licet consultum sit confitentem obedire in acceptatione pœnitentię a discreto confessore iniunctæ (secundum illud Augu. in de uera, & falsa pęnitentia. c. xv. Ponat se omnino in ptāte iudicis in iudicio sacerdotis nihil sibi reseruans sui, q̄ omnia paratus sit facere pro recipienda animæ uita: quæcunq; faceret pro uitanda corporis morte. ¶ Tamen non uidetur esse de necessitate salutis, quin qui dolet de peccato commisso contra deum; firmiter proponens abstinere a futuro propter deum finali: sufficienter dispositus est ad suscipiendum gratiam. Deponit enim obicem: & per consequens cōsequitur gratiam. ¶ Et si dicis: requiritur satisfactio in uoto, id est propositum satisfaciendi: hoc non impedit. Sufficit enim propositum satisfaciendi eo modo, quo dominus illam determinauit: determinauit autem dominus duos modos sub disiunctione. hoc est alterū duorum: uel in purgatorio: uel in pręsenti uita. Sufficit ergo propositum satisfacere altero illorum modorum. ¶ Prætera satisfactio in præsenti conceditur in fauorem pęnitentis: sed cuilibet licet cedere suo. Ideo qui negligit leuē satisfactionem expectans seueriorem, quamuis stultè agat: sit etiam hoc signum remisse cōuersionis: & contritio nisi tamen cætera, quæ sufficiunt, sunt ibi: nō uidetur excludēdus a regno dei. ¶ Per hoc ad rationem ante oppositum dicitur, quòd maior uera est: quòd quilibet tenetur obedire suo iudici in eo: in quo est iudex, & in sententia ritè ꝓlata. Sed confessor iudex est quantum ad ligandum, & soluendum ministerialiter a culpa, & pęna ęterna: sed quantū ad pęnam temporalem taxandam in hac uita soluendam est arbiter: unde non potest plus taxare nisi quantum cōfitens, qui sponte se submisit suo arbitrio, uoluerit acceptare, & acceptando se submittit confessoris arbitrio. Unde si satisfactionem, quam sponte acceptauit: aut sponte, ac deliberatè negligit sine causa sufficienter excusante, peccat mortaliter: ut dicit Sco. quia non reddit debitum, ad quod se uoluntariè obligauit. Unde si confessor aliquid irrationabiliter iniungeret, uel quod cōfitēs implere commodè non posset: potest humiliter non acceptare. ¶ Dubitatur sextò. Utrum opus satisfactorium factū in charitate mereatur aliquē gradū gloriæ ultra remissionē pęnæ. Et uidetur, q̄ non; q[uia] in pmiatione concurrit iustitia præmiatoris: secundum illud. ij. Timo. iiij. Reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi in illa die iustus iudex, sed pro eodem merito iustitia non

Dub. 6. Utrum opus satisfactorium in charitate mereat̄ aliquē gra[dum] ri[gloriæ] ultra remissio[nem] pęnę.

reddit duplex pręmiū: cum ergo satisfactioni redditur pro præmio remissio pęnę: non debetur ei aliud præmium in beatitudine: puta soluenti debitum: nō debetur præmium: sed satisfactio est solutio debiti: ergo. ¶ In oppositum: cuilibet operi ex charitate facto debet gradus glorię: sed huiusmodi est satisfactio, quę dicta est, ergo. ¶ Ad illud dubium soluendum ualent, quæ dicta sunt supra dist. xiiij. q iij. Et in ij. q. xxvii. Item in exposi. cano. lect. xxviij. Quibus hic suppositis supponitur: ꝙ omnis actus ex charitate, & gratia in uiatore procedens, meretur aliquem gradum beatitudinis essentialis. Patet: quia ut ostēsum est in secundo loco allegato: quia huiusmodi operis (propter gratiam, ex qua elicitur: & spiritumsanctum inhabitatorem, ac ꝑ gratiam principalem motorē ad hmōi opus) est quædam cōdignitas operis sic eliciti: ad præmiū beatificum essentiale, ꝑꝑ ꝙ operās meretᷣ pręmiū tale de condigno. ¶ Ex quo sequitur: ꝙ nullum opus meritorium sufficienter præmiatur per quodcunq; bonum inferius beatitudine: siue temporale sit, siue æternum: quoniam nullum meritum sufficienter pmiatur, si minus premio condigno redditur.

Corol.

¶ Quo supposito rńdetur per hanc propositionem. Nulla actio meritoria est minus meritoria præmij beatifici, & æterni, pro eo, ꝙ est satisfactoria, & ablatiua pœnę temporalis, peccatis quoad culpam remissis debitę. Probatur: quia si propter hoc, ꝙ meretur ablationem pœnæ temporalis: aliquis gradus beatitudinis subtraheretur in præmio, iam quantum ad illum gradum subtractum propter remissionem pœnæ temporalis, nō præmiaretur ad condignum: quod est contra iustitiam, & misericordiam dei: qui semper præmiat ultra condignum, & punit citra condignum. Quod probatur: quia sine proportione minus bonū est remissio pęnæ temporalis; quàm quicunq; gradus beatitudinis. Non solum quia gradus beatitudinis est perpetuus: pęna uerò, quæ redimitur temporalis, & per hoc eius remissio bonum temporale, sed etiam quia beatitudo essentialis quantum ad omnem gradum suum, est perfectior intensiuè quocunq; bono tēporali, etiam si foret æqualitas in duratione. Beatitudo enim est maxima perfectio, & summum bonum, naturæ rationali possibile: alioquin non esset beatitudo: siue loquamur de beatitudine formali, siue obiectiua, comparando quodlibet ad bona sui generis: hoc est beatitudinem formalem, ad bona formalia: & obiectiuam beatitudinem ad obiecta: deus autem, qui est iustus premiator nō retribuit minus cōdigno: Præterea: nisi sic inconsultè immo impiè agerent cōfessores satisfactoria opera confitentibus imponendo. quoniam si operibus satisfactionis minus rńderet beatitudinis in pręmio: quā si a penitente non essent ordinata ad remissionem pęnæ temporalis: per huiusmodi impositionem satisfactionis priuarentur maximo bono. s. gradu essentialis beatitudinis pro paruo bono, scilicet remissione pœnæ temporalis: immo magis consulendū esset pęnitentibus, ꝙ nullam pœnam soluerent in præsenti: & omnia opera bona ordinarent tantum ad præmium beatificum obtinendum: & expectarent solutionē pęnæ in purgatorio: siquidē minus malum esset sustinere omnem pœnam purgatorij usq; ad diem finalis iudicii, quā carere minimo gradu essēcialis glorię: hoc autem dicere est contra usum ecclesiæ, doctrinam euangelicam, & omnium sanctorum. Ait enim baptista Mat thei. iii. Facite fructum dignum pœnitētiæ. Fructus pœnitentię opera sunt satisfactoria. ¶ Ex illo sequitur, ꝙ si forent duo operantes opera meritoria æqualia quantum ad charitatem ex qua: & quantum ad operis intensionem conatū uoluntatis elicientis consequentē: & unus ordinaret eam tanquam satisfactoria ad finem ultimum, & ad remissionem pęnę. Alius non indigeret illa remissione & ordinaret eā simpliciter ad finem ultimum, & non ad remissionem pęnæ. Sequitur inquam; ꝙ illi duo in casu consequantur æqualem, & similem retributionem quantum ad beatitudinem essentialem. Nec minus recipit secundus, qui meretur, &

Corol.

663

retur,& satisfacit, quàm ille, qui mereatur, sed satisfactione non indiget. ¶ Sed di. Tunc ille secundus ex malitia reportaret commodum, quia propter peccata præterita consequitur maius præmium, quàm is, qui satisfactione non indiget. Solutio: non sequitur: quoniam etsi secundus non recipit ex opere suo remissionem pœnæ, qua non indiget: recipit tamen aliquid aliud bonum temporale æq[illegible] tanquam præmium accidentale [illegible] præmium beatificum. Vnde imaginandum est: quod cuilibet operi meritorio correspondet duplex præmiũ essentiale, & accidentale: & propter accidentale nunquam minuitur essentiale. Accidentale vero variatur, quádoq; enim retribuitur in aliquo bono temporali superaddito: quandoq; in bono perpetuo, ut aureola: quandoq; in remotione mali: quandoq; retribuitur ipsi personæ merentis: quandoq; alteri, pro quo meretur, cui illud applicari desiderat. Aut forte bonum illud retribuẽdum reconditur in thesauro ecclesiæ: unde cæteris membris ecclesiæ præstantur indulgentiæ. Et per hoc personę, quę meretur, augetur gaudium accidẽtale in beatudine: pro quanto ex eius merito plures sunt adiuti, quo celerius beatitudinem sunt assecuti. Et hoc uidetur ualde rationabile: ut seruetur æqualitas iustitiæ diuinæ præmia proportionabiliter distribuentis. Per hoc ad rationes ante oppositum dubij. Ad primam dicitur: ꝙ uerum est, ꝙ per iustitiam non redditur duplex præmium: quorum quodlibet sine alio sufficit. In proposito totum, ꝙ redditur (& præmium essentiale, & accidentale) est tanquam unum præmium adæquatum merito secundum diuinam determinationem, ex qua accipitur tota iustitia in præmiando. Potest enim retributio fieri in uno bono æquiualente merito: uel in pluribus bonis partialib⁹. quæ simul æquiualent merito simpliciter, uel ex diuina acceptatione. ¶ Ad secundum dicitur: ꝙ licet ex natura rei soluenti debitum non debetur præmiũ: debetur tamẽ ex acceptatione diuina: quoniam deus opus ex charitate factum nõ tantum acceptat ad præmium temporale: sed ultra ad præmium beatificum æternum. ¶ Vel dicitur: ꝙ maior est uera: quando est pura solutio debiti: & opus, quo soluitur debitum, non tendit ultra solutionem debiti ad commodum, uel honorem eius, cui debetur. Nunc autẽ opus satisfactionis ex charitate factum non tantum componsat debitũ pœnę tẽporalis: sed principaliter ordinatur ad honorem dei super omnia dilecti: in quo excedit rationem satisfactionis: & pro illo debetur merces beatifica. Vnde si quis etiam in charitate existens perficeret opus satisfactorium præcisè propter solutionem pœnæ: non ordinans illud ultra in deum tãquam in finem ultimũ: non meretur præmium æternum: quia tale opus: licet fieret in charitate, nõ tñ ex charitate. Quod bene notandum est poenitentibus: ut opera satisfactionis eliciant principaliter ꝑ deũ: ut sic satisfaciendo restituant honorem deo, quẽ abstulerunt, quantum in eis fuit, peccando: ut quoq; expediãtur a debito pœnæ, quod est impedimentum beatitudinis: quatenus illo peruenianti: ubi in secula seculorum laudent dominum, & ut diuina uoluntas in eis perficiatur, qua ad fruendum deo creati sunt: & sic de similibus. ¶ Dubitatur septimò: utrũ flagella, quę deus immittit, uel permittit, sint peccatori satisfactoria. Respõdetur post Rich. ꝙ quia opus satisfactoriũ est opus, seu actus uoluntatis elicitus, uel imperatus: ut patet ex quid nominis satisfactionis: ideo flagella undecunq; inferantur ab extrinseco: ut sic non sunt satisfactoria: sed uoluntaria sufferentia eorũ pro remissione peccati satisfactoria est, quia illa est a uoluntate tanquam ab actiuo principio. ¶ Dubitatur ultimò: utrum unus uiuens pro alio uiuente potest satisfacere. Et dicitur uiuẽs pro uiuente: quia dubium non est, quin uiuens pro defuncto potest satisfacere, de quo alias. ¶ Respõdetur probabiliter sub distinctione. Quia est satisfactio, quæ iniungitur a confessore auctoritate clauium, & a pœnitente acceptatur: & est satisfactio, quæ agitur ex propria assumptione: &

Marginalia: Replica — Nota. Cuilibet opi merito correspondet duplex pręmium. — Ad rões — Nota. — Dub. 7. X — Dub. 8. Y

Propō. Vtrum uiuens posit p uiuo satisfacere.

non ex sacerdotali impositione. De prima: quia penitens acceptādo satisfactionē in seipsum, obligat se ad faciendum, nō satisfacit p aliū, si non habet legitimū impedimētum. Patet: quia obligat scdm mentē imponētis, q̄ p̄sumit esse, ꝙ ipse, qui peccauit, pęnam satisfactionis sustineat: maxime quia non tantum injungitur in solutionem debiti, sed et in remedium contra recidiuam: sed alterius opera nō cauet recidiuā in alio. Nā caro unius non maceratur p ieiuniū alterius: nec ex actibus unius alius bene agere consueuit: nisi per accidēs inquātū unus per bona opera meretur alteri augmentū gratię, q efficacissimū est remediū contra pctm̄ uitādū, sed hoc magis est per modum meriti, quā per modū satisfactiōis. Hæc Tho. dist. xx. q. iiij. Si uerò impedimētū occurrit legitimū: ut infirmitas corporis: aut aliud per ꝙ redditur impotens ad implendam satisfactionem iniunctā, poterit eam facere p alium: qm̄ hanc fuisse, & esse debuisse intentionē tā imponentis, quā acceptātis rectè præsumitur. ¶ Cōsuluit tn̄ Alex. ꝙ etiā in illo casu fiat auctoritate clauium: hoc est habentis claues ligandi, & soluendi. Probatur: quia ad perficiendā determinatam satisfactionem iniunctā non obligatur penitens: nisi quatenus acceptauit secundum intentionem imponentis. Sed ꝙ p se soluat: & nō p aliū (nisi in casu) fuit intentio utriusq;: ergo sic, & non aliter soluendo satisfacit. ¶ De secunda uero dicitur: ꝙ potest fieri etiam per alium: nam aliquis potest etiā alteri impetrare primā gratiam, per quā iustificatur: & culpa remittit: ut alias dictū est; ergo etiā pōt remissionem pęnę alteri impetrare. Præterea. Non est minor communio membrorum ecclesiæ militantis inter se, quā eorum cum his, q sunt de alio foro: puta uiuentium cum defunctis: sed uiui possunt satisfacere p defunctis: ergo & pro uiuis: ubi enim est cōio charitatis: ibi locus est suffragiorum. Item Gal. vj. Alter alterius onera portate. ubi loquitur apostolus generaliter de onere: & ideo locum habet in proposito. Satis etiam est in usu ecclesiæ communicare suffragia membris uiuentibus, quę principaliter ualent ad remissionem pęnæ. Nec obstat illud Apostoli: ubi supra. Vnusquisq; onus suum portabit, i. pęnā pro pctō suo: q̄a si illud cū pręcisione intelligitur: tunc debet intelligi in illo statu secundum Alexā. ubi suffragia nō habēt locum: puta in extremo iudicio, & in inferno. Et licet culpa unius non communicatur alteri: potest tamen unus assumere pœnam [illegible] quoniam in primo deficit [illegible] radix communionis: non in secundo.

¶ De Ieiunio.

QVAESTIO III.

A

De partibus satisfactionis.

TERTIO quęritur de partibus satisfactionis. s. de ieiunio, & eleemosyna: qm̄ de oratiōe satis diffusè scriptum est in expositione canonis lec. lxj. lxij. lxiij. & deinceps de oratiōe dn̄ica. Est igitur quęstio utrū ieiunium ecclesiæ trāsgredientes obliget ad mortale.

¶ Tribus articulis more solito quæstio absoluetur: notabilibus: respōsiuis conclusionibus: ac solutionibus dubiorum.

Arti. I. Not. I. Triplex est ieiunium.

¶ Quantum ad primum notandum post Rich. ꝙ accipiendo ieiunium strictè pro abstinentia a cibo, & potu, triplex est ieiunium scilicet naturæ, uirtutis, & ecclesiæ. ¶ Ieiunium naturæ est abstinentia cibi, & potus integro naturali die. Hoc modo ieiunat, qui per uigintiquatuor horas a cibo, & potu abstinet. Et tale ieiunium requiritur ad dignè suscipiendum eucharistiam. Hoc modo ieiunium dicit purā priuationem: & per cōsequens nec est uirtus: nec actus uirtutis. ¶ Ieiunium uirtutis est actus temperantiæ: & est refrenatio delectationum gustus in cibo, & potu secundum regulam rectæ rationis, uel habitus ad hanc inclinans. Et sic ieiunat, qui temperatè cibum, & potum sumit: secundū ꝙ ratio recta dictat congruere habitudini psonę status, & officij eius, non curando an semel: uel pluries in die cibum sumat. Hoc modo semper ieiunandum est: quia

nunquã in cibo,& potu contra regulã rõnis excedere licet. ¶ Ieiuniũ ecclesiæ est abstinentia ... & potu secundum regulam ab e... stitutam. ¶ Est autẽ regula ab ... instituta,ut ieiunãs prẽter cęnã ... cibũ sumat. Et per hoc soluit ieiunium, quisquis in die naturali plusquam semel comedit: ipsa autem unica comestio cęna dicitur:qa refectio in diebus ieiuniorum heri solet secundum antiquum ecclesię morẽ post uespetas. Hoc ieiunium addit aliquid ab stinẽtię uirtuti:qm̃ sic ieiunans nõ solũ abstinet ab illis,quæ uirtus prohibet:sed et ab eis,qbus alias licitè posset uti:unde ieiuniũ ecclesię actũ uirtutis importat, & quandam superaddit abstinentiam ab illis,quæ non corrumpunt medium uirtutis. Nam qui illicita committit satisfaciendo debet ab aliquibus licitis abstinere:ita tamen q̃ non corrumpat mediũ uirtutis temperantiæ. De ieiunio ecclesiæ hic principaliter agitur. ¶ Secundò notãdum: q̃ ieiuniorum ecclesię quędã sunt de pręcepto:quædam de consilio. De præcepto sunt quadragesima tota, exceptis dñicis dieb⁹:de quo.d̃ cõse.dis. v.c.quadragesima dicitur. Quadragesima summa obseruatione est obseruanda:ut ieiunium in ea preter dies dñicos (qui de abstinentia subtracti sunt) nisi quem infirmitas impedierit: nullatenus soluatur. ¶ Et beatus August. in ser. de quadragesima. In isto legitimo tempore:exceptis dominicis diebus:nullus prãdere præsumat: nisi forte ille, quem ieiunare infirmitas non permittit: quia alijs diebus ieiunare:aut remedium est: aut præmium:in quadragesima non ieiunare peccatum est. ¶ Item beatus Ambro.ser.xxxiiij. Quisquis christianus cõsecratam non impleuerit quadragesimã,pręuaricationis,& cõtumaciæ reus tenebitur:legem diuinitus pro salute sua datam ipse rescindit:rescindit enim legem, qui exemplum ieiunij dñici non custodit. Et sequitur. Sicut reliquo anno ieiunare præmium est: ita in quadragesima non ieiunare pc̃tũm est:illa enim uoluntaria sunt ieiunia: ista necessaria: illa de arbitrio ueniunt: ista de lege ad

Quid sit ieiuniũ ecclesię & quis soluat.

Not. 2. B

Ieiuniorum ecclesię quędã de præcepto, quędam de consilio.

illa inuitamur:ad ista compellimur. Hęc Ambro. Et ser. xxxvi. Probauimus hunc quadragenarium non esse ab hominibus constitutum: sed diuinitus consecratũ: nec terrena cogitatione inuentũ: sed cęlesti maiestate præceptum: & ideo q̃ constitutum numerum una die manducando prætierit: non ut unius diei uiolator accusatur:sed ut totius quadragesimæ transgressor arguitur. Et sequitur. Hæc nõ tam sacerdotum præcepta, quã dei sunt. Hæc ille. ¶ Item quatuor tẽpora,de qbus in.c.statuimus.lxxvj. dist.ubi dr̃. Statuimus etiã ut ieiunia quatuor tẽporũ hoc ordine celebrẽt. Primũ in initio q̃dragesimæ:secũdũ in hebdomada pẽtecostes:tertiũ uero i septẽbri: quartum in decẽbri solito more fiat de eodẽ per totam illam dist. ¶ Item oẽs uigiliæ Apost. præter uigilias Philippi, & Iacobi, ac beati Ioannis euãgelistę:ut in.c. consiliũ.de obser.ieiu.ubi dicitur. Omnium apostolorum uigiliæ sunt in obseruatione ieiunij celebrãdæ: p̃ter uigilias Aposto. Philippi,& Iacobi, & Beati Ioãnis euãgelistę:qm̃ eorum solennitas infra solennitatem pascalem:istius autem infra natalem domini celebratur. Sanctorum quoq; uigiliæ, quorum festiuitates oportet secunda feria celebrare: in præcedenti sunt sabbato ieiunandæ. Hæc ibi. ¶ Item uigilia natiuitatis domini,& uigilia assũptionis gloriosæ uirginis dominæ nostræ.ut in.c.j.eo.titu. Item uigilia omnium sanctorum, sancti Ioannis baptistæ,& S. Laurentij secundum Inno & doc.communiter. Nescio autẽ si aliquo iure inuenitur hoc expressum,an solũ ratiõe consuetudinis hoc dicant; quoniam secundũ Rich. dist. xv. li. iiij. articu. iij. q. vij. sim aliqua regione est aliquod ieiunium consuetum, quod tñ nõ est præceptum per ius scriptum: nihilominus est obseruandum ab existentibus ibidem: quoniam consuetudo approbata obligat. Ad idem est Per. de pal. q. iiii. distin. xv. Si enim decretalis celebrationem festi committit consuetudini: pari ratione, & ieiunium eius. Hæc ille Rich. ubi supra ad hoc allegat. c. consuetudo. distin. i. ubi dicitur

Cõsuetudo approbata obligat.

ꝙ consuetudo est ius quoddam moribus institutum, quod pro lege suscipitur, cũ deficit lex: nec differt, an scriptura: an ratione consistat: quoniam & legem ratio commendat. Et August. in lib. ex dictis Basilij ait. Ecclesiasticarum institutionum quasdam in scriptis, quasdam uero apostolica traditione per successores in ministerio confirmatas accepimus, quasdam uero consuetudine roboratas approbauit usus, quibus par ritus, & idẽ utriusq; pietatis debetur affectus. Et idẽ ad Casulanum presbyterum. In his rebus, de quibus nihil certi statuit diuina scriptura, mos populi dei, & instituta maiorum pro lege tenenda sunt. Et sicut præuaricatores diuinarum legum: ita cõtemptores ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt: utraq; auctoritas habetur dist. xj. c. ecclesiasticarum. & c. in his. Et hæc uera sunt, dum adsunt omnia, quæ ad consuetudinem requirũtur: ut dicit Ange. in sum. ¶ Item uigiliæ pentecostes: de quo. lxxvj. dist. c. de ieiunio. & licet Gratianus teneat; ꝙ sit de consilio in. §. necessario. ea. dist. uerius tamen uidetur; ꝙ sit de pręcepto, secundum glos. eiusdem. §. quæ dicit. Hic malẽ dicit: immo uigilia pentecostes necessario ieiunanda est: ut in. c. de ieiunio. & c. nosse. ubi expresse habetur ex auctoritate Amb. ꝙ uigilia pentecostes sicut uigilia pascæ ieiunatur. ¶ Si tamen uigiliæ ieiunandę cadunt in Dominicã, anticipantur quantum ad ieiunium in diem sabbati: ut supra tactum est. & habetur. j. & ij. c. de obser. ieiu. ¶ Sunt autem & alia ieiunia ab ecclesia indicta de cõsilio: & non de præcepto: ut aduentus domini: de quo in. c. cõsilium. de obser. ieiu. dicitur. Ieiunium in aduentu domini apud nos etiam agitur. Item rogationes, de quibus in. c. rogationes. de cõse. dist. iij. ubi dicitur. Rogationes id est litanias ante ascensionem domini placuit celebrari: ita ut præmissum triduanum ieiunium in dominicæ ascensionis solẽnitate soluatur. Sequit: quo triduo omnes abstineant: & etiam quadragesimalibus cibis utantur. ubi glos. Ieiunium, quod hic statuitur, non præcipitur: sed

Quæ ieiunia sit de consilio.

suadetur: nam in tempore illo scilicet paschali una quæq; prouincia abundat sensu suo, ut h[illegible] [illegible] in. lxxvj. c. utinam. & c. post[illegible] [illegible] em quarta. & sexta feria: de q[illegible] [illegible] iunia. de cõse. dist. iij. dicitur. [illegible] lan[illegible] legitima in quarta, & sexta feria non [illegible] oluenda: nisi grandis aliqua necessi[illegible] uerit. ubi etiam glos. exponit de his, qui uoto, uel pęnitẽtia sunt ad hoc adstricti. Aut dicẽdum: ꝙ illud fuit primitiua ecclesia necessitatis: hodie uero consilij: sicut dicitur de ieiunio sabbati: de quo ea. dist. c. sabbato: sed in dist. xij. c. illa. clare habetur; ꝙ illa obseruatio non est necessitatis. Et in glos. di. ꝙ Inno. i c. sabbato loquit allegat de consilio. ¶ Notandũ tertiõ, ꝙ præcepta ecclesię posita nõ eodem modo obligant sicut præcepta naturæ, uel diuina: nam præcepta naturæ & diuina sunt de his, quæ secundum se sunt de necessitate salutis: unde his præcipiuntur actus uirtutum fidei, charitatis, spei & c. Aut prohibentur ea, quę sũt secundum se mala: ut sunt actus uitiorũ: & ad illa omnes tenẽtur in quolibet casu: quoniam quilibet tenetur pro tempore, & loco ad actus uirtutum: & prosemper ad cauenda uitia. Præcepta uero ecclesiæ, siue iuris positiui sunt de his, quæ ordinant ad uirtutes: & eis præcipiuntur, quæ non per se, & in quolibet casu sunt bona: sed quandoq; possunt esse mala, & prohibentur, quæ non semper, & in omni casu sunt mala: sed in casu possunt esse bona, uel indifferentia: & ideo non est: nec debet esse intentio legislatoris iuris positiui; ut semper obseruetur pręceptum suum. Possunt enim occurrere impedimẽta, in quibus non proficeret: immo noceret præcepti obseruatio: in quo casu si præsens esset legislator; uelle deberet, ꝙ præceptum suum non seruaretur: quia intentio cuiuslibet iusti legislatoris est inducere homines ad uirtutes. ij. Ethic. & ideo in omni pręcepto legis positiuæ admittitur exceptio causæ rationabilis. Et per hoc (ut dicit sanctus Tho. in. iiij. dist. in. xv. q. iij. arti. iij.) præcepta iuris positiui magis obligant ex intentione legislatoris: quã ex ipsis uerbis:

Not. 3. C

Aliter obligãt præcepta iuris naturalis, aliter præcepta ecclesię

uerbis:& ideo magis reputandus est trãsgressor præcepti, qui obuiat intentioni legislatoris:quã qui deuiat ab ordinatione legis secũdũ textũ uerborum.Intentioni autem legislatoris obuiat, qui ex cõtemptu, aut sine rationabili causa ordinationem non seruat. Qui uero in casu(in quo probabiliter credi põt, si legislator adesset,eũ obligare non uellet) a uerbis legis deuiat:intentioni legislatoris nõ obuiat:nec reputandus est trãsgressor statuti. His concordat Panor. in ti.de obser. ieiu.Angelus,& Baptista in sum.de ieiu.sic ait.Pet.de pal.dist.xv. q.iiii.artic.j. Quod est simpliciter uolũtatis:ecclesia non potest facere necessitatis simpliciter:sed secundũ quid, & ad tẽpus,& ex rationabili causa.&loquitur de ieiunio. ¶Quartó notandũ:ꝙ plures

Nota.4 D Tres causę gñales, quę excusãt a ieiunio.

sunt causæ rationabiles,quibus existentibus soluensieiuniũ ecclesię non est reputandus præcepti transgressor:de quibus Pe.de pal.ponit octo conclusiones ubi sup.secundũ octuplicẽ hominũ conditionẽ:possunt tñ reduci ad tres generales: quæ sunt, infirmitas, paupertas, labor. ¶Est autem infirmitas quadruplex .s.infirmitas lãguoris,complexionis,ætatis, & conditionis. ¶ Infirmitas languoris, qua .s. quis ex casu accidenti ægrotat: excusat:quia ieiunium institutum est,ut corpus castigatum spiritui subijciatur:& ad seruiendum ei ad spiritualia exercitia non destruatur: quin potius in congrua ualetudine conseruetur.Infirmi autem totum illud, quod est necessarium congruenti sustentationi per uigintiquatuor horas simul, & semel capere non possunt,manifestum est:grauantur enim propter debilitatem uirtutis digestiuæ: si uero cibũ congruum, & necessarium successiuẽ accipiunt: roborantur. Sic qui sunt tam tenerę complexionis, ꝙ per inanitatem stomachi statim incidunt capitis dolorem,aut uertiginem:seu non ĉtu calefieri, uel dormire non possunt, nõ tenẽtur se committere periculo propter obseruationem ieiunij. Sic infirmitas ætatis, ut sunt nimis iuuenes, & pueri, ac senes. Primi: quia indigent multo nutrimento propter caloris magnitudinem, qui multum cõsumit: & humiditatis tenuitatem :propter quod facilius consumitur:etiã quia nutrimẽtum est eis materia duplicis operationis .s. nutritionis, & augmentationis. Et addit Richar.quartã rationem : quia nõ est in eis sicut in prouectis necessaria cõpressio uitiorũ,ad quam maximẽ institutum est ieiunium. In secundis .s.senibus deficit calor, & humor:ideo non sufficiunt tantam nutrimenti quantitatem simul digerere:quãta eis sufficit ad sui conseruationem. Sedusq; ad quantum tempus iuuenes excusentur:& in

In qua ętate hoĩes obligãt ad ieiunium.

quã ætate senes: sunt uariæ opin. doct. Sed communior est opi.beati Thom. & Pe de pal. quoad iuuenes,ꝙ excusantur a totali ieiunio ecclesiæ usq; ad finem augmenti: quod secundum philosophũ durat usq; ad finem tertii septẽnij,i.usq; ad xxi.annum, ut in pluribus. De senibus non est certa annorũ quantitas: sed communiter tenent doct. ꝙ post lxx. ætatis annum non tenentur: tunc enim dicuntur decrepiti: & secũdum glos. in proemio sexti a lxx. annis ultra non dr̃ quis esse in senectute , sed in senio, qd̃ est aliarũ ętatũ terminus:iuxta illud ps. lxxxix. Dies annorum nostrorũ in ipsis septuaginta anni. Si autem in potentatibus octoginta anni, amplius eorum labor, & dolor. ¶ Verũ: quia ut dicit Tho. res naturales non currunt semper eodẽ modo:sed aliqui citius perueniunt ad finem augmenti:alij tardius: suo modo senes: alij citius incipiunt deficere,alij serius: ideo non præcisẽ sunt illi anni ad punctum attendendi: sed uel citius, uel tardius obligantur ad iudicium boni uiri. Non tamen tales omnino a ieiunio abstinere debent:sed secũdũ ualetudinẽ suam exerceri debent ad ieiunium: & secundum eorum ualetudinem sunt ieiunia eis commensuranda. ¶Similiter dicendum de nouitijs religionum, ꝙ secũdum eorũ ualetudinem debet tẽperari rigor religionis in ieiunando. Consonat Pet.de pal.ubi sup. ¶Infirmitas conditionis est minor ualetudo personę propter conditionem sexus, uel alterius accidentis: quales sunt mulieres prægnan

tes,& nutrientes,quæ ieiunare non debent:quia eibū tenētur accipere,nō tantū pro se:sed etiam pro nutrimento fętus,ad quod non sufficit una comestio. Alia causa est quoad prægnantes: quia consueuerūt habere uaria desideria inordinata ciborū diuersorū: & quādoq; ita intensa:q̄ nisi aliquo modo possent satisfacere appetitui: incidere pericululū periclitationis fętus.

E ¶ Secūda causa principalis excusans a ieiunio ecclesiæ est paupertas:nam qui nō habent tantū, unde una uice reficiant, q̄ sufficiat pro cōgrua sustentatione totius diei: sicut ostiatim mendicantes:nec aliud habentes,nisi quæ sic particulatim colligunt: excusantur a ieiunio. Addit Pet. de palud. Non sic eum semel in die sufficienter reficiuntur pro deo,postquā aūt tandem sufficienter refecti sunt: abstinere debent ab ulteriori,seu iterata comestione. Idem puto fore de pauperibus non mendicantibus,qui uix habere possunt in mensa unū ferculum:puta offam unam,uel pulmentū unū,de quo nō possunt sufficienter sustentari ad perficiendū labores suos,uel officiū:q̄ & illi excusantur a ieiunio. Idem est de illis, qui legitimè impediti debita hora pertingere non possunt ad locum,in quo haberent plenam refectionē: isti prælibando aliquid,& posterius perficiendo cęnam nō soluūt ieiuniū:hoc est,nō trāsgrediūtur præceptū. Sicut in simili admittūt doctores cū Pe. de pal. q̄ lectores in conuentibus ad mensam: & seruitores nobiliū, & prelatorū aliquid prelibent,ut possint sua officia robustius,ac perfectius cōtinuare:& posterius plenè reficiantur. Similiter si quis occurrēte casu rationabili,cogeretur de mēsa surgere prius, quā fuisset sufficienter refectus: posset post supplere cōplendo refectionem prius incęptā.

Qui pauperes excusātur a ieiunio.

F ¶ Tertia causa excusans est labor necessarius personæ, uel communitati aut tempori,siue officio;qui cū obseruatione ieiunij perfici nō potest. Si.n.sine detrimento notabili personæ laborantis perfici posset:non excusaret a ieiunio. Et dicitur notāter,necessarius personę: sine quo uidelicet p̄sona seipsam, & suæ curæ cōmissos: utputa uxorem, liberos & familiam sustentare nō posset. Si.n. sine tanto labore(qui ieiuniū nō compatitur)posset se,suosq; sustentare: nedum illa die,sed & sequētibus:debet,qui talis est:tanto labori intendere:cū quanto potest ieiunium obseruare: unde labor pro congregandis diuitijs, & lucris plurimis non excusat. ¶ Dicitur etiam, uel cōmunitati:quoniā si immineret labor pro republi.qui cōmodè nec differri:nec temperari posset propter periculū hostium,uel rei perituræ, uel aliquid simile:excusaret laborantem a ieiunio: secus si labor differri posset sine periculo,aut temperari:tunc .n.non excusaret. Suo modo dicitur de labore itineris:nam si peregrinatio commodè differri posset,non excusaret:secus si commodè differri non posset: puta quia tempus ieiunij peregrinantem præoccupat: uel quia dies festus,ad quem ex deuotione peregrinari cupit: iam imminet. Vel quia mora in pęnitentia periculosa est: siue periculū expectat spirituale,uel corporale:aut q̄a nūc habet socios itineris: quis post habere nō posset: uel propter similes casus,dūmodo cū labore itineris ieiuniū seruare nō posset: excusaretur a ieiunio. Nec obstat:q̄ præceptū pręponi debet cōsilio:quia intentio præceptū huiusmodi dantis nō est alias pias, & uere deuotas,ac magis necessarias causas excludere. Secus autem de præceptis legis naturę,quę hoc prohibent,quod secūdū se & semper malū est: ut dicit bea. Tho. in dist.xv. quarti scripti. Latius explanat hāc partem de itinerantibus Pet.de pal. ponens p̄ ratione:cū finis ieiunij sit carnē domare:& spiritū ad deū leuare: quæ nonnunquam plus fiūt per peregrinationem deuotam,quā per ieiuniū:ergo &c. Sed statim responderi posset cum beato Bern. hęc oportet facere ,sed illa non omittere. Similiter dicendū de cursoribus,& ueridariis principū, & familia,qui cogūtur a dn̄is suis currere, & laborare: credo,q̄ ipsi excusantur per obedientiā, quā dominis suis tenent. Sic tenet etiā Pe.de pal.de labore,quē serui tenentur dn̄is:quē cū ieiunio p̄ficere nō possunt:

Quis labor,quę peregrinatio excuset.

Quō opus cōsilij tollit pręceptū ieiunij.

ficet dñi præcipientes nõ excusentur: si poterãt sine dãno, aut periculo nuncia huiusmodi differre: multò minus excusãtur, qui nolunt cõducere operarios nisi tali pacto, ut ieiuniũ soluãt, nisi foret causa necessaria, quę festinationem operis pro quo laboratur, exposcat. Cursores uero, qui sua spõte se offerũt ad currendũ pro lucro: si nõ indigent, nõ excusantur: sicut dictũ est de cæteris laboratoribus. Sic excusat necessitas temporis: ut cũ labor exigit certũ tẽpus, quod si negligeretur, postea fieri non posset: sicut tempus messis, & autũni, agriculturæ, & concursus hostiũ, incendii casualis, & similium: in quo necesse est laborare: nec differri potest labor sine damno, & perditione rerũ necessariarum: si tantus fuerit labor, ꝙ non potest ferri cũ ieiunio potest solui ieiunium, etiam ab his, qui sine illis laboribus tunc præsentibus possent uitã ducere: non .n. tantum præsentibus: sed etiam futuris prouidendũ est solicitudine moderata. Vnde generaliter si ad cauendũ damna requiritur labor, qui cum ieiunio ferri non potest: commodè excusantur ab obseruatione laboratores. Nec mirum eum etiam in hoc casu excusantur a celebratione sabbati: prout alibi declaratur. ¶ Ex pmissis

Coroll. 1. sequitur primò, ꝙ stat operarios ieiuniũ soluentes esse innocentes: & dominos, quibus laborant, fore culpabiles. Patet de dominis cogentibus familiam suam ad labores non necessarios: cũ quibus ieiunare nõ ualent. ¶ Secundò sequi

Coroll. 2. tur: ꝙ illi a peccato immunes non sunt, qui operarios cõducere nolunt: nisi tali pacto ut ieiunium soluant: nisi forte sit causa necessaria, quę festinationem operis, pro quo laboratur: exposcat: ut dicit Thom. ubi supra, & concordat Panor. cum cæteris doctoribus. Excusat etiam necessitas officij, aut melioris boni: de quo beatus Thom. in iiii. scripto. distinct. xv. quæst. iii. artic. j. Necessariũ, inquit; dupliciter accipitur in cibis. Primo modo ad conseruationem uitæ: & tale necessarium non licet subtrahere per ieiunium, sicut nec interimere seipsum: sed tale necessarium est ualde modicũ: quia modicis natura contenta est. Alio modo dicitur necessarium ad conseruationem ualitudinis corporis. Quæ quidem accipitur in duplici statu. Primò secundum sufficientiam habito respectu ad ea, quæ incumbunt ex officio: uel ex societate eorum, quibus conuiuit necessariò agenda: & tale necessarium subtrahi nõ debet: hoc enim esset de rapina hostiam ieiunij offerre, si quis ex ieiunio impediretur ab alijs operibus, ad quæ alias obligatur. Vnde Hieron. dicit de consec. distinct. v. non mediocriter. De rapina holocaustum offert, qui temporaliũ bonorum, siue ciborum nimia egestate, uel manducandi, uel somni penuria immoderatè corpus suum affligit. ¶ Si etiã tanta sit abstinentia: ꝙ homo ab operibus utilioribus impediatur; quamuis ad ea de necessitate non teneatur, indiscretum est ieiuniũ, etsi nõ sit illicitum: uide ubi sup. Hieron. Rationabiliter hominis dignitatem amittit, qui ieiunium charitati: uel uigilias præfert sensus integritati. ¶ Secundò accipitur ualitudo corporis secundũ optimam corporis dispositionem. Et quia caro in suo robore consistens difficilius spiritui subdit: ideo necessarium ad huiusmodi ualitudinem: etsi licitè accipi potest: tamen laudabiliter subtrahi põt. Et hinc quãdoq; subtrahitur per ieiuniũ ecclesiæ: & talis subtractio non multũ mortẽ accelerat: cũ corpus humanũ inueniatur frequentius ex superfluitate, quam ex defectu mortales infirmitates incurrere. Vnde secundũ Gale. Abstinentia summa medicina est: nec potest dici occasio mortis: cum se habeat ad utrumq; prolongationem .s. uitæ, & eius breuiationem: subtractio autem eius, quod nullo dicto tũ modorũ est necessariũ, est de necessitate uirtutis temperantiæ: & uocatur ieiunium uirtutis: ut dictum est in princi. q. Hęc Tho. ¶ Ex illo patet: ꝙ si doctor legẽs in scholis in theologia, quę animæ salutem respicit: aut prædicans in publico populis: si per ieiuniũ impediretur, quo minus posset prædicare, aut legere: soluendum esset ab eo ieiunium: ut his utilioribus uacare possit: & ita

Nota.

Not. 5. de similibus. ¶ Quintò notādæ sunt tres
G regulæ circa prædicta impedimenta a ie
Reg. 1. iunio excusantia: ut sit excusatio suffi-
Tres re- ciens ad tollendum peccatum insoluen
gulæ ab tibus ieiunium. Prima. Habens impedi
his ser- mentum aliquod ex prædictis, tātum, &
uādę q toties sumat de cibo, quantum, & quo-
se excu ties sufficit ad impedimenti remotionē,
sant a ie & abstineat a superfluis. Gratia exempli.
iunio. Si quis habens debile caput, ita ut nisi
mane sumat cibum calidum, statim inci
dit uertiginem, quā posterius non inci-
dit sumpto cibo: sufficit illi, ut manè su-
mat sorbitiūculam, aut aliud calidum: &
post contentus sit in una comestione:
quoniam si post sufficientem refectio-
nem unicam iterum cęnat, uel comedit:
iam manifestum est (ut dicit Aug.) eum
non pro infirmitate ieiunare non posse:
sed prę gula ieiunare non uelle. Verum
uix teneri potest punctuale medium: sed
Regu. 2. cauendus est notabilis excessus. ¶ Secun
da regula est beati August. in ser. de qua
dragesima dicen. Qui ieiunare non præ
ualet: secretius sibi soli, aut cum alio in-
firmo sibi preparet, quod accipiat: & il-
los, qui ieiunare præualent, ad prandiū
nō inuitet: ne sibi augeat de alterius gu
la peccatum. quia si hęc fecerit non so
lum deus: sed etiam homines intelligere
possunt illum non pro infirmitate non
posse: sed pro gula ieiunare non uelle:
sufficiat illi, q ipse ieiunare non præua-
let: & magis cum gemitu, & suspirio, &
animi dolore manducet pro eo, q alijs
ieiunantibus ille abstinere non potest.
Regu. 3 Hæc Aug. ¶ Tertia regula est beati Tho.
ii.ii. quæst. cxlvii. artic. iiii. Si causa ex-
cusans aliquem ab obseruatione ieiunij
ab ecclesia instituti fuerit euidens: pōt
talis per seipsum licitè obseruantiam prę
terire, præsertim consuetudine interue
niente: uel si non possit facile recursus
ad superiorem haberi. Si uero causa sit
dubia: debet ad superiorem recurrere,
qui habet potestatem in talibus dispen-
sandi: cauebit tamen occasionē scanda-
li iuxta secundam regulam. ¶ Si quę-
rit quis est superior potens in hoc di-
spensare. Hosti. in c. consilium. de ob-
ser. ieiun. dicit, q est episcopus: nec
sufficit licentia simplicis presbyteri, etiā
ex iusta causa: nisi summa necessitas im
mineat: ita q ad ipsum non potest ha
beri recursus sine periculo. Alij dicunt
(ut recitat Ange. in summ. uer. ieiu-
nium. §. xx.) q arbitrio boni uiri stan-
dum est, pro quanta necessitate sit fran
gendum ieiunium, potius quam per do
ctrinam generalem: & sic cum proprius
sacerdos sit iudex ordinarius conscien-
tiæ: uidetur, q ipse possit. Ego uero cre
do (ait Ange.) q si loquamur de dispē
satione (quæ est quædam relaxatio iu-
ris) q tunc pertinet ad episcopū solum,
qui causa subsistente in debente ieiuna-
re potest dispensare. & in aliud bonū ie-
iuniū cōmutare. Si uero loquamur de
declaratione, s. utrū sit causa legitima,
an non: sic credo, q sufficit dispensatio
confessoris proprij, qui est bonus uir: &
etiā consilium medici: sed medicus pec
cat, si sine rationabili causa consulit, ut
ieiunium frangat. ¶ Sextò notandum: Not. 6.
q præcepta legis humanæ siue positiuæ H
iustè obligant omnes legi subiectos secū Pręce-
dum mentē præcipientis, etiā in foro cō pta posi
scientiæ: unde sequitur, q eorum trans- tiua le.
gressio sine causa rationabili est culpa humanę
mortalis: etiam si non fit ex cōtemptu, iustè o-
sed ex negligentia, passione, aut conse- bligant,
quenda uoluptate: nisi fieret ex surre- ad mor-
ptione, inaduertentia, aut ignorantia tale in
excusante. ¶ Istud notabile: quia magnū foro cō
principium est discernendi leprā a non scientię.
lepra: ideo probandum est, & declaran-
dū. Probat igit. Quia secūdū Isido. lex
dicitur a ligādo: nec propriè diceret lex,
nisi ligaret. Et probatur auctoritate chri
sti Luc. x. Qui uos audit, me audit. & q
uos spernit, me spernit. Qui aūt me sper
nit, spernit eū, qui misit me. Et Matth.
x. ait apostolis. Quicunq; non reci-
perit uos: neq; audierit sermones ue-
stros &c. Amen dico uobis: tolerabi-
lius erit terræ Sodomorū, & Gomorreo
rum in die iudicij, quam illi ciuitati.
Item Matth. xviii. Si ecclesiam non
audierit: sit tibi sicut ethnicus, & publi-
canus. In epistolari Aug. epistola. clxvi.
uide ad propositū auctoritates. Sed sper
nens deum sua mandata non obseruan-
do

do peccat mortaliter. Similiter nulli pe ius erit Sodomitis in die iudicij: nisi qui dãnatur propter mortale: neq; aliquis habendus est uelut ethnicus.& publicanus nisi propter mortale: ergo non audiens ecclesiã per præcepti eius trãsgressionem peccat mortaliter. Præterea: quandoq; trangressor mandatorum ecclesiæ incidit excõmunicationẽ ipso facto: sed nullus excõmunicandus est nisi propter mortale xi.q.iij. nullus.&.c.nemo episcoporũ.ubi dicitur. Anathema ẽ æternæ mortis dãnatio:& nõ nisi pro mortali debet imponi crimine:& illis, qui aliter nõ poterũt corrigi: ergo: Item Matt xxiij. Super cathedram Moysi sederunt Scribæ,& Pharisæi: omnia quæcũq; dixerint uobis, seruate,& facite. Quod secũdũ Bonau. dist. xliiij.q ii. intelligitur de his, quæ spectãt ad cathedrã. Itẽ Deut. xvii. Qui superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat dño deo tuo: ex decreto iudicis morietur homo ille. Sed in ue. testa. mors non erat infligenda nisi propter transgressionẽ præcepti per mortale pctũm: ergo transgressio præcepti sacerdotalis est peccatũ mortale. Ad idem loquitur apostolus Rom. xiii. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: nõ est enim potestas nisi a deo: quæ aũt sunt a deo, ordinata sunt. Itaq; qui potestati resistit: dei ordinationi resistit: qui aũtẽ resistunt, ipsi sibi dãnationem acquirunt. dãnatio aũt non acquiritur nisi per peccatũ mortale. Itẽ ad Heb. xiii. Obedite præpositis uestris, & subiacete eis: ipsi enim peruigilant quasi rationem reddituri pro animabus uestris. Et j. Petri ii. Serui subditi estote in omni timore domini: non tantũ bonis,& modestis: sed etiã discolis. quod tamen intelligendum ẽst in his, quæ iuste præcipiunt: ut inf. dicetur. Simile habetur in multis locis scripturæ. ❡ Ex quibus satis euidenter patet: ꝙ transgressio præcepti humani obligat ad culpam mortalẽ. Hæc est etiam sententia glos. super illo j. Pe. ij. Hæc est gratia, si propter cõscientiã &c. Item est sententia beati Thom. j. ii. q. xcvi. artic. iiij. ubi dicit. Leges positiuæ humanæ iustæ habent uim obligandi in foro conscientiæ a lege æterna, a qua deriuantur: secundũ illud Prouer. viii. Per me reges regnant:& legũ conditores iusta decernunt. Etiam beati Bonau. in ii. circa literam di. xxxv. ubi dicit, ꝙ qui non obedit prælato, peccat, sicut qui nõ obedit deo: hoc .n. dependet ex mandato dei: quia deus mãdat, ut obediatur homini. Ad idẽ dist. xix. per totũ. ubi dicitur. Sic oẽs sanctiones apostolicæ sedis accipiendæ sunt: tanquam ipsius diuina uoce Petri firmatæ ea. dist. sic oẽs. ❡ De hoc late tractat dñs Anto. parte ii. titu. xvii. & xviii. ostẽdens, ꝙ nõ tãtũ põtificũ leges: sed etiã leges humanæ seculares imponunt necessitatem homini ad obseruandũ in foro cõscientiæ: ita ꝙ non obseruans peccat, si sint iustæ. alleg. ad hoc Aug. ad Bonifa. comitem dicentẽ. Qui legibus imperatorũ, quæ pro dei uoluntate feruntur: obtemperare nõ uult, acquirit grande supplicium. Ponit etiam Anto. casus seu præcepta xviii. in quibus trãsgredientes mandata ecclesiæ positiua peccãt mortaliter: quorum aliquot post eũ recitat Ange. in sum. uer. præceptũ. §. xviii. Idem tenet Felinus de consti. c. nam concupiscentiã. quod probat per c. illud. de maio.& obe.& c. quisquis xiiii. q. j. Notat Bar. in l. si quis pro eo. in quinto membro .ff. de fideiul.& dñs Cardi. post Matth. in clemen.& in ult. colum. de uita & hone. cleri.& in clemẽ. dudũ. finali de sepult.& Dominicus post Arch.& Ioan. in c. detestã. de conces. præben. in vi. etiam si sit lex principalis secularis: ut notat glos. in c. quis aũt dil. x. etiam si sit statutũ municipale: ut sentit glos. iii. in c. ii. de constitu. in vi. quã ibi Do. in antepenult. colum. Et idem in legibus ciuilibus: ut supra alibi probauit. Amplia. etiam si in lege præceptiua sit alia pœna imposita secundum Dominicum in c. perpetuæ. in notabilibus, per illum tex. de elect. in vi. Hæc intellige, quando lex est præcepti: dicto cap. quisquis. §. quod præcipitur. si autem consilij regulariter non obligat nisi in certis casibus. Hæc ille. Ex isto patet, quàm irrationabilis,& periculosa est

Coroll.

opinio Cardi. & quorundam aliorũ iuristarum, quã recitat Panor. de obser. ieiu. in expositione titu. ꝙ trãsgressio canonis obligat ad mortale: quando fit ex contemptu, seu inobedientia: sed si quis transgreditur ex concupiscentia, ira uel negligentia: tũc solum obligatur ad ueniale: si ita intelligitur, ut uerba sonant &c. Ideo Panor. cum cæteris recedit ab illa opi. nam si hæc opinio procederet: nulla esset differentia inter præcepta ecclesiæ, & eius consilia in obligando: nã etiam consilia obligant ad non contemnendum: ut dicit sanctus Bonauẽt. in secũdo scrip. dist. ulti. prope finem. & Sco. in quarto: ꝙ in nullo, quod dicunt prælati, auctoritas eorũ est spernẽda. Quãuis enim non tenemur prælatis in omnibus obedire: puta non in cõsilijs, tamen tenemur nullũ eorũ mandatum spernere. Semper. n. contemptus est in culpa. Clarius loquitur de hoc Sco. in iiii. dist. iii. q. iiij. Et licet ibi loquatur de consilio, & præcepto diuinis: idem tamen est de humanis: dum iusta fuerint, & sana: nec obstat, quod dicit Gers. in de uita animę, lect. iiii. circa princi. conside. j. Nulla transgressio legis naturalis, aut humanæ ut naturalis, uel humanę, est de facto mortale peccatum: quia loquitur de lege purè humana: ut scilicet nihil participat de lege diuina, propter quod addit, ut humana. Nunc autem leges positiuæ ecclesiæ, & potestatum superiorũ quatenus iustæ sunt: participant aliquid cum lege diuina, quę præcipit obediendum fore ecclesiæ, & prælatis: ut ex allegatis patet: & ideo qui legem humanam iustam sine causa rationabili excusante transgreditur: etiam transgreditur legẽ diuinam præcipientem obedire legislatori.

K ¶ Dicitur in principio notabilis notanter, iusta siue legis iustę: quoniam lex iniusta non ligat in foro conscietię: quia (ut dicit Aug. in de lib. arbit.) lex esse non uidetur, quæ iusta non fuerit. ¶ Dicitur autem lex iusta secundum beatum Thom. in ii. ii. q. xcvi. artic. iiij. ex fine, ex auctore, & ex forma. Ex fine, quando ordinatur ad bonum commune. Ex auctore, quando nõ excedit potestatem ferentis. Ex forma, quando secundũ proportionem imponũtur subditis onera in ordine ad bonũ commune. Cum. n. unus homo sit pars multitudinis: quilibet homo hoc ipsum, qđ est, & qđ habet, est multitudinis: sicut & quęlibet pars id, quod est, est totius: unde & natura aliquod detrimentum infert parti, ut saluet totum. Et secundum hoc leges huiusmodi onera inferentes proportionabiliter unum non plus alio grauantes iustæ sunt. Per oppositum iniustæ sunt, si excedunt limites facultatis statuentis. aut quia non faciunt ad utilitatem boni cõmunis: sed magis ad cupiditatẽ propriam statuẽtis, aut gloriã eius. Vel etiam si onera inæqualiter imponuntur multitudine: licet ordinetur ad bonũ cõmune. Et in foro cõscientiæ nõ ligat nisi forte ad uitandũ scandalũ, uel turbationem: propter quod etiam quis debet iuri suo cedere: secũdũ illud Matt. v. Quicũq; te angariauerit mille passus: uade cum illo & alia duo. Et qui uult tecũ in iudicio cõtendere: & tunicam tuã tollere: dimitte ei & palliũ. Sũt etiã leges iniustæ, cũ fuerint cõtrarię mandatis diuinis, sicut leges tyrannorũ inducẽtes ad idolatriã, aut alia peccata: & tales leges nõ solũ non obligant: sed omnino non sunt seruandę: quia oportet plus obedire deo, quã hominibus. Act. iiii. Hæc Tho. ¶ Dicitur etiã in notabili, legi subiectos: quoniam qui non subijcitur potestati legislatoris: nõ subiicitur legi eius. Unde lex dięcesani priuata, aut municipalis nõ ligat homines alterius diœcesis, uel ciuitatis: non enim est iudex exterorum. Et sicut sententia a non suo iudice lata nulla est: ita nec lex a nõ suo superiore statuta obligat. Sic etiam lex moysaica non obligabat gẽtes moysi non subiectas. Sic etiam lex superioris tollit obligationem legis inferioris secum se non compatientis in ea parte, in qua non statcum lege superioris. De hoc clarè loquitur Aug. Si aliquid pręcipit proconsul: aliud imperator cõtempto proconsule, obediendum est imperatori. In hoc enim casu lex inferioris iniusta est: eo ꝙ excedit auctoritatem sta

Quæ sit lex iusta

Lex tantum obligat subiectos.

tuentis:non enim habet inferior auctoritatem statuendi contra superiorem. ¶ Dicitur etiam; obligant secūdū mentē præcipientis: quia ut dicit beatus Tho. ubi sup. art. vi. omnis lex ordinatur ad cōmunem hominū salutem: & intantū obtinebit uim. & rationem legis: si uerò ab illo deficit: uirtutem obligādi nō habet. Contingit aūt multoties, q aliquid obseruari communi saluti est utile, ut in pluribus: quod tamē in aliquibus casibus est maximē nociuū: quia igit legislator nō potest omnes singulares casus intueri: proponit legem secūdū ea, quæ ut in pluribus accidunt: ferens intentionē suā ad cōmunem utilitatē: unde si emergit casus, in quo obseruatio talis sit dānosa cōmuni saluti: nō est obseruanda: unde magis sequenda est intētio legislatoris, quā uerba: nam secūdū beatū Hila. iiii. de trinitate intelligentia dictorū ex causis est assumenda dicendi: quia non sermoni res: sed rei sermo debet esse subiectus. Et quando manifestū est ex euidentia periculi, siue nocumenti legislatorē aliud intendisse: sequenda est intentio, non uerba: si uerò dubiū fuerit: debet qs uel secūdū uerba legis agere, uel superiorem consulere. Similiter si obseruatio uerborū legis habet subiectum periculū non patiens tantam moram, ut ad superiorem recurri possit: ipsa necessitas habet dispensationem annexam: quia necessitas non subditur legi. Si uerò nō sit periculū subditū in obseruatione legis secundū uerba, non pertinet ad quemlibet, ut interpretetur, quid sit utile, uel inutile: sed hoc pertinet ad superiores, qui habēt auctoritatem in talibus dispēsandi. Hæc omnia sententialiter beatus Thom. ¶ Dicitur etiam, sine causa rationabili; quoniam si fuerit causa rationabilis in certo casu non obseruandi: non obligat lex in tali casu. Est autem causa rationabilis talis causa, qua existēte etiā legislator iustus non uellet legem seruari: puta quando ratio legis cessat. Et licet ratio legis non semper exprimatur: tamen nos eam coniecturare debemus: & ad limites illius legē ampliare, uel restringere. Lex. n. esse debet honesta, pos

Nō peccat ex rōnabili cā uerba legis non seruans.

Nota.

sibilis secūdū naturā. i. naturalem rationem glos. in c. erit aūt dist. iiii. & dist. j. c. Consuetudo. dicitur legem ratio commendat. Vnde nō minus attendenda est ratio legis, quàm ipsa lex: unde ubicūq; locū habet ratio legis: etiam locū habet ipsa lex: unde cessante ratione legis: cessat & obligatio legis, quod intelligendū est de ratione finali: ut dicit Angelus in uerbo lex. §. iiii. ¶ Dicitur etiam præuia deliberatione: propterea, quæ fiunt ex surreptione, aut ignorantia inuincibili. Hęc. n. excusantes etiam transgressorē legis diuinæ: quod intelligendū est de deliberatione, quę precessit: uel præcedere debuit propter ignorātiā crassam, & supinā, quę non excusat a mortali. Et omnia, quę in hoc notabili dicta sunt: intelligi dicūt de lege præceptiua. Hāc materiā etiam ulde in Panor. de constit. c. j. & c. nā cōcupiscētiā. Itē de treu. & pa. c. j uide repertoriū eiusdē uer. lex. ¶ Verum pro isto ultimo, seu sexto notandū est: q nō omnia statuta, ac cōstitutiones scriptę habent uim præcepti: & per hoc nō oēs ligāt transgressores ad mortale. Sicut nec omnes ciuiles constitutiones obligant trangressores ad pęnam capitalē. Sed unde colligitur; an cōstitutio habeat uim legis preceptiue: uel nō: ponūt doct. uarias doctrinas i diuersis passibus iuris, ex quibus hæc summariē cōportantur. ¶ Quoniam aut cōstat de mente statuentis: aut non. Si cōstat de mente, q uult precipere: habet uim precepti: & trāsgressor peccat mortaliter: nō curando de uerbis: quia uerba seruire dicunt intentioni. Panor. ubi sup. Si intentio statuentis non est certa: considerand a est materia statuti: hoc est illud, quod statuto ordinatur agendum, uel uitandum: an sit materia præceptiua: hoc est digna precepto: puta materia multum necessaria ad salutem, aut cōe bonum: aut multum impeditiua salutis, aut boni communis: & tunc statutum habet uim precepti. Si uero est materia leuis, utilis quidē sed nō multū promotiua, nec impeditiua salutis, uel communis boni: nō habet statutū uim pręcepti. Nō est. n. pręsumendum; q statuens ex faci-

M Nō oīs lex hēt uim pcepti.

li causa uelit obligare ad mortale. & per hoc illaqueare eos, quorum debet diligere salutem. Si uero nec intentio statuentis certa est: nec materia pōt sufficiēter discerni: an præcepto digna sit: recurrendū est ad uerba statuti. Et tunc aut uerba important manifestē præceptionem, uel prohibitionem: aut cōminationem alicuius cōsequentis ad mortale, uel includentis mortale: ut sunt hæc uerba: pcipimus, mandamus, iubemus, prohibemus, interdicimus, & his similia. Item si uerbis etiā communibus additur. In uirtute sanctæ obedientiæ: aut sub anathemate sub maledictione æternę indignationis dei: sub districto dei iudicio: & similia. & tunc statutū, aut ordinatio habet uim præcepti, cuius transgressor est mortalis. Aut in tenore legis ponuntur uerba cōmunia: qualia sunt: statuimus, decernimus, ordinamus, innouamus, uolumus, monemus, exhortamur: & tunc lex non habet uim pcepti: nisi addatur cōminatio alicuius pœnæ mortali peccato debitæ: ut statim sup. dictum est. Et notat Angelus circa hoc uerbum debet: q ex suo proprio significato importat necessitatem præcepti: licet quandoq; ratione materię importet congruitatē. Tamen secundū Panor. improprietates terminorū sunt uitandæ in c. j. de dolo, & contu. Et ideo solū habet locū improprietas huius uerbi, debet: q sit consilij materia cōsultiua: ratione materię, quæ est consultiua. Ad huius materiæ declarationem plurimum ualet cle. Exiui. de uerb. sig. ad quā etiam remittunt doct.

Vnde cognoscit, quādo hēat uim pręcepti.

Artic. 2. Cōcl.

¶ Quātū ad articulū secundū, est conclusio unica, & responsalis. Ieiunium ab ecclesia pręceptum obligat ad culpā mortalem omnes fideles ipsum sine excusatione legitima non seruantes. Hęc cōclusio probatur: quia omnis fidelis trāsgrediens præceptū ecclesię peccat mortaliter: sed fidelis non obseruans ieiunium ab ecclesia pręceptum sine excusatione legitima est huiusmodi, ergo. Cōsequentia nota. Maior patet ex notabili sexto. Minor declarata est in notabili secundo. Hęc conclusio est de intentione Alexand. de hales par. iiii. quęst. cii. sancti Tho. in quarto scripto distinct. xv. q. j. de ieiunio. & ii. ii. q. cxlvii. artic. iii. Durand. eadem. distinct. q. v. Pet. de palud. distinct. xv. q. iiii. artic. j. in artic. iii. conclusione iii. dicit, q certum est ex ecclesię statuto, & generali consuetudine: q ieiunium quadragesimale cadit sub pcepto. Rich. de me. uil. eadem dist. quarti art. iii. q. iii. & iiii. & communiter oēs theologi in hac conclusione cōcordāt. Similiter & Panor. de obseruatione ieiuniorū. c. j. & ii. & communiter omnes summistę. ¶ Dicitur aūt in conclusione ieiunium pręceptum: quia soluens ieiunium, quod tamū est de consilio, nō peccat mortaliter, nisi fieret ex cōtemptu. ¶ Dicitur oēs fideles: quia nō obligat infideles, qui non sunt ecclesię mēbra. Obligat autem omnia mēbra tā uiua, quām mortua. ¶ Dicitur sine excusatione legitima: quia qui ex legitima occasione ieiunium soluit: non est transgressor pręcepti: ut dictū est in notabili secūdo: ideo talis nō peccat. ¶ Quantū ad tertiū articulū dubitatur primò: quibus, seu quot modis soluatur ieiuniū ecclesię. Respōdetur post Rich. de med. uil. dist. xv. quarti artic. iii. q. vi. q tribus modis soluitur, seu frangitur ieiunium ecclesię. s. pluribus uicibus comedendo: cibo non cōcesso utendo, tempore pręmaturo manducando. Et hos etiā habet Pe. de palud. ubi sup. artic. iiii. & secundū hoc tres format conclusiones notabiles. ¶ Circa primū dicūt qdā: q licet pluries in die ieiunij comedere sine fractione ieiunii: dummodo fiat ex rationabili causa: & secūdū cōsuetudinē illorum, cū quibus uiuitur. Et hanc opinionē recitat Panor. super rubrica de obseruatione ieiunij. Et addit rationem secūdū illos: quia cū nullo iure caueatur: q solū semel in die sit comedendū: seruāda est cōsuetudo: ut in c. utinā. lxxvi. dist. ubi dicit Hiero. ad Lucinū. Vnaquęq; puincia abundet in suo sensu: & pręcepta maiorum leges apostolicas arbitrentur. Et ad hanc opin. uidetur declinare Panor. sed tamen cū certo moderamine. ¶ Alia est opin. Goffredi. quam sequitur beatus Tho. Rich. Pet. de pal. & cōmuniter

N Ieiuniū ab ecclesia pceptū obligat trāsgredientē sine cā rationabili.

Artic. 3. Dub. 1.

O Tribus modis soluitur ieiuniū.

Opin. 1

Opin. 2.

theologi; q qui in die ieiunij plus, quã semel comedit aliquid per modum cibi frangit ieiunium. Vnde ieiunium diffinit Goffredus, & Hosti. de obserua. ieiu. Ieiunium est subtractio prandij: & post cœnam cuiuslibet cibi subtractio usq; in diem sequentem. Addit Hosti. hoc est semel in die tantum hora congrua comedere. ¶ Dicitur autem per modum cibi: quoniam qui aliquid sumit per modum medicinæ: non soluit ieiuniũ. Vnde sanctus Tho. in quarto. dis. xv. & Pe. de pal. ubi supra conclusione. iij arti. iiij. q. iij. dicit, q licet electuaria sumere per modum medicinæ absq; fractione ieiunij: licet etiam aliquo modo nutriant: quia enim eorum usus principalis, ac communis nõ est ad nutriendũ: sed ad medẽdũ: non est prohibita eorum sumptio in diebus ieiuniorum: nisi sumerentur in fraudem ieiunij: aut si sumerentur sicut alij cibi ad famem extinguendam: licet si in sumendo etiam esset nimia delectationis libido: posset perdere meritũ, & peccare mortaliter: quamuis sic sumẽdo nõ solueret ieiunium. Ista opi. planè tenet; ut uidetur: q per cuiuscunq; sibi etiam modici buccellę panis, aut fructus sumptionem extra cęnam soluatur ieiuniũ. Et sic soluens peccet mortaliter: nisi in casu, quo licet soluere ieiunium iuxta dicta in primo articulo notabili quarto.

Licet omni tẽpore medicinam accipere.

Opi. 3. ¶ Tertia est opi. media, quę uidetur probabilior, quæ tenet cum secunda: q comedẽs aliquid extra unicam comestionem cęnæ de his rebus, quæ communiter in cibum sumuntur: ut panem, fructus, herbas, & huiusmodi: nisi id sumatur pro medicina: soluit ieiunium. Et si illud agat sine excusatione legitima: transgressor est præcepti: & peccat mortaliter. Et tenet cum opinione prima; q liceat aliquid sumere eorum quę in cibos ad nutriendum sumi solent ante, uel post cęnam: dummodo illud nõ propter famis repulsionem, aut delectationẽ seu uoluptatem: sed propter sanitatem corporis sumatur: licet enim medicinam oĩ tempore accipere. Est autem medicina triplex: curatiua, conseruatiua, & pręseruatiua. Vnde accipiens aliquid ad curandam infirmitatem in existentem: nõ soluit ieiunium. Sic qui habet complexionem debilem: & facile patitur diminutionem uirium, seu capitis uertiginẽ, aut simile sumens aliquid cõfortatiuum, nõ frangit ieiunium. Similiter qui indiget potu: & ne potus lędat: pręgustat aliquid panis, aut fructus: quamuis illa nutriant: non soluit ieiunium: dum illa comestio magis ordinatur ad medicinã, quã ad cibum per intentionem sumentis: quæ intentio colligitur ex quantitate sumpti, & modo sumendi. ¶ Hanc opinionem amplectitur Angelus, & Baptista in summis: ac Pe. de pal. ut recitat Angelus. Et hanc puto fuisse opi. Panor. in expositione rubricæ de obser. ieiu. ubi dicit cõtra rationem primæ opi. quæ dicit nullo iure caueri, ut semel tantum comedatur in die ieiunij. Ego inquit, dicerem satis hoc caueri: si bene ponderetur mens. c. quadragesima. de conse. dist. v. Nam ibi dicitur. Quadragesima summa obseruatione est obseruanda, ut ieiuniũ in ea præter dies dominicos, qui de abstinentia subtracti sunt: quod non põt intelligi, nisi ut tunc pluries posset comedi: ergo in alijs diebus ut exceptio sit bona: solum semel est comedendum; quia hæc sola differentia est inter ieiunium, & non ieiunium ut Thom. arguit in iiij. quia in die ieiunij semel tantum in die: non ieiunij pluries comeditur. Et subdit Panor. Putarem tamen quod aliquid sumere pro collatione de sero; magis ad sustentationem naturæ, quàm ad delicias non esse peccatum: nec frangere ieiunium: dummodo hoc fiat temperatè secundum consuetudinem loci. Nam ex quo non habemus in hoc ius speciuocum, id est specinocẽ, & expressè loquens. licet ut dictum est: habetur ius implicitè innuens recurrendum est ad consuetudinem loci. Et adducit; q cistercienses statuerint, q hi, qui ministrant cæteris tempore ieiunij, aliquid sumant: ut melius possint differre prandium. Et secundum Innocen. non dicũtur frangere ieiunium. Sic de ministrantibus dominis, qui prægustant cibum ex suspitione ueneni. Idem de lectoribus

Quid sũmi possit ĩ collatione.

Lectoribus, ministris licet aliquid p̃gustare.

ad mensam: qui prandium coguntur interrumpere ex aliqua causa, uel honestate. ¶ Verum de consuetudine dicit Host. de obserua. ieiu. cap. ij. quod in ieiunijs solemnibus, & indictis per ecclesiam nil potest facere consuetudo. Alij tamen, ut uidetur sentire Inno. de obser. ieiu. cap. j. uidentur uelle, quod consuetudo ualet in relaxatione ieiunij, & obseruantiae indictae ab ecclesia. Sed haec contraria hic concordat Panor. in cap. explicant. eodem titu. Quia aut consuetudo habet in se causam rationabilem, & honestam: & sic ualet. Secus autem ubi nõ est fulcita ratione: ut puta inducta est: ut homines intenderent uentri, & festis, ac gaudijs secularibus. Et in hoc casu intelligendum est dictum Hostien. nam consuetudo non ualet contra ius: maximè in concernentibus salutem animae: nisi sit rationabilis. Ex quo patet, quod consuetudo inducta per carnales homines in nocturnis collationibus in diebus ieiuniorum: praua est, & mala. In quibus non sunt contenti confectionibus medicinalibus: neq; bucella panis tortella, aut arborum fructibus modicis: ne potus laedat: sed uoracitatem suã usq; ad cotta, pisces, aut legumina, seu offas protendunt, quos a solutione ieiunii nulla ratio excusat: cum nõ pro infirmitate cauenda: sed pro sola crapula, & fame pellenda hęc agant. Quoniam si hęc pro infirmitate herẽt, nõ sic ad collationes sanè conuenirent. Hoc enim signo: ut Aug. dicit non solum deus: sed etiam homines intelligere possunt illos nõ pro infirmitate nõ posse: sed pro gula ieiunare non uelle. Itẽ dicit Inno. de obser. ieiu. c. j. Medicinam pro remouenda infirmitate, uel fugienda accipere licet sine pctõ in die ieiunij: sed pro cõseruanda sanitate tñ: ubi nõ est signum infirmitatis: non credo. Si ergo scđm eũ nõ licet pro hac causa sumere medicinã: quantò minus licet sumere cibum nutritiuum. Neq; aliquem lego, qui admittat binam comestionẽ in die ieiunij sine cã rationabili: ideirco sumentes cibum post unam comestionem nõ habẽtes causam rõnabilem: ex praedictis non possunt se tueri sola consuetudine per carnales homines introducta. Neq; hic abusus apud uiros honestos deum timẽtes inuenitur: sed solum apud carnales, & delicatos pro deo suum uentrem colentes, qui contra ecclesię disciplinam: & ea, quę pro salute animarũ constituta sunt, nõ cõsuetudinẽ, sed corruptelã inducere possunt. Et quia pleriq; iuristarũ carni fauentium pro soluentibus ieiunium in immoderatis ieiunijs pro se allegant illud supra tactum. Nullo scilicet iure caueri: quod tantũ semel in die ieiunij comedatur. Ideo addo: quod nõ omnia seruanda. & omittenda in iure scripto cõtinentur. Cum & decretũ circa annos domini M. cl. aut secũdũ alios. M. cliij. Decretales uero circa annos dñi. M. ccxxvj. compilatae sunt. Multaq; obseruanda successione, & consuetudine nobis tradita sunt: de quibus beatus Augu. in lib. ex dictis Basilij: & habetur distin. xj. Ecclesiasticarum. sic ait: Ecclesiasticarum institutionũ quasdam in scriptis: quasdam uero apostolica traditione p successores in ministerio confirmatas accepimus. Quasdam uero consuetudine roboratas approbauit usus: quibus par ritus: & idem utrisq; pietatis debetur affectus &c. ut & supra tactũ fuit. Et exemplificat in multis, qui in ecclesiae usum uenere, & in canone scripta non sunt. Ad idem loquitur Inno. iii. in c. cum marthae. de celebratione missarũ. Ieiunium autem esse abstinẽtiam plurium comestionum expresse docuerunt beatus Augu. & Ambro. & uetustissimus ecclesiae ritus ab ipsis apostolis ad nos deriuatus, qui non minoris est auctoritatis, quàm canonum ac constitutionum praecepta in corpore iuris scripta. Vnde sufficienter illa carnalium allegatio uidetur euacuata. ¶ Sed quid de potu uini, uel ceruisiae. Tenet Inno. ubi supra siue ante cenam, siue post sumatur: non soluitur ieiunium licet aliquantulum nutriat: quoniam principalis usus potãdi, non est ad nutriendum: sed ad deferendum cibum: ut conuenientior fiat nutritio: sicut de confectionibus dicitur: uerum si potus sumeretur ad repellen-

dum famem: sic sumeretur in fraudem statuti ecclesiæ, & sic bibens frangeret ieiunium. Magis tamen cauendum est de potu manè ante comestionem: quàm post: quia potus sumptus post cibū, & sitim extinguit, & digestionem iuuat: sed ante sumptus plurimum nocet. Vnde breuiter, ut uult beatus Thom. in iiii. dist. xv. q. ulti. de ieiunio: si aliqua sumantur, quę ad manducandum de se ordinata non sunt: sed ad alium usum, qui usus communiter manducatio non uocatur: talis cibi, ut electuarii, uel potus sumptio præter manducationē unā ante, uel post non facit binam māducationem. Et ideo talis sumptio non soluit ieiunium: licet ex libidine sumēs, uel immoderatè potest peccare: etiam mortaliter: ut dictū est supra in pria opi. Cōcordat prædictis Rich. Anto. & cæteri.

Q Quo frangitur ieiunium ciborum qualitate.

¶ De secundo, quo frangitur ieiunium scilicet qualitate ciborum tempore ieiunij manducandorum, tria breuiter dicuntur. Primum, in quo consentiunt omnes doct. est, q esus carnium frangit ieiunium. de hoc. c. consilium. de obseruat. ieiu. Vnde ieiunare non dicuntur, qui tantum semel in die carnibus reficiuntur: quamuis tales nonnihil mereantur, qui carnibus utentes propter deū, & ex charitate a pluribus comedendi uicibus abstinent una tantū refectione cōtenti. Vnde Inno. c. ex parte. eo. tit. Credimus; q si carnibus utatur quis in ieiunio indicto, soluit ieiunium. Et eodem modo si plus, quàm semel comedat: pisces uero: & uinum conceduntur. unde idem subdit. Sed si lautius capiat, uel si beluas marinas comedat, uel si nimis ardenter, non credimus; quòd propter hoc soluatur ieiūniū: sed in his, & in alijs excessibus eum peccare credimus & sic intelligitur. c. solent. de conse. dist. i. dist. v. quinq; In quibus dicitur: q non ieiunat, qui ante tempus uespertinū comedit. Et inter quinq; modos gulę annumerantur nimis delicata cibaria. Secundò frangitur ieiunium per sumptionem omniū, quę sementinā carnis trahunt originē. ait Pal. ut casei, lactis, butyri, ouorum: ut in. c. Deniq; distin. iiii. & in hoc satis concordāt doctores. Sed hodie rigor ille in multis locis relaxatus est: in quibus nostris temporibus per dispensationem ap. se. quæ facile conceditur in quadragesima lacticiniis generaliter pleriq; utuntur, frigescente ubiq; charitate, & tepescente disciplina christiana. Vnde etiam in cæteris conuiciniis pleriq; similiter lacticiniis utuntur: nulla concessa dispensatione. Et ait Pet. de pal. arti. iiii. de britonibus: quod non parum nostro conducit territorio, & principatui uuirtenbergen. Britones autē, qui in quadragesima utuntur butyro: uidentur excusari, quia in illis, in quibus ecclesia dispensare potest: si scit, & dissimulat; dispensat. Si tamen ita dissimulat; q nec puniat excommunicando: nec prohibeat uerbo. Sequitur. Vnde cum ecclesia illud sciat: nec eos prohibet: nec prędicet eos malefacere: & si aliud priuilegium nō habēt, excusantur. hęc ille. ¶ Tertiò dicitur: q extra quadragesima seruanda est consuetudo quantū ad esum lacticiniorum: quia cū non habemus textum expressum, qui aliis indictis ieiuniis oua, & lacticinia prohibeat: nisi solum in quadragesima: consuetudo in aliis extra quadragesimam seruanda est. Et addit angelus in summa. Non diceerem, inquit, eum frangere ieiunium, q ēt comederet oua, & lacticinia extra quadragesimā: ubi consuetudo non est, quando non per gulositatem: sed ex aliqua rationabili causa faceret. Sicut & infirmis indigentibus concessum est ad cōsilium medici comedere carnes in quadragesima ut in. c. cōsilium. e. ti. Videāt tamen medici, ut discretè cōsulant: ne si ibi consulerent, ubi nulla esset necessitas, peccato comedentiū se inuoluerēt. ¶ Quartò: de hora comestionis, quę cœna uocat: dicitur: q in quadragesima hora regularis est post uesperas dictas: ut in cap. solent allegat. Non tamen oportet expectare uesperam diei; sed officii: ut scilicet antequā celebretur officium uespertinū nō edatur: ut uult Pet. de pal. arti. iiii. & hæc est sententia Inno. ubi supra. Et ad cap. solent. quod dicit: q non sunt credendi ieiunare, qui

In quadragesima cauenda sunt lacticinia & oua: in aliis ieiuniis seruet consuetudo loci.

ante manducauerint in quadragesima, quàm officium uespertinum celebretur. Dicendum: quod loquitur de perfectione ieiunij: non de necessitate. Quod uerū est: nisi quis horam præueniret in fraudem ieiunii. In aliis ieiuniis nulla hora est determinata in iure ad comedendū. Sed sequenda est cōsuetudo patriæ, quā si quis puenit ex cā rationabili; puta quia hora consueta occupatus est, aut itinerare habet; uel propter hospites: aut aliquid huiusmodi honestum: non in fraudē ieiunii: non peccat. Si uero anticipat sine causa rationabili, non frangit ieiunium secundum Innocen. sed peccat uenialiter: nisi id faceret in fraudem ieiunii: tunc peccaret mortaliter. ¶ Si uero post horam comedit: etiam quantumcūque distanter non peccat: nec frangit ieiunium: nisi ageret ex aliqua suspicione. Sicut quidam superstitiosè ieiunant, donec appareant stellæ in cęlo. ¶ Et quia frequenter dictum est eos frāgere ieiunium, qui aliquid agunt in fraudem ieiunii. Ille agit in fraudem ieiunii, qui manducat ea: uel eo modo, quo impedit finē institutionis ieiunii. ¶ Est autem ieiunii institutum secūdum S. Tho. in iiii. & ii. ii. locis frequenter allegatis propter duo. Vnum afflictio corporis ad satisfactionem pro peccatis commissis: & ad reprimendam concupiscentiæ delectationē, quo caueatur a committendis. Qui ergo sic ieiunat: ut suo ieiunio afflictionē corporis per famē penitus effugiat: aut ut in nullo concupiscentiam sua delectatione fraudet: & hoc ex intentione: agit in fraudem ieiunii. Et qui id circo manè comedunt: ut famem nō sentiāt: aut tantum se ingurgitāt multitudine, aut delicatione ciborum: ut concupiscentiæ per omnia satisfaciant: licet tantum semel comedant, in fraudem ieiunii cibum sumunt. Et tantum de illo dubio. ¶ Dubitatur secundò: utrum ieiunia ab ecclesia indicta possint transferri, redimi, uel commutari. Respondetur: quod cū in dominica ieiunandum non sit: si uigilia ieiunanda uenerit in dominicam: auctoritate canonis transfertur in sabbatum præcedens: ut in primo, & secundo capitulis de obserua. ieiu. Potest idem fieri auctoritate episcopi: si uigilia occurrit in aliquo insigni festo secundum Inno. Sicut in francia, ubi sunt ecclesiæ sancti Quintini: ibi ieiuniū uigiliæ omnium sanctorum transfertur in diem pcedentem: hoc est in tertium diē ante festum omnium sanctorum. ¶ Commutari uero, uel redimi non possunt, nisi fuerit necessitas, aut rationabilis causa secundum Inno. & pal. conclusione. iiii. art. i. q. iiii. nisi accesserit auctoritas papę. Secus tamen de ieiuniis, ad quæ quis obligatur ex uoto, uel pœnitentia, quoniam in his commutationem facere potest confessor habens absoluere a peccato, pro quo impositum est ieiuniū: aut superior habēs dispensare in uotis. ¶ Dubitatur tertiò: utrum uxores propter phibitionem uirorum excusentur a ieiunio ab ecclesia præcepto. Respondet Inno. ubi supra quod non: & Pal. ar. ii. conclusione. i. ubi supra, quia magis obediendū est ecclesiæ, quàm marito. Addit tamen Inno. quod propter scandalum uiri uitandū, sacerdos possit dispensare. Voluntaria uero ieiunia debet dimittere ad pceptum uiri. ¶ Dubitatur quartò, utrū uno die non ieiunans: teneatur alio die ieiunare. Tenet hic Ang. in sum. quod non, eo quod in c. ii. de obseruantia ieiuniorum nō iniungitur frangētibus ieiunium, ut alio die ieiunent. Et licet hoc ca. loquatur de his qui aliqua necessitate, uel causa rationabili soluunt ieiunium: habet tñ etiam locum in temere soluentibus ieiunium: quoniam ieiunia ecclesiæ sunt ad certos dies determinata; & non sub disiunctione ad alios, certa ratione dies illos concernente: ut propter festa sequētia deuotius celebranda: ut in uigiliis festorum. Et in quadragesima propter festa pascalia, quæ ratio cessat aliis diebus. Vnde qui in diebus statutis non ieiunat sine causa, soluit præceptum, nec alio die ieiunando satisfacit præcepto: ideo uirtute præcepti non tenentur ad ieiunium alterius diei. Verum: quia qui sine causa excusante transgreditur præceptum, & ita peccat mortaliter: ei congruè potest iniungere confessor ieiunium

Duplex causa institutionis ieiunii.

Dub. 2. R Vtrum ieiunia possint trāsferri.

Dub. 3.

Dub. 4. S Vtrum non ieiunans uno die alio die teneat.

alium alterius diei, unius, uel plurium secundum qualitatem temeritatis eius in soluendo ieiunium per modum satisfactionis: ut per hæc pæniteat, per quæ peccauit: tunc obligatur ad ieiunãdum: nõ uigore præcepti ecclesiæ de ieiunio: sed pænitentiæ iniunctæ. Potest tamen confessor aliam pænitentiam iniungere secundum qualitatem personæ: quoniam pænitentiæ sunt arbitrariæ. ¶ Dubitatur quinto: utrum soluens ieiunium temere toties peccet mortaliter, quoties ultra semel comedit in die illa, qua soluit ieiunium. ¶ Hic recitat Duran. duas opiniones contrarias. & post eum Pal. qui latius hanc materiam prosequitur. ar. v. quæst. iiij. distin. v. Vna, quæ est Ioan. de Neapoli in suo quodlibet qui tenet, quod sic. Quoniam præceptum negatiuum obligat ad semper, & pro semper: sed præceptum de ieiunio est negatiuum. ipso enim prohibetur: quod non plus, quàm semel comedatur per totam diem ieiunij: ergo ad hoc per totũ tẽps illud obligat. Quotiescunq; igitur comeditur ultra semel: toties transgreditur præceptũ, & per cõsequens toties peccat mortaliter.

Dub. 5. Verum soluens ieiuniũ temerè toties peccet mortaliter quoties.

Nec ualet, si diceret: quod esset positiuũ: eo quod præciperet tantum semel comedere: quia simpliciter non præcipit comedere: quia tunc sequeretur, quod qui per totam diem penitus nihil comederet: non ieiunaret: quod constat esse falsum.

¶ Præterea esto: quod præciperet tantum semel comedere: esset simul affirmatiuũ, & negatiuum: ut patet exponendo ly tantum. Et ita quãtũ ad id, quo ẽ positiuũ, obligaret pro aliquando: & quantum ad illud quo est negatiuum: scilicet quod non ultra semel comedatur: obligaret pro sẽper. ¶ Præterea ita tertia comestio esset contra præceptum; & quarta, & quinta sicut secunda: ergo ita peccatur tertia comestione sicut secunda: & deinceps quarta: sicut secunda: sed secunda peccatur mortaliter: ergo & tertia &c.

¶ Alia opinio est mitior, quæ tenet; quod frangens ieiunium in prima comestione, qua frangit ieiunium, peccat mortaliter: & si post hanc pluries comedit in aliis comestionibus, potest quidem peccare uenialiter, uel etiam mortaliter: sed non ratione trãsgressionis præcepti de ieiunio. Sicut etiam qui in die, quo non est ieiunium per gulam excedit multiplicando comestiones: põtest peccare uenialiter, uel mortaliter. Vnde consequenter dicunt; quod præceptum de ieiunio negatiuum est: tamen non cadit ex intentione præcipientis ecclesiæ nisi su per primum actum post primam comestionem: & non super sequentes: ita quod pceptum illud, quod post unam comestionẽ non fiat secunda comestio: non autem prohibet tertiam, uel quartam. Nõ. n. uult ecclesia pia mater filiis suis tantos laqueos immittere. Si enim quis manè uictus fame aliquid comederet (non tamen sufficiens pro conuenienti sustentatione naturæ suæ: fregit ieiunium) & si post manducando peccaret mortaliter, uideretur esse perplexus: quia tenetur sustentare naturam, quod si facit comedendo: peccat mortaliter. Si non facit, iterum peccat naturæ necessaria subtrahendo. ¶ Verum nisi nouo contemptu mentis pluries comederet (quia tũc propter nouum contẽptum toties peccaret mortaliter: quoties de nouo cõtẽneret) non peccat mortaliter tertia, uel quarta uice comedendo. Et secundum hanc opinionem potest responderi ad rationes opinio. primæ. Ad primam dicitur, quòd præceptum negatiuum, quale est, de quo loquimur: obligat pro semper ad uitandum illud, super quod cadit: & ita etiam in proposito obligat pro semper ad uitandum secundam comestionem, non autem tertiam, uel quartam: quia super illas non cadit eas prohibendo: ut dictum est: & per hoc. patet solutio aliarum rationum. ¶ Ratio etiã adducta pro secunda opinione parũ cõcludit: quia licet præceptum sit negatiuum: tamen nõ simpliciter prohibet secundam comestionem: sed solum in casibus non excusantibus. Nunc casus argumenti; si secunda comestio esset necessaria sustentationi naturæ: esset excepta ab hac prohibitione. ¶ Hanc secundam opinionem plurimi amplectuntur: licet neutra earum sit certa: quia incertum

est quid præcise ecclesia intendit prohibere: ideo non est consulendum: nec tutũ, ꝙ qui frangit ieiuniũ per secundã comestionẽ: postea iterũ comedat; q̃ sã tis incertũ est: utrũ aliquis uicibus mortaliter peccet: an non. Ponit ergo Pal. opi tertiã, quã uide ar. v. ubi supra. ¶ Et si diceres tenendo secundam opinionẽ: uidetur similiter: ꝙ frangens ieiunium unius diei quadragesimę postea alijs diebus non ieiunando, non peccatet mortaliter. Sicut comedens post fractum ieiunium unius diei: non trãsgreditur ꝑceptũ. Respondetur: ꝙ ꝑceptũ de quadragesima fertur sup totã quadragesimã, & supra singulos dies quadragesimę: pręcipitur enim; ꝙ singulis dies ex quadragesima sint in abstinentia: ut satis patet ex e quadragesima: de cõsecra. di. v. Et ideo ieiunium cuiuslibet diei quadragesimę est in precepto: unde prohibitum est: ne quintę ferię dominicę cœnę ieiunium soluatur: sed ꝙ per totos dies quadragesimę in cibis aridioribus ieiunetur: ut i. cap. non oportet & in. c. non liceat. de consecra. dist. iij. Ex quibus patet; ꝙ in solutione ieiunij cuiuslibet diei quadragesimæ, cessante legitimo impedimento, comittitur peccatũ mortale. ¶ Dubitatur sexto: utrum patresfamilias, tabernarij, & hospites peccent mortaliter cibos in ieiunijs ab ecclesia præceptis manè, & serò indifferenter omnibus ex familia, & hospitibus sicut in alijs diebus administrantes. Et arguitur, ꝙ sic: nam quicunq; cooperatur alteri ad præcepti trãsgressionem; & per consequẽs ad mortale peccatum: peccat mortaliter: secundum illud apostoli ad Rom. j. Non solum qui ea faciunt: sed qui consentiunt facientibus. Sed præbens cibũ ultra semel in die ieiunij familię suę, aut hospiti potenti ieiunare, cooperatur eis ad præcepti transgressionem, & per cõsequẽs peccat mortaliter. Cõsequentia nota: & maior patet. Minor probatur: quia talis ꝑbet arma iniquitati sicut præbens gladium furioso. dat enim ea: cibũ scilicet, per quem trãsgreditur ꝑceptũ: ꝑterea facto consentit peccato suo; ergo. ¶ In oppositum arguitur: nam cõis

Cuiuslibet diei quadragesimæ ieiuniũ frãgẽs, peccat nouo mortali

Dub. 6. V

Vtrum ministrãtes cibos frãgentibus ieiuniũ peccẽt mortaliter.

consuetudo est in oppositũ: tã in principũ curijs; quã in domesticis cõitatibus, quã in publicis hospitiis. Et perniciosũ est in his tenere extremam lniam: ubi cõmunis obseruatio ẽ in oppositũ. ¶ Pręterea: nullus ministrãdo cibũ alicui peccat: nisi qui eum, cui ministrat, per sumptionem cibi mortaliter peccare iudicat: sed familia, seu hospites pluries comedendo in die ieiunij, non sunt iudicandi peccare mortaliter: ergo ministrans eis cibum, non peccat mortaliter. Consequentia nota cum maiore: qa hæc sola causa est: quare ministrans cibum peccaret mortaliter: quia crederet sumentẽ usu cibi sibi ministrati peccare mortaliter. Et per hoc ministrando cibum mortali p̃cõ occasionem, & arma præstaret. Minor probatur: qa in factis, quæ bene, & male fieri possunt: nemo iudicandus est secundum regulam uenerabilis Bedæ super illud Matt. vij. Nolite iudicare, & non iudicabimini, nolite condemnare, & nõ condẽnabimini. Familia autem, & aduenę hospites possunt habere rationabilem causam soluendi ieiuniũ: & per hoc: ieiunium soluẽdo non peccare: ideo propter ieiunij solutionẽ, nõ sunt iudicandi ꝑcepti trãsgressores, neq; p̃cõres: de quolibet enim meliora sunt ꝑsumenda. Nec putandum est aliquẽ salutis suæ fore immemorẽ: nisi oppositum certè constaret. Cui ad propositum consonat illud pauli. ad Rõ. xiiij. Qui non manducat; manducantem nõ iudicet. Sequitur. Tu quis es, qui iudicas alienum seruum: suo dño stat, aut cadit. Et confirmatur: quoniã ex exterioribus discerni non potest, qui teneantur ad ieiunium: & qui nõ ꝑpter legitimas excusantes causas, quę nõ patent: & ideo ꝑpter dubiũ omnibus ministrãdus est cibus. Sicut in similí ossa excõicatorũ relinquuntur in cemeterio: dũ ab alijs discerni nõ pñt. de sepul. c. sacris. Itẽ patresfamilias tenentur familię suæ cibũ præstare: sicut & laboris sui peciũ. & illis præsertim, q̃ ad ieiunia nõ tenẽtur, qui ꝑ subtractionem cibi innocenter punirentur. Satius autem est utrosq; non punire: q̃ ꝑ cibi subtractionẽ innocẽtẽ cũ

nocente punire scdm parabolá euang. Matt. xiij qua paterfamilias seruis zizania ante tps messis eradicare uolétibus, rñdit. Ne forte colligentes zizania era dicetis simul,& triticú:siniteutraq; crescere usq; ad messem &c. ¶ Præterea uitanda sunt scandala: nã propter hoc dispensatur cũ uxoribus ex suo ieiunio cõtra phibitionem maritorũ eos scandalizãtibus:ut soluãt præcepta ieiunia: utsupra dictũ est. Sed si dñi, & patresfamilias multá habentes familiam cibum subtraherent:multa scãdala sequerenť: .s.maledictiones,blasphemiæ, & sinistra iudicia,quibus iudicarenť dñi, & patres familias non id facere ex deuotione ob seruationis præcepti: sed ex indebita parcitate. Et ita ad cauendũ unum mortale;daretur occasio multis mortalibus. Ex his alijsq; pluribus motiuis uidentur posse excusari cibos ministrantes in

X casu dubij. Quia particularem huius dubii determinationem non inueni: magis eligerem silentij digitum ori meo apponere:quã aliquid scribere. Sed qa casus dubij in forib⁹ est:& eius decisio multis necessaria:ut debet occasioně doctoribus errantes in uia morum informandi:quibus hæc pié corrigenda,prius submitto;q̃ sentio sine temeritate,& pertinacia,pfero paratus ex aio suscipere saniorem informationem. Dubium itaq; istud,seu quęstiunculã istã oibus,& singulis melius sentientibus, & præsertim infra notatis dñis doctorib⁹ tradidi examinandũ,humiliter supplicando: quatenus id,q̃ sentiunt de pñtis dubitationis

Proposi tio uni- . materia,annotare nõ pigeat. ¶ Pro solutione igitur dubii pono hãc propositionem. Ministrantes publicé cibos, qbus

A A ieiunium ab ecclesia præceptũ soluitur eis, in quibus nulla apparet excusatio legitima:non excusantur a mortali:sed uelut peccato consentientes iudicantur obnoxij. Aperiendus est primó intellectus propositionis:dehinc annectenda probatio eiusdem. ¶ Dicitur primó

Aperiť intelle-ctus quę tionis.

ministrantes publicé: quia si quis ministraret occulté ei,quem existimaret nõ obligari,quãuis non appareret causa excusãs:tamen per hoc caueret scandalũ: & non peccaret scdm regulã beati Augustini supra positã. ¶ Dicitur cibos, qui bus ieiunium soluitur: q̃ dupliciter pōt cõtingere: sicut dupliciter ieiuniũ p cibos soluitur. Vno mõ propter ciborum qualitatě:ut quim inistrãt cibũ interdictum, puta carnes, aut lacticinia in quadragesima; ubi non excusat papalis dispẽsatio aut rationabiliter introducta consuetudo. Alio modo soluitur per cibos concessos extra cœnam lumptos: hoc ẽ pluribus uicibus eadẽ die acceptos. Nec facio uim, si hoc fiat certis diebus in quadragesima:ut tribus,uel duobus diebus: aut uno unius hebdomadę siue singulis diebus totius quadragesimę: qm neutiũ a culpa excusatur. Vnde sanctus Ambr. in ser. xxxiiii. ait. Audio complures (q̃ grauius est) fideles alternis in quadragesimę hebdomadis abstinere, & consecratum illum dierum numerum gula intem perati uiolare. hoc est prandere septem dierũ curriculo; & septem dierũ spatio ieiunare, quibus hoc dico. Cur etiam p illos septẽ dies fraudẽ sibi faciãt ieiunã docũ illis tale ieiuniũ nõ profit. s. ad excusationẽ a transgressione precepti de quadragesima ieiunanda. Vñ sequitur. Quamuis enim quis abstineat certis diebus. Quãuis ciborũ dulciora alimẽta nõ sumat: nõ tamẽ illi accepto fertur quadragesimę ieiunium, quod non diebus quadragesimæ ieiunat. ¶ Dicitur eis, in quibus non apparet excusatio legitima: quoniam si appareat legitima excusatio eorum, quibus cibus ministratur: ut puta: quia nondum ad legitimam perueneru nt ætatẽ: aut quia nimiũ senes: aut manifesta infirmitate laborantes: aut quia mulieres prægnantes sunt, uel nutriẽtes: qm illis ministrãdo nõ participant pctis eorum, quia soluendo ieiunium, nõ peccant. & qa causa excusans est manifesta: nõ scandalizantur pusilli. ¶ His declaratis probatur propositio triplici uia: BB scilicet ex debito charitatis geminæ; speciali status obligatione: & scandali pusillorum uitatione. ¶ Ex charitate gemina dei, scilicet proximi, probatur: nam ex charitate dei quilibet tenetur cauere dei offensam, quantum potest

Probatur propositio triplici uia.

& in se, & in alio. Eiusdem enim uirtutis est operari secundum eam: & cauere cõtraria: & ita charitatis est uelle bonũ dilecto: & remouere malum, seu cauere offensam: & multó mag eius est non prębere ea, quibus offenditur. Sed transgressione præcepti dei, & ecclesiæ deus offenditur. tenetur igitur quilibet fidelis non præbere ea, quibus præceptum soluitur. Soluitur autem præceptum ecclesię de ieiunio per sumptionẽ cibi extra cęnam. Tenetur ergo quilibet cibum extra cęnam non præbere debenti ieiunare: quorum multi sunt in numero familię, & hospitum: ut nunc suppono: igitur præbentes illis cibum faciunt contra debitum: & per consequens peccant mortaliter. Omnia assumpta sunt manifesta, præter id, ꝙ solutio ieiunij sit contra præceptum ecclesię: quod supra probatum est. ¶ Item ex charitate proximi probatur idem: quilibet ex charitate, qua tenetur diligere proximum, sicut seipsum, tenetur eum, si potest eruere a periculo peccati mortalis: & cauere, ne illud incidat: longe plus, quã pręseruare ab interitu bouis, asini aut alterius damni tẽporalis, uel a morte corporali: ut dicitur Ecclesiastici. xvij. Mãdauit unicuiq; de proximo suo. Et per hoc magis tenetur sibi non præstare ea, quibus transgreditur pręceptũ ecclesię mortaliter peccando: quod tamen faciunt, qui cibum præbent ieiunare debentibus extra cęnam: ergo peccant mortaliter. ¶ Præterea quicunq; tenetur proximum diligere, ac fraterne corrigere, dum incidit in mortale: tenetur etiam non præbere ea, quibus incidat in mortale: sed quilibet ex dilectione, qua tenetur amare proximum, tenetur eum fraterne corrigere: ergo tenetur non prębere ea, quibus incidat in mortale. Consequentia nota cum maiore: & minor patet per beatum Augustinum super epistolam Ioannis. xxiij. q. v. non putes. Non putes, inquit, te tunc amare seruũ tuũ: qñ eum nõ cędis: aut tunc amare filium tuum, quãdo ei non das disciplinam: aut tunc amare uicinum tuum, quando eum non corrigis: non est ista charitas: sed languor.

Primũ ex charitate proximi.

Ferueat charitas ad emendandum, & ad corrigendum. Si sint boni mores, delectent: si mali emendentur. Item in epistola ad Lotharium ibidem. qui uitiis. Qui uitijs nutriendis parcit, & fauet: ne cõtristet peccantium uoluntatem: tam nõ est misericors: quàm qui non uult cultũ rapere puero, ne audiat plorãtem: & nõ timet, ne uulneratum doleat, uel extinctum. Idem ad macedonium. Debet homo diligere proximum suum, sicut seipsum: ut quem potuerit hominem beneficentia, consolatione, uel informatione doctrinæ, uel disciplinę correctione adducat ad colendum deum. Colitur autem deus obseruatione præceptorum. ¶ Ex his, & multis aliis patet: ꝙ proximi dilectio exigit, ut corrigatur, informetur, emendetur: & periculis eruatur, & sic patet minor. ¶ Ex secunda uia probatur propositio ex speciali obligatione status, nam paterfamilias tenetur familiam suam bene regere: & ad obseruantiam mandatorum dei, & ecclesiæ dirigere: ergo tenetur non pręstare ea, quibus mandata transgrediantur: & per cõsequens nec cibum ieiunare debenti. Consequentiæ notæ sunt. Antecedens probatur per illud apostoli. j. ad Timo. v. Si quis autem suorum: & maxime domesticorum curam non habet: fidem negauit: & est infideli deterior. Cura autem principalius, & magis debetur, ut caueãtur damna, & pericula animæ, quã corporis: quanto illa maiora sunt illis. Vnde beatus Ambrosius exponens istũ locũ dicit. Qui negligens fuerit circa suos affectus: ut educaret illos in disciplina, & correctione domini: est infideli deterior: quia sicut perfidi legi dei non obediunt, ut peior habeaẽ: necesse est, q sub lege, & timore dei agẽs contemptor ẽ, quàm qui non est subiectus legi: hic. n. nesciit: ille autem sciens contemnit. Ecce, ꝙ cura erga suos maxime domesticos agenda magis respicit disciplinam, & correptionem domini, id est in his, quæ dei sunt, & animarum quàm corporum. ¶ Cui consonat illud ad Ephes. vj. Patres nolite ad iracundiam prouocare filios uestros: sed educate illos in disciplina, &

CC Secundum ex status obligatione.

plina, & correctione dñi. ubi Amb. Parẽtibus lex dat̃ ab apostolo, ut sic imbuãt filios: ne mãdata legis cõtẽnat. & xxiii. q.iiii.duo.dicit Aug. Duo ista nomina cũ dicimus homo pc̃tor: nõ utiq; frustra dicuntur: quia.n. peccator est, corripe: qa homo, miserere. Nec omnino liberabis hominẽ: nisi cũ persecutus fueris peccatorẽ. & sequitur ad propositũ. Huic officio nois inuigilet disciplina: sicut cuiq; regenti apta, & accõmodata est. Non solũ episcopo regenti plebem suã: sed etiã pauperi regenti domũ suã: diuiti regẽti familiã suam: marito regenti coniugem suam: patri regenti prolem suã: iudici regenti prouinciã suã: regi regenti gentẽ suã: sequitur. Ita nulli homini claudẽda est misericordia: sicut nulli peccatori im-

DD punitas relaxanda est. hęc ille. ¶ Sed dices: rationes istę ex duabus his uijs sumptę procederent: dũ certum foret: q fa milia, aut hospites soluendo ieiuniũ peccarent mortaliter. Tunc.n. quia tales cibos ministrãres scienter cooperarentur ad mortaliter peccandum: nullatenus a mortali excusari possent: ut rationes illæ probant. Vt si ministrarent ei cibum, qui expresse diceret se excusationẽ non habere: sed pro uolũtate sua se ieiunare non uelle. Secus aũt si fuerit dubiũ: nã in dubijs nullus tenetur corrigere proximũ. Vnde dicitur: Facientis culpã habet, qui quod potest corrigere, negligit emẽdare. & quasi declarãdo quod dictũ est, subiungitur: nec caret scrupulo cõsensionis occultę, qui manifesto facinori desinit obuiare. dist. lxxxvi. culpam. & lxxxiii. di. error. ubi notãter additur manifesto: ad excludendũ facinus occultũ. Nunc aũt quoniã uariæ sunt causæ rationabiliter excusantes ab obseruatione ieiunij, ut supra dictum est: ideo dubiũ est: utrum aliquis & quis ex familia, aut hospitum ad ieiunium obligetur: ut supra argutum est post oppositum. ¶ In hac replica cõsistit pondus huius dubii. Ideo pro eius solutione notandum: q secundum doct. triplex distinguitur certitudo s. supernaturalis, naturalis, & moralis. Certitudo supernaturalis est illa, cui asentiendo nullus falli potest per

Triplex est certitudo supernaturalis, naturalis, moralis

quancumq; potentiam: quæ ut Gerson. lib. iiii. de conso. theo. prosa. ii. dicit: triplex est. Quędam euidentiæ claræ, & intuitiuæ: qualis est certitudo beatorũ in patria. Alia est euidentiæ reuelatæ in illustratione prophetarum. Tertia solius adhęrentiæ in speculo, & in ęnigmate: talis est certitudo fidei. ¶ Certitudo naturalis est, cui quis assentiendo per potentiam naturalem falli non potest: talis est certitudo principiorum notorum per experientiã: & conclusionum ex eis demonstratarum. ¶ Certitudo moralis est, quæ habetur ex probabilibus, coniecturis, grossis, & figuralibus: magis ad unam partem, quã aliam inducentibus, seu persuadentibus. Illa certitudo non remouet in una parte omnem probabilitatem, uel opinionem alterius partis: licet magis declinet ad istã, quã ad aliam. Admittit etiã formidinem de opposito, & scrupulos: non tamen aduertendos; sed contẽnendos. Et hęc certitudo sufficit in moralibus secundũ philosophum j. Ethi. dicentẽ in sentẽtia: Disciplinati est in unaquaq; re certitudinẽ quærere iuxta exigentiã materiæ. Aequẽ.n. uitiosum est inquit, mathematicũ persuadentem quęrere: & moralẽ demõstrantẽ. Talis etiã moralis certitudo sufficit ad cauendũ mortale, & ad cõmittendũ: ut habens moralem certitudinem circa aliquod pręceptum agens secundũ illã, cauet mortale: & agens contra illam incidit mortale. ut exẽpli causa: pceptũ est, ne indignus accedat ad eucharistiã. Petrus habet moralem certitudinem se nõ esse indignũ: quia secũdũ doctrinã apostoli. Probauit semetipsum, & non inuenit in se legitimũ impedimentũ: accedendo non peccat mortaliter: etiã si in eo fuerit aliquod latens impedimẽtum, reddens ipsum indignum. Sic ex opposito, si habet moralem certitudinẽ, siue probabilẽ coniecturã se habere aliquod impedimentũ: magis ex hoc credens se indignũ, quã non indignum, accedendo mortaliter peccat: licet etiã impedimentũ, quod suspicatur in eo fore: non sit in eo. Et ita qui uidet proximum suum esse in periculo secundũ moralẽ certitudinẽ

Pulchrũ notãdũ

quamuis non sit sibi euidens, an peribit in periculo: tenetur eum eripere: ne pereat, si potest. Quod uerũ est de periculo tam corporali, quã spirituali: ut qui uidet aliquem prolapsum in flumen, aut consistere in domo nunc ruitura: quãuis euidens nõ est, an ille submergatur: aut iste opprimatur: tenetur utrũq; de periculo extrahere: etiam nolentem: ut dicit August. & non expectare interitum fratris. Sic in proposito: habens in familia sua aliquos, in quibus nulla apparet ratio excusans a ieiunio: utputa quia sunt ætatis legitimæ, robusti nullum debilitatis signũ habentes: nec inedia, nec labore grauati: habet ex his moralẽ certitudinem; q teneãtur ad ieiuniũ: & qd soluendo peccent mortaliter. Talis paterfamilias, aut hospes tenetur eos præseruare a peccato mortali subtrahendo eis cibos post unam sufficientem refectionem. Etiam licet haberet impedimentum latens, & occultũ: donec illud sibi probabiliter exponat: alioquin uix unquam aliquis esset corrigendus, aut scandalũ amouendũ: si nõ sufficeret certitudo moralis putandi aliquem esse peccatorem: uel in periculo peccati cõstitutũ. Quoniã quantũcũq; actus foret manifestus: nõ esse certũ certitudine supernaturali, uel naturali: nõ esse aliquod excusans a peccato: ut si quis uideret furãtem, aut proximũ occidentem, uel seipsum interimentem: dubitare posset, an actus ille factus esset occulto, ac familiari cõsilio spiritus sancti, ut dicit de filiis Israel spoliantibus ægyptios: & Moyse interficiente ęgiptiũ: & Sansone occidẽte cũ allophilis seipsum.

Non est expectãdus lapsus proximi.

FF ¶ Per hoc dicit ad replicã q ad corrigendũ proximũ, & subtrahendũ occasionem perpetrãdi alīquem actũ sufficit certitudo: q actus ille sit illicitus. Et quoniã multæ sunt causę excusantes soluentem ieiuniũ: si tamen nulla illarũ apparet: potest iudicari solutio ieiunij esse cõtra præceptũ secundũ certitudinem moralem, donec ostendat causa excusans, quã etiam ostendere tenetur simili certitudine soluens in manifesto ieiuniũ, ut non scandalizet: ut statim dicetur.

GG ¶ Ex tertia uia probatur propositio principalis responsiua. Scandalizans pusillos dando occasionem mortalis peccati, peccat mortaliter: sed cibum præbens in casu dubii scandalizat pusillos dãdo occasionem peccati mortalis: ergo peccat mortaliter. Consequentia nota. Maior patet per illud Matth. xviii. Væ mundo a scandalis, sequitur. Væ homini, per quem scandalũ uenit. & præmisit. Si quis scandalizauerit unum ex pusillis istis, qui me credũt: expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius: & dimergatur in profundum maris. Sed uæ non imprecatur a domino, nisi peccantibus mortaliter, quibus debetur uæ æternũ: nec pœna ista dimersionis, nisi mortaliter peccãti. ¶ Et dicitur notãter: dãdo occasionem mortalis peccati: quoniam si quis scandalo induceret ad ueniale tantum, non peccaret mortaliter: sed tantum uenialiter, ut dicit sanctus Tho. ii. ii. q. xliii. artic. iiii. Minor probatur: tum quia plerĩq; ex familia ad peccandum proni, potentes ieiunare, oblato cibo ieiuniũ soluunt: qui (si cibus nõ ministraretur) ieiunarent: quia iuxta cõmune prouerbiũ: obiecta mouent potentiã. ¶ Præterea multi moribus infirmĩ carnales exteri cognoscentes tam publicẽ, ac indifferenter omnibus ministrarĩ cibos in bina refectione: hoc ipsum imitantur, aut errore decepti putantes præceptum illud non ligare: pro eo, q a maioribus, de quibus meliora præsumant; non seruatur. Aut quia cupiditate propria illecti excusationem multitudinis prætendentes imitantur in malo. Quis enim numerabit eos, qui exemplo tali præceptum transgrediuntur: alias non facturi, nisi uiderent tam generaliter simile in maioribus. Item soluentes ieiunium ab ecclesia præceptum publicẽ: in quibus non apparet ratio excusans corã pusillis: aut infirmis fratribus. i. ad peccandum pronis: peccat mortaliter. etiã si in eis fuerit aliqua causa latens, qua in sua conscientia a ieiunio excusantur: ergo cooperantes eis per administrationem ciborum: uicibus pluribus eiusdẽm diei, similiter peccant mortaliter. Consequentia tenet: quia ministrando cibũ

Tertiũ ex necessitate uitandi scãdali.

Soluẽ ieiunia in publico tãt scãdalũ oriatur, peccat mortaliter.

præbent eis facultatem, & materiam, ac instrumenta peccādi: & per hoc coadiuuant, & cooperantur peccato. Non. n. resistunt: & ideo consentire iudicātur: secundū. c. error. lxxxiii. dist. Antecedēs probatur: quia tales scādalizant pusillos i. infirmos ad lapsum pronos, prębendo eis occasionem mortalis ruinæ, .s. soluendi præceptū, autem temere iudicandi, aut errandi: nam publice faciunt factū a lege ecclesię generaliter prohibitum: nec causam reddunt exemptionis suæ a generali præcepto. Sed omnis talis scādalizat: præbet. n. per hoc factū non rectum occasionem ruinę. Nec eos excusat, si propter aliquam causam latentem nō teneantur ad ieiunium. nam secundū doct. beatum Tho. ii. ii. q. xliii. artic. vii. & Rich. iiii. sententiarum dist. xxxviii. art. ultim. quæst. ii. etiā bona opera spiritualia, quæ non sunt de necessitate salutis: occultanda sunt, aut differenda propter cauere scādalum: donec scandalum cesset reddita ratione: ad quod etiam allegatur. lj. dist. aliquātos. ubi Inno. innuit: q̄ propter scandalum aliquod omittendū est, quod iure esset faciendū. Hinc & Ioann. cancell. Parisien. in tract. de regulis moralibus hanc regulā ponit. Quilibet ab omni actu, cui nō est astrictus aliunde, tenetur desistere, quando timet, aut timere debet secundū uehementem coniecturam scādalū pusillorū: quousq; de illo cōpescendo diligentiā cōpleuerit: nisi forte pro cōmuni utilitate unctio spiritussancti doceat illud pro tunc esse agendū: ut christus fecit in publicatione sacramenti, Ioan. xi. & dicit Rich. ubi supra. Si probabile est; q̄ ex opere supererogationis scādalizetur mortaliter: tūc omissio illius operis est in præcepto. Si aūt probabile est, q̄ non scādalizatur nisi uenialiter: omissio illius operis est

HH in cōsilio. ¶ Postquā aūt ostensum est proximo: q̄ ex tali opere scādalizari nō debet: & debito modo suasum: ut nō scādalizetur: nō tenetur homo opus illud omittere propter proximi scādalū uitādū: quia si post talem instructionē, & suasionē scandalizetur: tunc illud scandalū non proueniret tam ex infirmitate, uel ignorantia: quā ex malitia, quod est scādalū phariseorū propter quod bona opera non sunt omittenda. Propter idē beatus Aug. docet; q̄ infirmus corpore, si ieiunare non præualet: sibi soli uel cū alio infirmo prępararet: ne. s. in publico comedens alios scandalizet. Si ergo opera bona supererogationis, & meritoria intermittenda sunt: ut caueatur scandalū pusillorū: quantō magis opus indifferēs, aut speciem mali habens, quale est bina comestio in die ieiunij, quæ utiq; habet speciem mali: cum sit contra uerba præcepti: quoniā secūdū apostolū. j. Thes. v. nō tantū a malo, sed etiā ab omni specie mali abstinere pręcipimur. Cui cōsonat illud. ii. Cor. vi. Nemini dantes ullā offensionem. Hęc clarē satis docet apostolus. j. Cor. viii. & x. ubi de idolatris loquitur. Astruit. n. q̄ licet habens bonam conscientiā, per quā nouit, q̄ idolū nihil est neq; uenerandū: & per hoc, q̄ immolata idolis nō consequebantur aliquam cōsecrationē, ut gentiles credebāt: nec immunditiā, ut iudæi existimabant: & ideo ea sicut cętera non immolata māducari licitum fuit: tamen si illa cum scandalo infirmorum ueram hanc scientiam non habentium manducaret, peccaret: & interitus fratris scandalizati reus existeret. Infirmi namq; fratres cōuersi uidentes sciolos manifeste, & indifferenter comedere idolothita, putabant hoc ab eis fieri in uenerationem idolorum: aut aliquid numinis esse in immolatis. Et in hoc suo errore confortabantur ex manducatione sciolorum: & exemplo eorum alliciebantur ad sequelam. unde ait apostolus. Esca enim nos nō commendat deo: quia quantum est de se nō facit nos maioris meriti, uel demeriti: ut exponit Lyra. unde subdit apostolus. Neq; enim si manducauerimus .s. idolis immolata, abundabimus .p. ficiendo. s. in gratia. Neq; si manducauerimus, deficiemus, uidelicet a gratia intelligendi ratione talis cibi. Et ideo utrumq; licet: dummodo intentio non fuerit distorta: ut scilicet comedens hoc agat in uenerationem idoli. Aut abstinens credat cibum immola-

De euitando scādalo doctrina.

rum aliquid numinis uel immūditiæ cōtraxisse ex eius immolatione. unde subdit. Videte autem, ne forte hęc licentia uestra offendiculū fiat infirmis. Si.n.quis uiderit eum, qui habet scientiā in idolio recumbentē: nonne conscientia eius: cū sit infirma: ædificabitur ad comedendū idolothita. Et peribit infirmus in tua cōscientia frater, propter quem christus mortuus est. Sic autem peccantes in fratres, & percutientes cōscientiā eorum infirmā in christum peccatis. Quapropter si esca scādalizet fratrem meū: non manducabo carnes in æternum: ne fratrem meum scandalizem. ubi Lyra. Talis abstinentia est meritoria, & etiam necessaria ad salutem: saltem quousq; doceat infirmos, φ talis comestio non est illicita. Ad idem. c. x. Omnia mihi licent: sed nō omnia expediunt: omnia mihi licēt: sed non omnia ædificāt. Nemo, φ suum est, quærat: sed quod alterius: omne qđ in macello uenit, mādūcate, nihil interrogantes propter conscientiā. Domini n. est terra, & plenitudo eius. Si quis uocat uos infidelium, & uultis ire: oē quod uobis apponitur, manducate: nihil interrogantes propter conscientiam. Si quis autem dixerit: hoc immolatū est idolis: nolite manducare propter illum, qui indicauit, & propter conscientiā: conscientiā aūt dico non tuam: sed alterius. Sequitur. Sine offensione estote Iudeis, & gentibus, & ecclesię dei. Hæc ibi.

¶ Quid ad propositū clarius dici posset. Si.n. frater habens causam legitimā soluendi ieiuniū: sed occultā (& ita cōsciētiam bonam, qua ipse nouit, φ soluendo ieiunium non peccat) manducat corā infirmo fratre ignorante causam huiusmodi: scandalizat infirmum fratrem: & sic in sua cōscientia perire permittit fratrem infirmum, pro quo christus, ne periret, mortuus est. & per hoc peccat nedum in fratrem: sed in christum. Hinc Hiero. super Micheā. Dantes occasionē scandalo rei sunt eorū, qui pereūt scandalo. Et beatus Amb. super locum apostoli allegatū: In tua scientia .i. in tua peritia illum occidis: quando in te fieri uidet, qđ ille aliter intelligit. Et tu eris occasio mortis fratris, quem christus, ut redimeret, crucifigi se permisit. Et sequitur. Quantū.n. malum est per illicita delinquere, tantum malum est per ea, quæ concessa sunt offendere. Sic.n. lex permisit, quæ concessit, ut modus tamē sit, quē custodiāt: puta ut fiat sine offensione, & scandalo proximi. ¶ Ex quibus omnibus satis æstimo deductū, φ habēs causam legitimā manducandi in præcepto ieiunio, sed occultam, manducando corā infirmo, manifestē causam hāc ignorante propter scandalū fratri pręstitum mortaliter peccat: non quidem manducando pręcisē: sed cū scandalo nondum remoto manducando: licet.n. manducatio ex se non esset non recta: tamen est nō recta propter modum manducandi: quia est cū scandalo proximi. Et ideo similiter ministrantes cibum, per cuius sumptionē scandalizāt, mortaliter peccant: quod fuit probandū: secus si remoueatur scādalū per manifestā causam excusantem, aut expositionem causę latentis. ¶ Per hoc ad rationes in principio dubij factas. Primæ ante oppositū sunt pro conclusione. Ad primam post oppositū de cōmuni consuetudine: dicendū; φ nō est communis cōsuetudo apud homines suę salutis solicitos, & deum timētes, qui nequaquam ministrant cibos nisi prius informati, φ adest legitima excusatio. ¶ Præterea consuetudo, quę manifestē est contra præceptū ecclesiæ nō abolitum, non meretur dici consuetudo: sed corruptela: sicut nec illa, quę inducit ad peccatū: ut in c. ex parte. & c. cum tanto. de consue. ubi dicitur: φ cōsuetudo nō pōt præiudicare iuri positiuo: nisi fuerit ronabilis, & legitime pręscripta. Nō potest autē dici rationabilis, quę iducit ad pc̄m: & laxat frena cōcupiscentiæ, qualis est hęc, de qua nunc agitur. Et sicut in uia cognoscendi non est sequenda multitudo populariū indoctorum secundū Arist. sed sententia multorum sapientum, & expertorum: ita in uia morum nō est sequenda turba ad faciendū malum: nec in iudicio plurimorum: nec iudicio populi acquiescendū est: ut dicitur a uero. Exod. xxii. quia multi

II Habens causam mādūcādi: sed occultā corā infirmo mādūcās mortaliter peccat.

Ad rationes. Ad 1.

multi uocati: pauci uero electi. Matth. xx. cap. Et angusta est porta: & arcta uia, quæ ducit ad uitã: & pauci sunt, qui inueniunt eam. Vnde conandum est cuilibet fideli: ut sit de numero paucorum honestorum deum timentium: & non de numero multorũ secũdũ carnẽ uiuẽtiũ. Nam & stultorũ infinitus est numerus.

Ad 2. ¶ Ad secundum dicendũ: ꝙ maior ratio nis uera est de iudicio secundũ certitudinẽ moralẽ, & probabilẽ suspicionẽ: non secũdũ infallibilẽ euidentiã. Et ad eius probationẽ dicitur causa ueritatis maior est: quia rationabiliter timet periculum peccati mortalis in sumente cibũ: in quo nulla apparet legitima excusatio. Et secundũ dictũ sapientis. Qui amat periculũ, in illo peribit. Eccl. iij. ¶ Ad minorem dicitur: ꝙ nõ lunt iudicãdi peccare mortaliter iudicio certo certitudine infallibili: possunt tamen sic iudicari certitudine morali. Quod etiã de quolibet pręsumenda sunt meliora: uerũ est, dũ non agit apertẽ contra præceptum: quod in proposito uero est non tã de præcepto ieiunij: quã de præcepto scandalum cauendi. Beda autem loquitur de iudicio certo, certitudine euidentiæ, non certitudinis moralis: alioquin nunquã essent præuenienda damna contingentia, & futura pericula.

Ad 3. ¶ Ad tertium satis respon

KK sũ est in solutione replicę adductę. Nec

Exponũ est simile, quod allegatur extra de sepul.

tur quę cap. sacris. quoniã in illo casu nulla po

dã ex- test esse certitudo, secundũ quã possent

tra ad discerni ossa excõmunicatorũ ab ossibus

opposi- nõ excõmunicatorũ. Si autem esset uia

tũ respõ aliqua humana discernendi ossa excom

sionis. municatorum, non relinquerentur cum cæteris. In proposito autem est uia remouendi dubium per moralem certitudinem discernendi hos ab illis, etiã per inuestigationẽ si sint causæ excusantes: in qua inuestigatione puto credendum fore ei, qui inuestigatur, atq; condescẽdendum: si causa per eum allegata fuerit sufficiens. ¶ Præterea etsi maneret dubium: an haberet legitimam excusationem non ieiunandi: non tamẽ manet dubiũ quin publice comedendo priusquã rationem reddat: dum causa excusans nõ est manifesta: mortaliter peccet proximum scãdalizando: propter quod dãs occasionem huic scãdalo per cibi ministrationem eidem peccato inuoluitur. Per idem dicitur de exẽplo zizanię, qđ uerũ est, si nõ posset eradicari pctũm sine turbatione innocentũ, sustinendi essent nõ ieiunãtes: nõ tamen eis foret cooperãdũ cibũ porrigẽdo: quia nõ sunt faciẽda mala, ut eueniãt bona. In proposito aũt nõ sic: quia sine periculo: immo laudabiliter põt subtrahi cibus: alioquin nũquã essent corrigendi peccatores: nec a bonis separandi. Ideo notanter dixit dominus. Ne forte colligentes zizania simul eradicetis, & triticum: sinite utraq; crescere. Vbi duo notantur: unũ periculum tritici ex eradicatione zizaniorũ: secundum, ꝙ nõ dicit, fouete, aut promouete, uel impinguate, ut crescãt zizania: sed sinite crescere. Et ualde refert permittere malum, & cooperari ad malum. Primũ põt quandoq; bene fieri. secundum nunquam: ideo & dominus permittit malum: sed nõ operatur malũ.

¶ Ad quartum planẽ dicitur; ꝙ paterfa- Ad 4.

milias tenetur dare cibũ ordinatẽ secun LL

dũ regulam iustitiæ: non in contumeliã Paterfa

creatoris, aut ecclesiæ, sicut & precium; milias

sicut si uideret paterfamilias famulũ suũ nõ tene

dato precio iam uelle fornicari: aut tra tur dare

dere alicui, ut interficiat innocentem: cibum.

pro tunc non debet dare: sicut nec depositum reddere in damnũ imminens depositario, aut reipublicæ. ¶ Ad ultimum Ad 5.

dicitur: ꝙ ratio illa est ad oppositum: nã propter scandalũ tollendũ nõ sunt ministrandi cibi, per quorum ministerium oritur scandalum pusillorũ: ut patet in probationibus tertiæ uiæ. Et cũ dicitur: ꝙ ꝑ subtractionẽ cibi datur occasio blasphemiæ &c. dicitur, ꝙ non est ibi scandalum actiuum: sed passiuum: non enim datur scandalũ: sed accipitur. Qui .n. rectẽ agit secũdũ omnes circũstantias: nõ dat scandalũ: quia scandalum est dictum, uel factũ nõ rectum præbens occasionem ruinæ. Rectẽ autem agit ipse, qui pręceptũ seruat: & non dat arma uiolandi præcepta. Scandalum autem (de quo ratio) ex propria malitia acceptum est: & est

li causa uelit obligare ad mortale.& per hoc illaqueare eos, quorum debet diligere salutem. Si uero nec intentio statuentis certa est: nec materia pôt sufficiēter discerni: an precepto digna sit: recurrendū est ad uerba statuti. Et tunc aut uerba important manifestē preceptionem, uel prohibitionem: aut cōminationem alicuius cōsequentis ad mortale, uel includentis mortale: ut sunt haec uerba: pcipimus, mandamus, iubemus, prohibemus, interdicimus, & his similia. Item si uerbis etiā communibus additur. In uirtute sanctae obedientiae: aut sub anathemate sub maledictione eterne indignationis dei: sub districto dei iudicio: & similia. & tunc statutū, aut ordinatio habet uim precepti, cuius transgressor est mortalis. Aut in tenore legis ponuntur uerba cōmunia: qualia sunt: statuimus, decernimus, ordinamus, innouamus, uolumus, monemus, exhortamur: & tunc lex non habet uim pcepti: nisi addatur cōminatio alicuius pene mortali peccato debitae: ut statim sup. dictum est. Et notat Angelus circa hoc uerbum debet: ꝙ ex suo proprio significato importat necessitatem praecepti: licet quandoq; ratione materie importet congruitatē. Tamen secundū Panor. improprietates terminorū sunt uitandae in c. j. de dolo, & contu. Et ideo solū habet locū impro prietas huius uerbi, debet: ꝙ sit consilij materia cōsultiua: ratione materie, quae est consultiua. Ad huius materiae declarationem plurimum ualet cle. Exiui. de uerb. sig. ad quā etiam remittunt doct.

Vnde cognoscit, quā do hēat uim precepti.

Artic. 2. Cōcl.

¶ Quātū ad articulū secundū, est conclusio unica, & responsalis. Ieiunium ab ecclesia preceptum obligat ad culpā mortalem omnes fideles ipsum sine excusatione legitima non seruantes. Hec cōclusio probatur: quia omnis fidelis trāsgrediens preceptū ecclesie peccat mortaliter: sed fidelis non obseruans ieiunium ab ecclesia preceptum sine excusatione legitima est huiusmodi, ergo. Cōsequentia nota. Maior patet ex notabili sexto. Minor declarata est in notabili secundo. Hec conclusio est de intentione Alexand. de hales par. iiii. quest. cii. sancti Tho. in quarto scripto distinct. xv. q. j. de ieiunio. & ii. ii. q. cxlvii. artic. iii. Durand. eadem. distinct. q. v. Pet. de palud. distinct. xv. q. iiii. artic. j, in art. iii. conclusione iii. dicit, ꝙ certum est ex ecclesie statuto, & generali consuetudine: ꝙ ieiunium quadragesimale eadit sub pcepto. Rich. de me. uil. eadem dist. quarti art. iii. q. iii. & iiii. & communiter oēs theologi in hac conclusione cōcordāt. Similiter & Panor. de obseruatione ieiuniorū. c. j. & ii. & communiter omnes summiste. ¶ Dicitur aūt in conclusione ieiunium preceptum: quia soluens ieiunium, quod tantū est de consilio, nō peccat mortaliter, nisi fieret ex cōtemptu. ¶ Dicitur oēs fideles: quia nō obligat infideles, qui non sunt ecclesie mēbra. Obligat autem omnia mēbra tā uiua, quām mortua. ¶ Dicitur sine excusatione legitima: quia qui ex legitima occasione ieiunium soluit: non est transgressor precepti: ut dictū est in notabili secūdo. ideo talis nō peccat.

N Ieiunii ab ecclesia pceptū obligat trāsgredientē sine cā rationabili.

¶ Quantū ad tertiū articulū dubitatur primō: quibus, seu quot modis soluatur ieiunium ecclesie. Respōdetur post Rich. de med. uil. dist. xv. quarti artic. iii. q. vi. ꝙ tribus modis soluitur, seu frangitur ieiunium ecclesie. s. pluribus uicibus comedendo: cibo non cōcesso utendo, tempore premature manducando. Et hos etiā habet Pe. de palud. ubi sup. artic. iiii. & secundū hoc tres format conclusiones notabiles. ¶ Circa primū dicūt qdā: ꝙ licet pluries in die ieiunij comedere sine fractione ieiunii: dummodo fiat ex rationabili causa: & secūdū cōsuetudinē illorum, cū quibus uiuitur. Et hanc opinionē recitat Panor. super rubrica de obseruatione ieiunij. Et addit rationem secūdū illos: quia cū nullo iure caueatur: ꝙ solū semel in die sit comedendū: seruāda est cōsuetudo: ut in c. utinā. lxxvi. dist. ubi dicit Hiero. ad Lucinū. Vnaquęq; puincia abundet in suo sensu: & precepta maiorum leges apostolicas arbitrentur. Et ad hanc opin. uidetur declinare Panor, sed tamen cū certo moderamine. ¶ Alia est opin. Goffredi. quam sequitur beatus Tho. Rich. Pet. de pal. & cōmuniter

Artic. 3. Dub. 1.

O Tribus modis soluitur ieiuniū.

Opin. 1

Opin. 2.

theologi: ꝙ qui in die ieiunij plus, quã semel comedit aliquid per modum cibi frangit ieiunium. Vnde ieiunium dif finit Goffredus, & Hosti. de obserua. ieiu. Ieiunium est subtractio prãdij: & post cęnam cuiuslibet cibi subtractio usq; in diem sequentem. Addit Hosti. hoc est se mel in die tantum hora congrua comedere. ¶ Dicitur autem per modum cibi: quoniam qui aliquid sumit per modum medicinæ: non soluit ieiuniũ. Vnde sanctus Tho. in quarto. dis. xv. & Pe. de pal. ubi supra conclusione. iij arti. iiij. q. iiij. dicit, ꝙ licet electuaria sumere per modum medicinæ absq; fractione ieiunij: licet etiam aliquo modo nutriant: quia enim eorum usus principalis, ac communis nõ est ad nutriendũ; sed ad medẽdũ: non est prohibita eorum sumptio in diebus ieiuniorum: nisi sumerentur in fraudem ieiunij: aut si sumerentur sicut alij cibi ad famem extinguendam: licet si in sumendo etiam esset nimia delectationis libido: posset perdere meritũ, & peccare mortaliter: quamuis sic sumẽdo nõ solueret ieiunium. Ista opi. planè tenet: ut uidetur: ꝙ per cuiuscunq; sibi etiam modici buccellę panis, aut fructus sumptionem extra cęnam soluatur ieiuniũ. Et sic soluens peccet mortaliter: nisi in casu, quo licet soluere ieiunium iuxta dicta in primo articulo notabili quarto.

Licet omni tẽpore medicinam accipere.

Opi. 3. ¶ Tertia est opi. media, quę uidetur probabilior, quæ tenet cum secunda: ꝙ comedẽs aliquid extra unicam comestionem cęnæ de his rebus, quæ communiter in cibum sumuntur: ut panem, fructus, herbas, & huiusmodi: nisi id sumatur pro medicina: soluit ieiunium. Et si illud agat sine excusatione legitima: transgressor est præcepti: & peccat mortaliter. Et tenet cum opinione prima: ꝙ liceat aliquid sumere eorum quę in cibos ad nutriendum sumi solent ante, uel post cęnam: dummodo illud nõ propter famis repulsionem, aut delectationẽ seu uoluptatem: sed propter sanitatem corporis sumatur: licet enim medicinam omni tempore accipere. Est autem medicina triplex: curatiua, conseruatiua, & pręseruatiua. Vnde accipiens aliquid ad curandam infirmitatem in existentem: nõ soluit ieiunium. Sic qui habet complexionem debilem: & facile patitur diminutionem uirium, seu capitis uertiginẽ, aut simile sumens aliquid cõfortatiuum, nõ frangit ieiunium. Similiter qui indiget potu: & ne potus lędat: prægustat aliquid panis, aut fructus: quamuis illa nutriant: non soluit ieiunium: dum illa comestio magis ordinatur ad medicinã, quã ad cibum per intentionem sumentis: quæ intentio colligitur ex quantitate sumpti, & modo sumendi. ¶ Hanc opinionem amplectitur Angelus, & Baptista in summis: ac Pe. de pal. ut recitat Angelus. Et hanc puto fuisse opi. Panor. in expositione rubricæ de obser. ieiu. ubi dicit cõtra rationem primæ opi. quæ dicit nullo iure caueri, ut semel tantum comedatur in die ieiunij. Ego inquit, dicerem satis hoc caueri: si bene ponderetur mens. c. quadragesima. de conse. dist. v. Nam ibi dicitur. Quadragesima summa obseruatione est obseruanda, ut ieiuniũ in ea præter dies dominicos, qui de abstinentia subtracti sunt: quod non põt intelligi, nisi ut tunc pluries posset comedi: ergo in alijs diebus ut exceptio sit bona: solum semel est comedendum: quia hæc sola differentia est inter ieiunium, & non ieiunium ut Thom. arguit in iiij. quia in die ieiunij semel tantum in die: non ieiunij pluries comeditur. ¶ Et subdit Panor. Putarem tamen quod aliquid sumere pro collatione de sero; magis ad sustentationem naturæ, quàm ad delicias non esse peccatum: nec frangere ieiunium: dummodo hoc fiat temperatè secundum consuetudinem loci. Nam ex quo non habemus in hoc ius speciuocum, id est speciuocè, & expressè loquens: licet ut dictum est; habetur ius implicitè innuens recurrendum est ad consuetudinem loci. Et adducit; qđ cistercienses statuerint, ꝙ hi, qui ministrant cæteris tempore ieiunij, aliquid sumant: ut melius possint differre prandium. Et secundum Innocen. non dicũtur frangere ieiunium. Sic de ministrantibus dominis, qui prægustant cibum ex suspitione ueneni. Idem de lectoribus

Quid sumi possit i collatione.

Lectoribus, ministris licet aliquid p̃gustare.

ad mensam: qui prandium coguntur interrumpere ex aliqua causa, uel honestate. ¶ Verum de consuetudine dicit Host. de obserua. ieiu. cap. ij. ꝙ in ieiunijs solemnibus, & indictis per ecclesiam nil potest facere consuetudo. Alij tamen, ut uidetur sentire Inno. de obser. ieiu. cap. j. uidentur uelle, ꝙ consuetudo ualet in relaxatione ieiunij, & obseruantiæ indictæ ab ecclesia. Sed hæc contraria sic concordat Panor. in cap. explicari. eodem titu. Quia aut consuetudo habet in se causam rationabilem, & honestam: & sic ualet. Secus autem ubi nõ est fulcita ratione: ut puta inducta est: ut homines intenderent uentri, & festis, ac gaudijs secularibus. Et in hoc casu intelligendum est dictum Hostien. nam consuetudo non ualet contra ius: maximè in concernentibus salutem animæ: nisi sit rationabilis. Ex quo patet: ꝙ consuetudo inducta per carnales homines in nocturnis collationibus in diebus ieiuniorum: praua est, & mala. In quibus non sunt contenti confectionibus medicinalibus: neq; buccella panis tortella, aut arborum fructibus modicis: ne potus lædat: sed uoracitatem suã usq; ad cocta, pisces, aut legumina, seu offas protendunt, quos a solutione ieiunii nulla ratio excusat: cum nõ pro infirmitate cauenda: sed pro sola crapula, & fame pellenda hęc agant. Quoniam si hęc pro infirmitate herẽt, nõ sic ad collationes sanè conuenirent Hoc enim signo: ut Aug. dicit non solum deus, sed etiam homines intelligere possunt illos nõ pro infirmitate nõ posse: sed pro gula ieiunare non uelle. Itẽ dicit Inno. de obser. ieiu. c. j. Medicinam pro remouenda infirmitate, uel fugienda accipere licet sine pctõ in die ieiunij: sed pro cõseruanda sanitate tñ: ubi nõ est signum infirmitatis: non credo. Si ergo sedm eũ nõ licet pro hac causa sumere medicinã: quantò minus licet sumere cibum nutritiuum. Neq; aliquem lego, qui admittat binam comestionẽ in die ieiunij sine cã rationabili: idcirco sumentes cibum post unam comestionem nõ habẽtes causam rõnabilem: ex prædictis non possunt se tueri sola consuetudine per carnales homines introducta. Neq; hic abusus apud uiros honestos deum timẽtes inuenitur: sed solum apud carnales, & delicatos pro deo suum uentrem colentes, qui contra ecclesię disciplinam: & ea, quę pro salute animarũ constituta sunt, nõ cõsuetudinẽ, sed corruptelã inducere possunt. Et quia plerique iuristarũ carni fauentium pro soluentibus ieiunium in immoderatis ieiunijs pro se allegant illud supra tactum. Nullo scilicet iure caueri: ꝙ tantũ semel in die ieiunij comedatur. Ideo addo: ꝙ nõ omnia seruanda, & omittenda in iure scripto cõtinentur. Cum & decretũ circa annos domini M. cl. aut secũdũ alios. M. cliiij. Decretales uero circa annos dñi. M. ccxxvj. compilatæ sunt. Multaq; obseruanda successione, & consuetudine nobis tradita sunt: de quibus beatus Augu. in lib. ex dictis Basilij: & habetur distin. xj. Ecclesiasticarum. sic ait. Ecclesiasticarum institutionũ quasdam in scriptis: quasdam uero apostolica traditione p successores in ministerio confirmatas accepimus. Quasdam uero consuetudine roboratas approbauit usus: quibus par ritus: & idem utrisq; pietatis debetur affectus &c. ut & supra tactũ fuit. Et exemplificat in multis, qui in ecclesiæ usum uenere, & in canone scripta non sunt. Ad idem loquitur Inno. iij. in c. cum marthæ. de celebratione missarũ. Ieiunium autem esse abstinẽtiam pluriũ comestionum expressè docuerunt beatus Augu. & Ambro. & uetustissimus ecclesiæ ritus ab ipsis apostolis ad nos deriuatus, qui non minoris est auctoritatis, quàm canonum ac constitutionum præcepta in corpore iuris scripta. Unde sufficienter illa carnalium allegatio uidetur euacuata ¶ Sed quid de potu uini, uel ceruisiæ. Tenet Inno. ubi supra siue ante cenam, siue post sumatur: non soluitur ieiunium licet aliquantulum nutriat: quoniam principalis usus potãdi, non est ad nutriendum: sed ad deferendum cibum: ut conuenientior fiat nutritio: sicut de confectionibus dicitur: uerum si potus sumeretur ad repellen-

dum famem: sic sumeretur in fraudem statuti ecclesiæ, & sic bibens frangeret ieiunium. Magis tamen cauendum est de potu manè ante comestionem: quàm post: quia potus sumptus post cibū, & sitim extinguit, & digestionem iuuat: sed ante sumptus plurimum nocet. Vnde breuiter, ut uult beatus Thom. in iiii. dist. xv. q. ulti. de ieiunio: si aliqua sumantur, quę ad manducandum de se ordinata non sunt: sed ad alium usum, qui usus communiter manducatio non uocatur: talis cibi, ut electuarii, uel potus sumptio præter manducationē unā ante, uel post non facit binam māducationem. Et ideo talis sumptio non soluit ieiunium: licet ex libidine sumēs, uel immoderatè possit peccare: etiam mortaliter: ut dictū est supra in pria opi. Cōcordat prædictis Rich. Anto. & cæteri.

Q

Quo frangitur ieiunium ciborum qualitate.

¶ De secundo, quo frangitur ieiunium scilicet qualitate ciborum tempore ieiunij manducandorum, tria breuiter dicuntur. Primum, in quo consentiunt omnes doct. est, quod esus carnium frangit ieiunium. de hoc. c. consilium. de obserua. ieiu. Vnde ieiunare non dicuntur, qui tātum semel in die carnibus reficiuntur: quamuis tales nonnihil mereantur, qui carnibus utentes propter deū, & ex charitate a pluribus comedendi uicibus abstinent una tantū refectione cōtenti. Vnde Inno. c. ex parte. eo. tit. Credimus; quod si carnibus utatur quis in ieiunio indicto, soluit ieiunium. Et eodem modo si plus, quàm semel comedat: pisces uero: & uinum conceduntur. unde idem subdit. Sed si lautius capiat, uel si beluas marinas comedat, uel si nimis ardenter, non credimus; quòd propter hoc soluatur ieiūniū: sed in his, & in alijs excessibus eum peccare credimus & sic intelligitur. c. solent. de conse. dist. i. dist. v. quinq; In quibus dicitur: quod non ieiunat, qui ante tempus uespertinū comedit. Et inter quinq; modos gulę annumerantur nimis delicata cibaria. Secundò frangitur ieiunium per sumptionem omniū, quę semētinā carnis trahunt originē. ait Pal. ut casei, lactis, butyri, ouorum: ut in. c. Deniq; distin. iiii. & in hoc satis concordāt doctores. Sed hodie rigor ille in multis locis relaxatus est: in quibus nostris temporibus per dispensationem ap. se. quæ facile conceditur in quadragesima lacticiniis generaliter pleriq; utuntur, frigescente ubiq; charitate, & tepescente disciplina christiana. Vnde etiam in cæteris conuiciniis pleriq; similiter lacticiniis utuntur: nulla concessa dispensatione. Et ait Pet. de pal. arti. iiii. de britonibus: quod non parum nostro conducit territorio, & principatui uuittenbergen. Britones autē, qui in quadragesima utuntur butyro: uidentur excusari, quia in illis, in quibus ecclesia dispensare potest: si scit, & dissimulat; dispensat. Si tamen ita dissimulat; quod nec puniat excommunicando: nec prohibeat uerbo. Sequitur. Vnde cum ecclesia illud sciat: nec eos prohibet: nec prędicet eos malefacere: & si aliud priuilegium nō habēt, excusantur. hęc ille. ¶ Tertiò dicitur: quod extra quadragesimā seruanda est consuetudo quantū ad esum lacticiniorum: quia cū non habemus textum expressum, qui aliis indictis ieiuniis oua, & lacticinia prohibeat: nisi solum in quadragesima: consuetudo in aliis extra quadragesimam seruanda est. Et addit angelus in summa. Non dicerem, inquit, eum frangere ieiunium, qui ēt comederet oua, & lacticinia extra quadragesimā: ubi consuetudo non est; quando non per gulositatem: sed ex aliqua rationabili causa faceret. Sicut & infirmis indigentibus concessum est ad cōsilium medici comedere carnes in quadragesima ut in. c. cōsilium. c. ti. Videāt tamen medici, ut discretè cōsulant: ne si ibi consulerent, ubi nulla esset necessitas, peccato comedentiū se inuoluerēt. ¶ Quartò: de hora comestionis, quę cœna uocat: dicitur; quod in quadragesima hora regularis est post uesperas dictas: ut in cap. solent allegat. Non tamen oportet expectare uesperam diei; sed officii: ut scilicet antequā celebretur officium uespertinū nō edatur: ut uult Pet. de pal. arti. iiii. & hæc est sententia Inno. ubi supra. Et ad cap. solent. quod dicit: quod non sunt credendi ieiunare, qui

In quadragesima cauenda sunt lacticinia & oua & in aliis ieiuniis seruetur consuetudo loci.

ante manducauerint in quadragesima, quàm officium uespertinum celebretur. Dicendum: quod loquitur de perfectione ieiunij: non de necessitate. Quod uerò est: nisi quis horam præuenire in fraudem ieiunii. In aliis ieiuniis nulla hora est determinata in iure ad comedendū. Sed sequenda est cōsuetudo patriæ, quā siquis præuenit ex cā rationabili, puta qa hora consueta occupatus est, aut itinerare habet; uel propter hospites: aut aliquid huiusmodi honestum: non in fraudē ieiunii: non peccat. Si uero anticipat sine causa rationabili, non frangit ieiunium secundum Innocen. sed peccat uenialiter: nisi id faceret in fraudem ieiunii: tunc peccaret mortaliter. ¶ Si uero post horam comedit: etiam quantumcū que distanter non peccat: nec frangit ieiunium: nisi ageret ex aliqua suspicione. Sicut quidam superstitiosè ieiunant, donec appareant stellæ in cęlo. ¶ Et qa frequenter dictum est eos frāgere ieiunium, qui aliquid agunt in fraudem ieiunii. Ille agit in fraudem ieiunii, qui manducat ea: uel eo modo, quo impedit finē institutionis ieiunii. ¶ Est autem ieiuniū institutum sēdm S. Tho. in iiii. & ii. ii. locis frequenter allegatis propter duo.

Duplex causa institutionis ieiunii.

Vnum afflictio corporis ad satisfactionem pro peccatis commissis: & ad reprimendam concupiscentiæ delectationē, quo caueatur a committendis. Qui ergo sic ieiunat: ut suo ieiunio afflictionē corporis per famē penitus effugiat: aut ut in nullo concupiscentiam sua delectatione fraudet: & hoc ex intentione: agit in fraudem ieiunii. Et qui id circo manè comedunt: ut famem nō sentiāt: aut tantum se ingurgitāt multitudine, aut delicatione ciborum: ut concupiscentiæ per omnia satisfaciant: licet tantum semel comedant, in fraudem ieiunii cibum sumunt. Et tantum de illo dubio.

Dub. 2.

¶ Dubitatur secundò: utrum ieiunia ab ecclesia indicta possint transferri, redimi, uel commutari. Respondetur: quod cū in dominica ieiunandum non sit: si uigilia ieiunanda uenerit in dominicam: auctoritate canonis transfertur in sabbatum præcedens: ut in primo, & secundo capitulis de obserua. ieiu. Potest idem fieri auctoritate episcopi: si uigilia occurrit in aliquo insigni festo secundum Inno. Sicut in francia, ubi sunt ecclesiæ sancti Quintini: ibi ieiuniū uigiliæ omnium sanctorum transfertur in diem pcedentem: hoc est in tertium diē ante festum omnium sanctorum. ¶ Commutari uero, uel redimi non possunt, nisi fuerit necessitas, aut rationabilis causa secundum Inno. & pal. conclusione. iiii. art. i. q. iiii. nisi accesserit auctoritas papę. Secus tamen de ieiuniis, ad quæ quis obligatur ex uoto, uel pœnitentia, quoniam in his commutationem facere potest confessor habens absoluere a peccato, pro quo impositum est ieiuniū: aut superior habēs dispensare in uotis.

R Vtrum ieiunia possint trāsferri.

Dub. 3.

¶ Dubitatur tertio: utrum uxores propter prohibitionem uirorum excusentur a ieiunio ab ecclesia præcepto. Respondet Inno. ubi supra quod non: & Pal. ar. ii. conclusione. i. ubi supra, quia magis obediendū est ecclesiæ, quàm marito. Addit tamen Inno. quod propter scandalum uiri uitandū, sacerdos possit dispensare. Voluntaria uero ieiunia debet dimittere ad pceptum uiri.

Dub. 4.

¶ Dubitatur quartò, utrū uno die non ieiunans: teneatur alio die ieiunare. Tenet hic Ang. in sum. quod non, eo quod in c. ii. de obseruantia ieiuniorum nō iniungitur frangētibus ieiunium, ut alio die ieiunent. Et licet hoc ca. loquatur de his, qui aliqua necessitate, uel causa rationabili soluunt ieiunium: habet tā etiam locum in temere soluentibus ieiunium: quoniam ieiunia ecclesiæ sunt ad certos dies determinata; & non sub disiunctione ad alios, certa ratione dies illos concernente: ut propter festa sequētia deuotius celebranda: ut in uigiliis festorum. Et in quadragesima propter festa pascalia, quæ ratio cessat aliis diebus. Vnde qui in diebus statutis non ieiunat sine causa, soluit præceptum, nec alio die ieiunando satisfacit præcepto: ideo uirtute præcepti non tenentur ad ieiunium alterius diei. Verum: quia qui sine causa excusante transgreditur præceptum, & ita peccat mortaliter: ei congruè potest iniungere confessor ieiunium

S Vtrum non ieiunans uno die alio die teneat.

alum alterius diei, unius, uel plurium secundum qualitatem temeritatis eius in soluendo ieiunium per modum satisfactionis: ut per hæc pęniteat, per quę peccauit: tunc obligatur ad ieiunãdum: nõ uigore præcepti ecclesiæ de ieiunio: sed pęnitentiæ iniunctæ. Potest tamen confessor aliam pęnitentiam iniungere secundum qualitatem personę: quoniam pęnitentiæ sunt arbitrarię. ¶ Dubitatur quintò: utrum soluens ieiunium temerè toties peccet mortaliter, quoties ultra semel comedit in die illa, qua soluit ieiunium. ¶ Hic recitat Duran. duas opiniones contrarias. & post eum Pal. qui latius hanc materiam prosequitur. ar. v. quæst. iiij. distin. v. Vna, quæ est Ioan. de Neapoli in suo quodlibet qui tenet, quod sic. Quoniam præceptum negatiuum obligat ad semper, & pro semper: sed præceptum de ieiunio est negatiuum. ipso enim prohibetur: quod non plus, quàm semel comedatur per totam diem ieiunij: ergo ad hoc per totũ tẽpus illud obligat. Quotiescunque igitur comeditur ultra semel: toties transgreditur præceptũ, & per cõsequens toties peccat mortaliter.

Dub. 5. Vtrum soluens ieiuniũ temerè toties peccet mortaliter quoties.

Nec ualet, si diceret: quod esset positiuũ: eo quod præciperet tantum semel comedere: quia simpliciter non præcipit comedere: quia tunc sequeretur, quod qui per totam diem penitus nihil comederet: non ieiunaret: quod constat esse falsum.

¶ Præterea esto: quod præciperet tantum semel comedere: esset simul affirmatiuũ, & negatiuum: ut patet exponendo ly tantum. Et ita quãtũ ad id, quo ẽ positiuũ, obligaret pro aliquando: & quantum ad illud quo est negatiuum: scilicet quod non ultra semel comedatur: obligaret pro sẽper. ¶ Preterea ita tertia comestio esset contra pręceptum; & quarta, & quinta sicut secunda: ergo ita peccatur tertia comestione sicut secunda: & deinceps quarta: sicut secunda: sed secunda peccatur mortaliter: ergo & tertia &c.

¶ Alia opinio est mitior, quæ tenet; quod frangens ieiunium in prima comestione, qua frangit ieiunium, peccat mortaliter: & si post hanc pluries comedit in aliis comestionibus, potest quidem peccare uenialiter, uel etiam mortaliter: sed non ratione trãsgressionis præcepti de ieiunio. Sicut etiam qui in die, quo non est ieiunium per gulam excedit multiplicando comestiones: põtest peccare uenialiter, uel mortaliter. Vnde consequenter dicunt; quod pręceptum de ieiunio negatiuum est: tamen non cadit ex intentione pręcipientis ecclesiæ nisi super primum actum post primam comestionem: & non super sequentes: ita quod pręceptum illud, quod post unam comestionẽ non fiat secunda comestio: non autem prohibet tertiam, uel quartam. Nõ. n. uult ecclesia pia mater filiis suis tantos laqueos immittere. Si enim quis manè uictus fame aliquid comederet (non tamen sufficiens pro conuenienti sustentatione naturæ suæ: fregit ieiunium) & si post manducando peccaret mortaliter, uideretur esse perplexus: quia tenetur sustentare naturam, quod si facit comedendo: peccat mortaliter. Si non facit, iterum peccat naturę necessaria subtrahendo. ¶ Verum nisi nouo contemptu mentis pluries comederet (quia tũc propter nouum contẽptum toties peccaret mortaliter: quoties de nouo cõtẽneret) non peccat mortaliter tertia, uel quarta uice comedendo. Et secundum hanc opinionem potest responderi ad rationes opinio. primæ. Ad primam dicitur, quòd præceptum negatiuum, quale est, de quo loquimur: obligat pro semper ad uitandum illud, super quod cadit: & ita etiam in proposito obligat pro semper ad uitandum secundam comestionem, non autem tertiam, uel quartam: quia super illas non cadit eas prohibendo: ut dictum est: & per hoc patet solutio aliarum rationum. ¶ Ratio etiã adducta pro secunda opinione parũ cõcludit: quia licet præceptum sit negatiuum: tamen nõ simpliciter prohibet secundam comestionem: sed solum in casibus non excusantibus. Nunc casus argumenti, si secunda comestio esset necessaria sustentationi naturæ: esset excepta ab hac prohibitione. ¶ Hanc secundam opinionem plurimi amplectuntur: licet neutra earum sic certa: quia incertum

est quid præcisè ecclesia intendit prohibere: ideo non est consulendum: nec tutũ, q̃ qui frangit ieiuniũ per secundã comestionẽ: postea iterũ comedat; q̃ satis incertũ est: utrũ aliquis uicibus mortaliter peccet: an non. Ponit ergo Pal. opi tertiã, quã uide ar. v. ubi supra. ❡ Et si diceres tenendo secundam opinionẽ: uidetur similiter: q̃ frangens ieiunium unius diei quadragesimę postea alijs diebus non ieiunando, non peccaret mortaliter. Sicut comedens post fractum ieiunium unius diei: non trãsgreditur p̃ceptũ. Respondetur: q̃ p̃ceptũ de quadragesima fertur supra totã quadragesimã, & supra singulos dies quadragesimę: pręcipitur enim; q̃ singuli dies ex quadragesima sint in abstinentia: ut satis patet ex c. quadragesima: de cõsecra. di. v. Et ideo ieiunium cuiuslibet diei quadragesimę est in pręcepto: unde prohibitum est: ne quintę ferię dominicę cœnę ieiunium soluatur: sed q̃ per totos dies quadragesimę in cibis aridioribus ieiunetur: ut i. cap. non oportet & in. c. non liceat. de consecra. dist. iij. Ex quibus patet; q̃ in solutione ieiunij cuiuslibet diei quadragesimæ, cessante legitimo impedimento, comittitur peccatũ mortale.

Cuiuslibet diei quadragesimæ ieiuniũ frãgẽs, peccat nouo mortali

❡ Dubitatur sextò: utrum patresfamilias, tabernarij, & hospites peccent mortaliter cibos in ieiunijs ab ecclesia præceptis manè, & serò indifferenter omnibus ex familia, & hospitibus sicut in alijs diebus administrantes.

Dub. 6. V

Vtrum ministrãtes cibos frãgentib' ieiuniũ peccẽt mortaliter.

Et arguitur, q̃ sic: nam quicunq; cooperatur alteri ad præcepti trãsgressionem; & per consequẽs ad mortale peccatum: peccat mortaliter: secundum illud apostoli ad Rom. j. Non solum qui ea faciunt: sed qui consentiunt facientibus. Sed præbens cibũ ultra semel in die ieiunij familię suę, aut hospiti potenti ieiunare, cooperatur eis ad præcepti transgressionem, & per cõsequẽs peccat mortaliter. Cõsequentia nota: & maior patet. Minor probatur: quia talis p̃bet arma iniquitati sicut præbens gladium furioso. dat enim ea: cibũ scilicet, per quem trãsgreditur p̃ceptũ: p̃terea facto consentit peccato suo; ergo. ❡ In oppositum arguitur: nam cõis consuetudo est in oppositũ: tã in principũ curijs; quã in domesticis cõitatibus, quã in publicis hospitijs. Et perniciosũ est in his tenere extremam sniam: ubi cõmunis obseruatio ẽ in oppositũ. ❡ Pręterea: nullus ministrãdo cibũ alicui peccat: nisi qui eum, cui ministrat, per sumptionem cibi mortaliter peccare iudicat: sed familia, seu hospites pluries comedendo in die ieiunij, non sunt iudicandi peccare mortaliter: ergo ministrans eis cibum, non peccat mortaliter. Consequentia nota cum maiore: q̃a hæc sola causa est: quare ministrans cibum peccaret mortaliter: quia crederet sumentẽ usu cibi sibi ministrati peccare mortaliter. Et per hoc ministrando cibum mortali p̃cõ occasionem, & arma præstaret. Minor probatur: q̃a in factis, quæ bene, & malè fieri possunt: nemo iudicandus est secundum regulam uenerabilis Bedæ super illud Matt. vij. Nolite iudicare, & non iudicabimini, nolite condemnare, & nõ condẽnabimini. Familia autem, & aduenę hospites possunt habere rationabilem causam soluendi ieiunij: & per hoc: ieiunium soluẽdo non peccare: ideo propter ieiunij solutionẽ, nõ sunt iudicandi p̃cepti trãsgressores, neq; p̃cõres: de quolibet enim meliora sunt p̃sumenda. Nec putandum est aliquẽ saluris suæ fore immemorẽ: nisi oppositum certè constaret. Cui ad propositum consonat illud pauli. ad Rõ. xiiij. Qui non manducat; manducantem nõ iudicet. Sequitur. Tu quis es, qui iudicas alienum seruum: suo dño stat, aut cadit. Et confirmatur: quoniã ex exterioribus discerni non potest, qui teneantur ad ieiunium: & qui nõ p̃pter legitimas excusantes causas, quę nõ patent: & ideo p̃pter dubiũ omnibus ministrãdus est cibus. Sicut in simili ossa excõicatorũ relinquuntur in cemiterio: dũ ab alijs discerni nõ p̃nt. de sepul. c. sacris. Itẽ patresfamilias tenentur familię suæ cibũ præstare: sicut & laboris sui p̃ciũ. & illis præsertim, q̃ ad ieiunia nõ tenẽtur, qui p̃ subtractionem cibi innocenter punirentur. Satius autem est utrosq; non punire: q̃ p̃ cibi subtractionẽ innocẽtẽ cũ

nocente punire scd̃m parabolã euang. Matt. xiij qua paterfamilias seruis ziza niã ante tp̃s messis eradicare uolẽtibus, rñdit. Ne forte colligentes zizania era dicetis simul, & triticũ: siniteutraq; crescere usq; ad messem &c. ¶ Præterea uitanda sunt scandala: nã propter hoc dispensatur cũ uxoribus ex suo ieiunio cõtra phibitionem maritorũ eos scandalizãtibus: ut soluãt præcepta ieiunia: ut supra dictũ est. Sed si dñi, & patresfamilias multã habentes familiam cibum subtraherent: multa scãdala sequerent: .s. maledictiones, blasphemiæ, & sinistra iudicia, quibus iudicarent dñi, & patres familias non id facere ex deuotione ob seruationis præcepti: sed ex indebita parcitate. Et ita ad cauendũ unum mortale; daretur occasio multis mortalibus. Ex his alijsq; pluribus motiuis uidentur posse excusari cibos ministrantes in

X casu dubij. Quia particularem huius dubii determinationem non inueni: magis eligerem silentij digitum ori meo apponere: quã aliquid scribere. Sed qa casus dubij in forib⁹ est: & eius decisio multis necessaria: ut debet occasionẽ doctoribus errantes in uia morum informandi: quibus hæc piẽ corrigenda prius submitto; q̃ sentio sine temeritate, & pertinacia, pfero paratus ex aio suscipere saniorem informationem. Dubium itaq; istud, seu quæstiunculã istã oibus, & singulis melius sentientibus, & præsertim infra notatis dñis doctorib⁹ tradidi examinandũ, humiliter supplicando: quatenus id, q̃ sentiunt de p̃ntis dubitationis

Proposi tio unica. materia, annotare nõ pigeat. ¶ Pro solutione igitur dubii pono hãc propositionem. Ministrantes publicẽ cibos, qbus

A A ieiunium ab ecclesia præceptũ soluitur

Aperiẽ intellectus quæstionis. eis, in quibus nulla apparet excusatio legitima: non excusantur a mortali: sed uelut peccato consentientes iudicantur obnoxij. Aperiendus est primò intellectus propositionis: dehinc annectenda probatio eiusdem. ¶ Dicitur primò ministrantes publicẽ: quia si quis ministraret occultẽ ei, quem existimaret nõ obligari, quãuis non appareret causa excusãs: tamen per hoc caueret scandalũ: & non peccaret scd̃m regulã beati Augustini supra positã. ¶ Dicitur cibos, qui busieiunium soluitur: q̃ dupliciter põt cõtingere: sicut dupliciter ieiuniũ p cibos soluitur. Vno mõ propter ciborum qualitatẽ: ut qui ministrãt cibũ interdictum, puta carnes, aut lacticinia in quadragesima; ubi non excusat papalis dispẽsatio aut rationabiliter introducta consuetudo. Alio modo soluitur per cibos concessos extra cœnam sumptos: hoc ẽ pluribus uicibus eadẽ die acceptos. Nec facio uim, si hoc fiat certis diebus in quadragesima: ut tribus, uel duobus diebus: aut uno unius hebdomadę siue singulis diebus totius quadragesimę: qm̃ neutiũ a culpa excusatur. Vnde sanctus Ambr. in ser. xxxiiii. ait. Audio complures (q̃ grauius est) fideles alternis in quadragesimę hebdomadis abstinere, & consecratum illum dierum numerum gula intemperati uiolare. hoc est prandere septem dierũ curriculo: & septem dierũ spatio ieiunare, quibus hoc dico. Cur etiam p illos septẽ dies fraudẽ sibi faciãt ieiunã docũ illis tale ieiuniũ nõ profit. s. ad excusationẽ a transgressione precepti de quadragesima ieiunanda. Vñ sequitur. Quamuis enim quis abstineat certis diebus. Quãuis ciborũ dulciora alimẽta nõ sumat: nõ tamẽ illi accepto fertur quadragesimę ieiunium, quod non diebus quadragesimæ ieiunat. ¶ Dicitur eis, in quibus non apparet excusatio legitima: quoniam si appareat legitima excusatio eorum, quibus cibus ministratur: ut puta: quia nondum ad legitimam peruenerunt ætatẽ: aut quia nimiũ senes: aut manifesta infirmitate laborantes: aut quia mulieres pregnantes sunt, uel nutricẽtes: qm̃ illis ministrãdo nõ participant p̃ctis eorum, quia soluendo ieiunium, nõ peccant. & qa causa excusans est manifesta: nõ scandalizantur pusilli. ¶ His declaratis probatur propositio triplici uia: scilicet ex debito charitatis geminæ; speciali status obligatione: & scandali pusillorum uitatione. ¶ Ex charitate gemina dei, scilicet proximi, probatur: nam ex charitate dei quilibet tenetur cauere dei offensam, quantum potest

BB Probatur propositio triplici uia.

& in se,& in alio. Eiusdem enim uirtutis est operari secundum eam: & cauere cõtraria:& ita charitatis est uelle bonũ dilecto:& remouere malum,seu cauere offensam:& multó mag seius est non prębere ea,quibus offenditur. Sed transgressione præcepti dei,& ecclesiæ deus offenditur. tenetur igitur quilibet fidelis non præbere ea,quibus præceptum soluitur. Soluitur autem præceptum ecclesię de ieiunio per sumptionẽ cibi extra cęnam. Tenetur ergo quilibet cibum extra cęnam non præbere debenti ieiunare:quorum multi sunt in numero familię,& hospitum:ut nunc suppono:igitur præbentes illis cibum faciunt contra debitum:& per consequens peccant mortaliter. Omnia assumpta sunt manifesta, præter id, ꝙ solutio ieiunij sit contra præceptum ecclesię:quod supra probatum est.

Primũ ex charitate proximi.

¶ Item ex charitate proximi probatur idem:quilibet ex charitate,qua tenetur diligere proximum,sicut seipsum, tenetur eum,si potest eruere a periculo peccati mortalis:& cauere, ne illud incidat: longe plus,quã pręseruare ab interitu bouis,asini aut alterius damni tẽporalis,uel a morte corporali : ut dicitur Ecclesiastici.xvij. Mãdauit unicuiq; de proximo suo. Et per hoc magis tenetur sib: non præstare ea,quibus transgreditur pręceptũ ecclesię mortaliter peccando:quod tamen faciunt , qui cibum præbent ieiunare debentibus extra cęnam:ergo peccant mortaliter.¶ Præterea quicunq; tenetur proximum diligere,ac fraternè corrigere,dum incidit in mortale:tenetur etiam non præbere ea, quibus incidat in mortale : sed quilibet ex dilectione,qua tenetur amare proximum,tenetur eum fraternè corrigere: ergo tenetur non prębere ea, quibus incidat in mortale. Consequentia nota cum maiore:& minor patet per beatum Augustinum super epistolam Ioannis. xxiij.q.v.non putes. Non putes,inquit, te tunc amare seruũ tuũ: qñ eum nõ cedis:aut tunc amare filium tuum,quãdo ei non das disciplinam: aut tunc amare uicinum tuum,quando eum non corrigis:non est ista charitas ; sed languor. Ferueat charitas ad emendandum,& ad corrigendum. Si sint boni mores ,delectent:si mali emendentur. Item in epistola.ad Lotharium ibidem.qui uitiis. Qui uitijs nutriendis parcit,& fauet:ne cõtristet peccantium uoluntatem: tam nõ est misericors,quàm qui non uult cultũ rapere puero,ne audiat plorãtem: & nõ timet,ne uulneratum doleat,uel extinctum. Idem ad macedonium. Debet homo diligere proximum suum,sicut seipsum:ut quem potuerit hominem beneficentia, consolatione, uel informatione doctrinæ,uel disciplinę correctione adducat ad colendum deum. Colitur autem deus obseruatione præceptorum. ¶ Ex his,& multis aliis patet: ꝙ proximi dilectio exigit,ut corrigatur, informetur,emendetur:& a periculis eruatur,& sic patet minor.

C C Secundum ex status obligatione.

¶ Ex secunda uia probatur propositio ex speciali obligatione status, nam paterfamilias tenetur familiam suam bene regere:& ad obseruantiam mandatorum dei,& ecclesiæ dirigere:ergo tenetur non pręstare ea,quibus mandata transgrediantur: & per cõsequens nec cibum ieiunare debenti. Consequentiæ notæ sunt. Antecedens probatur per illud apostoli.j.ad Timo.v. Si quis autem suorum:& maximè domesticorum curam non habet: fidem negauit:& est infideli deterior . Cura autem principalius,& magis debetur,ut caueãtur damna,& pericula animæ, quã corporis:quantó illa maiora sunt istis. Vnde beatus Ambrosius exponens istũ locũ dicit. Qui negligens fuerit circa suos affectus:ut educaret illos in disciplina , & correctione domini:est infideli deterior:quia sicut perfidi legi dei non obediunt,ut peior habeat: necesse est,ꝙ sub lege,& timore dei agẽs contemptorẽ, quàm qui non est subiectus legi: hic. n. nescit:ille autem sciens contemnit. Ecce,ꝙ cura erga suos maximè domesticos agenda magis respicit disciplinam, & correptionem domini ,id est in his, quæ dei sunt,& animarum quàm corporum.¶ Cui consonat illud ad Ephes. vj. Patres nolite ad iracundiam prouocare filios uestros: sed educate illos in disciplina,&

plina,& correctione dñi.ubi Amb. Parẽtibus lex dat ab apostolo, ut sic imbuāt filios: ne mādata legis cõtẽnat.& xxiii. q.iiii.duo.dicit Aug. Duo ista nomina cũ dicimus homo pctõr: nõ utiq; frustra dicuntur:quia.n. peccator est,corripe: quia homo,miserere. Nec omnino liberabis hominẽ:nisi cũ persecutus fueris peccatorẽ.& sequitur ad propositũ. Huic officio nois inuigilet disciplina : sicut cuiq; regenti apta,& accõmodata est.Non solũ episcopo regenti plebem suā:sed etiā pauperi regenti domũ suā: diuiti regẽti familiā suam:marito regenti coniugem suam:patri regenti prolem suā:iudici regenti prouinciā suā:regi regenti gentẽ suā:sequitur.Ita nulli homini claudẽda est misericordia:sicut nulli peccatori impunitas relaxanda est.hęc ille.

DD ¶ Sed dicere: rationes istę ex duobus his uijs sumptę procederent:dũ certum foret : q̃ familia,aut hospites soluendo ieiuniũ peccarent mortaliter. Tunc .n. quia tales eis ministrãtes scienter cooperarentur ad mortaliter peccandum: nullatenus a mortali excusari possent:ut rationes illæ probant. Vt si ministrarent ei cibum, qui expresse diceret se excusationẽ non habere:sed pro uolũtate sua se ieiunare non uelle. Secus aũt si fuerit dubiũ; nā in dubijs nullus tenetur corrigere proximũ. Vnde dicitur:Facientis culpā habet, qui quod potest corrigere, negligit emẽdare.& quasi declarãdo quod dictũ est, subiungitur:nec caret scrupulo cõsensionis occultę, qui manifesto facinori desinit obuiare. dist. lxxxvi. culpam.& lxxxiii.di.error.ubi notãter additur manifesto:ad excludendũ facinus occultũ. Nunc aũt quoniā uariæ sunt causæ rationabiliter excusantes ab obseruatione ieiunij, ut supra dictum est : ideo dubiũ est:utrum aliquis & quis ex familia, aut hospitum ad ieiunium obligetur: ut supra argutum est post oppositum.¶ In hac replica cõsistit pondus huius dubii. Ideo pro eius solutione notandum: q̃ secundum doct. triplex distinguitur certitudo s. supernaturalis, naturalis ,& moralis. Certitudo supernaturalis est illa, cui asentiendo nullus falli potest per quancumq; potentiam:quæ ut Gerson. lib.iiii.de conso.theo. prosa.ii.dicit:triplex est. Quędam euidentiæ clarę,& intuitiuæ:qualis est certitudo beatorũ in patria. Alia est euidentiæ reuelatæ in illustratione prophetarum. Tertia solius adherentiæ in speculo,& in ęnigmate: talis est certitudo fidei.¶ Certitudo naturalis est,cui quis assentiendo per potẽtiam naturalem falli non potest:talis est certitudo principiorum notorum per experientiā:& conclusionum ex eis demonstratarum. ¶ Certitudo moralis est,quæ habetur ex probabilibus coniecturis ,grossis ,& figuralibus: magis ad unam partem,quā aliam inducentibus; seu persuadentibus. Illa certitudo non remouet in una parte omnem probabilitatem,uel opinionem alterius partis:licet magis declinet ad istā,quā ad aliam. Admittit etiā formidinem de opposito, & scrupulos : non tamen aduertendos; sed contẽnendos. Et hęc certitudo sufficit in moralibus secundũ philosophum j.Ethi. dicentẽ in sententia. Disciplinati est in unaquaq; re certitudinẽ quærere iuxta exigentiā materiæ. Aequẽ.n.uitio sum est inquit,mathematicũ persuadentem querere:& moralẽ demõstrantẽ.Talis etiā moralis certitudo sufficit ad carendũ mortale,& ad cõmittendũ:ut habens moralem certitudinem circa aliquod pręceptum agens secundũ illā, cauet mortale: & agens contra illam incidit mortale . ut exẽpli causa:pceptũ est, ne indignus accedat ad eucharistiā. Petrus habet moralem certitudinem se nõ esse indignũ:quia secũdũ doctrinā apostoli. Probauit semetipsum, & non inuenit in se legitimũ impedimentũ:accedendo non peccat mortaliter:etiā si in eo fuerit aliquod latens impedimẽtum, reddens ipsum indignum. Sic ex opposito, si habet moralem certitudinẽ, hue probabilẽ coniecturā se habere aliquod impedimentũ: magis ex hoc credens se indignũ,quā non indignum,accedendo mortaliter peccat:licet etiā impedimentũ,quod suspicatur in eo fore:non sit in eo. Et ita qui uidet proximum suum esse in periculo secundũ moralẽ certitudinẽ

Margin notes: Triplex est certitudo supernaturalis, naturalis, moralis. — Pulchrũ notādũ.

quamuis non sit sibi euidens, an peribit in periculo: tenetur eum eripere: ne pereat, si potest. Quod uerũ est de periculo tam corporali, quã spirituali: ut qui uidet aliquem prolapsum in flumen, aut consistere in domo nunc ruitura: quãuis euidens nõ est, an ille submergatur: aut iste opprimatur: tenetur utrũq; de periculo extrahere: etiam nolentem: ut dicit August. & non expectare interitum fratris. Sic in proposito: habens in familia sua aliquos, in quibus nulla apparet ratio excusans a ieiunio: utputa quia sunt ætatis legitimæ, robusti nullum debilitatis signũ habentes: nec inedia, nec labore grauati: habet ex his moralẽ certitudinem; ꝙ teneãtur ad ieiuniũ: & qđ soluendo peccent mortaliter. Talis paterfamilias, aut hospes tenetur eos præseruare a peccato mortali subtrahendo eis cibos post unam sufficientem refectionem. Etiam licet haberet impedimentum latens, & occultũ: donec illud sibi probabiliter exponat: alioquin uix unquam aliquis esset corrigendus, aut scandalũ amouendũ: si nõ sufficeret certitudo moralis putandi aliquem esse peccatorem: uel in periculo peccati cõstitutũ. Quoniã quantũcũq; actus foret manifestus: nõ esse certũ certitudine super naturali, uel naturali: nõ esse aliquod excusans a peccato: ut si quis uideret furãtem, aut proximũ occidentem, uel seipsum interimentem: dubitare posset, an actus ille factus esset occulto, ac familiari cõsilio spiritussancti, ut dicit̃ de filiis Israel spoliantibus ægyptios: & Moyse interficiente ęgiptiũ: & Sansone occidẽte cũ allophilis seipsum. ¶ Per hoc dicit̃ ad replicã ꝙ ad corrigendũ proximũ, & subtrahendũ occasionem perpetrãdi aliquem actũ sufficit certitudo: ꝙ actus ille sit illicitus. Et quoniã multæ sunt causę excusantes soluentem ieiuniũ: si tamen nulla illarũ apparet: potest iudicari solutio ieiunij esse cõtra præceptũ secundũ certitudinem moralem, donec ostendat causa excusans, quã etiam ostendere tenetur similiter certitudine soluens in manifesto ieiuniũ, ut non scandalizet: ut statim dicetur. ¶ Ex tertia uia probatur propositio principalis responsiua. Scandalizans pusillos dando occasionem mortalis peccati, peccat mortaliter: sed cibum præbens in casu dubii scandalizat pusillos dãdo occasionem peccati mortalis: ergo peccat mortaliter. Consequentia nota. Maior patet per illud Matth. xviii. Væ mundo a scandalis, sequitur. Vę homini, per quem scandalũ uenit. & præmisit. Si quis scandalizauerit unum ex pusillis istis, qui me credũt: expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius: & dimergatur in profundum maris. Sed uæ non imprecatur a domino, nisi peccantibus mortaliter, quibus debetur uæ æternũ: nec pœna ista dimersionis, nisi mortaliter peccatã. ¶ Et dicitur notãter: dãdo occasionem mortalis peccati: quoniam si quis scandalo induceret ad ueniale tantum, non peccaret mortaliter: sed tantum uenialiter, ut dicit sanctus Tho. ii. ii. q. xliii. artic. iiii. Minor probatur: tum quia plerique ex familia ad peccandum proni, potentes ieiunare, oblato cibo ieiuniũ soluunt: qui (si cibus nõ ministraretur) ieiunarent: quia iuxta cõmune prouerbiũ: obiecta mouent potentiã. ¶ Præterea multi moribus infirmi carnales exteri cognoscentes tam publicę, ac indifferenter omnibus ministrari cibos in bina refectione: hoc ipsum imitantur, aut errore decepti putantes præceptum illud non ligare: pro eo, ꝙ a maioribus, de quibus meliora præsumant, non seruatur. Aut quia cupiditate propria illecti excusationem multitudinis prætendentes imitantur in malo. Quis enim numerabit eos, qui exemplo talis præceptum transgrediuntur: alias non facturi, nisi uiderent tam generaliter simile in maioribus. Item soluentes ieiunium ab ecclesia præceptum publicę: in quibus non apparet ratio excusans corã pusillis: aut infirmis fratribus .i. ad peccandum pronis: peccat mortaliter. etiã si in eis fuerit aliqua causa latens, qua in sua conscientia a ieiunio excusantur: ergo cooperantes eis per administrationem ciborum: uicibus pluribus eiusdem diei, similiter peccant mortaliter. Con sequentia tenet: quia ministrando cibũ

Non est expectãdus lapsus proximi.

FF

GG

Tertiũ ex necessitate scandali.

Soluẽ ieiuniũ publicę aut scãdalũ oriatur, peccat mortaliter.

præbent eis facultatem, & materiam, ac instrumenta peccãdi: & per hoc eo adiuuant, & cooperantur peccato. Non.n. resistunt: & ideo consentire iudicãtur: secundũ.c. error. lxxxiii. dist. Antecedẽs probatur: quia tales scãdalizant pusillos i. infirmos ad lapsum pronos, prębendo eis occasionem mortalis ruinæ, .s. soluendi præceptũ, autem temere iudicandi, aut errandi: nam publice faciunt factũ a lege ecclesię generaliter phibitum: nec causam reddunt exemptionis suæ a generali præcepto. Sed omnis talis scãdalizat: præbet.n. per hoc factũ non rectum occasionem ruinę. Nec eos excusat, si propter aliquam causam latentem nõ teneantur ad ieiunium. nam secundũ doct. beatum Tho. ii. ii. q. xliii. artic. vii. & Rich. iiii. sententiarum dist. xxxviii. art. ultim. quæst. ii. etiã bona opera spiritualia, quæ non sunt de necessitate salutis: occultanda sunt, aut differenda propter cauere scãdalum: donec scandalum cesset reddita ratione: ad quod etiam allegatur. lj. dist. aliquãtos. ubi Inno. innuit: q propter scandalum aliquod omittendũ est, quod iure esset faciendũ. Hinc & Ioann. cancell. Parisien. in tract. de regulis moralibus hanc regulã ponit. Quilibet ab omni actu, cui nõ est astrictus aliunde, tenetur desistere, quando timet, aut timere debet secundũ uehementem coniecturam scãdalũ pusillorũ: quousq; de illo tõpescendo diligentiã cõpleuerit: nisi forte pro cõmuni utilitate unctio spiritussancti doceat illud pro tunc esse agendũ: ut christus fecit in publicatione sacramenti, Ioan. xi. & dicit Rich. ubi supra. Si probabile est; q ex opere supererogationis scãdalizetur mortaliter: tũc omissio illius operis est in præcepto. Si aũt probabile est, q non scãdalizatur nisi uenialiter: omissio illius operis est

HH in cõsilio. ¶ Postquã aũt ostensum est proximo: q ex tali opere scãdalizari nõ debet: & debito modo suasum: ut nõ scãdalizetur: nõ tenetur homo opus illud omittere propter proximi scãdalũ uitãdũ: quia si post talem instructionẽ, & suasionẽ scandalizetur: tunc illud scandalũ non prouenirect tam ex infirmitate, uel ignorantia: quã ex malitia, quod est scã dalũ phari ęorũ propter quod bona opera non sunt omittenda. Propter idẽ beatus Aug. docet; q infirmus corpore, si ieiunate non præualet: sibi soli uel cũ alio infirmo prępararet: ne.s. in publico comedens alios scandalizet. Si ergo opera bona supererogationis, & meritoria intermittenda sunt: ut caueatur scandalũ pusillorũ: quantò magis opus indifferẽs; aut speciem mali habens, quale est bina comestio in die ieiunij, quæ utiq; habet speciem mali: cum sit contra uerba præcepti: quoniã secũdũ apostolũ. j. Thes. v. nõ tantũ a malo, sed etiã ab omni specie mali abstinere pręcipimur. Cui cõsonat illud. ii. Cor. vi. Nemini dantes ullã offensionem. Hęc clarè satis docet apostolus. j. Cor. viii. & x. ubi de idolatris loquitur. Astruit.n. q licet habens bonam conscientiã, per quã nouit, q idolũ nihil est neq; uenerandũ: & per hoc, q immolata idolis nõ consequebantur aliquam cõsecrationẽ, ut gentiles credebãt: nec immunditiã, ut iudæi existimabant: & ideo ea sicut cętera non immolata mãducari licitum fuit: tamen si illa cum scandalo infirmorum ueram hanc scientiam non habentium manducaret, peccaret: & interitus fratris scandalizati reus existeret. Infirmi namq; fratres cõuersi uidentes sciolos manifestè, & indifferenter comedere idolothita, putabant hoc ab eis fieri in uenerationem idolorum: aut aliquid numinis esse in immolatis. Et in hoc suo errore confortabantur ex manducatione sciolorum: & exemplo eorum alliciebantur ad sequelam. unde ait apostolus. Esca enim nos nõ commendat deo: quia quantum est de se nõ facit nos maioris meriti, uel demeriti: ut exponit Lyra. unde subdit apostolus. Neq; enim si manducauerimus .s. idolis immolata, abundabimus .p. ficiendo .s. in gratia. Neq; si manducauerimus, deficiemus, uidelicet a gratia intelligendi ratione talis cibi. Et ideo utrunq; licet: dummodo intentio non fuerit distorta: ut scilicet comedens hoc agat in uenerationem idoli. Aut abstinens credat cibum immola- De euitando scãdalo doctrina.

rum aliquid numinis uel immūditiæ cō-
traxisse ex eius immolatione. unde sub-
dit. Videte autem, ne forte hęc licentia
uestra offendiculū fiat infirmis. Si.n.qs
uiderit eum, qui habet scientiā in idolio
recumbentē: nonne conscientia eius: cū
sit infirma: ædificabitur ad comedendū
idolothita. Et peribit infirmus in tua cō
scientia frater, propter quem christus
mortuus est. Sic autem peccantes in fra
tres, & percutientes cōscientiā eorum
infirmā in christum peccatis. Quapro-
pter si esca scādalizet fratrem meū: non
manducabo carnes in æternum: ne fra-
trem meum scandalizem. ubi Lyra. Talis
abstinentia est meritoria, & etiam neces
saria ad salutem: saltem quousq; doceat
infirmos, φ talis comestio non est illici
ta. Ad idem. c. x. Omnia mihi licent: sed
nō omnia expediunt: omnia mihi licēt:
sed non omnia ædificāt. Nemo, φ suum
est, quærat: sed quod alterius: omne qđ
in macello uenit, māducate, nihil inter
rogantes propter conscientiā. Domini
n. est terra, & plenitudo eius. Si quis uo
cat uos infidelium, & uultis ire: oē quod
uobis apponitur, manducate: nihil inter
rogantes propter conscientiam. Si quis
autem dixerit: hoc immolatū est idolis:
nolite manducare propter illum, qui
indicauit, & propter conscientiā: con-
scientiā aūt dico non tuam: sed alterius.
Sequitur. Sine offensione estote Iudęis,
& gentibus, & ecclesię dei. Hæc ibi.
¶ Quid ad propositū clarius dici posset.
Si.n. frater habens causam legitimā sol-
uendi ieiuniū: sed occultā (& ita cōsciē-
tiam bonam, qua ipse nouit, φ soluendo
ieiunium non peccat) manducat corā
infirmo fratre ignorante causam huius-
modi: scandalizat infirmum fratrem: &
sic in sua cōscientia perire permittit fra
trem infirmum, pro quo christus, ne pe-
riret, mortuus est. & per hoc peccat ne
dum in fratrem: sed in christum. Hinc
Hiero. super Micheā. Dantes occasionē
scandalo rei sunt eorū, qui pereūt scan
dalo. Et beatus Amb. super locum apo
stoli allegatū: In tua scientia .i. in tua
peritia illum occidis: quando in te fieri
uidet, qđ ille aliter intelligit. Et tu eris
occasio mortis fratris, quem christus, ut
redimeret, crucifigi se permisit. Et sequi
tur. Quantū.n. malum est per illicita de
linquere, tantum malum est per ea, quæ
concessa sunt offendere. Sic .n. lex per-
misit, quæ concessit, ut modus tamē sit,
quē custodiāt: puta ut fiat sine offensio
ne, & scandalo proximi. ¶ Ex quibus om II
nibus satis æstimo deductū, φ habēs cau
sam legitimā manducandi in præcepto
ieiunio, sed occultam, manducando co
rā infirmo, manifeste causam hāc igno-
rante propter scandalū fratri pręstitum
mortaliter peccat: non quidem mandu-
cando pręcise: sed cū scandalo nondum
remoto manducando: licet.n. manduca
tio ex se non esset non recta: tamen est
nō recta propter modum manducandi:
quia est cū scandalo proximi. Et ideo si-
militer ministrantes cibum, per cuius
sumptionē scandalizāt, mortaliter pec-
cant: quod fuit probandū: secus si remo
ueatur scādalū per manifestā causam ex
cusantem, aut expositionem causę laten
tis. ¶ Per hoc ad rationes in principio
dubij factas. Primæ ante oppositū sunt
pro conclusione. Ad primam post oppo
sitū de cōmuni consuetudine: dicendū;
φ nō est communis cōsuetudo apud ho
mines suę salutis solicitos, & deum timē
tes, qui nequaquam ministrant cibos
nisi prius informati, φ adest legitima ex
cusatio. ¶ Præterea consuetudo, quę ma
nifeste est contra præceptū ecclesiæ nō
abolitum, non meretur dici consuetu-
do: sed corruptela: sicut nec illa, quę in-
ducit ad peccatū: ut in c. ex parte. & c.
cum tanto. de consue. ubi dicitur: φ cō-
suetudo nō pōt præiudicare iuri positi-
uo: nisi fuerit rōnabilis, & legitime prę-
scripta. Nō potest autē dici rationabilis,
quę īducit ad pctūm: & laxat frena cōcu
piscentiæ, qualis est hęc, de qua nunc a-
gitur. Et sicut in uia cognoscendi non
est sequenda multitudo populariū indo
ctorum secundū Arist. sed sententia mul
torum sapientum, & expertorum: ita in
uia morum nō est sequenda turba ad fa
ciendū malum: nec in iudicio plurimo
rum: nec iudicio populi acquiescendū
est: ut deuietur a uero. Exod. xxii. quia
multi

[Margin:] Habens causam māducā di: sed occultā corā in firmo mādu- cās mortaliter peccat.

[Margin:] Ad rationes. Ad 1.

multi uocati: pauci uero electi. Matth. xx. cap. Et angusta est porta: & arcta uia, quæ ducit ad uitã: & pauci sunt, qui inueniunt eam. Vnde conandum est cuilibet fideli: ut sit de numero paucorum honestorum deum timentium: & non de numero multorũ secũdũ carnẽ uiuẽtiũ. Nam & stultorũ infinitus est numerus.

Ad 2. ¶ Ad secundum dicendũ: φ maior ratio nis uera est de iudicio secundũ certitudinẽ moralẽ, & probabilẽ suspitionẽ: non secũdũ infallibilẽ euidentiã. Et ad eius probationẽ dicitur causa ueritatis maior est: quia rationabiliter timet periculum peccati mortalis in sumente cibũ: in quo nulla apparet legitima excusatio. Et secundũ dictũ sapientis. Qui amat periculũ, in illo peribit. Eccl. iij. ¶ Ad minorem dicitur: φ nõlunt iudicãdi peccare mortaliter iudicio certo certitudine infallibili: possunt tamen sic iudicari certitudine morali. Quod etiã de quolibet prę sumenda sunt meliora: uerũ est, dũ non agit apertẽ contra præceptum: quod in proposito uero est non tã de præcepto ieiunij: quã de præcepto scandalum cauendi. Beda autem loquitur de iudicio certo, certitudine euidentiæ, non certitudinis moralis: alioquin nunquã essent præuenienda damna contingentia, & futura pericula.

Ad 3. KK Exponũ tur quę dã extra ad opposi tũ respõ sionis. ¶ Ad tertium satis respon sũ est in solutione replicę adductę. Nec est simile, quod allegatur extra de sepul. cap. sacris. quoniã in illo casu nulla potest esse certitudo, secundũ quã possent discerni ossa excõmunicatorũ ab ossibus nõ excõmunicatorũ. Si autem esset uia aliqua humana discernendi ossa excommunicatorum, non relinquerentur cum cæteris. In proposito autem est uia remouendi dubium per moralem certitudinem discernendi hos ab illis, etiã per inuestigationẽ si sint causæ excusantes: in qua inuestigatione puto credendum fore ei, qui inuestigatur, atq; condescẽ dendum: si causa per eum allegata fuerit sufficiens. ¶ Præterea etsi maneret dubium: an habeteret legitimam excusationem non ieiunandi: non tamẽ manet dubiũ quin publicẽ comedendo priusquã rationem reddat: dum causa excusans nõ est manifesta: mortaliter peccet proximum scãdalizando: propter quod dãs occasionem huic scãdalo per cibi ministrationem eidem peccato inuoluitur. Per idem dicitur de exẽplo zizanię, qđ uerũ est, si nõ posset eradicari pctũm sine turbatione innocentũ, sustinendi essent nõ ieiunãtes: nõ tamen eis foret cooperãdũ cibũ porrigẽdo: quia nõ sunt faciẽda mala, ut eueniãt bona. In proposito aũt nõ sic: quia sine periculo: immo laudabiliter põt subtrahi cibus: alioquin nũ quã essent corrigendi peccatores: nec a bonis separandi. Ideo notanter dixit dominus. Ne forte colligentes zizania simul eradicetis, & triticeum: sinite utraq; crescere. Vbi duo notantur: unũ periculum tritici ex eradicatione zizaniorũ: secundum, φ nõ dicit, fouete, aut promouete, uel impinguate, ut crescãt zizania: sed sinite crescere. Et ualde refert permittere malum, & cooperari ad malum. Primũ põt quandoq; bene fieri. secundum nunquam: ideo & dominus permittit malum: sed nõ operatur malũ.

¶ Ad quartum planẽ dicitur: φ paterfamilias tenetur dare cibũ ordinatẽ secundũ regulam iustitiæ: non in contumeliã creatoris, aut ecclesiæ, sicut & precium; sicut si uideret paterfamilias famulũ suũ dato precio iam uelle fornicari: aut tradere alicui, ut interficiat innocentem: pro tunc non debet dare: sicut nec depositum reddere in damnũ imminens depositario, aut reipublicæ. — Ad 4. LL Paterfamilias nõ tenetur date cibum.

¶ Ad ultimum dicitur: φ ratio illa est ad oppositum: nã propter scandalũ tollendũ nõ sunt ministrandi cibi, per quorum ministerium oritur scandalum pusillorũ: ut patet in probationibus tertiæ uiæ. Et cũ dicitur: φ p subtractionẽ cibi datur occasio blasphemiæ &c. dicitur, φ non est ibi scandalum actiuum: sed passiuum: non enim datur scandalũ: sed accipitur. Qui. n. rectẽ agit secũdũ omnes circũstantias: nõ dat scandalũ: quia scandalum est dictum, uel factũ nõ rectum præbens occasionem ruinæ. Rectẽ autem agit ipse, qui pręceptũ seruat: & non dat arma uiolandi præcepta. Scandalum autem (de quo ratio) ex propria malitia acceptum est: & est — Ad 5.

Scādalū pharisęorum aceeptū est cōtēnendū.

scandalum Pharisęorum: quod secūdum doctrinam christi, cōtemnendū est, dicē te domino. Sinite eos, haud dubiū; quin Pharisęi cęci sunt ex sua malicia, & duces cęcorū. Matth. xv. Et tantum de il lo dubio sexto, cui sese subnotati uiri do ctissimi Tubingēsis gymnasij subscripse runt huiusmodi sub tenore. ¶ Ita ut decisum est, sentio etiam ego Conradus Sumerarth inter sacrę theologię professores minimus: in Tubingensi gymna sio ordinarius: credens propositionem responsiuam ad quęstionem esse ueram, ualideq; pbatam: obiectionibus quoq; esse satisfactum. Atq; dicens primò: q̄ propositio posita pręcipuè, & maximè habet ueritatē in eo, qui proprio motu, & sponte irrequisitus ministrat illis, de quibus in propositione. Id enim agere, quid aliud est, quā ad uiolandum pręce ptum nondum inflammatos inflammare: eis deniq; tentatoris more, qui nondum cogitauerant: necdum conceperāt peccare: materiam tentationis offerre, & opportunitatem prębere, ac admonere: ut id explere cogiterent: uel ad minus probabili, uel ęquilibri periculo illius inflāmationis, ac admonitionis sese exponere. ¶ Secundò etiam eam ueritatem habere dico in eo, qui non proprio motu: sed ad requisitionem sui familiaris, uel hospitis: in quo tamen nō apparet legitima causa, ministrat ei, non pręmissa legitimę causę inuestigatione. ¶ Tertiò, si requirēs legitimam causam allegat: & tamen illam causam subesse nō appareat requisito: nisi ex seriosa relatione requirentis eam sibi inesse aliter docere non potentis: potest requisitus ei credere (nisi ex signis probabilibus animū eius mouere debentibus appareat fictionē subesse) immo paterfamilias credere debet: & sic credendo ministrare: ne debitum negando: ut charybdim uitet, iustitiā uiolet incidens in scyllā: ita tamen q̄ causa allegata aliis, coram quibus ministratur: seriosè exponatur: alioquin mulieri imprągnationē externus non apparentem: nec nisi relatione docibilē alleganti: & peditr tota die laboriosum iter se fecisse allegan-ti: nec id aliter docere potenti ministrare non posset. Sic etenim confessor credere potest, & debet: atq; credens absolutionem ministrare confitenti, allegan ti se nihil eorū, quę confitenda sunt reti cuisse: qui tamen etiam tenetur nō ministrare indigno. ¶ Quartò etiam propositio habet ueritatem in eo, qui (siue spōte, siue requisitus) occultè ministrat ei, in quo legitima causa: nec ex seipsa: nec ex seriosa relatione requirentis apparet. Nam etsi per illam occultationē cesset scandalum apud alios: non tamen cessat ipsum, uel eius periculum apud eū, cui ministratur: secus ubi credit causam legitimam subesse ad minus ex relatione seriosa: licet exterius non appareat: quo modo intelligo illud, quod dicitur in prima declaratione propositionis, ibi dicitur primò. ¶ Hęc quatuor solum p̄ meę conscientię serenatione exprimere uolui: ne aliter, quàm debuerim, decisionem ipsam intellexerim. In horum testimonium sit manus mea propria, & signum subscriptum.

¶ Ego frater Andreas proles ordinis fratrū eremitarum sancti Augustini uocatus sacrę theologię lector (licet immeritus) credo pręscriptę quęstionis determinationem esse ueram, catholicā, & salutarem: quod protestor manu propria. ¶ Quoniam pro nunc nullę occurrunt mihi rationes: quare propositio responsiua prędictę quęstionis nō debeat iudicari uera: ideo huiusmodi propositionē tanquā ueritati consonā sequor, & amplector ego Hieronymus de Croatia iuris utriusq; doctor legum ordinarius in felici studio Tubingen. quā tamē propositionē sic limito, & intelligo de ministrantibus cibum ultra semel in die, cibū s. per modū cęnę: secus si per modū col lationis ministrarēt, cibū. s. illum, qui secūdū cōsuetudinem loci datur pro colla tione sine solemni apparatu cęnę: puta panes, crustulas. uulgo, bretzgen, electuaria, ficus & similia. Et hoc in loco, ubi uiget talis consuetudo faciendi col lationem eum prędictis cibis: ut est in patria nostra Sueuię: quia tunc nō crede rem ministrantes in tali casu, cibum se-

eundum loci consuetudinem peccare, put nec collationātes puto peccare. Qđ autem tali casu possit licitè, & absq; peccato heri collatio secūdū consuetudinē loci: latius probabo in una alia schedula, quā mittā uestræ paternitati cum alio nuncio: iā cōtentus sto allegare Panor. idem tenentem in rub. de obser. ieiu. in j. coll. Et fratrem Baptistam ordinis minorū dc obseruantia decretorum doctorem in suis summulis Baptistiniana, & Rosella dictis. no. xiii. in prin. quid de colla. ubi ètiā refert, & sequitur Panor. In loco supra alleg. Idem sentit Inno. in c. j. de obser. ieiu. Nam ex quo non habemus aliquam constitutionē ecclesiæ dātem nobis certā formā quo ad collationes omittendas, uel non omittendas, recurrendum est ad consuetudinē loci. ar. c. illa. xii. dist. & c. utinam. lxxvi. dist. ubi tex. cheronium. & in c. certificari. de sepul. Consuetudo .n. est optima legū interpres. c. cum dilectus. de consue. l. si de interpretatione. ff. de legibus.

¶ Et ego Martin⁹ Plansch de Dornstetē sacræ theologiæ baccalaureus formatus, plebanus in Tubingen. (licet immeritus) protestor manu propria me credere quæstionis motæ determinationem esse uerissimam, & omnino catholicam.

¶ Ego Vuendelinus Stainbach sacræ theologiæ professor, ac in Tubingen. gymnasio ordinarius immeritus præmissam propositionem in quæstionis decisione magistraliter positam, ratione, & auctoritate fulcitam, dico, & sentio sanā fore, & catholicam: inquantum præcisè loquitur de ministrātibus publicè cibos: quibus ieiunium soluitur: quod est ab ecclesia præceptum eis, in quibus nulla apparet legitima excusatio: & hoc per modū cœnæ: & non ut uulgò dicitur: absq; dolo in fraudem ieiunii per modum inculpabilis collatiunculæ. nā si princeps, uel alius quædam esculenta sole, uel igne cocta: quorum usus, ac talis modi collationes adaptari solet: personis discretis more patriæ offerret: non quatenus deuorentur: sed ut aliquid inde summatur per modum inculpabilis collationis, non nocturnæ refectionis, uel crapulosæ ingurgitationis non credo tales peccare: secus dum talia incautis, & uoracibus, qui propriæ immemores sunt salutis: scienter proponuntur: aut ab eis non remouentur, uisa, & cognita uoracitate eorūdem. Ita sentio ego Vuendelinus protestor manu propria saniori semper salua sententia.

¶ Propositionem quæstionis præmissæ pro eiusdem solutione positam credo ego Conradus Ebinger iuris utriusq; doctor, necnon nouorum iurium studij Tubingen. ordinarius, fore ueram, ac iusti, & rationi cōsonam: prout manus meæ scripto præsenti attestor.

¶ Ego Martinus Vuanius, uulgò Prenniger cognominatus utriusq; iuris doc. & in præclaro Tubingen. gymnasio pontificij iuris ordinarius matutinus, sentio per ea, quæ scripta sunt non minus catholicè: ac fundamentaliter: quā subtiliter, atq; acutè esse absolutam. q. præmissam. Et pro eius determinatione huiusmodi puto etiam non parum facere rationem talem. Regulariter in dubijs uia tutior est eligēda. c. iuuenis de spō. c. ad audientiam. de homi. & c. illud. de cle. excom. mi. Et maximè hoc procedit in his, quæ salutem animæ respiciūt: in quibus semper id, quod est tutius: & sine periculo animæ explicari potest: tenendum, & eligendū est per tex. in cle. exiui. §. nos itaq; . de uer. & sig. & in d. c. ad audientiam cap. significasti. ij. & capit. penult. de homi. & d. cap. illud. idem uoluit glos. in cap. unico. de seru. in or. fa. Panor. do. Alexand. & doct. in d. c. iuuenis. & Panor. in cap. penult. de sen. excomm. Hinc fit, ut licet in foro contentioso quando agitur de pœna pro irregularitate imponenda: in dubio quis debeat censeri non irregularis: tñ secus est in foro pœnitentiali, in quo in dubio talis debet censeri irregularis: eo q͂ hoc est tutius. Ita notabiliter dixit Panor. in d. c. ad audientiā. inquiens idem esse ubicūq; dubitatū dc delicto aliquo. & sequitur eum Io. de ana. ibi: Cum autem non sit dubiū, quin multò tutior, & minus periculosa quoad animā sit de-

terminatio quęstionis pręmissa, quã eius contrarium: meritò eam amplecti, & tenere debent omnes in foro conscientię siue pęnitentiali prout ipsam, & amplector, & teneo: ac uerã, & catholicã esse credo. In cuius rei testimonium propria manu me subscripsi prædictæ determinationi. Laus deo altissimo.

¶ Et ego Conradus Vesseler decre. doct. sacræ theologiæ bacca. ecclesiæ sancti Georgij in Tubingen. canonicus, sententio propositæ quæstionis determinationem uerã, iuri, & rationi consonam adde: quod mihi uidetur: saluo semper iudicio melius sentientium: ꝙ cõsuetudo contra cõstitutionem ecclesiæ positiuã, de obseruatione ieiunij disponentẽ ualeat: si saltem sit rationabilis, & legitimè præscripta. c. fi. de consuetu. nã quãuis tempore quadragesimali ante uesperas non liceat sumere cibum. cap. solet. de consecr. distinct. iiii. tamen seruientes mensis religiosorum, & dominorum, uel gratia medicinæ quid recipienter de consuetudine hanc horam anticipare possunt secundum Ioann. an. & Panor. de obser. ieiu. in rub. qui ad hoc allegãt Inno. Hosti. & alios. Neq; talem consuetudinem irrationabilem censeo: cum a iure non damnetur: neq; sit contra boni uiri arbitrium. Panor. d. c. fina. de consue. iiii. colle. Item idem cum dicit Panorm. super rub. de obseru. ieiu. sentio circa collationes faciendas: ꝙ uidelicet in hoc standum est consuetudini loci: neq; uidentur tales collationes serotinæ, saltem expressè, contra ecclesiæ constitutionem. Nam ca. solet. allegatum prohibet ante uesperas prandium sumendum ulteriorem esum expressè non prohibens: quamuis consuetudine receptum sit, ꝙ solum semel de die comedatur: quæ consuetudo: quia uim legis habet: ęquè obseruanda est cap. in his. xi. distinct. In quorum robur manu propria pręctactæ determinationi me subscripsi.

¶ SEQVITVR DETERMINATIO facultatis theologicæ studij Moguntinensis.

VTRVM patresfamilias tabernarij, & hospites peccẽt mortaliter cibos in ieiuniis ab ecclesia pręceptis manè, & serò indifferẽter omnibus ex familia, & hospitibus: sicut in alijs diebus ministrantes.

¶ Famosę mogũtinensis uniuersitatis sacra theologica facultas de propositæ q̃stionis determinatione congregata simul: & de eius ueritate requisita, prout sequitur respondit.

¶ In primis: ꝙ pręsentis quęstionis determinationem: quemadmodum in codice quodam transmisso continetur: nullo fallitatis morbo pollutam fore, pręsertim ubi probatio eius externa uia agitur, quam omnino illimitandam (pace omnium salua) prędicta theologica facultas eredit sic asserens.

¶ Quòd ministrans cibos, quibus quadragesimale, & reliquum ecclesię ieiunium frangitur, propter causam ex seriosa relatione, cui ministrãtur: ministrãtis est nõ errans cõsciẽtia, illius relationis oppositũ dictans: & super hoc ministrans, illum ipsum a mortali peccato nequaquam immunem credit. Ostenditur hoc ex communi doctrina: ꝙ quicquid fit contra conscientiam tam in prohibitionibus, quam in præceptis, ædificat ad gehennam. habetur hoc. xxviii. q. j. omnes. §. ex his. & alibi. Quod præcipitur, imperatur: quod imperatur, necesse est fieri: si non fiat: pęnam habet. xiiii. q. j. quisquis.

¶ Dicitur secundò supradicta facultas, ꝙ collationes serotinæ in cibo, & potu dum sumuntur per modum cibi non simplicis morselli: sed per modum accuratiorem, & ad explendam uoracitatem ruminam, expressè contra ecclesiæ constitutionem uidentur esse: nec in iam dictis collationibus loci cõsuetudini stãdum est. Prima pars ostenditur hoc modo. Catholicę ecclesię consuetudo, &

ordinatio habet, q in ieiunio ab ecclesia præcepto solum semel in die comedatur: ut traditur. xj. dist. c. in his. Sed sumens collationem serotinam modo prædicto: uel comedit: uel non comedit. Si primum: constat, q talis contra ecclesię agit ordinationem. Si nõ comedit: habet theologica facultas, q prætendit. Secũda pars scilicet nec in iã dictis collationibus loci cõsuetudini standũ est: quamuis ex iam adductis ostensa uideatur. Adiungit tamen dicta sacra theologica facultas, q ecclesiæ ritus, & usus loci cõsuetudini pręferendus est. Ecclesiæ autẽ usus, & ordinatio nõ admittit nisi unum esum, igitur collationũ usus: quẽadmodum dictũ est: nisi efficax, & non laruata interuenerit occasio: non consuetudo: sed populi corruptela potius cẽsenda est: dum enim excusans necessitas non interuenit: nullus omnino tempore ieiunij cibo serotino tempore sumi, neq; exhiberi debet: qm̃ si aliter agit: cõstat, q in contumeliam, & creatoris, & ecclesiæ sumit, aut exhibet: & contra deum fabricat ea, quę scdm rectam ecclesiæ catholicæ consuetudinem statuta sunt. Turpe igitur arbitratur sæpe dicta theologica facultas ecclesiæ abijcere ordinationem: & pro ea loci inducere cõsuetudinem. ¶ Qua propter tertiò, di. q ieiunium tã corporale, quã spirituale, quo a cibis dęmonum: hoc est peccatis quis abstinet: est de præcepto ecclesiæ. Ostenditur hoc in scriptura, q̃ dicit. Prædicate ieiunium. iij. Reg. xxj. Illud autẽ spernitur, uiolatur, & infringitur, dum in uesperum deliciosa collationum sumptione quis reficitur. Nec abstinentia perfecta reputanda est, quæ collationum saturitate compensatur. & hoc est scriptura, quę dicit: Ecce in die ieiunij uestri inuenitur uoluntas uestra. Esa. lviij. Quia igitur ieiunia illa fortia tela sunt aduersus tentamẽta dęmoniorum (cito enim per abstinentiam deuincuntur ex scriptura, quæ dicit. Hoc genus non eijcitur nisi per orationem, & ieiunium. Matth. xvij. Sed immundi spiritus se se magis iniiciunt: ubi plus uidẽt escam, & potum: ueluti in serotinis collationibus ieiunij tempore: ut supra dictum est) igitur loci consuetudo quoad huiusmodi collationes faciendas abijciẽda ẽ &c. ¶ Propter hoc memorata theologica facultas concludit: q cibus nobis præsertim ieiunij tempore sumendus ẽ, qui concupiscentiæ æstus temperet, & & minus succendat: sed per collationes serotinas modo supradicto non temperatur hominum concupiscentia: sed magis incenditur: igitur talis consuetudo abijciẽnda est: eo q serotina deliciosa collatio est cibus impertinens, & superfluus ad ieiunium ab ecclesia præceptũ; ex eo etiã, q salubritati eius, qui sumit, contrariatur: dum uoluntatis rectitudini repugnat. Omnis autem talis deliciosa serotina collatio fit: uel canonicã refectionis horam præueniendo (dum nõ alterum ieiunando crastinum expectat) sed pluries, quã semel comedendo præuenit: aut fit tantũmodo uentris ingluuie, & saturitate: ut quarumlibet multitudine gaudeat escarum: uel ut accuratioribus epulis oblectetur, qui sumit: sed quilibet istorum modorum est illicitus: igitur & loci consuetudo, quoad deliciolas, & serotinas collationes absq; efficacĩ ratione excusante est illicita: qa talis: ut sic præter rationem, & contra rectitudinem fit &c. ¶ Expectet ergo perfectè ieiunans legitimum tempus de non s ad nonas: deinde castiget, & refrænet desiderium carnis: demum ut nihil extra assuetum usum, & communem sumatur. Si enim ieiunando ampliorem, aut magis accuratum sumat cibum, scito idipsum ieiunium uanitatis morbo pollutũ. Hæc sunt, quę circa pręsentis quæstionis ueritatem ex conscientiis horum de sępe dicta theologica facultate in alma Moguntinensi uniuersitate dicenda uidebantur.

¶ Anno gratię. M. cccc. xcv. mẽsis Octobris: die uero eiusdem quinta, teste sigillo facultatis iam dictæ: anno, mense, & die, ut supra.

Laus Deo.

QVAESTIO IIII.

A
De eleemosyna



VARTO quæritur circa tertiam partem satisfactionis: q̃ est eleemosyna: utrũ eleemosyna, quęest pars satisfactionis: sit de cõsilio, aut de necessitate salutis. ¶ More consueto tribus articulis expedietur hęc quęstio. ¶ Quantũ ad primũ articulum notandum, q̄ scd̃m Alex. par. iiij. q. xv. memb. j Nomẽ eleemosyna, q̄ grecũ est: dr̃ ab elois, quod ẽ miserere: & mois, q̄ est aqua, quasi aqua miserationis. Itẽ dicitur ab hely, q̄ est deus: & mois aqua: quasi aqua dei, uel aqua diuina. Et scd̃m has interpretationes eleemosyna est opus misericordiæ pietate deductum in esse, & diuino mandato aptum ad peccata extinguenda. Aqua enim pietatem importat; secundũ illud Hiere. ix. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum. Quód etiam deus mandauerit eleemosynam: patet Luc. xj. Date eelemosynam: & ecce omnia mũda sunt uobis. Et quoniam extinguere peccata cõuenit eleemosynæ: hoc est ex uirtute diuina: nõ ex natura actus: ideo dr̃ aqua diuina: hinc Eccles. iii. Ignem ardentem extinguit aqua: & eleemosyna resistit pctis. hęc ergo descriptio magis est ethymologia, quã diffinitio. ¶ Secundó notandum: q̄ eleemosyna (ut dictũ est sup. q. ij. huius di.) tripliciter potest accipi. hic uero accipitur proprié (ut distinguitur cõtra alia duo satisfactionis opera) pro opere pietatis impenso proximo ad releuandũ indigentiam corpalem, & hoc modo põt sic describi scd̃m Alex. & Tho. in iiij. dist. xv. Eleemosyna est opus siue largitio rei necessariæ, facta indigenti ex compassione propter deum. Et addendum est. ad releuãdam indigentiã corporalem: alioquin conueniret etiã eleemosynæ spirituali. ¶ Dicitur opus, siue largitio. quoniam eleemosyna (ut hic accipitur) non est uirtus: neq; habitus: neq; uirtutis actus elicitus: sed act⁹ exterior imperatus. ¶ Si quæris cuius uirtutis. Respondetur; q̄ idem actus exterior potest a pluribus uirtutibus imperari: immo a uirtute, & uitio. Et si idẽ actus potest simul fieri a pluribus; potest simul esse uirtuosus, & uitiosus: non quidem intrinsece, & essentialiter: sed denominatione extrinseca: sicut si duo simul uestirent pauperem: unus propter iactantiam, alius ex compassione propter deum: exterior pauperis uestitio esset simul uirtuosa, inquantum procedit ex compassione, & charitate propter deum: & uitiosa inquantum procedit ex iactantia. Sic ergo ad faciendum eleemosynam plures uirtutes possunt inclinare. s. charitas dei: amor proximi; liberalitas; misericordia; etiam iustitia si fiat intentione satisfaciendi pro peccatis: & per hoc reducitur ad diuersas uirtutes. ¶ Dicitur rei necessariæ. i. conuenientis, seu utilis indigenti: ad excludendum dationem rei disconuenientis: sicut esset datio alicuius rei inducentis ad peccatum: unde patet: q̄ necessarię hic non dicit necessitatem simpliciter dictam; neq; ex conditione: sed multũ largé capitur pro re utili, siue conueniẽti: & importat omnem largitionem, quę potest pecunia mensurari. Et sic etiam uisitatio infirmi, aut captiui, seu in turbatione existentis etiam est datio rei necessariæ: quia ipsa uisitatio est res necessaria, idest conueniens, & consolatoria afflicto: licet & ipsa uisitatio nõ sit sine donatiõe alicuius muneris corporalis, uel spiritualis alio quin non meretur, p̄prié dici uisitatio. ¶ Dicitur indigenti: hoc est ei, qui talibus caret: nec ex se: nec ex suis habere potest: unde largitio munerum facta abundantibus non est eleemosyna. ¶ Sed hic est aduertendum: q̄ aliquando quis indiget aliquo nõ pro se: sed pro alio misero, cuius curam gerit. Et largitio talium etiam includitur in ratione eleemosynæ: unde dona data clericis beneficiatis, & abundantibus tã quam procuratoribus, & dispẽsatoribus pauperum, pertinent ad eleemosynam: sed si alia darentur intuitu ipsorum clericorum abundantium tantũ: sic datiõ illorũ non esset eleemosyna. ¶ Et additũ est: ad releuandum indigentiam corporalem; ad excludendum, eleemosynam

Arti. 1.
Nota. 1
Eleemosyna unde dicitur.
Nota. 2
B
Eleemosyna tripliciter accipitẽ.
Eleemosyna nõ est uirtus.

Largitio facta non indigentibus nō est eleemosyna

spiritualem, q̄ exhibetur in doctrina, in cōsilio, & hmōi donis, ad aiam pertinētibus: prout in hoc metro cōtinetur. Cōsule, castiga, solare, remitte, fer, ora. hoc est scdm Palu. dist. xv. q. iii. ar. iiii. Consule dubitanti: doce ignorantem: castiga delinquentem: consolare tristem: remitte iniurias in te peccanti: fer patienter aliorum infirmitates: ora pro omnibus. ad hæc cætera opera spiritualia reducuntur. ¶ Descripta est autē eleemosyna hic pro opere pietatis corporali: prout distinguitur contra alias duas partes satisfactiōis: sed extendēdo ad spūalia coincidit cum aliis: ut patet. ¶ Dicitur ex cōpassione miseriæ proximi, quoniam datio muneris nō intuitu miseriæ, & indigentiæ personæ: sed obligationis eius ad aliquod officium prouidendum siue labores: aut propter aliam retributionem rependendam datori: uel ei, pro quo donat, non meretur dici eleemosyna: sed stipendium siue merces, alioquin omne tributum datum regibus: & principibus esset eleemosyna. Similiter oē precium laboris, quo quis laborat pro uite suæ, ac status sustentatione, eleemosyna diceretur: & per cōsequens oēs illi essent uerē mendici. q̄ falsum est: quoniā solus titulus recipiendi ratione naturalis necessitatis facit mendicantem: ut dicit Gers. in de perfectione cordis.

Coro. 1 ¶ Ex quo sequitur: q̄ prælati ac curati accipendo decimas, ac cętera officiorū suorum emolimenta non recipiendo eleemosynam: nec hæc recipiendo, aut exigendo mendicant: quoniam debitū est obligatio ad officium recipere beneficium, sicut deducit apost. j. Cor. ix cōcludens. Qui in sacrario operantur, quę de sacrario sunt, edunt: & qui altari deseruiunt: cum altari participant. Ita & dñs ordinauit his, qui euangelium annunciant de euangelio uiuere. Hæc ibi. Et dñs euangelizantibus ait. Edētes, & bibentes, quę apud eos sunt. Dignus est enim operarius cibo suo, & mercede sua

Coro. 2 Luc. x. & Matth. x. ¶ Secundō sequitur quōd fundantes beneficia pro templi ministris, & anniuersaria, quibus obligant recipientes ad certa obsequia: non faciunt eleemosynam propriē: sed instituunt, & prouident stipendium, ac cibū laborantibus debitum: secus si non interueniret obligatio: licet largo uocabulo dicantur eleemosynæ: pro eo, q̄ non dantur propter restitutionem temporalem. ¶ Dicitur ultimō: propter deū: quod respicit perfectionem eleemosynę hoc est eleemosynā: ut est opus meritorium: unde hęc diffinitio datur de eleemosyna non generaliter: sed de eleemosyna meritoria: hæc enim fieri debet, ꝓpter deum tanquam ultimum finem super omnia dilectum. ¶ Accipitur etiam eleemosyna frequenter non pro datione: sed pro ipso dato indigenti ex compassione propter deum. sic dicimus tunicam pauperi propter deum datā esse eleemosynam. ¶ Tertiō notandū: q̄ scdm beatum Bonauenr. in dubiis literalibus dist. xv. post Alex. par. iiii. q. cv. memb. ii. septiformis est eleemosyna corporalis: sicut in hoc metro continetur. Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo. Visito infirmum: poto sitibundum: cibo famelicum: redimo captiuum: tego nudum: condo defunctum. Quarum sufficientia sic sumi potest. Eleemosyna corporalis datur ad releuandam indigētiam corporis, indiget autem corpus alīquo ut coniunctū animæ: & aliquo ut separatum. Vt coniunctū indiget aliquo ad remouendum interiorem defectum, uel exteriorem. Interiorem uel propter improportionem qualitatū per infirmitatem; contra hanc ordinatur infirmorum uisitatio: intelligitur aūt per uisitationem non solū præsens exhibitio corporis uisitantis: sed consolatio infirmi, qua pro posse remoueatur infirmitas: uel pp restaurationem consumptionis humidi radicalis: hæc autē fit uel per sūptionem cibi, uel potus. Et contra hanc consumptionem ordinatur cibatio esurientis, & potatio sitientis. Indiget etiā aliquo contra defectum ab extrinseco uenientem: & hoc uel a remotis, ut sunt caumata, & imbres, uel corpi adiacētia ut frigora, & nuditas. Contra primum ordinatur hospitalitas: contra secundū uestitio corporis, uel ad restitutionem

Nota. 3 C De numero eleemosynarum corporalium, & spiritualium.

ademptæ libertatis, & contrà hanc ordinatur redemptio captiuorum. Contra defectum corporis ut separati, ordinatur sepultura: siquidem non separatur corpus ab anima nisi per mortem. Mortuis autem debetur sepultura. Aliæ etiā reductiones ponūtur: sed hæc sufficiāt.

Not. 4. D

Non de oibus bonis fit eleemosyna.

¶ Quartò notādum: ꝙ non de omnibus bonis potest fieri eleemosyna saltem ordinate: secundum Tho. in iiii. distin. xv. q. ii. ar. iiii. Sunt autem in genere duplicia bona: quædam necessaria habenti: quædam nō necessaria. Necessaria dico uel simpliciter ad cōseruationem uitæ: sine quibus, scilicet habens uel suæ commissi prouisioni, uiuere non posset, uel possent: uel decentiam status, sine quibus non potest decenter seruari status in uictu, amictu, & in familia: prout deseruit bono reipublicæ, non prout deseruit fastui, & superbiæ personæ: quædam autem non necessaria altero dictorum modorum. Item bonorum habitorum quædam sic se habent, ꝙ possidens ea tenetur ad restitutionem eorundem eis, a quibus acquisita sunt. Quædam sūt, ad quorum restitutionem possidens nō tenetur. Quæ autem sunt hæc, uel illa: satis patet dist. xv. in pluribus quæstionibus. Item habentium usum rerum exteriorum: quidam habēt illarum rerum administrationem, qui pro uoto suo possūt eas alienare, uendendo, commutando, donando: ut patresfamilias nulla lege prohibiti. Alii uero non habent earum dispensationem: ut uxor, filiusfamilias, monachus renuncians proprietati, furiosi, amentes & huiusmodi. Hæc de primo arti.

Arti. 2. Cōcl. 1. E

Dare eleemosynam de necessariis personę dātis est contrarium ordini charitatis.

¶ Quantum ad articulum secundum est conclusio prima. Dare eleemosynam de rebus simpliciter necessariis personæ dantis, uel sibi commissis: nec ē consilii, nec præcepti: sed est contrariū ordini charitatis. Probat: qa scdm Aug. peccat, qui præpostere agit: sed ordo charitatis exigit: ꝙ homo magis sibi, & suis prouideat, quam aliis. ordinata: n. charitas a seipsa incipit: ut patuit in tertio. Ideo subtrahere sibi necessaria aut suis, & retribuere aliis est contrariū ordini charitatis: & per consequens neq; consilii, neq; præcepti: quia nihil cōntrarium charitati, aut ordini eius consulitur aut præcipitur: nam quæ a deo sunt ordinata sunt. ad Roma. xiii. Patitur tamen hæc conclusio unam exceptionem secundū Rich. dis. xv. q. v. ar. ii. & Tho. ii. ii. q. xxxii. ar. vi. si scilicet quis subtraheret sibi: & daret alicui personæ solemni, de cuius morte immineret notabile periculum: aut detrimentum reipublicæ, uel profectui animarum, in quo casu nō esset contrarium ordini charitatis se, & suos negligere, & aliis subuenire: quia bonum reipub. & salus animarum præferenda est uitæ propriæ corporali: quia bonum quantò communius: tātò diuinius. Verum hoc facere secundum eundem non est necessitatis: sed perfectionis. Quod tamen sane intelligēdum est: quoniam si persona solēnis tantę necessitatis foret reipu. & animarum saluti, ꝙ sine ea non posset conseruari respublica, & salus animarum: esset necessariū dare ei eleemosynam in casu: quia quilibet tenetur exponere uitam corporalem ꝑ uita spirituali fratris, & pars tenetur se exponere pro salute totius, Sed hęc additio est intelligenda ubi non est euidētia (saltem notabilis) de necessitate ꝑsonæ solemnis.

Cōcl. 2. F

Non est danda eleemosyna de necessariis status sui.

¶ Secunda conclusio. Extra casum extremę necessitatis proximi, non est dāda eleemosyna de necessariis status sui. Patet conclusio: quia nemo debet se reddere impotentem ad exercendum ea, ad quę tenetur secundum statum suum extra casum extremæ necessitatis sui, uel aliorum, uide Ambr. ii. de offi. c. xvi. bene ad propositum. Item Aug. ser. ccv. Sed dando eleemosynam de necessariis statui, reddit se impotentem; ergo. Verum hic aduertendum: ut dicit sanctus Tho. ubi supra; ꝙ decentia status habet magnam latitudinem: ita ut multis additis, uel subtractis non exit homo conditionem status: posset tamē tantum addi, uel subtrahi, ꝙ non maneret decentia status: quod tunc existimo fieri; quando propter huiusmodi subtractionem, uel additionem non sufficeret ad exercitium operationum suo statui debitarum, in hoc casu intelligenda est

conclu

conclusio: secus si propter additionem, uel subtractionem nihilominus sufficeret ad opera statui suo debita. Quanta autem posset fieri subtractio, ut nihilominus maneat huiusmodi sufficientia: non potest sermone particulari determinari: sed statur in hoc prudentiæ, arbitrio, & unctioni, quæ docet de omnibus. Nec obstat: q̄ dominus cōsuluit omnia relinquere. Matt. xix. Vade, inquit, uende omnia, quæ habes, & da pauperibus. Quoniam qui hoc consilium implet, hic mutat statum: & per consequēs quæ prius fuerunt necessaria pro decentia status: non erunt necessaria statu mutato: ut si princeps ingrediatur religionem, non indiget familia, armis, & cæteris ad regimen populi necessarijs: sed potest sustentari in hoc religionis statu ex eleemosyna deuotorum fidelium laboribus, aut redditibus iam pro huiusmodi renuntiantibus in religione constitutis.

Concl. 3. G ¶ Tertia conclusio. Extra casū necessitatis non est faciēda eleemosyna de rebus malè q̄sitis: ad quorū restitutionē tenetur possidens; nisi ad restituendum, ex alijs bonis suis iustè quæsitis sit sufficiens.

Extra casū necessitatis non est faciēda eleemosyna de malè acq̄sitis.

Primum probatur auctoritate Prouerb. iij. Honora dominum de tua substantia: & de primitijs omnium frugum tuarum de pauperibus. Et Eccles. xxxiiij. Immolantis ex iniquo, oblatio est maculata. Et sequitur. Qui offert sacrificium ex substantia pauperis: quasi qui uictimat filium in conspectu patris sui. Sed eleemosyna pauperi impēsa, est oblatio deo facta: secundum illud Matt. xxv. Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. & Esa. lviij. Frange esurienti panem tuum: egenos, uagosq; induc in domum tuā. ubiq; sonat tuum, tua, tuatum, ad excludendum alienum. Item Greg. Ligario episcopo. Non est putanda eleemosyna: si pauperibus dispensetur, quod ex illicitis rebus acquiritur: quia qui hac intentione mala accipit, ut bene dispēset, grauatur potius, quàm iuuetur. j. q. j. c. non est putanda. Item August. j. de uer. domini. Nolite uelle eleemosynas facere de fenore, & usuris. Et Grego. Eleemosyna redēptoris nostri oculis illa placet, quæ non ex illicitis, & iniquitate cō geritur: sed quæ de rebus concessis, & bene acquisitis impenditur. Multa de hoc. xiiij. q. v. Et potest addi ratio: quia nullus potest transferre dominium rei alienæ in alterū: sed in eleemosyna trāsfertur dominium rei in pauperem: ergo res data non erit aliena danti. Res uero restituenda non est eius, qui restituere tenetur: sed magis illius, cui restituenda est. Præterea restituere rem debitam est præcepti: dare autem eleemosynam extra casum necessitatis consilij: sed ꝑpter conseruationem consilij non est uiolandum præceptum: ergo. immo in tali casu non est consilium. Dicitur in conclusione extra casum necessitatis: quoniam in casu extremæ necessitatis posset quis uidens fratrem famę perire: nec habere quod retribueret, recipere rem alterius, & dare pereunti: quia in casu licet det sibi alienum: non tamen dat alienum pereunti: quia in tali necessitate omnia sunt communia. Et periens in casu est dominus rei datæ: & ideo porrigens non committit furtum: quia licet receperit alienum quod ad se; tamen nō inuito domino scilicet pereunte: secus tamen uidetur, si porrigens haberet: uñ de sustentaret pauperem; & nihilominꝰ acciperet de alieno, ut uidetur sentire Alexan. par. iiij. q. ix. membr. ij. Et sicut eum ibi intelligo: & ad hoc ualet quod supra dictum est distin. xv. q. iij. Dicitur etiam de rebus malè quæsitis, ad quarū restitutionem tenetur possidens: quia ut supra dictum est dis. xv. q. xiiij. differētia est inter turpe lucrū, & lucrū iniquum, & licet dum aliquid acquiritur iniquè, requiratur restitutionem: non tamen in turpi lucro, ubi actus, quo quis lucratur, prohibitus est. Nō autem lucrum ex actu, ut in lenocinio, meretricio, precio incantationis: & similibus multis, in quibus etsi acquisitio est iniusta: non tamē possessio rei, seu lucri sic acquisiti est iniusta. De omnibus itaq; huiusmodi rebus, ad quorum restitutionem acquirēs non tenetur: potest fieri eleemosyna: quia quæcunq; possunt licitè in usus ꝓprios conuerti: possunt etiam paupeti-

buslicitè erogati. Quæ aut talia sunt, quorum restitutio est necessaria, uel nō: habes supra latè dist.xv.per multas quęstiones. Vnde patet: quod de acquisitis iniquè ut per furtum, rapinā, simoniā, usurā, concussionē, iniustā exactionem, fraudem &c. non potest fieri eleemosyna: quia ad omnium horū restitutionē tenenē iniquè sic possidentes. Secundò sequitur: ꝙ de acquisitis p ioculationē, incantationem, histrionatum, fornicationem, traditionē, ludum alearū secdm opi. Alex. probabilem, potest fieri eleemosyna. Causa tacta est: qm in his non requiritur restitutio, & possidentes sūt dn̄i rerum sic acquisitarum. Vn̄ licet de meretricio possit fieri eleemosyna: non tamē oblatio publica ad altare: de quo supra dictū est dist. xv. q. xiij. Et secundū hęc intelligēdę sunt oēs auctoritates supra ad conclusionem inductę de his bonis. quę nō modo turpiter, sed iniquè acquiruntur: ad quorum restitutionem acq rentes tenent. Et satis potest hæc solutio singulis auctoritatibus inductis applicari. ¶ Secūda pars cōclusionis, quę ē Alex. q. cx. mē. ij. quartæ partis ꝓbatur: qa de pecunia acquisita per furtum, rapinā, usurā. & similia, potest fiere eleemosyna, si raptor, uel usurarius ꝑponat restituere in ęquipollente: & habeat, uñ restituat: quia sic dando eleemosynam non reddit se impotentem ad restituendum: hæc aūt causa est, cur de taliter acquisitis non potest fieri eleemosyna: ne faciendo eleemosynam reddatur impotens ad restituendum. Quę cā tollitur, si ad restituendum ex alijs bonis suis sit sufficiens: quia tunc posset de furto &c. facere eleemosynam: & ex alijs bonis suis iniquè ablata restituere. Ex eodem sequitur: ꝙ nō semper de licitè acqsitis dāda est eleemosyna: nā si quis ꝑter ea, quæ mutuasset, nihil haberet, unde crediti tori mutuata restitueret, non posset facere eleemosynam per eandem causam.

Cōcl 4. ¶ Quarta conclusio. Nedum extrema H necessitate iam imminente, sed etiā exi Nō solū stentibus probabilibus extremæ necesin extre sitatis de ꝓximo futurę signis: tenetur ma ne- quilibet extra talem necessitatē cōstitutus habens, & potens de fectum patienti cessita- eleemosynam erogare. Illa cōclusio habet duas partes Pria: ꝙ imminēte necesce; sed sitate tenetur hn̄s, & potēs eleemosynā etiā in dare Scd̄a, ꝙ non solū tenetur necessisignis tate imminente: sed ēt existentibus pro dāda est probabilibus signis. Prima pars patet p illud eleemo- j. Ioan iij. Qui habuerit substantiam hu syna. ius mundi, & uiderit fratrem suum necesse habere: & clauserit uiscera sua ab eo, quomodo charitas dei manet in eo. q. d. nullo mō. Hęc auctoritas maximè locū habet imminente necessitate. Qui libet autem tenetur habere charitatē ad proximū: ergo ēt tenetur habere, aut facere sine quo charitas in eo nō manet. Item Amb. li. de offi. & habetur in decr. lxxxvi. dist. c. pasce Pasce fame morientem. quisquis enim hominem pascendo seruare poteris: si non poteris: fame occidisti. Præterea quilibet tenetur proximū, si pōt a periculo mortis eripere: multò magis quā pecus suū: sed existens in extrema necessitate est in periculo mortis: ergo. Non aūt potest erueie a periculo famis nisi dādo eleemosynā: ergo. Scd̄a pars probatur post S. Tho. qa uix aut nunquā potest euidenter cognosci extrema necessitas: nisi iam imminente morte: sed illā oportet accipe: ac cognoscere ex probabilibus signis, & certis secundū certitudinē moralē, quibus apparētibus iudicāda est extrema necessitas: quando. s. aliquis uidet alios impotētes, uel pigros ad subueniendum: & pauperē indigentem cibo, potu, & alijs uitæ necessarijs, sine quibus uiuere non pōt: & pauperē sibi hæc nō posse præstare: tūc sunt sufficientia signa extremę necessitatis: licet nondum immineat mors, q̄ tñ de proximo futura est: nisi subueniatur. ¶ Præterea imminente morte, consumpta uirtute naturali, nihil proficeret eleemosyna: igitur non est illa hora expectanda: nam eleemosyna datur ad subueniendum: ergo tunc danda, cū pt indigenti proficere. Dicitur notanter in cōclusione extra talē necessitatē constitutus, propter conclusionem primā, quæ loquit de cōstituto in simili necessitate. Dicitur etiā habēs, & potēs &c. q̄a q nō

habet, unde subueniat: non tenet: cum secundum Hiero. nullum præceptum sit impossibile. Quarta conclusio. Dare eleemosynam extra casum necessitatis personis, miseris, & indigentibus de superfluis utriusque necessitatis: tam conseruandæ uitæ, quam status decentiæ opus est consilij, & magni meriti: ac proximum præcepto charitatis diligere. Ista conclusio est de mente Alex. par. iiij. q. penul. mem. i. quem sequitur Tho. iiii. scrip. distin. xv. q. de eleemosyna. arti. i & q. iiii. eiusdem arti. Item. ii. ii. q. xxxii. arti. v. Duran. & post eum Pal. ea distin. hos sequitur Nico. de lyra. i. Ioan. iii. Anto. Panor. de emp. & uen. cap. i. Baptista in sum. & alii plerique. Alex. nanque ponit tres gradus debiti iustitiæ. Primus est rigor, uel necessitas iustitiæ, cuius transgressio est mortale peccatum. Secundus est æquitas iustitiæ: ut bonum habens conformitatem iustitiæ: non tamen necessitatem, seu rigorem, cuius transgressio non est mortalis: sed uidetur uenialis. Tertius gradus est dispensatio iustitiæ: & est dum aliquid agitur in alterum meritorie: cuius tamen dimissio non est demeritoria. Consequenter dicit, quod subuenire his, qui sunt in extrema necessitate secundum moderationem conclusionis quartæ est, de primo gradu iustitiæ. hoc est de rigore, & necessitate iustitiæ: ideo eius transgressor peccat mortaliter. Subuenire autem de superfluo utriusque necessitatis naturæ: & status ei, qui non est in extrema necessitate: est tamen in euidenti, & notabili egestate, est de secundo gradu iustitiæ: hoc est ad illam tenetur abundans hominis tentione æquitatis. i. tenetur de bono, & æquo tali indigenti subuenire. Vnde si tali abundans non subuenit, pro christo; præiudicat æquitati iustitiæ: nisi illa unde deberet subuenire taliter egenti, reseruet aliquibus, de quorum bonitate magis certus est: uel sunt magis propinqui: non tamen præiudicando peccat mortaliter. Subuenire autem de superfluo illis, qui communi consuetudine mendicant: nec tamen apparet in eis signum aliquod notabilis, uel grauis indigentiæ: est de tertio gradu iustitiæ: & est quidem meritorium: tamen non subuenire non

Cõcl. 5. I

Dare eleemosynam extra ea sum necessitatis de superfluo est de consilio

est demeritorium: si ex aliqua leui causa rationabili non subueniat: ut si præsumat, quod habeat indigens quod illi sufficiat ad tempus illud transeundum. Concordat sanctus Tho. di. Non omnis necessitas obligat ad præceptum: sed illa sola, sine qua is qui necessitatem patitur, sustentari non potest: nec apparet in prompto quæ ei subueniat. Et de hoc casu extremæ necessitatis, intelligendæ sunt omnes auctoritates sonantes præceptiue, ut illa Luc. vi. Omni petenti te tribue. & eiusdem xi. Quod superest, date eleemosynam. Item. i. Ioan. iii. Qui habuerit substantiam huius mundi: & uiderit fratrem suum necesse habere, & clauserit uiscera sua ab eo, quo charitas dei manet in eo. ubi necesse dicit extremam indigentiam. Et concordat Ly. ibidem. In eodem casu intelligendum est illud Basilii. Est panis famelici, quem tu tenes: nudi tunica, quam in conclaui conseruas: discalceati calceus, qui apud te marcescit: indigentis argentum, quod possidens inhumatum: quo circa tot iniuriaris, quot dare ualeres. Simile dicit Amb. xlvii. di. sicut hi. In extrema enim necessitate: licet res temporales sint singulorum quoad proprietatem: sunt tamen cões quoad usum. Duran. dicit quod est superfluum utrique necessitati, naturæ. s. & status, dari debet ex præcepto secundum illud Luc. xi. Quod superest, date eleemosynam. Nec est dubium, quin sit præceptum respectu illorum, qui sunt in extrema necessitate: quia illis ex præcepto dandum est, quod est necessarium proprio statu: a fortiori ratione id, quod superfluit. De illis autem, qui non sunt in extrema necessitate: licet sint in magna necessitate: & uerecundia: non audeo plene diffinire: ne condemnem maiorem partem diuitum. Illi innititur. Baptista in sum. uide clarissime ad propositum Cancel. in floribus. c. de auaritia. Item Aug. ser. cc xxvii. q Huius tamen conclusionis oppositum tenet Rich. in. iiii. distin. xv. quem imitatur Ang. in sum. sua. Dicunt enim quod dare eleemosynam de superfluo indigenti citra extremam necessitatem, est de præcepto: quod si uerum esset, uix aliquis diuitum saluaretur. Prima tamen opinio ui-

detur probabilior: quia nihil debet damnari tanquam mortale peccatum: de quo non habetur euidens ratio: uel manifesta auctoritas scripturæ: & ideo dictum e in conclusione: quod est proximum pręceptum charitatis. Nam ubi est uera charitas: ibi est compassio proximi, quę efficax non est: si miseriam, cui compatitur non releuat, dum releuare potest sine sui, & aliorum detrimento, quibus amplius obligatur ¶ Sexta conclusio. Sicut non de omnibus bonis dāda est eleemosyna: ita nec omnibus est indiscretè erogan-da. Primum patet: quia non de iniquæ acquisito: ut supra dictum est conclusione. ij. Secunda pars patet: quia eleemosyna danda est secundum regulam charitatis. ergo non debet dari in damnum eius, cui datur: licet contingit ex eleemosyna accipientem faueri in peccatis: quod est maximum damnum accipientibus, ergo illis non est danda eleemosyna per quam in peccatis nutriantur: secus si spe emendationis aut subleuandę necessitatis naturalis. ¶ Sed pro intellectu huius conclusionis notandum: q secundum Rich. in malo duo consideranda sunt natura: & uitium. Et sicut eius natura ita debet ex charitate diligi; q tamen eius uitium odiatur, sic per eleemosynam subuenire debet indigentię naturæ, ut per hoc eius malitia nō foueatur. Et de hoc Aug. ad Vincen. donatistam. Vtilius esurienti panis tollitur (si de cibo securus iustitiam negligit) quàm esurienti panis frangatur: ut iustitiæ (seductus) acquiescat. Et in expositione psal. cij. exponēs latè has duas auctoritates. Omni petenti te tribue. Luc. vj. & illam Desudet eleemosyna in manu tua, donec inuenias iustum, cui eam tradas. inter alia inquit. Fac misericordiā iniquo non tāquam iniquo. Nam ipsum iniquū in quantum iniquus est: ne suscipias, id est ne quasi intentione, & amore iniquitatis illius suscipias eum. sequit. Omni petenti da: si peccator est, qui te petit, da: non ut peccatori. Das ut peccatori: quādo in quo peccator est: hoc tibi placet. Sequitur. Tibi occurrit homo peccator: duo nomina sunt homo, peccator. quod homo, opus dei est: q peccator, opus hominis est: da operi dei: noli operi hominis dare. Operi hominis est dare peccatori propter peccatum: placenti tibi propter peccatum. sequitur. Quid donat histrionibus, qui donāt auguribus: quid donat meretricibus: quare donat. Nō ibi attendit naturam hominis dei: sed nequitiam hominis humani. Si homo tantum esset: & non histrio: aut augur: aut meretrix esset: non donares, non ergo homini: sed arti nequissimæ donas. ¶ Ex his satis patet; q eleemosyna danda est cuilibet etiam peccatori propter naturæ sustentationem, dum necessitatē patitur: non autem propter officium, seu exercitiū uitiosū. Et per hoc auctoritates scripturæ. & sanctorum, quæ superficietenus uidentur contrariæ: facile possunt concordari. sed de mendicantibus ualidis dicetur in. iii. ar. in dubijs. ¶ Septima conclusio. Non habens liberam facultatem: iustum dominium, neq; in rebus exterioribus administrationem: non potest dare eleemosynam citra extremam necessitatem. Probatur conclusio: quia in eleemosyna transfertur dominium eleemosynæ in mendicum: sed carens libera facultate dominio, uel administratione rei: non potest transferre dominium, ergo nec dare eleemosynam, quia rei non suæ, neq; administrationi suæ commissæ, tenens eam, nō habet eius dominium: ergo non potest id transferre; quia quod quis non habet: alteri dare non potest. Corollarium neq; religiosus: neq; uxor: neq; filiusfamilias, nec familia possunt dare eleemosynas de rebus suæ fidei non commissis, sine consensu præsidentis mariti, seu patrisfamilias expresso, uel præsumpto: q religiosus nullius rei habet dominium: nec uxor nisi in rebus communibus: puta secundum Alexan. par. iiij. q. cxii. mē. ii. pane, & uino &c. Ac pal. distin. xv. q. iij. arti. vi. conclu. ij. administrationem: neque filiusfamilias: nec familia: nisi spēcialiter fuerit administratio commissa. Hinc patet; q religiosus in claustro nullā habens commissionem in temporalibus, modo potest dare eleemosynam.

Cōcl. 6. K

Sicut non de oibus bōis, sic non omnibus danda est eleemosyna

Nota.

Cōcl. 7. L

Coroll.

Qui nō possunt dare eleemosynam.

Vxor

Vxor uero si fuerit lucratiua: aut habẽs bona paraphernalia, põt sine cõsensu mariti dare eleemosynã: quia in his hẽt dominiũ, & administrationem. Et hoc sup. dist. xv. q. iii. clarius ¶ Dicitur notanter: Nõ habens dominiũ, nec administrationem: quoniã si habet administrationẽ, siue dominiũ, siue per cõmissionem: aut per cõsensum expressum, uel præsumptũ habentis dominium terrarũ rerũ potest de his dare eleemosynã secundum limitationem, & exigentiam cõmissionis, & administrationis sibi traditæ, & non ultra. Ponit tamen Palu. octo casus, in qui bus uxor põt eleemosynam dare sine licentia uiri. Et aliquos tangit Alex. par. iiii. q. cxii. memb. ii. ¶ Dicitur circa extremã necessitatem: quoniam in extrema necessitate quilibet tenetur subuenire indigenti etiã de alieno: dum non habet de suo. Debet tamẽ, ut uult Alex. par. iiij. q. cxii. si in prompto est dominus rei, uel administrator: ut abbas, maritus, paterfamilias peti ab eo licẽtia, quam si non concesserit: aut præsens nõ fuerit: nec extrema necessitas moram patitur: debet erogare: quia in illo casu omnia sunt cõmunia. Et ad id tenetur lege diuina, cui obediendũ est etiã cõtra prohibitionẽ prelati: ut ibidẽ dicitur. Et Act. v. Obedire oportet deo magis, quã hominibus. ¶ Octaua cõclusio. Ordo erogandi eleemosyna indigentibus, & miseris imitari debet ordinem charitatis.

Cõcl. 8. M Ordo dãdi eleemosynam.

Probatur conclusio: quia datio eleemosynę est effectus charitatis: secundũ illud j. Ioann. iii. Qui habuerit substantiam huius mundi, & uiderit fratrem suũ necesse habere: & clauserit uiscera sua ab eo: quomodo charitas dei manet in eo. ergo sequi debet ordinem charitatis. Quis sit ille ordo, dictum est lib. iii. dist. xxix. ¶ Et de hoc breuiter dicit Thom. in iiij. scrip. dist. xv. ꝙ non est facile determinare cui magis, seu prius dandũ sit propter diuersitatem harum triũ conditionum: necessarium. s. debitum, & honestum: quæ in diuersis habent se, ut excedentia, & excessa. Nam necessitas simpliciter præponderat. Ita ꝙ habens extremam necessitatem omnibus non existentibus in extrema necessitate, præferenda est: etiam parentibus, magistris, benefactoribus, & quãtũcũq; propinquis. ¶ Debitũ etiã præpõderat honestati. Nã magis reddendũ est debitũ: ꝙ beneficiũ impẽdẽdũ: ut uult philosophus ix. Ethic. Et ideo magis facienda est eleemosyna benefactoribus, quã eis, a quibus nullum beneficiũ est acceptũ: ut eis, a quibus accepta sunt bona corporalia, uel spiritualia: ꝑpter debitũ gratitudinis. Sic honestas ꝑpõderat simpliciter indigẽtię: nã magis subueniẽdũ ẽ bonis, & honestis: ꝙ minus bonis, aut minus honestis: siue etiã pc̃ctoribus, atq; malis, cęteris parib⁹. Dũ aũt ex una parte est magis necessariũ citra extremã necessitatem: ex alia parte maius debitũ: ex tertia mai⁹ honestũ: qs alteri ꝑferatur: difficile aut impossibile est iudicare in singulis: quia circũstantię possunt infinities uariari, & talia non cadant sub arte. De his autem unctio docet, & prudentię consilium: uide pal. dist. xv. q. iii. art. vii. Et tantũ de articulo secundo. ¶ Quantum ad tertiũ articulum dubitatur iuxta conclusionẽ sextã: Vtrũ omnibus indigentibus nõ malis danda sit eleemosyna. Et arguitur; ꝙ nõ: quia nõ mendicantibus ualidis. i. potentibus laboribus suis releuare indigẽtiã: ergo. Antecedens probatur: quia talibus prohibetur mẽdicatio. l. unica. C. de mendi. ua. Et additur pęna. ¶ Item qui tenentur laborare ad pellendã indigentiã: nõ dicũt accipere eleemosynã: sed ad labores tenentur oẽs ualidi secundũ illud Gen. iii. dictum ad Adam, & posteros. In sudore uultus tui uesceris pane tuo: in laboribus comedes ex ea, .s. terra cunctis diebus uitæ tuę. Ad idem facit illud apostoli. Si quis non uult operari, non manducet. ii. Thes. iii. Frequenter deniq; in epistolis suis fideles ad labores manuum hortatur: seipsum pręferens exemplum fidelibus, qui uictũ manibus quæsiuit. ibi dem. ¶ Præterea ualidi mendicantes eleemosynas pauperum rapiunt: & pauperes spoliant: cum ea mendicant, quæ pauperibus debentur. Vnde Hiero. ad Damas. Qui autem bonis paternis, & operibus suis sustentari possunt: si quod pau-

Arti. 3. Dubiũ. N Vtrum omnib⁹ indigẽtibus, danda sit eleemosyna.

perum est accipiunt:sacrilegiũ profectò cõmittunt. Sed ualidis labore sustentari potentibus:ipsi labore sunt eorũ opes. ¶ In oppositũ sunt ordines mendicãtiũ, in quibus sunt multi ualidi,& fortes : & tamen ad mendicandum sunt instituti. ¶ Pro responsione ad dubium supponendum, q̃ licitũ est, & meritorium omnia relinquere, & effici pauperem propter deum. Nam hoc instruxit doctrina,& uita christi:insinuat apostolorum conuersatio:& omnium fidelium primitiuæ ecclesiæ,quibus erãt omnia cõmunia: nec quisquã aliquid suũ esse dicebat. Act. ii. & iiii. Hoc.n. est cõsiliũ euangelicę perfectionis:prout hoc latè declarat Alex. par.iiii.q. cvi. & sequentibus. Hanc aũt renuntiationem omniũ possessorũ sequitur necessitas mendicandi, uel laborandi:quoniã cũ omnis homo tenetur uitã suam sustẽtare necessario uictu, uestitu: ne sit occisor suipsius,renuntians omnibus: & nihil proprium habens, tenetur acquirerere uictum, & uestitũ. Nec est alius modus acquirendi:nisi mendicãdo ab alio,uel laboribus suis acquirẽdo,& p cõsequens ad alterũ illorũ tenetur. ¶ Sed ut cognoscatur quis ad quem teneatur: notandũ est post Alex.q.cvii.par.iiii.mẽ. ij. art.ii. q̃ tripliciter contingit mendicare. Primò ex necessitate naturæ: ut dũ quis petit ab alio, quod per se habere non põt propter paupertatem, uel infirmitatem, aut utrũq;. Hic modus miserabilis est tolerabilis, & per patientiã sit meritorius,& laudabilis. Sicut legiẽ de Lazaro mẽdico,& infirmo iacẽte ante ædes diuitis: q̃ mortuus portatus est ab angelis in sinum Abraæ. Ex quo colligitur:q̃ mendicitas ex necessitate prouenięns est occasio directiua in uitam ęternam:iuxta quod dicit Greg. Mala,quę nos hic præmunt, ad deum ire compellunt. Secundo modo quis mendicat pro ocio fouendo,uel pro lucro cumulãdo: uel utroq; modo:& hæc mendicatio est culpabilis.& de hac dicit Amb. de offi. lib.ii. cap. xvi. Veniunt ualidi nullam causam nisi uacandi habentes: & uolũt subsidia euacuare pauperum: ex inanire sumptum:nec exiguo contenti maiora quærunt:ambitu testium captantes petitionis suffragium: & natalium simulatione lucrantes:licitantesq; incrementa quæstuum. Et sequitur ibidem. Modus adsit largiendi:ut nec illi inanes recedant:neq; transcribatur uita,pauperũ in spolio fraudulentorum. Tertius modus mendicandi est supererogatiuus iustitiæ: cum.s. quis mendicat pro christo uenerando,& proximo ædificando. Venerando.s. per imitationem, & cultus exhibitionem. Per imitationẽ quãtum ad contemptũ sui.& ui lificationem siue abiectionem:quod christus euidentissime fecit. Vnde Hiero. Esto uilis,quãtũ poteris:nunquã christo uilis eris. Laudabilis est illa mendicatio uoluntaria, qua se quis exponit, ut redemptori suo se conformet: & ut cultui diuino mẽte liberiori,aut euãgelizationi uacet : deposita seculi solicitudine & proximum ædificet, & prouocet ad pietatem. De quo beatus August. in ser.xl. In illo tẽpore multum comendat deus opera misericordiæ,cũ sanctos suos egere facit: ut cũ facti fuerint amici de mãmona iniquitatis: recipiant & ipsi amicos suos in æterna tabernacula.i.cũ serui dei pij iugiter deo uacant aliquoties (ut illi,qui habent mũdi diuitias) eleemosynas illis largiantur. Et quomodo illos participes faciunt in terrena substantia: sic cũ illis partem merebuntur habere in uita ęterna. ¶ Ex his patet:quæ mendicatio est reproba,quæ tolerabilis: & quæ laudabilis & meritoria:& per hoc qui possint licitè mendicare. Sed & de labore manuũ notandũ secundũ eundem Alex.par.iiii. q.cviii. mẽb.j. q̃ iudiciũ de unaquaq; re sumendũ est secundũ finem,ad quem est ordinatũ:labor aũt manuũ ad tria ordinatur.s.ad ociũ uitandũ: ad corpus domandũ:& ad uictũ quęrendũ. De primo Hiero.ad rusticũ monachũ. Semper aliquid operis facito:ut te diabolus occupatum inueniat. De secundo apostolus ii.Cor.vi. annumerans ea, quibus corpus castigatur:dicit. In laboribus: in ieiunijs:in uigilijs:in castitate &c. De tertio Act. xx. Ad ea,quæ mihi opus erãt: & his:qui mecum sunt, ministrauerunt

Rñsio.

O Omnia relinqre propter Deũ est bonum, & meritoriũ.

Tripliciter contingit mendicare.

P Ad eundẽ finẽ pcepti sunt diuersa media.

manus istæ. Si ergo consideretur: labor manuũ, secundũ quod ordinatur ad tollendũ ociũ: uel ad corpus domandũ: idẽ est iudicium de labore manuũ, & de aliis exercitiis ad hoc ordinatis. Sic.n. non est sub præcepto: ꝙ ocium tollatur precisè tali, aut occupatione: sed sufficit, ꝙ qualicũq; licita ocium uitetur. Similiter ad domandum corpus ualent uigiliæ ieiunia, orationes, & exercitia spiritualia: & ideo nullũ horum est in præcepto, in quantum ordinatur ad hũc, uel illũ finẽ: quia cum finis aliquis est in pręcepto, ad quem diuersa sunt media licita: per quorũ alterum finis potest attingi: neutrum est in præcepto nisi sub disiunctione ad alterum. Sicut præceptũ est: honorare parentes per eorum sustentationem, dũ indigent. Cum autem sustẽtari possunt pecunia, aut rebus, neutrum horũ est in præcepto: sed sufficit: ꝙ alteri illorum subleuetur indigentia: nisi lex specifica ret certum medium, quod præciperet. Sic si consideretur labor manuum in ordine ad uictum acquirendum: nõ est in præcepto, cum alijs medijs potest acquiri, .s. labore spirituali aut alio, seu alterius dono gratuito: siue ad petitionem indigentis, siue mendicantis dato, siue proprio concedentis motu. Quis enim diceret, ꝙ magistri artiũ mechanicarum possint uiuere de arte sua: & magistri artium liberalium non possunt. Nec aduocati de uso patrocinio, quod pręstant in causis: & sic de omnibus licitis occupationibus. Similiter quis diceret, ꝙ quis põt recipere dona proprio dantis motu oblata: & non accipere petita. ¶ Notanda est multiplex distinctio paupertatis: quam potuit Alexand. par. iiij. quæst. cviij. membro ij. Paupertas, inquit, duplex est: simulata, & uera. Pauperum pri mo modo non est potestas recipiendi eleemosynas: sicut nec diuitum: quoniã ut patet ex diffinitione eleemosynæ. Eleemosyna est largitio facta indigenti ex compassione &c. ubi autem est paupertas simulata: ibi non est indigentia: deniq; huiusmodi pauperes solent ad mensas alienas respicere: aut propter pecuniæ congregationem: aut lautiorem uentris refectionem, uel aliquid huiusmodi. Paupertas non simulata: sed uera duplex est secũdũ Hier. ad Rusticũ .s. uoluntaria, uel expedita: & necessaria, uel illata. Prima habet gloriã. Secunda habet cruciatũ Necessaria siue illata, aut est potens releuari per laborẽ: aut nõ propter infirmitatem, aut debilitatẽ: aut defectũ materię, aut loci, aut ementium & huiusmodi. & tali debetur eleemosyna a fidelibus. Si primum: puta potens est laborare, & se releuare, nõ laborat: aut propter causam minus rectã: pigritiã ocij amorem, & huiusmodi. Et talibus non debetur eleemosyna, inquantum tales sunt. Et de hmõi apostolus loquitur, dũ ad labores manuales hortatur in diuersis epistolarũ suarũ passibus. Aut non laborat propter causam rationabilem: et tunc aut illa causa potest compensare laborem: aut nõ. Si põt: excusatur pauper recipiendo necessaria affectu pietatis. Et hoc pro tanto, pro quanto põt cõpensare: si omnino nõ põt cõpensare, non debet eleemosynã recipere. Si aũt sunt pauperes paupertate uolũtaria: aut illa est assumpta amore dei, & zelo animarũ: aut ulterioris perfectionis apprehensione: aut ex alia causa minus iusta: puta timore deficiendi: aut secularis inopię, uel propter honorem ab hominibus cõsequendũ: quoniam frequenter tales pauperes uolũtarij, & mundo renũtiantes honorãtur a pijs hominibus: uel alium huiusmodi causam minus rectam. Et talium renuntiatio, & paupertas est uituperabilis: nisi corrigatur intentio. Et tales malè, & in sui dispẽdiũ recipiũt eleemosynã Si autem primũ: puta est uolũtarie assumpta amore dei &c. Illi sunt ueri pauperes, quibus regnũ dei promittur. Sed & illa paupertas recipit partitionem: quia aut nõ potest releuari per labores: & tunc dub.ũ nõ est, quin possint accipere eleemosynam. Si aũt põt p laborem releuari, & reuelatur: hoc est si renuntiantes omnibus propter deũ manuũ labore uictũ acquirũt. Horum dicit Alex. est altissima paupertas quantũ ad genus paupertatis. Si non releuatur: aut ex causa rationabili: aut irrationabili.

Q De multiplici distinctione paupertatis

Si primum: pōt diuidi ut in priori membro: aut causa nō recōpensat laborem in toto, uel in parte: & tunc pro tāto excusatur recipiens eleemosynā, pro quāto causa recōpensat laborem. Si causa inordinata: non excusatur in recipiēdo eleemosynam. ¶ His præmissis: respondetur ad dubium per duas propositiones. Prima. Omnibus indigentibus tā infirmis, quā ualidis danda est eleemosyna; dum per hanc non fouetur eorū lasciuia: inertia: aut alia facinora. Hæc cōclusio quo ad primā partem de infirmis nō potentibus sibi prouidere satis manifesta est ex dictis. Sed de ualidis .i. potentibus sibi prouidere manuū suarū laboribus, qui uoluntarie paupertatem eligunt, & corporaliter laborare negligunt: ut expeditius, & liberius in laboribus spiritualibus se continuare possint: probatur tripliciter: ratione: exemplo: & auctoritate. Ratione: omni indigenti, qui nō tenetur ad labores manuum, quibus uictū acquirat: subueniēdū est per eleemosynā, ne deficiat: secundū illud Amb. Pasce fame morientem: si nō pauisti, occidisti. sed tales sunt multi ualidi: ergo. Minor ostenditur de ualidis omnia relignantibus, ut sine impedimento orationibus, studio, prædicationibus, diuino cultui aliisq; spiritualibus exercitijs, ac deuotionibus uacare ualeant. Tales inquam, ad corporales labores non tenentur. Nam maiora bona non sunt omittenda propter minora. Quia ut dicit Amb. super illud Luc. ix. Sine, ut mortui sepeliant mortuos suos. Docet dominus minora bona propter maiorem utilitatem esse prætermittenda. Maius autem est animas mortuorū prædicando suscitare, quā corpora mortuorum in terra abscondere: propterq̄d dicitur Act. vi. Non est æquū nos derelinquere uerbum dei, & ministrare mensis. Et beatus Hiero. in prologo Iob. Si aut fiscellam iunco texerē, aut palmarū folia complicarē, ut in sudóre uultus mei comederē panem, & uentris opus solicita mente pertractarē: nullus morderet: nullus reprehēderet. Nunc aūt quia iuxta sententiā saluatoris, uolo operari cibū, qui non perit: falsarius uocor. Præterea pauperes uolūtarij, qui omnia dederūt pauperibus: licet ualidi sint, possūt sine labore corporali de eleemosynis uiuere. Vnde Aug. de opere monachorū dicit: q̄ illi, qui in seculo habebāt aliqd, quo facile sine opificio sustentarent uitā suam: & cōuersi ad dominū dispertiti sunt: tales ad opera manuum cogi non dicūt: nec ad acquirendū uictū propriū. Et rationem reddit: quia qui de elemosynis pauperes sustentauerunt: de eleemosynis pauperū sustentari dicunt. ¶ Latius hæc prosequitur Alex. q. cix. mēb. ii. Et subdit Alex. Verū est, si quis adeo esset potēs spiritu, & corpore: q̄ posset corporaliter operari, & uictū sibi acquirere, & nihilominus tempore, & loco: prout expediret: spiritualibus uacare exercitijs, & ecclesiasticę utilitati: hæc agendo perfectius ageret. sicut Paulus licet diligentissimę prędicationi insisteret: laborauit tamē manibus in arte scænofactoria: ut habetur Act. xviii. Sed quis ad hæc idoneus est. quasi diceret: nemo sequitur. Laudandus est igitur, & suadendus corporalis labor ualidis pauperibus: sic tā ut nō impediatur feruor orationis: nec fructus prędicationis: nec conseruantia religionis. hęc Alex. ¶ Si dicis, hæc uera sunt de his, qui prosunt ecclesiæ, cui seruiunt in prędicatione, & sacramentorū ministratione: sed illud nō potest referri ad eos, qui nō habēt huiusmodi officiū in ecclesia. Respōdeo: nō solū his modis seruitur ecclesię: sed etiā deuotis orationibus, & cæteris exercitijs spiritualibus: his. n. acquiritur gratia ecclesiæ: placatur ira dei, & impetrantur omnia necessaria corpori, & animæ. sicut patet de amicis Iob, qui orationibus Iob placati fuerunt dño. Iob ult. Et simile de Helia. Iac. vl. Vnde tota ecclesia est una respublica. ergo quisquis ubi bus christianis necessaria erogauerit: ubiq; ea, quæ sunt sibi necessaria, accipit. ¶ Idem probatur exemplis beati Alexij, Benedicti, Dominici, Francisci: quorum quidam in mendicitate uitam suam continuauerunt, & sancti, & grati dño extiterunt: & tamen ualidi corpore extiterūt. Nā beatus Alexius cōtempto patrimonio,

Margin: ppō. 1. R Omnibus dāda est eleemosyna tā infirmis quā ualidis, qn

nio,& relicta uxore iuit mendicādo per mundum. Cuius sanctitatem dominus in morte sua mirabiliter declarauit. Itē de sancto Benedicto dicit Greg. ij. dialo.c.j.q̄ per triennium stetit in spelunca nihil omnino operans:& de eleemosyna cuiusdam romani monachi uiuens. De alijs patet. Item hic posset adduci exēplum christi, de quo apud nonnullos diuersę sunt opiniones. ¶ Probatur etiam propositio auctoritate ecclesię,qua post christū nulla maior est, quæ ordines mēdicantium approbauit, in quibus ualidi elemosynam accipiunt,nedū prædicantes:sed etiā cæteri horas canonicas persoluentes:ac cæteris seruiētes. Nec ideo licet accipere eleemosynā ualidis:quia hoc cōcessit,& approbauit ecclesia:quasi alias foret illicitum: sed ideo approbauit:quia licitum erat. ¶ Item Actuū.vi. dixerunt apostoli. Non est ęquum nos derelinquere uerbum dei: & ministrare mensis:cū tamen fuerūt corpore ualidi. Et per idem non est æquum relinquere spiritualia,& seruire mensæ .i.corporalibus laboribus cū spiritualiū negligentia.

Nota.

Ad rationes. ¶ Per hoc ad rationes in oppositum in principio dubii adductas. Respondetur ad primā de lege prohibēte ualidos mēdicare, Respondet Alex.memb.ii q.cix. q̄ lex illa introducta fuit cōtra quosdā, qui tempore famis eleemosynas pauperum usurparunt:simulando inertiam siue sui impotentiam ad laborādum. Qui & ociosi erant;& nullam utilitatē reipublicę afferebant. quiq; laborare poterant:circa nihil tamē occupabātur: abūdare quęrētes ex eleemosynis pauperū: proni ad maleficia,& rapinas: & ideo iusto iudicio rectores reipublicæ a mendicatione tales arcebant, & pęna grauissima puniebat.s.perpetuo colonatu; si qs fuerat liber: aut si fuit seruus, perdit dominus ipsum: & acquirit illi,qui eum denunciat. Secus autem est in pauperibus religiosis,in quibus nō est simulatio inertiæ, nec amor ocij: nec periculum rapinæ. ¶ Præterea dicit Alex: de facili potest repelli ista obiectio: consideratis intentionibus uarijs legis imperialis,& euangelij. Nam illa intendit utiliter ordinare homines circa rempub. conseruandā, promouendā, & stabiliendā:cuius cōseruatio,promotio,& stabilitio est in pecuniarū cōgregatione: pdiorū ampliatione:& agrorum dilatatione: quod fit per potentū, & diuitū multiplicationē,& egenorū, & debiliū diminutionē. Ecōtra intētio euāgelii ē ordinare homines,& habilitare ad regnū dei appetendum,& assequēdū.quod melius fit per cōtemptū diuitiarū, quā earū cōgregationē,& retētionē:propter quod euāgeliū beatificat pauperes spiritu.i.uoluntarios secundū unā glos. lex aūt imperialis nō:nec propter hoc inter illas est cōtrarietas propter diuersas rationes prohibitionū,& pręceptionū. Hęc Alex. Ex quo patet indiscreta repræhensio multorum repræhendentiū tāquā ualidos mendicātes eos,qui paupertatē elegerūt omnibus renunciantes:& simul habitant in ciuitatibus,aut syluis:nō in inerti ocio: sed certis horis orationibus intendunt: ac deuotis exercitiis, reliquis diligenter laborant:exercentes opera simplicia parum a deuotione distrahentia. Et dū hęc nō sufficiūt mendicata eleemosyna suæ necessitati subueniunt. Qui non amore ocij,aut collectionis pecuniæ: sed amore christi nudum christū in paupertate imitari desiderantes: puritati uitę,& deuotis orationibus meditationibus: ac spiritualibus exercitijs operam ad ædificationem ecclesiæ impendunt: non sunt detractionibus lacerandi:sed omni fauore,& charitate tanquā christi imitatores, & euangelicæ paupertatis cultores prosequendi. ¶ Ad secundū:admissa maiore negetur minor .s.q̄ omnes ualidi teneantur ad labores: loquendo de laboribus manuum corporalibus. Et ad illud Gen. In sudore &c. Notat Alex. quæst. cviii. memb. j.q̄ præceptum illud de labore (quantum ordinatur ad uictū quęrēdū secūdū illud j. Thes.iiii. Operemini manibus uestris, sicut præcepimus uobis: & ut honestē ambuletis ad eos, qui foris sunt: & nullius aliquid desideretis) non solum est iuris positiui: sed etiam naturalis: illa enim sunt de iure naturali,ad quæ homines ex sui natu

§ Exponitur lex de ualidis men dicantibus.

Ad 2.

talibus inclinatur. Sic ex ipsa dispositio ne corporis, homo naturaliter habet ordinē ad opus manuale, propter quod dicit beatus Iob.c.v. Homo nascitur ad laborem, & auis ad uolatū. ¶ Sed sciendū; Duplex praeceptum legis naturae. ꝙ duplex est praeceptum legis naturae. Quoddam ordinatur ad tollendum defectum singularis personae, uel spiritualem, sicut praecepta de actibus uirtutum: uel corporalem. ut illud Gen.ii. De omni ligno paradisi comedes. Aliud uero, quod ordinatur ad tollendum defectum speciei: sicut illud Gen.j. Crescite, & multiplicamini, quo praecipitur actus generationis, quo species humana conseruatur. Inter haec duo praecepta hoc interest. Nam ad praeceptum legis naturae primi generis quilibet tenetur. Ad praeceptum uero secundi generis, quod ordinatur ad defectum speciei tollēdū: non quilibet tenetur singulariter: sed tota communitas hominum tenetur, ut aliqui ex ea huic officio uacent. Praeceptum autem de labore manuum quodammodo sub utroq; genere praedictorum continetur. Inquantum enim labore manuum unius subuenitur necessitatibus aliorum: sic pertinet ad secundū genus. Inquantum unus suis necessitatibus subuenit, pertinet ad primum genus: sicut & praeceptum de comedendo: praeceptū autem huiusmodi ordinatum ad defectum naturalem, uel corporalem tollendū, non obligat: nisi defectu exigente: ut si esset aliquis, qui posset uiuere sine cibo. sicut de quodam fratre eremita Nicolao nomine in Szuitia refertur: non obligaretur ad praeceptū de comedendo. Sic & praeceptum de opere manuali non obligat aliquem singulariter: secundū ꝙ ordinatur ad tollendum defectum aliorum: sed communiter aliquo modo. Nec secundū ꝙ ordinatur ad defectum suum personalem: nisi defectu exigente. Et ideo qui habet alias, unde licite possit uiuere: non tenetur manibus operari. Unde non est simpliciter necessarium pauperibus ualidis laborare manibus: nisi dum aliter necessitati suae subuenire non possunt. Et ad illud dictum ad Adam. In sudore &c. dicitur: ꝙ illa uerba domini magis sunt pronunciantis pœnam, quā praecipientis pro peccato satisfactionem. unde praemisit maledicta terra in opere tuo. Et similiter mulieri: in dolore paries filios: & nō sequitur: ꝙ quilibet homo obligetur ad laborandū ex necessitate praecepti. alias sequitur: ꝙ teneretur ad agriculturam: de qua dominus ibi facit mentionem.

¶ Ad illud de apostolo dicendum: apostolus praecepit laborē manuū propter causas speciales: & hoc aliquibus personis: utputa ut furtū prohiberetur: & alienarū rerū cōcupiscentia, & acquisitio necessariorū: fœda cura, & ociū: ubi aūt illae, & similes causae nō sunt: praeceptū nō habet locū. ¶ Ad tertiū dicitur: ꝙ ualidi mendicantes pauperes: quales sunt, de quibus loquitur responsiua propositio, non spoliant alios pauperes: quia non recipiunt, quod eis non licet: habent. n. fas petendi necessaria: nec tenentur corporaliter laborare: ut dictū est. Ad auctoritatem Hiero. dicitur. ꝙ loquitur de clericis possidētibus bona ecclesiastica, quae debentur pauperibus. illa. s. quae supersunt honestae sustentationi. Si illa conuertūt in alios usus illicitos: spoliant pauperes, & sacrilegium committunt. Et quod additur: ꝙ labores manuū reputantur opes ualidorum: uerū est eorum, qui laborare manibus tenentur: & per eas a melioribus bonis non impediuntur. Hanc materiam latē tractat Alexand. Et tantum de illa propositione. ¶ Secunda propositio. Dantem eleemosynam petēti piē: non oportet nimis exquisitē inquirere conditionem mendicantis personae. Ista propositio est de mēte Chrys. super epistolam ad hebraeos. Et habetur. xlu. dist. quiescamus. Si inquit, pro nutrimento postulat: ne in his examines: quoniam Abraam hospitalem se circa omnes ostendebat. Si scrutator esset circa refugientes ad se: nunquam angelos hospitio recepisset. fortasis enim non putasset eos angelos: sed cū reliquis repelleret. sed quoniā omnes recipiebat: suscepit & angelos. Non. n. ex uita eorū, quos accipis, mercedem tibi retributurus est deus: sed ex uoluntate, & ho-

Ad 3.

ppõ. 2.
T

Non oportet piē dātē eleemosynā nimis inquirere.

norificentia multa,& bonitate,& misericordia. Et hoc est:quod additur,pie. Nã pie dat,qui motus charitate,ac misericordia dat ad personæ sustẽtationẽ: non ad peccati cõtinuationem. De quo satis dictum est supra cõclusione vi. ¶ Secundò dubitatur circa dictũ beati Aug. in probatione.vi.cõclusionis adductũ: quo reprobat donationem factam histrionibus simul,& uenatoribus:præmisit n. auctoritate præallegata,qui uenatori donat:hoc in illo amat,quo nequissimus est &c. Dubitatur igitur:utrũ peccent,qui aliquid donant uenatoribus, aut histrionibus. Ad hoc dubiũ respõdet Alex.q.cxix. par.iiii.memb.j.per distinctionem. Est.n. triplex uenatio: quædam oppressiua:quædam arenaria:quædam saltuosa. Venatio oppressiua est, qua opprimũtur pauperes. De qua Gen. x. Cœpit Nemroth esse potens in terra: & erat robustus uenator coram domino i.hominum oppressor,& exactor:ut exponitur dist.vi. non est peccatum. Arenaria est, cum quis pugnat cũ bestia dẽtata in arena: & ad hoc locat operas suas. Et hæc illicita est,sicut prima. Et qui eam exercet sub prætio locatus,peccat mortaliter,& efficitur infamis. q. vii. infames. Venatio saltuosa est, quæ fit in syluis,& saltibus montium. Et hæc est licita:fit tamen illicita ex tempore: ut in quadragesima. Et ex persona:quia clerico est illicita:saltem illa,quæ fit cũ canibus,& clamore :ponere autem laqueos,uel rete sine strepitu,& clamore non est illicitum clerico. De histrionibus similiter distinguit. Sunt .n.histriones,qui per aliquod instrumentum: aut corporis gesticulationẽ homines intendunt prouocare ad uanos risus,& malã, ineptãq; lętitiam. Et qui ob hãc causam dat,immolat dęmoni: ut dicit auctoritas: & peccat. Sunt,& qui nouerunt in musicalibus instrumentis canere sigella, aut cithara ad infirmę naturę cõsolationem:sicut dauid cecinit in cithara corã rege saul:quando spiritu malo agitabatur: & melius habebat. Et talibus dare pctũm nõ est:sicut hoc sine citharizatione &c. ¶ Dubitatur tertiò:utrũ eleemosyna sit magis satisfactoria cęteris duabus partibus satisfactionis .s. ieiunio, & oratione. Pro solutione notandũ:q satisfactio ad plura ordinatur .s. ad placationem diuinæ offensæ: ad remissionem pęnę: ad excisionem radicum peccatorum: ad restitutionem minus iuste possessorũ:& ad quædam alia. Principaliter th ordinatur satisfactio ad placãdã diuinã offensam: ne ulciscatur peccatũ: ut patet ex diffinitione satisfactionis stricte acceptæ sup. q.ii. huius dist. Et per hoc illa operatio, uel passio uoluntaria est perfectior,& magis satisfactiua, per quã magis placatur offensa diuina. Et quoniã per nihil magis placat deus,quã pactum a charitate elicitũ:ille actus est simpliciter magis satisfactiuus,qui a maiori elicitur charitate. Et ideo quãtũ ad hoc partes satisfactionis habent se, ut excedentia,& excessa. Quantũ uero ad cętera:puta remissionẽ pęnæ: pręfertur ieiuniũ,q est magis corporis afflictiuũ quantum ad uitationem causæ pctõrum (cũ principalis radix peccati sit superbia, cõtra quã ordinatur) oratio ipsa cæteris antefertur. Quantũ uero ad restitutionem iniuste possessorũ plus ordinatur eleemosyna,per quã tollitur debitũ restitutionis uagæ: & cõpensantur lucra turpia,& solicitudo immoderata. Et quantò aliqua partium satisfactionis ad plura prędictorũ ualet:tantò perfectior est cæteris. Et quia eleemosyna procedit ex charitate proximi,quæ semper est coniũcta charitati dei:quia etiã nõ tãtũ ualet ex opere dantis eleemosynã: sed etiã recipientis:qui eo,q recipit,tenetur lege gratitudinis repẽdere spiritualia:pręferẽ orationi,& ieiunio:qa etiã per eleemosynã eradicatur auaritia radix peccati: secũdũ qd scribit. Qui uolũt diuites fieri incidũt in laqueos diaboli.& sequitur. Radix omniũ malorũ est cupiditas.j.ad Tim.vi.& Eccl.x. Auaro nihil est scelestius. Nihil est iniquius, quã amare pecuniam: hic enim animam suam uenalẽ habet: qm in uita sua proiecit intima sua. Quę omnia simul nõ inueniũtur sic in alia unica parte satisfactionis, puta in oratione,uel ieiunio. Et ideo in mul-

Marginal notes: Dub. 2. V — Distinctio uenatorũ, & histrionũ. — Dub. 3. X — Vtrum eleemosyna sit magis satisfactoria cæteris partibus ieiunio, & oratione.

tis passibus sacræ scripturæ cõmendatur eleemosyna: & satisfactio ꝓ peccatis attribuitur eleemosynæ, & hoc respectu doct. eleemosynã præferunt cæteris partibus satisfactionis. Et dictũ est notãter: ꝙ eleemosyna obligat recipiẽtem lege gratitudinis &c. quoniã dans eleemosynam nõ debet obligare recipientẽ debito legali ad reddendũ spiritualia siue ex pacto: quia sic cõmitteret simoniã dãdo temporalia pro spiritualibus. Eleemosyna enim debet esse donum liberale, non cõtractus: licet per eleemosynã possit intẽdere mouere miserũ recipientẽ ad affectũ piũ, & charitatiuũ: quo affectu moueatur ad orãdũ: ut dicit Pet. de pal. dist. xv. quarti. Eleemosyna. n. fit principaliter intuitu dei, qui sibi reputat factũ, quicquid uni ex minimis suis impẽditur. hic nouit omnia remunerare: & ab eo remuneratio expectanda est: non a paupere. Et per hęc satis patet respõsio ad dubiũ, quæ uarianda est secundũ uariationem cõparationem eleemosynæ ad diuersos eius effectus. ¶ Quarto dubitatur: utrũ eleemosynę spirituales sint prestãtiores corporalibus. Respõdetur breuiter post b. Th. ii. ii. q. xxxii. ar. iiii. Cõparãdo eleemosynã spiritualẽ ad corporalem simpliciter cęteris paribus: puta qñ est ęqua necessitas utrobiq;, & indigẽtia &c. spiritualis potior est corporali. Tũ quia id, quod datur. s. spirituale nobilius est dono corporali: puta doctrina melior auro. Tũ quia nobilior est anima, cui datur: quàm corpus. Tũ tertiò, quia maior est fructus eleemosynæ spiritualis, quã corporalis. Nam fructus spiritualis eleemosynæ est emundatio a peccatis: aut profectio uirtutis, quę nobiliora sunt quibuscũq; corporalibus donis. Verũ in casu; quãdo cętera nõ sunt paria secus est, ut magis pascendus est fame moriturus: quã informãdus. Rich. ponit multiplicem distinctionem: sed dicta sufficiãt. Verũ loquẽdo de utilitate eleemosynæ quãtũ ad ꝓfectũ, & utilitatem dantis: sic corporalis eleemosyna põt habere effectũ spiritualem: quia dũ fit ex charitate dei, & proximi, meretur augmentũ gratię, & glorię. Hinc dicitur Eccl. xxix. Perde pecuniã propter fratrẽ, & amicũ. Pone thesaurũ tuũ in pręceptis altissimi: & proderit tibi magis, quã aurũ. Itẽ eleemosyna mouet recipientem ad orandũ pro dãte ac ad impetrãdam sibi gratiam, & multa spiritualia dona, quibus promouetur ad regnũ cęlorum: secundũ illud Lucæ xvi. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis: ut cũ defeceritis: recipiant uos in æterna tabernacula. Et secundũ hoc eleemosyna siue corporalis, siue spiritualis potior est, quæ a maiori charitate, ac pietate procedit: & pauperibus magis deuotis datur. Et tantum de ista quæstione.

Dub. 4. Vtrum eleemosinæ spirituales sint pstãtiores corporalibus.

QVAESTIO V.



QVINTO' quęritur circa secundã partem tertię cõclusionis textualis de uenialiũ pęnitentia. Nã de prima eius parte, s. pęnitentia peccatorũ ante baptismã comissorũ, an necessaria sit, uel nõ: dictũ est. sup. dist. iiii. q. ii. & ea. q. dist. xiiii. Quęritur igitur. Vtrũ uenialiũ peccatorũ pęnitentia sit ad salutẽ necessaria. Per tres articulos more solito fiet huius quęstionis absolutio. ¶ Quantũ ad primũ notandũ, ꝙ multiplex est differentia peccati uenialis a mortali in genere. Vna, & principalis: quia mortale est deordinatio quędã, ac deuiatio ab ordine necessario ad salutis cõsecutionem. Veniale est deuiatio ab ordine non necessario, sed utili. Cum enim omne peccatũ est quędam deordinatio, siue deuiatio, & declinatio ab ordine dirigente hominem ad salutem. Est aũt huiusmodi ordo institutus a deo duplex. Primus est necessarius: & hic est obseruantia præceptorũ secundũ illud Matth. xix. Si uis ad uitã ingredi, serua mandata. Alius est ordo consequendi salutem compendiosus, & utilis: non tamen necessarius: sicut obseruantia consiliorũ euangelicorum. Recessus a primo ordine, qui est per transgresiõnẽ pręceptorũ dicitur, & est pctũm mortale: quia inducit mortẽ perpetuã: & priuat animam uita gratiæ in psenti: & uita gloriæ in futuro. Recessus

A De pęnitẽtia uenialiũ

Arti. 1. Not. 1. Vtrũ pęnitẽtia uenialiũ sit ad salutẽ necessaria.

autem a secundo ordine scilicet obseruantia consiliorum, per conuersionem inordinatam ad creaturam, citra tamē transgressionem præceptorum: est peccatum ueniale. Dicitur autem peccatū: quia est quædam deordinatio in adhæsione creaturæ minus utili dimissa utiliore: cum tamen ratio deprecatur ad optima. j. Ethic. prope finem. Dicitur ueniale: quia non inducit mortem: nec tollit gratiam: neque eam minuit. Alioquin: cum gratia sit finita, posset per multiplicationem uenialium tota auferri: & sic uenialia non essent uenialia. Minuit tamen feruorem gratiæ, hoc est impedit gloriam a sua operatione: secundum illud Aug. x. confes. Minus te amat, qui te cum aliquid amat, quod non propter te amat. Minus amat: non per remissionem habitus charitatis: sed cum conuertitur ad creaturam actu amoroso: impeditur ab actuali conuersione per actum charitatis in deum. Nam sicut intellectus nō simul multa intelligit actibus distinctis: ita nec appetitus in diuersa simul tendit

B actibus dilectionis. ¶ Ex his sequuntur aliæ differentiæ: scilicet ꝙ mortale priuat gloria: obligat ad gehennam. Mortale auertit a fine: ueniale autem non auertit: sed obliquat, & impedit aliquantulum progressum ad finem. Item mortale semper habet annexum dei contemptum uerum, uel interpretatiuum: ueniale autem non habet dei contemptum (nemo enim contēnit, ꝙ amat) sed habet quandam desidiam, uel tepore, pro quanto plus adheret creaturæ: quàm proficit ad adhęrendum deo. Itē mortale si non deletur in uia præsentis uitæ: manet simpliciter inexpiabile. Nā in futuro non deletur: ubi non est locus pœnitentiæ: sed ueniale etiam remittitur post hanc uitam: ut infra dicetur dis. xx j. ¶ Verum de quolibet actu inordinato discernere in particulari, quando sit peccatum mortale: uel quando sit ueniale, difficillimum est propter infinitas circumstantias actus uariantes. Vnde circa hoc uenerabilis Gerson cancella. parisien. in lib. de uita animæ, plurimum laborauit: & multas regulas ad discretionem hanc consequēdam utilissimas tradidit, nec tamen (ipso teste) ad sufficientem discernēdi certitudinem peruenit.

Mortale tantū in hac uita deletur.

¶ Secundò notandum: ꝙ circa remissionem uenialis peccati: scilicet quid sit: aut per quid fiat. duplex est opinio: ut recitat Sco. dist. xxi. Quæst. 1. Prima, ꝙ nihil aliud est culpæ uenialis remissio: quàm solutio pœnæ temporalis debitæ pro eo. Probatio: quia quod manet post actum transeuntem uenialis peccati: nihil est nisi reatus ad pęnā debitam. Iste autem reatus non est nisi ad pęnam tēporalem: & per consequens eo ipso, ꝙ soluitur pęna temporalis: hic uel in purgatorio remittitur uenialis culpa. Quòd autem peccato ueniali debetur pęna tēporalis, & non æterna: secundum iustitiam diuinam (ut quidam dixerunt) probat idem doc. sic. Debitum æternæ pęnæ non stat cum charitate: sed cum charitate stat ueniale non tantum non delectum post actum: sed etiam actualiter commissum: ut patet secundum omnes. Sed maior probatur: quia per charitatē est aliquis dignus uita æterna: si cū hoc stat debitum ad æternam pęnam: ergo simul est ille dignus uita æterna, & pęna æterna: quod est impossibile. ¶ Præterea post actum peccati mortalis nihil remanet de peccato nisi debitum pęnę æternæ, ut supra habitum est. q. j dist. xiiij. Si ergo debitum pœnæ eternæ posset stare cum gratia: peccatum mortale non remissum posset stare cum gratia eo modo, quo manet post actum: & sic idem esset amicus, & inimicus deo. Item essentialis pęna damnatorum non est pœna sensus, sed pœna damni: illa autem necessariò concomitatur quamcunq; pęnam: quia nulla pœna stare potest cum beatitudine: ergo debitum ad quamcū pœnam eternam includit debitum ad pęnam damni æternam: & per consequens pœnam essentialem damnationis, & illa non correspondet peccato ueniali. Itē peccatum ueniale, & mortale sunt improportionabilia in ratione maliciæ, seu offensæ, quia infinita uenialia: si essent: non æquarentur uni mortali in ratione offensæ: quia nec omnia illa auerterent

Not. 2. C

Opi. 1.

Duæ opiniões quomodo deletur ueniale.

a fine ultimo ficut unum mortale: ergo pęna correspondens mortali secundũ iustitiam: infinite i. improportionabiliter excedit pęnam debitam ueniali: nõ autem improportionabiliter secundum intensionẽ: quia nulla pęna est intensiuè infinita, ergo erit secundum extẽsionẽ, siue durationem: ergo non debetur ueniali pęna æterna. Et per hoc reprobat dicta aliorum, qui dicũt; ꝙ p̃tõ ueniali per se correspondet pęna æterna secundũ iustitiã diuinam. Per accidens autẽ. s. cum cõiungitur charitati, ꝑ quam ordinatur ad regnum: debetur sibi pęna temporalis. Et ideo cum quis damnatur pro mortali habens etiam ueniale, punitur pro ueniali in æternũ in inferno: nec puniretur ꝑ alio ęternaliter a deo, nisi pęna æterna iuste sibi deberetur. Qđ autem in æternum puniretur: patet: qa alias in inferno esset redemptio. Et si aliter, & opposito modo diceretur, ꝙ peccato ueniali de se debetur pęna temporalis: per accidens autem propter cõiunctionem eius cũ mortali, debetur pœna ęterna in inferno. Cõtra hoc arguit. Deus semper punit citra condignum: & esto; quod simpliciter secundum rigorem puniret usq; ad condignũm, omnino iniustum esset pęnam æternam infligere pro illo, cui secundũ se debetur pęna temporalis. Quantuncunq;. n. cõiungatur alteri, hoc non facit illud in infinitum exigere genus culpæ: ergo nec iuste sibi correspondet pęna in infinitum excedens. Ex quibus concludit: ꝙ peccato ueniali siue hic puniendo: siue in futuro: siue in inferno: siue alibi non debetur pęna nisi temporalis, nec per se, nec per accidens: quia secundum se ẽ talis offensa, q̃ secũ in se sufficienter punitur temporali pęna. Nec est incõueniẽs illam pęnam debitam ueniali, habere terminum in inferno: quia & uere pęnitens primo modo, & partem pœnitentiæ impositæ explens, ac ante totã expletã recidiuans in mortale, in quo & dãnatur: pro parte pęnitentiæ residua explenda, soluit pœnam in inferno: sed non nisi tẽporalem, quia ex quo in remissione p̃tõrum priori commutabatur debitũ pęnæ æternę, in debitũ pęnæ tpalis: nunquam ille est debitor pro illis nisi pęnæ tpalis. Et per cõsequens pęna tpali soluta, erit liber ab istis. Nec tamen in inferno est redemptio illius. s. peccati, pro quo iste est dãnatus: quia pro illo pęnæ æternæ debitũ, nunquam fuit commutatũ in debitũ pęnæ tpalis: & ita sẽper manet illud debitum: nec unquã soluetur. Et ita intelligendum est, ꝙ in inferno nulla est redemptio. Hæc oĩa Sco. ꝗ Secũda opinio tenet: ꝙ remissio culpę etiam cuiuscunq; distinguitur a remissiõe pęnæ. Vñ frequẽter remittitur culpa, & nõ oĩs pœna culpæ correspondens: sic posset deus remittere pœnam, & nõ culpã. Et hi cõsequẽter dicũt: ꝙ remissio p̃ti uenialis fit per aliquem actum deo magis acceptũ, q̃ p̃tm̃ uenia. displiceat: & hoc uel relatũ ab ipso operante ad istud p̃tm̃ ueniale remittendum: uel non relatum ab ipso: sed a deo acceptatum in ordine ad illud: ut si opera morientis in charitate, & simul in peccato ueniali non fuerint relata ab eo ad remissionem uenialis, in quo moritur, nec etiam post mortẽ habeat aliquem actũ meritoriũ respectu remissionis peccati uenialis, tñ eius opera prius facta possunt a deo esse relata ad remissionem illius uenialis post mortem. Quod sic intelligi potest. Omne opus meritorium habet duplicem effectum: unum respectu culpæ remittendę: alium respectu gratiæ, & gloriæ conferendę. Exempli causa. Opus satisfactorium, quo remittitur pœna temporalis ueniali peccato debita, uel mortali per pęnitentiã quoad culpã deleto: pter hoc ꝙ meretur remissionem pęnæ: etiã meretur gradum gratiæ, & gloriæ, neq; minorẽ gradũ utriusq;, q̃ si non esset opus satisfactorium: ut supra patuit. q. ij. dist. præsentis. Quia nisi sic ecclesia erraret imponendo pęnitenti satisfactionem: quoniam melius foret pœnitenti nullã pęnam hic soluere: & omnem pęnæ solutionem differre ad purgatorium. Si. n. per hoc, ꝙ opus esset satisfactorium, aliquid diminueretur præmij essentialis, melius foret temporaliter pati quantumcunq; pœnam, quã carere minimo

Opi. 2. D
Remissio culpæ distĩguitur a remissione pœnæ.

gradu gratiæ: & per consequens gloriç in ęternū: q͞a sine æstimatione melior ē gradus ęternę glorię, quā remissio tēporalis pęnę. Et de hoc laté habetur supra præsenti dist. q. ij. in vj. dubio. ¶ Ad propositum. Omne opus meritorium est remissiuum alicuius partis pęnæ temporalis peccato ueniali debitæ: & ad hoc acceptatur a deo: siue ab operante referatur ad solutionem pęnæ, siue non: nō autem semper remittit pęnam propter impedimentum, quo cessante habet effectum: impeditur autem per peccatū manens. Non enim potest pęna peccati solui manente peccato in actu, uel uoluntate. Ideo si quis manet in peccato ueniali usq; ad instans mortis: impeditur usq; ad instans mortis: quoniam causa impedita, dum impedita est, nō ponit effectum: cessante autem impedimento, ponit effectum. In instanti mortis cessat impedimētum: quia peccatum: ergo tunc ponitur remissio uenialis secundū exigentiam pręmissorum meritorum: si multa, multa: si pauca, pauca. ¶ Prima opinio magis intelligibilis est: & concordat dictis superius distin. xiiij. huius quarti.

Not. 3. ¶ Tertiò notandum: q͞ pęnitentia dupliciter accipitur (ut dictum est. q. j. distin. xiiij.) scilicet pro sacramento

E

Pęnitētia dupliciter accipitī. puta sacerdotali absolutiōe confitentis prolata a confessore. Secundo modo, pro uirtute, aut actu uirtutis: scilicet pro displicentia, seu contritione aut tristitia consequente. Hic accipitur secūdo modo: quia de pęnitentia sacramento dicetur dist. seq. Et hoc secundo modo pōt accipi dupliciter. Vno mō ꝓprié ꝓ habitu, aut actu detestationis pc̄ti: aut passione actū huiusmodi pręsupponente. Alio mō multū largé pro cessatiōe uolūtatis ab actu complacentię in pc̄tō. V. ībtūs Tho. in iiij. dist. xvj. q. principali secūda. Et Pe. de palu. dist. præsenti. q. j. artic. ij. dicit uoluntatem recedere ab eo, quod prius uolebat: est displicere ei, q͞ uoluit. talis autem displicentia dolor contritionis dicit͞, quādo est gr͞a informata. Hæc Tho. & palu. Et hoc mō quis habet pęnitentiā, siue contritionem de pc̄tō: etiā dum nullā memoriā habet de pc̄tō. Et tā

tum de articulo primó. ¶ Quantum ad secundum articulū est conclusio prima. Arti. 2. Cōcl. 1.

F

Peccatum ueniale nō remittit͞, quādiu per actum complacentię in uoluntate tenetur. Hæc cōclusio est Pe. de palu. ar. j. cōclu. j. q. j. dist. pręsenti. Probatur cōclusio: quia implicat pc̄tūm remitti, & manere in uoluntate: sed quādiu placet peccatum manet in uoluntate: quia ipse actus cōplacentię est pc̄tm̄ manente aūt peccato non deletur, nec remittitur. Non remittit͞ ueniale, quādiu placet in uolūtate.

¶ Secunda cōclusio. Ad remissionē pc̄ti uenialis non requiritur pęnitētia ꝓprié accepta: neq; actualis: nec habitualis: nec sacramētalis. Cōcl. 2. Probatur: quia manēs in ueniali usq; ad mortem, non damnatur: sed tandem saluabitur. Ideo ueniale commissum remittitur: quia omne debitum culpæ repugnat beatitudini. Nihil enim coinquinatum intrabit in illam. Apoc. xxj. Non autem remittitur per actum eius, qui peccauit: q͞a est extra terminū meritū cuiuscunq; tam cōgrui, q͞ condigni: igitur conclusio uera. Remittitur aūt p satispassionē in purgatorio, ꝑ quā soluit pęnam tpalem pc̄tō in uita præsenti non remisso debitā. ¶ Pręterea per actum feruentem charitatis consumitur peccatum ueniale: sicut aqua per ignē: etiam si in ipso actu non habeatur memoria uenialis scd̄m illud. j. Pet. iiij. Charitas operit multitudinem peccatorum. Sed talis actus non est actus: nec habitus pęnitētiæ: neq; sacramētū: ergo.

¶ Tertia conclusio. Accipiendo pęnitentiam secūdo mō, & largé, peccata uenialia nō remittunt͞ sine pęnitentia in hac uita. Cōcl. 3.

G

Ista conclusio sequitur ex prima: q͞a pc̄tm̄ ueniale nō remittit͞, quādiu placet uoluntati: sed non complacere in pc̄tō cōmisso est quędā pnia pro pc̄tō largé loquendo de pęnitētia, ut dictū est. j. ar. ergo conclusio uera. peccata uenialia non remittuntur sine pnia in hac uita

¶ Quarta cōclusio. Non solum per actū displicentię: sed p omnē actum meritorium ueniale pc̄tm̄ remittitur, maximé dū ad eius remissionem ordinatur. Cōcl. 4. Probatur cōclusio: quia ois actus meritorius est satisfactiuus pœnę tpalis: ut dictum est in. j. arti. hæc autem respondet peccato ueniali, ergo: & peccati uenialis. Tenet cōsequentia: q͞a

nunquam remittitur pœna peccato debita manente ipso peccato: ideo opus bonum, quod remittit pęnam: remittit peccatum, cui debetur pęna; si prius nō fuerit dimissum. Non tamen omne op⁹ meritorium remittit totam pœnā peccato ueniali debitam: sicut nec omne opus satisfactorium pro mortali dimisso iniunctum tollit omnem eius pœnā: sed requiritur certa proportio operis meritorij ad pęnam tollendam in acceptione diuina: quæ soli deo est determinatē cognita. ❡ Dicitur maximē, dū &c. quia talis actus includit displicentiā peccati delendi. Eo enim, ꝙ ordinat actum ad remissionem uenialis, uult ueniale remitti: & per consequens uult ipsum non manere, quod uelle est displicentia uenialis. Inter cætera autem opera maximē contritio, seu displicētia meretur remissionem peccati displicentis.

Cōcl. 5 ❡ Quinta conclusio, & responsalis. Pęnitentia neq; uirtus, neq; sacramentum requiritur ad ueniale peccatum remittendum. Hæc est sancti Bonauen. Patet conclusio: quia peccatum ueniale remittitur etiam post hanc uitam: ut dicetur infra dist. xxj. ubi tamen pęnitentia

Arti. 3. meritoria non habet locum. ❡ Quantū

Dub. 1. ad tertium articulum dubitatur primō:

H utrum unum ueniale remitti potest sine

Vtrum unūueniale remitti potest sine alio.

alio. Respondetur breuiter; ꝙ sic secundum utramq; opinionem prædictam. Et habet Pe. de palu. dist. præsenti. q. j. Nā pęna uni debita pōt solui manente pęna alteri ueniali debita: ergo. Tenet consequentia: quia soluta pęna solutus est reatus peccati: & per consequens peccatū secundum primam opinionem. Antecedens patet: quia pęna debita uni mortali remisso quo ad culpam, remitti potest sine pęna alterius: ut dictum est supra. q. ij. ergo a maiori sic erit de ueniali, quia maior satisfactio debetur pro mortali dimisso quo ad culpam, quàm proueniali. Similiter secundum aliam opi. probatur: quia nulla est connexio uenialium adinuicem. Nec quantum ad auersionē a deo: quia ab illo non auertunt: sicut mortalia in hoc sunt cōnexa. Ideo unū mortale sine alio remitti non potest. Nec quantum ad conuersionē ad creaturam: ut satis patet. Nulla enim uidetur connexio uerbi otiosi ad appetitum inordinatum cibi, uel solicitudinem min⁹ ordinatam, citra tamen transgressionē præcepti: ergo unum potest sine alio remitti.

Dub. 2. ❡ Secundō dubitatur: utrum peccatum ueniale posset remitti manente mortali.

I Vtrum ueniale remittatur manente mortali

Et arguitur: ꝙ non: quia peccatum remitti non potest sine gratia: sed in habente mortale non potest esse gratia: ergo: Antecedens probatur ꝑ illud Prouer. x. Vniuersa delicta operit charitas In oppositum est: quia pęna potest resolui in mortali: ergo peccatum ueniale. Tenet consequentia: quia nihil aliud est remissio uenialis, nisi remissio reatus ad pęnam.

Opinio Thom. ❡ Circa hoc dubium est duplex opi. Vna beati Thom. & suorum sequacium, ꝙ non: quod sic probare nituntur. Nam ueniale tollit feruorē charitatis: sicut mortale tollit charitatem. Sicut ergo mortale non dimittitur, nisi restituatur charitas: ita nec ueniale nisi restituatur feruor charitatis: sed feruor charitatis, cum sit posterior charitate: non potest restitui nisi restituta charitate: hæc autem restitui non potest manente mortali. ❡ Præterea inimico quandiu est inimicus, non remittitur offensa, nec parua, nec magna; sed habens mortale est inimicus: ergo. Præterea ueniale non dimittitur nisi per actum aliquem magis acceptum deo, quàm peccatum displicuit, sed nullus actus est deo acceptus, nisi agens sit deo acceptum: quia respexit dominus ad Abel prius: deinde ad munera eius qui autem est in mortali, non est acceptus deo: igitur. Similia arguit Pe. de palu. & Richar.

Opinio Sco. ❡ Alia opinio Scot. ꝙ potest ueniale dimitti manente mortali: quia potest solui pęna debita ueniali ab existente in mortali hic in uia, & in inferno: ut supra deductum est: qua soluta solutum est peccatum ueniale, ac demissum: quia transeunte actu peccati, nihil manet in anima repugnās remissioni peccati (quod additur propter habitum uitiosum) nisi reatus pœnæ: sed soluta pœna tollitur reatus pęnæ: & ita nihil peccati manet. Hæc secū

da

da opinio est clementior, & probabilior: & secundum hanc soluantur rationes primæ opi. ¶ Ad primum dicitur de feruore charitatis. Aut per feruorem intelligitur aliquid charitatis: puta gradus intensionis charitatis. Et patet ex dictis: quod peccatum ueniale non tollit huiusmodi feruorem: quia nõ minuit charitatẽ: secundum omnes. Si uero per feruorem intelligitur actus charitatis: aut intelligitur actus inexistens: & ita non tollit feruorẽ: non oportet, quod propter actũ pcti uenialis aliquis actus inexistens tollatur. Si autẽ intelligitur actus charitatis, qui posset inesse: puta actus ille uenialis, qui posset esse actus charitatis: si adessent debitæ circumstantiæ finis: & cæteræ, quæ reddunt actum meritorium: cõceditur, quod tollit feruorem, idest talem actum. Sed negetur; quod peccatum non dimittitur; nisi restituatur talis actus: quia actus ille nõ erit necessarius ad remissionẽ peccati uenialis: quia ueniale põt remitti per quẽcunq; actum meritoriũ relatum ad remissionem peccati uenialis, uel per pœnæ debitæ solutionem, quæ potest solui ab omni existenti in peccato mortali. Præterea existẽs in mortali potest peccare uenialiter: & sic peccans non tollit charitatis feruorem: cum talis non habeat charitatem: & per consequens nec eius feruorem. ¶ Ad secundum dicitur, quod inimico non remittitur offensa, propter quam est inimicus, quandiu est inimicus: sed propter ueniale nullus est inimicus deo. Item non remittitur remissione reconciliante inimicum: põt tamen remitti remissione satisfaciẽte: ut supra dictum est distin. præsenti. q. ij. ¶ Ad tertium dicitur, quod maior non est simpliciter uera: quia aliquando remittitur peccatum ueniale per satisfactionem, & nõ per aliquem actum: ut in purgatorio. Et admissa maiore gratia argumenti de remissione facta in præsenti uita. Dicitur ad minorem: quod licet nullus actus sit acceptus deo: nisi is, qui agit, sit acceptus quantum ad meritum uitæ æternæ: quia nullus actus sine charitate est meritorius uitæ æternæ. Et tamen aliquis actus, uel passio accepta ad remissionem pœnæ temporalis peccato ueniali debitæ eius, qui non est acceptus ad uitam. alioquin opera bona mortaliter in mortali facta ad nihil acceptarentur, quod est contra omnes: & ita intelligenda est auctoritas allegata. ¶ Tertiò dubitatur: quare quædam opera bona assignantur specialiter, per quæ remittitur peccatũ ueniale: cum tamen per quodlibet opus meritorium potest remitti ueniale peccatum: ut supra dictum est. Respõdetur; quod aliqua opera specialiter assignantur, ut habetur in hoc metro, Orans, tinctus edens, confessus, dans, benedicẽs. Orãs dominicam orationem. Dimitte nobis debita nostra. Tinctus aqua benedicta. Edens eucharistiam. Confitens sacramẽtaliter, uel confessione generali. Dans eleemosynam corporalem. Sumens benedictionem episcopalem. Sub oratione includitur tonsio pectoris. Sub communione eucharistiæ includitur digna susceptio cuiuslibet sacramenti. Assignãtur autem ista; nõ quod per hoc alia excludantur: quoniã inter cętera maxime ualet contritio, idest displicentia commissi uenialis: sed quæ dicta sunt, specialiter assignantur: quia illi modi incitant liberum arbitrium ad detestationem peccati, per qua efficacius remittitur. Tum etiam, quia in illis concurrunt oratio, & meritum ecclesiæ. Tum quia illa frequẽtius ex intentione agentis, uel ecclesiæ ordinantur ad remissionem uenialis. Tũ quia cętera ad illa reducuntur. Vñ quodlibet opus meritorium habet uim remittendi peccatum ueniale: de hoc latè habetur in Pe. de palu. dist. pſenti. q. ii. ar. ij. Et de ualore aquę benedictæ idem pulchrè loquitur dist. ij. q. j. ar. ij. conclu. ii. Ad idem Hugo de sacramentis libro. ij. par. ix. in prin. sanctus Tho. dist. præsenti q. ij. ar. iiii. Alex. par. iiij. q. viij. membr. 4. ar. ij. §. j. Item. Rich. dist xxj. ar. v. q. j. in fi. Item dist. i. ar. i. q iii. Item August. in enchiri. ca. lxx. Item de conse. distin. iii. Aquam sale &c ¶ Quartò dubitatur. Vtrum ueniale possit fieri mortale: & ecõuerso mortale possit fieri ueniale. Pro solutione rememoranda sunt, quæ dicta sunt lib. iii. distin. xxiii. q. i. & distin. præ-

Rñsio.

Dub. 3. K Quare quædã opa assignãtur speciali ter ad remissionem uenialis.

Dub. 4. L Vtrum ueniale possit

fieri mortale. lenti.q.j.dub.j. ꝙ duplex est actus uirtuosus, similiter uitiosus, scilicet elicitus, & imperatus. Quodq; elicitus est naturaliter intrinsecé, ac inuariabiliter uirtuosus, uitiosus, uel indifferens. Ita quod actus elicitus uirtuosus non potest fieri uitiosus, uel naturaliter indifferens: nec econuerso: quia si actus aliquis uirtuosus fieri debet uitiosus: necesse est aliquid circa actum mutari: puta obiectű, uel circumstantiam: sed mutato obiecto non manet idem actus: similiter mutata circumstantia non manet idem actus elicitus: quia circumstantiæ sunt obiecta actus eliciti, nõ autem imperati: & ideo actus imperatus manens idem numero in esse naturæ, primo uirtuosus potest fieri uitiosus, & econuerso: & multó magis actus indifferens imperatus propter mutationem actus eliciti potest primó esse indifferens: secundó uitiosus: tertio uirtuosus. De hoc latius supra in tertió. ubi etiam allegantur dicti doctores de hac materia. ¶ Per hoc respondetur ad dubium per duas propositiones. Prima: ppo. 1. peccatum ueniale, quod est actus elicitus in uoluntate nunquam potest fieri mortale manens idem numero in esse naturæ. Probatur: quia nullus actus intrinsecé: & non denominatione extrinseca uirtuosus, aut uitiosus, aut indifferens potest mutari manens idem numero in esse naturæ: ita ut primó, sit peccatum, postea non: aut primó ueniale, post mortale, uel econuerso: sed omne peccatum ueniale, quod est actus elicitus, est intrinsecé uitiosum, & peccatum ueniale: ergo. Consequentia nota. Maior: & minor probatæ sunt in.iij. dist. xxiij. q. j Præterea nunquam peccatű ueniale potest fieri mortale: nec econuerso, nisi fiat aliqua mutatio circa actum peccati, uel obiecti, uel circumstantiæ: sed quolibet horum mutato, mutatur in esse naturæ actus peccati elicitus: & per consequens non manet idem actus. Hæc propositio est de intentione sancti Bonau. dist. in.xvi.quarti.arti.iij.q.j dicentis. Cű quæritur: utrum mortale fiat ueniale: si intelligitur: ꝙ hæc culpa per essentiam fiat illa: nulla est quæstio: quia hoc est impossibile. Videtur idem sentire Palu. dist.xvii.q.j.arti.j.conclu.iij.ubi quærit an attritio possit fieri contritio: & Gerson lec.j.de uita spirituali animæ. ¶ Secunda propositio. Peccatum ueniale, ꝙ ppo. 2. est actus imperatus, idem numero potest fieri mortale, & econuerso. Probatur: quia aliquis potest intrare ecclesiam propter delectari carnaliter in cantu: & continuato motu potest mutare intentione, & intrare ad prouocandum concupiscentiam alicuius personæ inordinatæ dilectæ. Transitus ille continuatus est idem in esse naturæ: quia idem motus: & tamen primó est peccatum ueniale: & secundó est mortale: & ita potest exemplari in alijs multis. Latior declaratio quæratur in loco allegato dist. xxiij.lib.tertio.huius collect. ¶ Sed circa hoc primó quæritur: utrum frequens iteratio peccati uenialis reddat ipsum mortale, & hoc propter uerba August. in textu allegata. Peccata quamuis parua: si tamen crebra surripientia collecta fuerint: ita nos grauabunt, & oppriment sicut unum aliquod peccatum. Dub. 5. M Vtrum frequẽs iteratio uenialis reddat ipsum mortale ¶ Ad istud dubium dicitur: ꝙ solam frequentia, & consuetudo peccandi uenialiter nunquam mutat ueniale in mortatale: quoniam ut arguit Sco. dist. xxxix. lib.iij.de consuetudinario iuramento. Si primum peccatum est ueniale: etiam quodlibet aliud sequens eiusdem speciei est ueniale: quia est eadem ratio cuiuslibet actus eiusdem speciei in genere moris. Nec habitus intensior reddit peccatum grauius: quia non est maior grauitas in habitu: quam in actu, ex quo generatur: licet habitus intensior fortius inclinet ad actum, non tamen ad actum alterius generis: nec ad actum grauiorem: sed ad actum similem ei, a quo genitus est: nunc autem actus peccati uenialis: & actus peccati mortalis genere, differunt in genere moris, & ideo habitus genitus ex uenialibus peccatis nõ inclinat nisi ad uenialia peccata. ¶ Ad Augu. dicitur: ꝙ loquitur dispositiué nõ quidem dispositione necessitante, sed inclinante: nam consuetudo peccandi uenialiter, reddit hominem minus timo

ratum:& auget libidinem peccandi, quæ facile crescit ad contemptum: ut si quis tantum declaretur in mendacio ioco-so: q etiã illud non dimitteret, si prohiberetur: iam commissum cum tali contẽptu præcepti esset mortale. Et ad hoc sunt exempla Augu. de multiplicatione guttarum, & arenæ, quæ secũdum se nõ obruunt, & submergunt nauem: sed disponunt nauem, ut facilius obruatur fluctibus, quibus perit. ¶ Sextò quæritur: an consensus in peccatum ueniale, quo placet: faciat ipsum mortale. Quoniã teste Augu. Nõ est peccatũ adeo ueniale; q fiat mortale, dum placet. Ad istam quæstiunculã distinguit sanctus Bonauent. & alij triplex peccatum ueniale. Quoddam est ueniale ex sola surreptiõe, idest sine aduertentia, quod præuenit deliberationem: & illud sicut uitari nõ potest: ita etiam nunquam fit mortale: quãdiu manet in illo genere ex surreptione: secus si maneret, seu continuaretur actus ex surreptione inceptus quousque accederet perfecta deliberatio: quia tunc non manet surreptitius. Secundum est, q fit cum cogitatione, siue aduertẽtia, sed sine pleno consensu: ut in cogitatione de muliere, & in delectatione citra consensum in delectationem. Tertium est ueniale cum ratione, & consensu: sed ideo est ueniale: quia non est contra pceptum: ut uerbum ociosum, & mendacium iocosum. Et per hoc dicitur: q ueniale primo, uel secundo modo, si accedat consensus perfectus, erit mortale: nam propter defectum consensus, aut imperfectionem eius fuit ueniale: ideo accedẽte consensu, cessat ratio uenialis peccati: & nihil deficit de ratione mortalis. Et dicitur notanter consensus perfectus: quoniam ut dicit Sco. dist. xxxix. tertii. sicut actus meritorius requirit, q sit plenẽ humanus: hoc est, q sit ex plena deliberatione, & consensu: ita non minus actus demeritorius idẽ requirit: quia non est deus pronior ad condemnandum, quàm ad parcendum. Et cum actus de genere mortalis fit non cum plena deliberatione propter defectum perfecti consensus, qui præsupponit deliberationem perfectam: non censetur mortale. ¶ Sed hic nihilominus aduertẽdum: q habituatus quandoq; habet breuem deliberationem, quæ non uidetur deliberat oruerum, quia habet prudentiam magnam, qua promptus est ad deliberandum quasi in tempore imperceptibili: talis deliberatio est sufficiens ad rationem meriti, & peccati. ¶ De ueniali tertij ordinis dicitur, q illud non fit mortale nisi per consensum quiescentẽ in eo tanquam in fine: ut si quis tanta libidine afficeretur ad mendacium iocosum, q etiam ipsum continuare uellet contra præceptum, si a domino prohiberetur: ibi poneretur quies in mendacio iocoso plusquam in deo: & tunc sẽ per concurreret contemptus dei: cui in casu præponeretur mendacium iocosũ. Et ibi locum habet uerbum Aug. Nullũ peccm est a deo ueniale, quin posset fieri mortale: dum placet: non qualibet placentia: sed ea qua uoluntas in ea quiescit tanquam in finem: quod tũc fit, quãdo plus placet, quàm deus: puta quando uult magis actum huiusmodi, quã amicitiam dei, qui est uerè, & simpliciter ultimus finis. Vel intelligitur hæc auctoritas de uenialibus tantum primi, & secundi generis: aut tertio, ut exponit Gersõ in de uita animæ lec. I. Dum placet, inquantum est peccatum, & dei offensiuũ: absq; alio quocunque motiuo, uel allectiuo ad peccandum: istud enim uidetur diabolicẽ obstinationis proprium, q impugnetur deus, & odio habeatur gratis. Vnde breuiter consensus in ueniale, ut ueniale est etiam deliberatus, non est nisi uenialis: & quamuis peccans uenialiter ex deliberatione abutatur dei misericordia, qui concessit peccatum illud esse ueniale, non mortale: tamen nõ peccat mortaliter: & in hoc plurimum relucet misericordia dei qd abusus ille etiam deliberatus non est nisi uenialis. Et tantum de illa quæstione, ac tota distinctione.

Dub. 6.

Triplex est peccatum ueniale.

De peccato ueniali.

DISTINCTIO. XVII.

HIC oritur multiplex quæstio &c. Postquam magister egit de integritate pœnitentiæ quantũ ad partes eius integrales, & subiectiuas generaliter distin. xvi. In hac dist. xvii. agit de una partium, scilicet confessione specialiter. ¶ Sententia autem huius distinct. in tribus conclusionibus tribus quæstionibus in litera motis correspondentibus sumatur. ¶ Prima. Sine confessione oris: dum tamen sit in uoto: & sine satisfactione pœnæ exteriori: peccata delentur per contritionem, & humilitatem cordis. ¶ Secunda. Non sufficit soli deo confiteri: dum sacerdotis copia poterit inueniri. ¶ Tertia. Studiose quærendus est sacerdos sciens, potensq; soluere, & ligare, qui si haberi nequit: prodest peccata fideli socio manifestare. Has cõclusiones multis auctoritatibus innuit, & apparenter contrarias soluit, & exponit. Circa hanc distinctionem de tribus quæritur. Primò de confessionis necessitate. Secundò de eius qualitate. Tertiò de confessoris idoneitate.

QVAESTIO I.

A Vtrum cõfiteri pctã sacerdoti sit de necessitate.

VTRVM confiteri peccata sacerdoti sit necessarium ad salutem mortaliter peccanti. ¶ Tribus articulis quæstio hoc soluetur: declaratione terminorum, subiunctione conclusionum: & solutione dubiorum. ¶ Quantum ad primũ notandum: q secundum beatum Augu. in de uerbis euangelii homel. viii. circa prin. Duplex est confessio, scilicet confessio laudis, & confessio fraudis. Confessio laudis est attestatio diuinæ perfectionis: ut eum deum prædicamus omnipotentem, pium, bonum, misericordem, iustum: sic filius confessus est patrem Mat. xi. Confitebor tibi pater &c. Confessio fraudis est accusatio, qua peccator seipsum accusat: & hoc modo hic acceptа: & prout est pars sacramenti sic describitur. Confessio sacramentalis est secreta delinquentis accusatio suorum cõmissorum peccatorum coram sacerdote iurisdictionem in eum habente spe ueniæ consequendæ. ¶ Dicitur in diffinitione confessio sacramentalis: quia illa diffinitio non datur de confessione cordis, quæ fit coram deo in cubiculo cordis, neq; de illa, quæ fit in iudicio cõtentioso: sed de ea, quæ fit in foro animæ secreto. ¶ Dicitur in diffinitione secreta, ad excludendum confessionẽ generalem, quæ fit in publico: hæc enim non est sacramentalis: licet ex ea sic cõfitens consequi possit remissionem uenialium peccatorum ¶ Dicitur accusatio: quia qui se coram sacerdote excusant, non confitẽtur: sed magis se laudant, exemplo Pharisæi bona sua annumerantis. ¶ Dicitur suorum peccatorũ: quia non debet esse accusatio aliorum. ¶ Dicitur coram sacerdote: ad excludendum illam, quæ fit sodali: quæ licet quãdoq; sit utilis: non tamen est sacramentalis: quoniam per illam non fit remissio peccatorum uirtute clauium ecclesiæ. ¶ Dicitur iurisdictionem in eum habente: quia si fiat coram alieno non suo iudice: non est sacramentalis: ut supra dictum est distin. xiiii. q. ii. ¶ Dicitur spe ueniæ consequendæ: ubi tangitur causa finalis confessionis, quæ est remissio peccati. Excluditur etiam confessio facta propter falsitatem, & mendacium confitentis, aut desperationem, aut infidelitatem se accusantis, quæ propriè non ẽ sacramentalis: eo q talem nunquam sequitur effectus sacramentalis. Quæstio itaq; quærit de confessione fraudis sacramentali. ¶ Secundo notandum; q confessionem esse necessariam ad salutem dupliciter potest intelligi, scilicet in uoto & in actu, & utraq; esse necessariam mortaliter peccandi ad salutem cõcors est sententia omnium doctorum: licet non pro semper. Et quidem: q sit necessaria in uoto idest in proposito depẽdet ex necessitate eius aliquando in actu: nam si nunquam esset necessaria in actu, non esset necessaria in uoto, seu proposito

Arti. 1. Not. 1. Multiplex distinctio confessionis.

Not. 2. B Confessio in uoto, & in actu est necessaria ad salutem.

pro posito. Quòd autem sit necessaria in actu;uarij uarijs modis ostendere nitũtur:licet plerique insufficienter, & quidem non potest sufficienter ostendi ex necessitate remissionis peccati: quãuis remissio peccati sit necessaria ad salutẽ. Nullus enim peccato obnoxius põt intrare illud regnum, q nihil inquinatum intrabit. Apoc. xxj. Non tamẽ ex hoc inferri potest, q confessio, de qua loquimur, sit necessaria ad salutẽ:tũ q̃a ad remissionẽ p̃ti est alius modus sufficiens sine confessione in actu.s.contritio cordis, p quã p̃tm̃ remittit, priusquã p̃tõr sacerdoti confiteat: ut ostẽdit magister in textu. Tũ q̃a cõfessio scd̃m probabiliorẽ opinionẽ prexigit remissionẽ peccati per contritionẽ preuiã: ut dictũ est sup. dist. xiiij. q. ij. & per hoc nunquã per confessionem remittitur p̃tũm:sed eam presupponit. ¶ Et si diceres:confessio in uoto requirit ad remissionẽ p̃ti: ergo etiam quãdoq; in actu: quia sicut frustra est potentia, quę nũquam deducitur ad actũ:sic frustra est uotũ, seu ꝓpositũ, q nũquam deducitur ad actũ. Antecedẽs patet:q̃a cõtritio requirit ad confessionẽ p̃ti scd̃m prædicta: sed contritio includit confessionem in uoto. Respondetur: q ista probatio petit principiũ:nã licet cõiter dicant doctores: & uerum est: q contritio includit confessionem in uoto:hoc autem sufficienter nõ probatur. Videtur enim: q quis potest habere perfectam contritionem, & sufficientem ad peccati remissionem absq; uoto confessionis:potest enim alicui intensẽ displicere p̃tm̃ propter hoc:quia est dei offensiuum:abs q; hoc, q tunc cogitet de cõfessionẽ:& per cõsequens absq; uoto confessionis:& tamen illa displicentia est contritio sufficiens:quia sufficienter circumstantionata circũstãtia finis, & alijs. Si ergo quæris:quomodo cõfessio in uoto includitur in contritione: põt dici, q implicitẽ, seu uirtualiter. nã contritio displicet omne peccatũ inquãtum dei offensiuum: & per consequens omnis inobedientia pręceptorum: & p hoc placet obedientia præceptorum: nam cui placet antecedens:placet & cõ

Quõ cõfessio in uoto includitur in contritiõe.

sequens:& cui displicet antecedens: displicet oẽ consequens:& placet oẽ contrariũ. placet dico, naturaliter: quia habet in se, unde formaliter deducitur tale esse consequens ad antecedens: quo deducto placebit, aut displicebit formaliter: sic contrito displicet uirtualiter omne peccatum:& placet omnium præceptorum obedientia, quatenus sunt p̃cepta:sicut in simili dictum est de connexione uirtutum lib iij: distinct. xxxvi. Vt ergo contrito placet confessio in uoto: oportet deducere confessionem esse præceptam, & necessariam ad salutem. Et illa deductio quæritur. Præsuponit itaq; illa probatio, q probare intendit:& ergo petit principium. Igitur alij necessitatem confessionis ostendere nitũtur ex necessitate pręcepti: si quidem necessaria est obseruantia præceptorum ad salutem: secũdum illud Mat. xix. Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Sed quale sit mandatum, an naturale, diuinum, uel humanum diuersificantur. Et satis certum uidetur: q preceptum de confessione sacramentali nõ est de iure naturali: Nã ut dicit Sco. dist. præsenti; illud uerum est de iure naturali, cuius ueritas nota est ex terminis aut ex sic noto in consequentia necessaria deducibilis: sicut conclusio ex principijs in speculabilibus. Sic & in practicis nihil est de lege naturę, nisi principium sit euidens: aut conclusio ex tali demonstrata: stricte loquendo de lege naturæ. Sed tamen extendendo nomen quandoque illud dicitur de lege naturæ, quod est uerum practicum, consonum principijs, & conclusionibus legis naturæ, intantum, q statim notum est omnibus illud conuenire tali legi, idest principijs sic notis, aut conclusionibus ex eis demonstratis. Et satis patet: quòd confessio, de qua loqmur, non est sic de lege naturæ: quia tunc obligatio eius fuisset pro statu cuiuscunq; legis: quod patet falsum: quia nec pro statu innocentiæ:nec naturæ lapsæ ante legem: nec pro statu legis Moysaicæ: licet confessio facienda fuerat deo omnium cognitori pro quacunq; lege naturę lapsę.

C Confessio sacramentalis an sit de lege naturę.

Et hanc confessionem requisiuit dominus ab Adam primo transgressore, cum dixit. Adam ubi es: ut dicit glos. Genes. iij. Sic etiam licet pro statu legis Moysi cõfessio de peccatis occultis fiebat deo tantum: de quibusdam tamen irregularitatibus, & defectibus publicis, & nõ ob seruantia legis fiebat confessio uniuscu iusq;, quando obtulit pro tali delicto sacrificium: sic etiam fiebat generalis cõfessio per sacerdotẽ pro populo: ut peccauimus, iniustè egimus, iniquitatem fecimus, & huiusmodi. Sed hæ non sunt confessiones, de quibus nunc quæritur: & ita etiam omnes auctoritates ueteris testamenti loquentes de cõfessione (sicut illa. Iustus prior accusator est sui: & similes) loquuntur de confessionibus prædictis: non de sacramentali, de qua quæstio. ¶ Et sic diceres: hæc est nota in lege naturæ. Quilibet reus debet iudicari per alium: eo ꝙ nullus est iudex in propria causa: non autem potest iudicari per alium, nisi accusetur illi: nec potest de occultis accusari nisi per seipsum: ergo debet per seipsum accusari ei, a quo iudicetur. Et magis consonum est rationi; ꝙ in secreto fiat accusatio, quã in publico, si peccatum fuerit secretum, & nulli rationabilius, quã sacerdoti: ergo uidetur confessionem facere esse de lege naturæ. Respondetur: ꝙ etsi notum sit in lumine naturali: uel saltem ualde consonum propositioni notæ, ꝙ reus est iudicandus: quia nullum delictum relinquendum est impunitum in uniuerso, si est unus rector uniuersi iustus: quod est notum naturaliter, uel cõsonum, notis naturaliter. Quodq; reus sit iudicandus ab alio: tamen quis sit ille alius: non est notum per rationẽ naturalem: nec per aliquod ei consonum: nisi de deo, qui est retributor meritorum, & punitor peccatorum. Ille autem non indiget accusatione rei: cum omnia sint sibi nota, antequam fiant sine accusatione: etiam si teneretur reus se accusare deo uniuersali iudici: non sequitur, ꝙ peccator debet confiteri nisi deo: & hoc esse de lege naturę a pluribus concessum est. Sed hæc confessio non est de illa; de qua quęstio, puta quę sit homini: ꝙ enim homini facienda sit de occultis: nulla naturali ratione: nec aliquo illi consono probatur. Hæc Scot.

D ¶ Cum itaq; sacramentalis confessio non est de lege naturæ: oportet quęrere legem positiuam. Et quia hæc est duplex. diuina, & humana. ¶ Circa hoc sunt diuersæ opiniones. Vna est, ꝙ sit de lege positiua ecclesiæ, quam tenet glos. de pœnit. distinct. v. capit. j. ubi post diuersas opiniones recitatas subdit. Melius dicitur eam institutam a quodam generali, siue uniuersali ecclesiæ traditione: potius quam ex noui, uel ueteris testamenti auctoritate. Et hãc opinionem sequitur Panormit. in capit. omnis. de pœnit. & re. & assumit tam glos. quam Panor. pro firmamẽto quoddam magis dubium scilicet; ꝙ Gręci non peccant non utendo confessione. Confitentur enim soli deo in secreto: quia apud eos non emanauit hæc constitutio: & ideo eos non obligat: sicut nec constitutio continentiæ quoad existentes in ordinibus sacris: quia eam non acceptarunt.

Opinio Confessio nõ é de lege positiua ecclesię neq; ab ecclesia instituta.

¶ Sed contra hanc opin. communiter sunt theologi. Et arguit contra eam Scot. primò: quia non uidetur; ꝙ ecclesia tam onerosum, & arduum præceptum imponeret omnibus christianis (cõtra illud Matth. xi. Iugum meum suaue est: & onus meum leue) nisi esset pręceptum diuinum. Nam & August. ad Ianuarium epistola. cxviij. Dominus noster Iesus Christus: sicut loquitur: leui iugo suo nos subdidit, & sarcinæ leui: unde sacramentis numero paucissimis, obseruatione facillimis, significatione præstantissimis, societatem noui populi alligauit. Et in alia epistola ad eundem loquens contra grauantes fideles multis, grauibusq; obseruantijs ait. Ipsam religionem, quam paucissimis, & manifestissimis celebrationem sacramentis misericordia dei esse liberam uoluit: seruilibus oneribus præmunt: ut tolerabilior sit conditio Iudæorum, qui etiã si tempus libertatis nõ agnouerunt: legalibus tamen sarcinis non humanis præsum-

ptionibus subijciuntur. Quanti autem oneris, ac seruitutis sit humanę infirmitati, secreta sui cordis manifestare contra seipsum simili mortali: non sine uitę suę periculo quis ignorat. Nec aliquod tantę grauitatis preceptum in tota ueteri historia reperitur: unde non est probabile, q ecclesia mater tantum onus imponeret filijs suis: nisi fuisset a deo preceptum. Preterea non inuenitur: ubi ab ecclesia hoc preceptum institutum sit, nam glos. allegata tenens q ab ecclesia sit precepta confessio, non allegat locum, uel canonem aliquem: sed nec Panor. imitans in hoc glos. Sed turpe est dicere aliquid esse traditum ab ecclesia: & non posse ostendere, ubi, uel quando: sicut turpe esset theologo dicere aliquid contineri in biblia: & nō posse demonstrare locum. Et sic allegatur cap. omnis de pœnit. & remiss. patet: q illud cap. est Inno. iij. in concilio Lateranen. quod celebratum est anno domini. mcciij. Ante autem illud tempus per multos annos plusquam. dccc. annos fuit beatus August. qui predicauit, & scripsit confessionem esse necessariam: ut patet in lib. de uera, & falsa pœnitentia: & in alio libello de pęnitētia: cuius dicta aliqua magister recitat dist. presenti: & Gratianus de pœnitentia distinct. v. & vj. ¶ Item magister sententiarum precessit Inno. in. l. annis: a quo Inno. edita est constitutio omnis: & tamen magister determinauit confessionem esse necessariam, cuius etiā doctrinam Inno. cōtra abbatem Ioachim approbauit: ut habetur de sancta trin. & fi. cap. c. damnamus. Hec ergo decretalis, omnis. longe post illam determinationem magistri edita est: & ideo decretalis non instituit confessionem: nec precepit tanquam prius non preceptā: sed tempus quoddam limitat, in quo omitti non debet: & quędam alia circa confessionem determinat. Et ad illud, quod adducit glos. alleg. de grecis: respondet Scot. q antecedens. s. q confessio non sit necessaria apud grecos, non est notum: sed magis oppositū: nā sicut apud eos necessarius est baptismus

Per cōstitutionē cap. omnis ecclesia nō instituit confessionē; sed tempus instituit.

fluminis tanquā tabula post naufragium: ita & sacramentum pęnitētię, quod est tabula secunda: licet forte cōstitutio omnis eos nō liget. Quód uero apud eos non sit cōsuetudo confitendi, nō est notum, nec certū: nec hoc alicubi aliquis doctor cōtra eos scribens, & abusiones eorū reprobās exprimit: cū tamē esset notabilis discordia ab ecclesia romana, si in hoc discordarent: notabilior. s., quā cōficere in fermentato: uel ista forma. Baptizetur seruus christi: de quibus non tacent latini. Et si uerū esset: q nō haberent cōfitendi cōsuetudinē: nō hoc eos excusaret: nec propositum probaret: quoniam illā cōsuetudinē nō solū laudabilem: sed etiam necessariam potuerunt omittere: sicut etiam in alijs errauerunt. ¶ Ideo aliter dicunt cōmuniter theologi: q confessio est de lege positiua diuina: sed a quo, & ubi instituta sit: non similiter sentiunt. Sāctus Bona. dicit, q sit a christo insinuata: ab apostolis instituta: & a Iacobo hierosolymorū episcopo promulgata: ubi ait in sua canon. Confitemini alterutrum peccata uestra capit. v. Sed hoc reprobat Scot. nam sacramenta institui non possunt nisi a solo christo: quia nemo potest instituere sacramentum, nisi qui pōt dare efficaciā, & certitudinem sacramēto: ut sup. dictū est dist. ij. q. j. & hēt Scot. q. iiii. dist. j. hoc autem solius dei est. Nūc aūt cōfessio pars est sacramenti pęnitētię, uel de necessitate eius: ut sup. habitū est dist. xiiii. q. ii. Quód uero Iacobus ait. Cōfitemini &c. nō ibi loquitur de cōfessione sacramētali: nō. n. exprimit, cui fiat an sacerdoti, uel nō sacerdoti: sed intelligēda sunt uerba ista, sicut sequentia: & orate pro inuicē &c. q sunt quędam persuasio ad humilitatem, per q generaliter nosipsos esse pctōres fatemur; & orationes mutuas expetimus. Deniq; nihil ibi addit beatus Iacobus (ut colligi posset) ut loquat tanquā precio christi: quod tñ necessariū esset in tā necessario sacramento: si per hęc uerba insinuare uellet preceptū: sicut Paulus, dum ponit preceptum de non dimittenda uxore, ait. His, qui matrimonio

Opinio E Cōfessio est de lege positiua diuina.

iuncti sunt, præcipio non ego: sed dñs: uxoré a uiro non discedere: & cum consuluit unũquéq; habere uxoré suã: & mulieré habere uirum suum. sub dit. Hoc autẽ dico scdm indulgentiã, non scdm imperiũ: & infra. Cęteris dico ego: non dñs. j. Cor. vij. ¶ Ideo aliter propositum probat Rich. dist. præsenti: ꝙ confessio sacramentalis est de iure diuino expresso in euangelio. nam Io. xx. ait christus. Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis pctã, remittuntur eis &c. Quibus uerbis dedit discipulis, & eorum successoribus potestatẽ iudicandi, & remittẽdi ministerialiter peccata. Quibus aũt datur potestas iudicandi: datur etiã potestas cognoscendi. Cognitio autẽ pcti remittẽdi fieri nõ potest nisi per accusationem pctõrũ, quę est confessio. ¶ Et si dicetur: ꝙ per hæc uerba bene datur potestas arbitraria sacerdotibus iudicandi, & cognoscendi: sed non imponitur necessitas peccatori se accusandi: sed tunc tantum sacerdos potest exequi suam potestatem dum peccator se subijcit suo iudicio. Rñdet Rich. ꝙ hæc obiectio friuola est: nã nullus est iudex meus in re aliqua, in qua non teneor facere, nisi quantum uoluero: cũ ergo christus cõstituit sacerdotes esse iudices peccatorũ: tenentur peccatores de necessitate salutis se eis submittere peccata cõtitendo. ¶ Sed hæc solutio non excludit replicam: qm frequenter constituitur partibus iudex arbitrarius, qui potest discernere, & iudicare in causa earum, dum partes se submiserint: & iudiciũ ab eo petierint: & tñ per hoc nõ imponitur necessitas partibus se submittẽdi. Nec frustra datur potestas: qm efficax est, dũ se submiserint: tunc. n. non est in ptãte partium recedere a iniã: licet fuerit in earum potestate se non submittere. Ideo aliter ex eodem nititur declarare propositũ Sco. Nã quicũq; amisit gratiã, tenetur (necessitate præcepti dilectionis diuinæ, & sui) facere, quod in se est ad eius recuperationẽ: hæc autem recuperatio fit per sacramentũ pniẽ: ergo tenetur ad suscipiẽdum ipsum, & per consequens ad confitendũ. ¶ Et si dicitur: ꝙ argumentum illud efficax esset: si hæc esset unica, & sola uia recuperandi gratiam: nunc autem est alia uia: utputa contritio, per quam remittitur etiam pctm sine confessione: & sufficit altero modorũ recuperare gratiã. Rñdet idem: ꝙ quia uia ista recuperandi gratiam per sacramentum pęnitentiæ facilior est, & tutior: tenetur quilibet ad illam uiam: quoniam si omissa illa attentaret difficiliorem, & minus certã: exponeret se periculo salutis suæ. Qui autem amat periculum, in illo peribit. Eccles. iij. quia uidetur contemptor salutis suæ. ¶ Sed hæc responsio satis appareret: si uera esset opi. Scot. ꝙ per sacramentum pęnitentiæ sine contritione solo obice remoto, peccatum remitteretur. Sed opinio opposita. s. ꝙ sine contritione sacramentum pœnitentiæ non confert gratiam, communior est, & sanctorũ dictis conformior, ut habitũ est supra dist. xiiij. q. ij. Et secundũ istam patet: ꝙ illa uia nõ est facilior: neq; certior: q a aliam pręsupponit scilicet contritionẽ: saltem ut concomitantem, sine qua sacramentũ pęnitentiæ nõ suficit ad remissionẽ pcti. ¶ Et propter hoc uidet finaliter dicendũ; prout etiam idem Sco. tãgit: ꝙ præceptum de confessione sacramẽtali promulgatum est a christo apost. Et per ipsos apostolos promulgatum est ecclesiæ uerbo, & facto sine oi scriptura. Sicut & multa alia tenet ecclesia oretenus per apostolos sibi publicata sine scriptura. Unde Io. xx. Multa quidẽ, & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Sicut & uerba consecrationis eucharistiæ non dubitantur a christo instituta: & tamen illa formaliter non habentur in aliqua scriptura canonica: nec in euangelijs: nec in epistolis. de celeb. mis. c. cum marthæ. Et August. in libro ex dictis Basilij. & habetur dist. xj. ecclesiasticarũ. ait. Ecclesiasticarum institutionum, quasdam in scriptis: quasdam uero apostolica traditione per successores in ministerio confirmatas accepimus &c. Et ad hoc seruit, quód christus curatos a lepra ad sacerdotes mittit: ut eorum iudicium mundi decernerentur.

F Confessio sacramentalis est de iure diuino expsso i euangelio.

G

Et Lazarum resuscitatum apostolos solue re iussit, in quibus opere ostendit pecca torem suo peccato mortuũ: diuina mise ricordia ad uitam reuocatũ: a sacerdo tibus soluendũ. hæc autem solutio non fit nisi per sacramentalem absolutionẽ: quæ præexigit confessionem. Ad idem multæ figuræ utriusq; testamenti addu ci possunt: & rationabiles persuasiones.

Arti. 2. Cõcl. 1. Et tãtum de articulo primo. ¶ Quantũ ad secũdũ articulum est hæc prima con clusio. Confessio sacramentalis a chri sto instituta lege diuina, uiuificãdis pec catoribus est præcepta. Prima pars pa tet: quia sacramẽta no. legis a solo chri sto sunt instituta: ut ostensum est supra dist. ii. q. j. sed confessio sacramentalis pars est sacramẽti pœnitentiæ. aut ei inse parabiliter annexa: quia ut dictũ est dist. xiiii. huius. Sacramẽtũ pœnitentiæ nihil aliud est, quã absolutio cõfitentis facta a sacerdote iurisdictionem in eũ haben te: hęc autem absolutio prærequirit cõ fessionem: ergo &c. Secunda pars satis patet ex præcedenti articulo: nam con fessio talis peccatori a deo longe posito præcepta est, ut appropinquet: & non le ge naturali, nec lege positiua humana tantum: ergo diuina. Consequentia te net a sufficienti diuisione. Antecedens quantum ad omnes sui partes, patet ex artic. j.

H Confes sacra mẽtalis a Chri sto insti tuta le ge diui na uiuifi candis peccato ribus, ẽ pcepta.

Coroll. ¶ Corollarium: confessio sacra mentalis est peccanti mortaliter de ne cessitate salutis. Probatur: quia obser uantia præceptorũ est de necessitate sa lutis Matth. xix. Si uis ad uitam ingredi: serua mandata. sed confessio est præce pta mortaliter peccanti ex præcedenti conclusione: ergo est eius saluti neces saria.

Cõcl. 2. I ¶ Secunda conclusio. Soli pecca to res usum rationis habentes in mortale peccatum lapsi tenentur sacramentali ter confiteri. Hæc conclusio est exclu siua habens duas exponentes. Prima: peccatores in peccatũ mortaliter lapsi, tenentur sacramentaliter confiteri: & patet ex conclusione præcedenti. Se cunda est: nulli, qui nõ sunt peccatores usum rationis habentes in mortale pec cãtũ lapsi, tenentur sacramentaliter confite ri. Hæc sic probatur; habens ea, quæ sufficiunt ad salutem: ad alia non tene tur: sed non habens mortale habet ea, quæ sufficiunt ad salutem: ergo. Conse quentia nota cum maiore. Minor pa tet: quia non habens mortale peccatũ, habet in se gratiã: hæc autem sufficit ad salutem: quia ipsa discernit inter filios re gni, & carceris secundũ Aug. Prima pars patet: quia gratia, & mortale peccatum sunt immediate opposita stante lege: er go mutuo se expellunt circa subiectum susceptibile: & uno non inexistente, a liud inest.

Solipec catores usum rõ nis habẽ tes in mortale pc̃tũm lapsi te nẽtur sa cramẽta liter cõ fiteri.

Coroll. ¶ Corollariũ: habens sola ue nialia ad confessionem sacramentalem non tenetur. Probatur: quia omnis talis est in statu salutis: quia in gratia: & con iunctus siue unitus deo gratuite: ergo non indiget sacramento lõge a deo po sitis necessario, quale est pœnitentia secũ dum Hiero. & est in tex. dist. xiiii. huius. Idem habet de pœnit. dist. præsenti. q. ii. artic. iiii. ¶ Itẽ per ueniale nullus pericli tatur extra nauẽ ecclesiæ: quia ueniale stat cum perfecta charitate, quæ est nauis saluans: & ideo ex institutione pœniten tiæ tanquã secundæ tabulæ post naufra gium non oportet aliquẽ confugere ad eam propter ueniale. Si dicis: licet ex pri ma institutione pœnitentiæ quis nõ te neatur ad uenialiũ confessionem: tene tur tamen ad eam ex statuto ecclesiæ. c. omnis utriusq;. cui si se non conformat, mortaliter peccat. præcipit enim ibi cõ cilium, q̃ quilibet adultus ad minus se mel in anno omnia sua peccata cõfitea tur proprio sacerdoti: ut ergo satisfaciat huic statuto, tenetur cõfiteri. non solum mortalia: sed & uenialia: quia omnia. nã q̃ dicit omne: nihil excludit. ¶ Hinc fue runt, qui dixerunt, q̃ licet ratione pec cati uenialis, & primæ institutionis pœ nitentiæ, quis non teneatur ad confes sionẽ uenialium: tñ ratione præcepti ec clesiæ semel in anno omnes tenentur etiam peccata uenialia. Huius opin. fuit sanctus Bonauẽt. Alij tenent, q̃ habens mortalia satisfacit statuto ecclesiæ con fitẽdo mortalia: nec tenetur ad confes sionem uenialium. Si tamen non habet mortalia: tenetur ad confessionem ue nialium semel in anno ad satisfacien-

dum statuto ecclesiæ. Hanc opi. recitat san. Tho. in suo scrip. dist. præsenti. Et satis approbare uidetur Richar. dist. præsenti. Sed contrarium huius tenent Sco. Duran. & Pe. de pal. q. ij. ar. iiij. consentientes conclusioni positæ, & eius corollario. Ad statutum ecclesiæ dicitur: quod loquitur solum de mortalibus: & nō est intelligendum de uenialibus. Tum quia aut ly omnia, distribuit nomen peccata cū in statuto ecclesiæ dicit oia sua pctā, tam pro mortalibus, quàm pro uenialibus: aut solum pro mortalibus. Non primū: qa tunc æque obligaretur ad confessionē uenaliū habēs mortalia, sicut non habens: quod illi negāt. Et tōnabiliter: qa esset nimis onerosum cōfiteri omnia ueniali atā confessori, quā confitenti pp nimiā eorū multitudinem, & memoriæ labilitatem. Et patet consequentia: quia statutū dat generaliter: & cōcernit oēs habentes peccata quæcunq; ex his, pro quibus ly peccata distribuit: nec colligi potest ex uerbis statuti, cur inter habentes uenialia unum obliget, & non alium. Si autē peccata solū, distribuitur pro mortalibus: manifestum est; quod non cōcernit uenialia. Præterea nullus tenetur confiteri pctā, ad quorum contritionem non tenetur: sed ad cōtritionē uenialiū nullus tenetur: qm plurimis modis alijs dimittūtur in præsenti, & in futuro: ut su. dictum est dist. xvj. q. v. Maior satis manifesta esse uidetur: cum cōfessio scdm probabiliorem opi. præsupponit contritionē. Tum etiā; quia ut dicit Pe. de pal. ubi supra per hoc statutū, omnis. ecclesia non uoluit nouū onus fidelibus imponere: sed periculū dilationis amputare eis, qui alias tenentur. Dicit idē; quod papa si uellet, non posset fideles obligare ad cōfessionem uenialium: quia hoc esset mutare materiam sacramenti. s. de uenialibus facere materiam pænitentiæ necessariā: quod deus non fecit. Vnde scdm Sco. simpliciter innocēs a mortali, & ueniali tenetur non cōfiteri: unde si beata uirgo fuisset confessa post ascensionē christi, confitendo peccasset. Si uero innocens quis fuerit a mortali, non ueniali: potest confiteri uenialia; non tamen tenetur: & ideo potest non confiteri. Si dicis: quo ergo confessor constitutus cognoscet uultum pecoris sui. Respondet Scot. & concordant Thom. & Rich. cognoscet, si subditus dicat se non habere conscientiam mortalis peccati: nam in foro conscientiæ credendum est cuilibet de se loquenti: & pro se, & contra se. Ideo sicut credere debet sacerdos confitenti peccata: ita credere debet attestanti innocentiam suam: nec plus scire posset ex confessione uenialium tantū nisi (per uerba confitentis) eum esse innocentem a mortalibus. Subditus itaq; dicendo suo pastori sic. Gratia dei nō sū mihi conscius de mortali: satisfacit præcepto ecclesiæ. ¶ Dicitur in conclusione notanter usum rationis habentes: quia carentes rationis usu ad confessionem non tenentur: sicut nec ad peccatorum contritionem: sicut pueri ante annos discretionis, & naturaliter fatui. Sic & amentes, & phrenetici. Et propter hoc notanter additur in constitutione, omnis. Postquam ad annos discretionis peruenerint. Hæc autem rationis discretio non determinatur tēpore tantæ, uel tātæ ætatis: sed in quacūq; ætate cognoscit peccatum, quod commisit tanquam iniustū contra legē dei, tenetur ad confessionē. Nā ut ait Sco. in multis ante consuetam ætatem malitia supplet ætatem: & non tantum in malis (quia forte habēt citius prudentiam ad malum: unde dicitur doli capax) sed etiā in bonis. Et ad hoc cognoscēdū subdit regulam. Qñ aliquis instructus, & ordinatè interrogatus percipit distinctè: quid iustum, & quid iniustum in lege diuina: quod faciliter potest cognosci: si ad ordinatas interrogationes ordinatè respondeat: sicut alter perfectè adultus ad similia responderet. Sed dicis, frustra additur hæc clausula in conclusione: quia carens usu rationis non potest peccare: cum non minor discretio requiritur ad peccandū, quā ad merendum: & ideo sicut non potest mereri propter defectum rationis: ita nec demereri. Quapropter sicut aliius innocens non tenetur ad confessionem: eo quod nō habet pctā, q̄ confiteatur.

Margin notes: K; Quō confessor cognoscit uultum sui pecoris. L

Rñdetur: q licet replica hæc locū habet in pueris, & naturaliter fatuis, & quantū ad illos, adducur non necessario: sed pro maiori declaratione: tamē sunt, q aliqñ usi sunt ratione: & postea per infirmitatē, aut aliam causam priuantur rationis usu: & isti durante priuatione rationis non tenentur ad confessionē mortaliū, quę ante commiserunt: ita q non confitendo, nō iudicantur præcepti transgressores, nec peccāt nouo peccato mortali. Si uero pergis quęrere, quid si impedimentum rōnis fuerit ꝑpetuū: nunqd dānabuntur. Rñdetur distinguendo: qa aut habuerunt cōtritionē pctōrum mortalium cōmissorū, priusquam inciderunt phrenesim, ꝑ quā pctā eis sunt remissa; & tunc excusantur pp impossibilitatē a præcepto confessionis: & per contritionis gratiam saluabuntur. Si uero nulla præmissa contritione, post mortalia cōmissa in peccatis depręhensi inciderunt phrenesim: idem iudicium est, ac si in illo instanti fuissent mortui: quoniam in illo instanti priuationis usus rationis: clausus est eis terminus uitæ quantū ad meritum, & demeritum. Et completum est in eis illud Eccles. xj. *Lignum si ceciderit ad austrum, aut ad aquilonem: in quocunque loco ceciderit: ibi erit*. Et illud uulgatum: qualem te inuenio: talem te iudico.

Quid de his, qui post annos discretionis priuantur usu rationis.

concl. 3 ¶ Tertia conclusio. Quilibet lapsus in mortale peccatum tenetur confiteri omnia sua mortalia peccata, quorum memoriam habere poterit debita adhibita diligentia nisi, excusauerint legitima impedimenta. Probatur conclusio manifestē ex statuto ecclesię in c. omnis, ubi dicitur. Ois utriusque sexus fidelis postquā ad ānos discretiōis peruenerit: omnia sua solius pctā: saltē semel in anno fideliter confiteatur proprio sacerdoti. Vbi oia distribuit ꝑ omnibus mortalibus: nō pro generibus singulorū: sed pro singulis generum. Et probat̃ rōne: quia omniū pctōrum cōfessio requiritur: de quibus habenda est cōtritio. Nam cōfessionē in uoto includit cōtritio; ut dictū est. Sed omniū mortaliū contritio necessaria est ad salutem: ut dictum est supra distin. xiiij. q. j. & ij.

M Ad omnium mortaliū confes. tenetur peccator, quorum memoriam hꝫ bet.

¶ Præterea non est maior ratio de uno, quām de alio: cum quodlibet tollit gratiam: nec unū pōt remitti sine alio: imo nec conteri de uno alio: ut sup. dist. xv. q. j. ¶ Ex illo etiā sequitur q omnia peccata, quorum habetur memoria, uni sacerdoti sunt confitenda. Nec diuidēda est confessio: ut una pars uni: alia alteri sacerdoti confiteatur. Tum quia finis confessionis est remissio peccatorum, quam confitens consequitur per sacramentalem absolutionem, ad intellectū supra dist. xiiij. expressum. Sed unū mortale sine alio non remittitur: ergo necesse est omnia simul remitti: & per consequens est necesse omnia simul uni confiteri. alioquin si confessionem diuidit: neuter confessorum absoluit. Tum quia ut Aug. ait in de uera, & falsa pęnitētia: & est in tex. distinct. xvj. Celare uni, q alteri manifestandum reseruatur: est se laudare, & ad hypocrisim tendere: & sēper uenia carere: ad quam per frustra putat peruenire. ¶ Nec tamen extra confessionē tenetur peccator requirēti suā culpam agnoscere: nec tacendo ostendit se innocentem: neq; hypocrisim incurrit. Sed quandō tacet illi, cui, & quando debet illi dicere: sicut i cōfessiōe: ubi tenetur cōfitens se reū ostēdere omniū peccatorum, quorum desiderat remissionē. ¶ Et q dictū est de confessione non diuidenda: intelligendū est, dum confessor est sufficienti auctoritate munitus ad absoluendū ab omnibus peccatis sibi confitendis, quia ut dicit Gerson in regulis moralibus de pœnitentia: diuisio confessionis si ad hypocrisim. aut pro nimio pudore fiat, impedit uirtutem absolutionis. Secus ubi auctoritas superiorum in casibus reseruatis excusat: aut ubi confessor præsumeretur scandalizari ex pctō cōfessi: & nō haberetur ꝑ tunc confessor alius discretus, cui absq; probabili scandalo pctā omnia reuelari possent. de hoc ēt infra in secundo dubio. ¶ Dicitur notanter: quorū memoriā &c. quia nō solū tenetur ad confessionē eorū, quorum actu habet memoriā: sed ēt quorum actu memoriam habere pōt: adhibita debita diligētia reuocādi com-

Corol.

confessio non est diuidenda.

missa ad memoriã secundum possibilita tem fragilitatis humanæ. Si quæris quã tam diligentiam. Respondet Sco. tantã diligentiã, quãtã apponeret ad inquiren dũ aliquid multũ arduũ, quod sibi multũ esset cordi. Cui consonat illud Aug. ubi sup. de uera, & falsa pœnitentia. c. xv. Paratus sit facere pro recipienda animæ ui ta quęcunq; faceret pro uitanda corporis morte. Sequitur. Cum gaudio enim debet facere immortalis futurus: quod facere: pro differẽda morte moriturus. ¶ Additur etiam in cõclusione: nisi excusauerint legitima impedimenta: quoniam si defuerit copia sacerdotis absoluere potẽtis: aut affuerit impossibilitas loquendi: durante impedimento, nõ tenetur confiteri sacerdoti: sed sufficit confessio facta soli deo. Quoniã confessio non est maioris necessitatis, quã baptismus. Vnde cum ibi sufficit desideriũ suscipiendi, quando articulus necessitatis sacramentum excludit: non contemptus religionis: ut sup. dictũ est dist. iiii. q. ij. Non. n. tenetur quis confiteri per scriptum: neq; per interpretem, seu nũtium: secundũ Aug. de uera, & falsa pęnitentia: quoniã secretissimus esse debet pęnitentiæ forus. Et ideo ad nihil tenetur peccator, per quod peccata sua possent in publicum deuenire: dum autem adhibetur interpres, per interpretem, & confessorem posset peccatum publicari. Et propter eandem causam, non potest confessio simul pluribus fieri. Sic etiã quia scriptum de natura sua est patulũ: quia omnibus loquitur legentibus intelligentibus: per scriptum ad confessorem missum non debet fieri confessio. Verũ confitens potest uti scriptura pro sui memoria. Quòd uero dicitur xxx. q. v. qualis, ꝙ pęnitentia per scripturã recipiẽda est: intelligendũ est præsente confitente secundũ glos. uel loquitur ibi Leo papa de confessione adulteræ in foro exteriore, cuius confessio in scriptis redigenda est. Immo secũdum Sco. talis confessio per nuntium, uel scripturam non est sacramentalis: quia nõ fit per signa idonea. Non enim sunt signa idonea, per quę confessio potest uenire in publicũ.

Per nutus, & scripta põt fieri cõfessio pręsente cõfiten te.

Verum per scriptum, & nutus, aut signa (si aliqua talia essent communia confessori, & cõfitenti) per illa facienda esset confessio ipso præsente, qui cõfitetur: qa illa possunt fieri secretè: & nullo alio interueniente. Vnde mutus sciens scribere debet per scripturã pręsens cõfiteri: eamq; statim facta confessione laniare: ne deueniat in manus alterius. Hæc sententialiter Sco. ¶ Conclusio quarta. Nõ solũ mortalia peccata: sed etiam peccatorũ circumstantiæ in aliud genus mortalis peccati trahentes sunt necessariò cõfitendę. ¶ Pro declaratione huius cõclusionis supponẽdũ est: ꝙ propriè actus eliciti nullæ sunt circũstantiæ: sed illa q̃ dicuntur circũstãtiæ, sunt obiecta actus primaria, uel secũdaria: ut diffusè tracta tũ est lib. iij. dist. xxiii. q. j. Sed actus exterioris sunt circũstãtię: uel interioris imperati. Sunt aũt huiusmodi circũstantię quadruplices. Quędã, q̃ trahũt actũ peccati in aliud genus peccati: quales sunt, q̃ speciali ꝓhibitione ꝓhibenẽ. Sicut in furto circũstãtia loci consecrati, aut rei sacræ: hæc enim trahit, furtum in sacrilegium, quod speciali prohibitione prohibitum est. Et luxuriæ circumstantia est: ꝙ persona sit coniugata: consanguinea, uel affinis, uiolenter oppressa, aut rapta: propter quas luxuria alia, & alia sortitur nomina: utputa dicitur adulterium, incestus, oppressio, stuprum, raptus: quæ singularibus prohibitionibus prohibentur. ¶ Aliæ sunt circumstantię, quæ non trahunt in aliam speciem per nominis mutationem: sed tamen in eadem specie aggrauãt: ut est libido, & intensio actus peccati: pręcedens delibera tio: motiuum seu tentatio inducens ad pctũm: conditio psonæ peccantis quoad statũ, ętatem, prudentiã, qualitatẽ. Con ditio personę, in qua peccatur: dãnũ per peccatũ illatũ: ut in furto: si multũ subtractum est pauperi, uel infirmo multas proles habenti. ¶ Tertiæ sunt impertinentes. quæ neq; aggrauant: nec excusant, seu alleuiant: ut ꝙ peccatum commissum est in feria secunda, uel tertia: dum neutra est festiua. Aut qđ factum est in stuba: aut in cubili, uel cel-

Cõcl. 4. N

Circũstãtiarũ quędam necessa riò sunt cõfitẽdæ.

latio &c. ¶ Quartæ sunt alleuiantes peccata: ut ignorantia crassa, indeliberatio tentationis, magnitudo, infirmitas, timor, & huiusmodi. Siquidem grauius peccat, qui ex certa malitia sciens peccat: quam qui peccat ex ignorantia, infirmitate, uel timore. ¶ Circumstantiæ

O primi generis necessariò sunt confitendæ: quia illæ inducunt quasi nouũ mortale: pro quanto speciali prohibitione sunt prohibitæ. Omnis enim actus contra prohibitionem commissus est mortalis. Si ergo contra unam prohibitionẽ tantum est simplex mortale. Si uero cõtra duas: est duplex uirtualiter. Et cũ oĩa mortalia sunt confitenda: necesse est circumstantiam peccatum quasi duplicantem, specificè confiteri. Inter has est circumstantia diei festi. Nam omnis peccans in die festo (puta qui furatur) duplex præceptum transgreditur: scilicet tertium: quia sabbatũ uiolat: & sextum in eo, φ furatur: & ita dupliciter peccat. Similiter frequentia, seu numerus commissorum peccatorum necessariò est confitenda: quia hic simpliciter ponit aliud peccatum: quia quoties peccatum iteratur: toties nouum peccatum committitur. Et si confitens numerum certum ignorat commissorũ mortaliũ, saltem exprimat numerum, quem putat propinquiorem frequentiæ peccatorũ. ¶ De circumstantia secundi generis non est ita certum: quia aliquando satis dubium est, an grauet mortaliter. Et ideo cautum est, & satis tutum, & utile illas confiteri: præsertim quando multũ grauant: aut sunt occasiones sequentium peccatorum in se: uel alijs. Quando autem certum est: φ non aggrauant mortaliter: non est necessarium eas confiteri. ¶ Circumstantiæ autem tertij generis confitendæ non sunt: quia confitens nõ debet histo riam texere: sed eum dolore, & uerecundia se de suis peccatis accusare. Et secundum hæc intelligenda est auctoritas Augu. de uera, & falsa pœnitentia cap. xiiij. ubi enumeratis multis peccatorum circumstantiis infert. Omnis illa uarietas confitenda est, & deflenda: sed discernendum, quæ sint confitendæ de necessitate: & quæ de cõgruitate. Nam simul aggregat utrasque: quia loquitur de pœnitentiæ, & confessionis perfectione: quæ tantò est perfectior: quantò singula peccata aggrauantia clarius exprimuntur, & deflentur. ¶ Quartæ circumstantiæ regulariter nõ sunt confitendæ: quia non est ibi locus se excusandi: sed accusandi. ¶ Dicitur regulariter: quoniam si circumstãtia excusaret actum a mortali peccato: ut ignorantia inuincibilis: surreptio tollens deliberationem: illæ essent confitendæ: ut confessor intelligere posset speciem peccati: & in suo iudicio non errare. ¶ His præmissis probatur conclusio: quia quilibet tenetur confiteri illud, quo obligatur ad pœnam æternam: sed per circũstantiam primi generis peccator obligatur ad pœnam æternam: ergo. Nam si actus de se non est peccatum ad imaginationem: tamen propter circumstantiam talem fit mortalis. ¶ Quinta conclusio. Ita regulariter confitendæ sunt complicum circumstantiæ: ut tñ nõ manifestentur compeccantium personæ. Patet conclusio; quia semper cauenda est diffamatio proximi, quantum cum iustitia fieri potest: ergo complices nõ sunt manifestandi: immo, & confessor si sentit, φ confitens manifestare uult personas, cum quibus, aut quarum inductione peccauit: præuenire debet: & confitentem informare, ut non manifestet personã, ut uult sanctus Bonauen. dist. xxj. pãt. i j. artic. j. q. iii. ¶ Dicitur regulariter: quoniam in duobus casibus persona compeccans potest reuelari. Primus quando propter circumstantiam personæ mutatur genus peccati: & non potest exprimi genus peccati, nisi specificetur persona, per quam specificationem confessor deuenit in notitiam personæ: nec potest haberi alius confessor, ut si quis cõmisit incestum cum matre: uel cum unica sorore, quæ nota est confessori: si aliũ habere non potest, qui personas has nõ nosceret: præferenda est salus propria famæ personæ. Quærendus est tamen in hoc casu (accepta licentia) alius confessor, ignorans personas, si haberi possit,

[Margin notes: De circumstãtia festi. — Cõcl. 5. P — Cõplices peccatorũ non debent manifestari]

qui si haberi non potest: fiat, ut dictum est alioquin raro coniugatae in suis parochijs confiteri possent: eo quod ut in pluribus plebanis suis notae sunt: & frequenter inter eas occurrunt circũstantiae necessario confitendae. Secundus casus est: quando confessor talis est, qui posit prodesse, & non obesse eis, qui deteguntur: neque per hoc diffamatur persona detecta. Ita sentit sanctus Bonauen. ubi supra: quoniam confessor tenetur hoc habere secretum apud se: sicut caetera peccata sibi confessa. Nam & extra confessionem crimen occultum potest reuelari ei, qui prodesse potest, & non obesse ꝑpter correctionẽ, & salutẽ fratris: multo magis in confessione. Cõsulit tamen sanctus Bonauen. quod in casu fiat reuelatio extra confessionem. Dicit tamẽ hic Gerson, quod magna cautela requiritur apud confitentem, & confessorem: ne zelo proficiendi indiscreto fallatur. Sufficit etiam talis expressio circumstantiarum talibus uerborum circumlocutionibus, per quam confessor de magnitudine peccatorum confitentis, pro absolutione, & penitentijs discretẽ confe

Arti. 3. Dub. 1. rendis instruatur. ¶ Quantum ad tertiũ articulum dubitatur primo. Ex quo praeceptum de confessione est affirmatiuũ: & ideo licet semper obliget: non tamẽ pro semper: quando obligatur peccato mortali obnoxius confiteri: nam innocens a mortali simpliciter non tenetur cõfiteri: ut dictum est. ¶ Pro responsione ad dubium notandum: quod ut patet ex priore articulo: peccator tenetur ad cõfessio[nem] in duplici praecepto: diuino, & etiam ecclesiae. Et ratione utriusq; praecepti tenetur peccator in duobus casibus ad confessionem in actu: si idoneũ confessorem habere poterit: cessante legitimo impedimento. Nam ad confessionem tenetur toties in uoto: quoties tenetur ad contritionem: eo quod contritio includit confessionem in uoto: ut supra dictum est. ¶ Et sic simul colliguntur quatuor casus, in quibus tenetur peccato mortali obnoxius ad confessionem in actu. Primus secundũ Sco. & alios doctores communiter. Cum imminet iudicium damnationis, uel misericordiae: tunc enim tenetur se praeparare ad misericordiam, quantũ põt ex charitate, qua diligit seipsum. Etiam ex charitate dei, qui uult omnes saluos fieri. j. Timo. ij. Cuius uoluntati tenetur quilibet se conformare. Nam in eodem casu teneretur suscipere baptismum, si baptizatus non esset. Istud autem iudicium imminet in articulo mortis: secundum illud apostoli ad Heb. ix. statutum est hominibus semel mori: post hoc iudicium. Et hic articulus non solum accipiendus est, cum mors certa imminet: sed etiam cum aggreditur actus arduos, in quibus ut plurimum, aut uerisimiliter imminet mors, siue mortis periculum: ut in bello mortali: & naufragio: aut in transitu per loca infidelium: latronum: aut nauigatione per aquas periculosas, aut in acuta, graui, & periculosa infirmitate. Vnde & medici tenentur infirmos, priusquam ministrant medicinam corporalem, monere, ut medicos aduocent animarum: ut in cap. cum infirmitas. de pœniten. & remis. Verum si opin. Scot. Vera est, qua tenet; quod per confessionem, & sacramentalem absolutionem non ponens obicem absoluitur: & ex hoc ostendit cõfessionis necessitatem: ut in primo articulo recitatũ est, tunc uidetur; quod peccãs mortaliter, statim tenetur ad confessionem quamtocius poterit habere confitendi opportunitatem. Nam ut ipse arguit. Quicunq; primam gratiam amisit; tenetur necessitate praecepti illius. Diliges dominum deum tuum: & illius. Diligens teipsum: facere quod in se est ad eius recuperationem. Tenetur etiam ad illam uiã; quae facilior est, & certior: ne committens se periculo pereat in eo. hoc autẽ per sacramentum pœnitentiae; ut ibi declarat: ergo infero. Tunc tenet ad sacramentum pœnitentię: quando tenetur ꝑuiam faciliorẽ, & certiorẽ agere ad recuperationem gratię. Ad hoc aũt. s. gratiae recuperationem, tenetur quamtocius poterit, ergo tenetur ad cõfessionẽ quãtotius poterit post grãe amissionẽ, quae fit per mortale peccatũ. ¶ Sed quia teneo oppositã opinionem esse uerio-

Quando peccator tenetur confiteri.

tem: huic non insisto. Sed hæc tetigi, ut uideant, qui dictam opi. Scot. tanquam piã, & certam amplectuntur: quid ex ea sequatur. ¶ Secundus casus est: quando uult exercere actus aliquos, quibus debetur reuerentia specialis: ut quando uult communicare. Nam ad dignè cõicandũ secundum omnes doct. non sufficit sola contritio; sed requiritur sacramentalis confessio: ut ostẽsum est in expo. cano. lec. vij. In alijs uero sacramentis dispensandis, congruum est præmittere confessionem: ut Pe. de pal. dist. præsenti. q. ij. arti. v. Quia sicut baptismus, qui est prima tabula post naufragium: est ianua aliorum sacramentorum: ita pœnitentia, quæ est secunda tabula, & ianua ad alia sacramenta recidiuanti post baptismũ. Addit tamen; quod non mortaliter peccat suscipiendo, uel ministrando alia sacramenta: si non præmittit confessionem post mortale: si tamen fuerit contritus: quia per contritionem deo est iunctus. ¶ Ratione statuti ecclesiæ similiter tenetur in duobus casibus. Primus est, cum aduenerit tempus pascale, quo tenetur suscipere eucharistiæ sacramentum. Secundus, dum occurrit copia confessoris ipsum absoluere potentis, de quo non est spes, quòd iterum occurrat ante tẽpus statutum ab ecclesia. Quoniam si tunc non confitetur, cum confiteri potuit: est culpabiliter in mora. Concordat Rich. ¶ Quintum casum addunt ratione conscientiæ: ut dum habuerit conscientiam se teneri ad confessionẽ: licet non teneatur secundum ueritatẽ: quoniam qui facit contra conscientiam etiam erroneam: ædificat ad gehennã. Sed in hoc casu non tenetur ad confessionem: sed mag: s ad deponendum conscientiam erroneam: iuxta illud Ecclesiastici. xvij. Non demoreris in errore. Quam si non deponit: & contra eam agit, peccat: quia contra conscientiam agendo contemnit deum, cuius mandatũ: ut credit: temerè trãsgreditur. ¶ Additur etiam casus: dum quis ex statuto suo ordinis, uel uoto sua sponte emisso: tenetur ad certo tempore confitendũ: quod uerum est, dummodo statutũ ordinis habet uim præcepti. ¶ Secundò dubitatur: utrũ quis teneatur eadem peccata pluries confiteri. Respondet Rich. post beatum Tho. sententialiter. Nemo tenetur peccatum semel ritè confessum, & remissum, idem numero: de necessitate salutis iterum confiteri. Probatur: quia nemo tenetur ad id de necessitate salutis, ad quod nulla lege obligatur: sed ad iteratam confessionem eiusdem peccati: nec diuina: nec naturalis: nec humana lex peccatorem obligat: ut patet satis ex præmissis. Præterea finis confessionis est remissio peccati: illo ergo fine adepto, frustra assumeretur medium ad hunc finem. Nam secundum Pe. habitibus existẽtibus in materia cessat motus. ¶ Dicitur notanter ritè confessum: quoniã si non esset ritè confessum, teneretur illud ritè confiteri: ut patet ex cõclusione. iij. ¶ Confitetur autẽ ritè, qui confitetur ei, qui habet potestatem absoluendi eum: & confitendo nõ ponit obicẽ gratię remissiõis peccati: unde q confiteẽ ei, q absoluere non nouit: neq; põt: tenetur q̃rere eũ, qui põt, & nouit. Hinc eliciuntur duo casus particulares, in quibus necesse est confessionem iterari eorundem peccatorum ratione cõfessoris. Primus: quando confessor non habet auctoritatem absoluendi confitẽtem: uel simpliciter: ut quia non est proprius eius sacerdos: nec commissarius. Cum enim confitens tali non consequitur absolutionem (quoniam etsi hmõi sacerdos de facto absolutionẽ legit: nulla est absolutio, & irritum sacramentũ: ut dictũ est supra. dist. xiiij. q. ij. circa principium: & dicetur. q. seq.) Et ideo tanquam non confessus in hoc casu necesse est totam cõfessionem iterare coram eo, qui absoluẽdi habet potestatẽ. Vel, q a licet sit pprius sacerdos: tñ nõ habet facultatem absoluendi in casibus reseruatis: & confitens habet aliquos casus reseruatos. In quo casu confessor absoluere debet subditum in casibus non reseruatis: & quantum ad casus reseruatos, eum remittere ad superiorem: & tunc non erit necesse omnia peccata confiteri superiori: sed nõ illa, a qbus ab

Dub. 2. Utrum quis teneatur eadem peccata pluries confite ri.

Casus i quibus iterãda est confessio.

ſolutus eſt ab inferiore: ſed ſufficit illa dumtaxat confiteri ſuperiori, pro quorum abſolutione remiſſus eſt: dum tamẽ etiam illud peccatum, pro quo remiſſus eſt ad ſuperiorem: etiam inferiori cum cæteris non reſeruatis fuerit confeſſus: alioquin tenebitur omnia peccata ſuperiori confiteri. Eſt intentio Sco. Thom. Bonauen. & aliorum communiter. Cum enim propter cauendum hypocriſim: & ut innoteſcat uultus pecoris ſuo paſtori neceſſe eſt omnia peccata uni cõfiteri; oportet, ꝙ talis habens caſus reſeruatos omnia peccata ſua mortalia reſeruata, & non reſeruata, uni confiteatur ſiue ſuperiori, ſiue inferiori: quia eadem ratio militat hic, quæ apud beatum Aug. qua probat confeſsionem non eſſe diuidendam. Quòd ſi inferiori integrè confeſſus fuerit: ſufficit illud ſolum confiteri ſuperiori, pro quo remiſſus fuit. Hæc eſt ſententia Rich. diſt. præſenti. arti. ij. q. viij. Et eſt hic communis ritus eccleſiæ. Et addit Rich. ꝙ dum talis remittitur: debet pręcedere abſolutio ſuperioris: ſed hoc ſecundum alios honeſtatis eſt: non

S Quõ ab ſolui poſſit ab uno pĉtõ ab non & alio.

neceſsitatis. ¶ Sed contra hoc quis diceret. Cum nullus abſoluit ab uno mortali ſine alio: ſed uel ab omnibus: uel a nullo; ut habitum eſt ſupra diſt. xv. q. j. Aut ſacerdos inferior ab omnibus abſoluit tam reſeruatis, quàm non reſeruatis: uel a nullo. Si ab omnibus; tũc fruſtra remittit confitentem ad ſuperiorem in reſeruatis iam abſolutum. Si ſecundum: tunc inaniter impendit abſolutionem in nõ reſeruatis: immo mendaciter dicit; abſoluo te &c. quia non abſoluit. ¶ Ad huius replicę ſolutionẽ Pet. de palu. diſ. præſenti. q. v. ponit opi. ſeu modos reſpondendi quinq;. Sed illis dimiſsis dicitur breuiter, & probabiliter ſequendo opi. communem ſupra diſtin. xiiij. recitatam: quę eſt. b. Aug. magiſtri. & communiter doc. præter Sco. & ſequaces ſuos. Præmittendo; ꝙ duplex eſt abſolutio peccatorum. Quædam recõcilians peccatorem deo: & hæc non poteſt fieri de uno mortali, & non de alio, alias idem ſimul tempore eſſet deo reconciliatus, & inimicus: ut arguit Augu. hæc abſolutio fit adeo in inſtanti contritionis, qua etiam peccator pœnitens abſoluitur, priuſquam confiteatur ſacerdoti tam inferiori, quàm ſuperiori. Alia eſt abſolutio quoad eccleſiam: ſcilicet quæ remouet cauſam ſeparationis ab eccleſia. Nam omnis, qui mortaliter peccat, ſeparatus eſt, & excõmunicatus quantum ad ſe ab eccleſia, & a communione ſanctorum. Et ſicut excõmunicatus pluribus excõmunicationibus poteſt ab una abſolui manente alia: ſic quantum ad eccleſiam, ſacerdos põt abſoluere ab uno mortali, & non ab alio: ſicut poteſt iniungere ſatisfactionẽ pro uno mortali, & non pro alio. Hæc abſolutio nihil aliud eſt, quàm iudicium ſiue ſententia prolata a ſacerdote, quòd confeſſus non eſt ſeparatus ab eccleſia propter hæc certa peccata: licẽt forte ſeparatus ſit propter alia. Vnde ſi funditus attendimus uirtutem confeſsionis, ipſa non eſt inſtituta (ſaltem in actu) tãquam neceſſaria remiſsioni peccatorũ: ſed hanc præſupponit, ut loco allegato dictum eſt. Sed propter tria inſtituta eſt: ſcilicet ut peccator innoteſcat eccleſiæ tanquam abſolutus: ut dicit magiſter. Vt certa ſatisfactio, per quam pœna peccati tollitur, a confeſſore imponatur. Et ut pœnæ pars uirtute ſacramentalis abſolutionis remittatur. Sunt & aliæ cauſæ: puta peccatorum inſtructio: meritũ obedientiæ: & magna ſatisfactio propter pęnalem uerecundiam confitentis: ſed tres primæ ſunt ad propoſitum. Et quantum ad illa poteſt fieri ſeparatio abſolutionis: ita ꝙ unus ſacerdos abſoluat ab uno peccato, pronuntias ſcilicet peccatorem propter illud peccatum quantum ad iudicium eccleſiæ, non eſſe ſeparatũ: & alius abſoluit quoad aliud: ſicut & põt remitti pœna uni peccato debitã, manente reatu pęnę, quoad aliud, uel alia. Et per hoc patet reſponſio ad replicam: quia procedit de abſolutione reconciliante deo, quæ diuidi non poteſt: ſecus de abſolutione peccatorũ quoad eccleſiam. Huic ſolutioni concordat Ang. in ſum. in uer. confeſsio. v. dicens eam eſſe ueriorem: & allegat ad hoc Henri. de Gan. in quodlibet quęſt. xxx.

Vtrum necessarium sit confiteri sacerdoti scienti soluere, & ligare.

¶ Secundus casus est secundum Richar. quando quis confitetur peccata sua sacerdoti idiotæ, & penitus ignaro nesciẽti discernere inter lepram, & non leprã saltem in communibus, & usitatis: & ꝑ hoc nescienti soluere, & ligare. In quo casu peccator tenetur quærere sacerdotem discretum, scientem soluere, & ligare: de quo August. in de uera, & falsa penitentia. c. x. & allegat magister in textu. Quærat sacerdotem scientem ligare, & soluere: ne cum negligens circa se extiterit: negligatur ab eo, qui eum misericorditer monet, & petit: ne ambo in foueam cadant, quã stultus euitare noluit. Quanta autem requiratur scientia in confessore: dicetur quæstione sequẽti. Et quamuis sit ualde congruum, ut q̃ratur sacerdos discretus & ꝙ confessio facta ignaro sacerdoti sit iteranda sacerdoti discreto: & propter confessi informationem: & imponendæ satisfactionis moderationem: tamen non uidetur necessarium, præsertim si confitens non magnopere indiget informatione. Non enim moderatio satisfactionis iniungẽdæ est necessaria ad peccati remissionẽ; quia minor satisfactio (immo nulla iniuncta, uel assumpta) non impedit remissionem cæteris paribus: quoniam pœna, quæ hoc non soluitur, soluetur in futuro: habent quoq; tales illud, sed non nisi per ignem: nisi quis uellet in præsenti satisfacere, & futuras pœnas purgatorij redimere. Illi necessarius foret confessor sciens satisfactionem iustam imponere secundum canones penitentiales. Similiter illis uidetur in casu necessaria iteratio confessionis, qui credunt tantam esse sacerdotis ignorãtiam: quòd nesciat, a quibus peccatis habeat absoluendi potestatem. Nec ipse confitens hoc nouit: quia confitendo tali scienter se submittit periculo irritæ absolutionis: quod q̃libet tenetur uitare ea tentione, qua tenetur per confessionem peccatorũ suorum absolutionem quærere. Et dicitur notanter in casu, scienter: quoniam si ignorat sacerdotem esse sic ignarum: habet præsumere de meliore: hoc est, quòd sacerdos non ignoret necessaria sui officij. ¶ Eliciuntur etiam duo casus, in q̃bus necessarium est iterare confessionẽ ex parte confitentis. Primus: dum confitens ex hypocrisi, aut uerecundia cõfessionem diuidit: aliqua mortalia uni: & alia mortalia alteri confitendo: de quo supra conclusio. iij. dictum est. Est ratio: quia sic diuidens peccat: & nõ cõsequitur absolutionem peccatorũ: ideo tenetur iterum confiteri eadem peccata uni, ut absolutionem consequatur. Secundus casus, in ordine quartus, dum confitens non est capax absolutionis: quia excommunicatus, uel fictus, puta, quia ponit obicem per complacentiam commissorum, uel committẽdorum: ita quòd nollet se non peccasse: aut habet propositum peccata iterandi. Nam cum confessio ordinatur ad absolutionem sacramentalem. nulla est confessio, ubi irrita est absolutio. In casu autem irrita est carens suo effectu: & ideo tenetur ad iteratam confessionem, per quam consequatur absolutionem. Et notat hic Pe. de palu. q. v. dist. præsentis. artic. iij. ꝙ si huiusmodi excommunicatus, qui prius peccata sua exposuit suo sacerdoti, remittitur ad superiorem pro absolutiõe a censuris: rediens ad priorẽ sacerdotem, qui eum misit, & cui prius peccata sua detexit: non tenetur illi iterum priora peccata confiteri, seu dicere explicitẽ, & in specie, sed solum in genere, & implicitẽ dicẽdo, do me reũ: seu dico me culpabilẽ in omnibus, quæ pridem uobis exposui: & peto absolutionem. &c. Et ista absolutio dilata per multos dies, iam potest impertiri:, etiam si ille oblitus fuerit: dum tamen prius taxauit emendam iniungendam absoluendo, quam tamen non debet prius imponere (peccatorẽ ligando) quàm fuerit absolutus. Si uero prius non taxauit emendam: & peccata confitentis decidefunt a memoria: tunc necesse est secundum illum doc. peccata reducere iterũ in memoriam confessori: ut iustẽ iudicare possit. Ex illo dicto huius doct. uidetur sumi: ꝙ in certo casu dilata absolutio non obest peccatorum absolutioni fiendæ: ut si quis habito confessore,

T Duo casus, in q̃bus oportet iterare confessionem.

vult sese diligenter pluribus diebus recolligere: & omnia peccata integrè cõfiteri: dum occurrunt pro tempore non nimis extenso: & tandem unam recipere absolutionem: sicut fit nõnunquã tempore indulgentiarum plenariarum. Verum quoad excõicationẽ casus patitur sedm aliquos epikeizãtes piam moderationem. Nã si excõicatus non fuerit rebellis, & pertinax: sed desideret absolui: & proponat laborare pro absolutione: debet sacerdos talem sibi omnia mortalia confitentem absoluere a peccatis: & quãtũ ad excõicationẽ remittere ad excõicatorem: ut absoluatur ab excõicatione. Ita sentit Ange. in sum. confessio. v. §. x. allegans ad hoc Richar. in iiij. dist. xviij. arti. ix. q. iiij. & Rhodo. ti. de sentẽ. excommu. xxviij. Respondet deniq; ad quasdam obiectiones. Sed salua reuerentia oppositum sentit Richar. ubi supra dicens. Credo ꝙ tales a peccatis non possint absolui ab homine: quamuis absoluantur, si uere pœnitẽt in iudicio dei. Concludens tandem;ꝙ etiam excõicatus minori excõicatione non potest absolui a peccatis manente minori excõicatione. Ita uidetur etiã sentire Pet. de pal. dist. xviij. q. v. Et si respicitur effectus excommunicationis: est manifesta implicatio: ꝙ quis possit absolui a peccatis manente excommunicatione. De fictè accedentibus similiter est opi. s. Tho. cui cõcordat Rich. in aliquo. qui dicit; ꝙ confessio secundũ quod est pars sacramenti, potest esse in eo, qui non est cõtritus, qui põt peccata sui sacerdoti innotescere: & clauibus ecclesiæ se subiicere. Et quamuis tunc non percipiat absolutionis fructũ: tñ recedente fictione percipere incipiet: sicut etiã est in aliis sacramentis: unde non tenetur iterare confessionem, qui fictè accedit; sed tenetur postea fictionem suam confiteri. Hæc Thom. Sed hoc non uidetur posse stare. Tum quia aut confitetur suã fictionem, qua actualiter peccat mortaliter: aut non confitetur. Si primum: non erit absoluendus: immo si absolueretur, fieret inreuerentia sacramento: tam a sacerdote absoluente, quàm a confitente absolutionem recipiente: & ita uterque peccaret: & absolutio eẽt cassa, & nulla: & per consequens tenetur quærere aliã absolutionẽ: & ita denuo cõfiteri: quia aut non absolutus simpliciter: si absolutio subtrahitur, sicut fieri debet; aut nõ ritè absolutus: si absolutio, quę nulla ẽ, impeditur. Si secundum: tunc confessio non est integra: quia non omnium peccatorum, quia non illius fictionis: & per consequens (ut idem sequentis quæstiuncula determinat) reiteranda. Tum ẽt quia nil manet huius sacramenti suscipienti ipsum: unde postea posset sequi effectus cessante fictione: sicut in sacramentis imprimentibus characterem: puta baptismate, confirmatione, & ordine. Hæc enim, quia characterem imprimũt, & sunt initerabilia: necesse ẽ, ut cessante fictione, habeant effectus suos, alioquin non esset salus fictè accedentibus: nec eis sufficienter prouisum, dũ pœniteret fictionis. Ideo non est simile de sacramento pœnitentiæ, quod characterem non imprimit: & aliis sacramẽtis characterem imprimentibus: sed est bene simile de pœnitentia, & eucharistia. Nullus autem dicit; quòd accedens fictè, idest cum mortali, scienter ad eucharistiam: consequatur gratiam uigore eucharistiæ cessante fictione; sed magis sic accedens iudicium damnationis sibi acquirit, factus per hoc reus corporis, & sanguinis domini. j. Corint. x[illegible]. Ita etiam fictè suscipiens sacramentum pœnitentiæ, reus efficitur tanquam irreuerentiam exhibens sacramento. Nec obstat hic: ꝙ etiam impœnitentes recipiendi sunt ad confessionem. iuxta. cap. quod quidam. de pœniten. & remis. quia et confessio eorum admittenda est: nõ sunt tamen absoluendi: sed crebris, & salutaribus monitis est eis pœnitentia indicenda. Et per hoc non fit irreuerentia sacramento: quia cum non absoluantur: non est ibi sacramentum pœnitentiæ: quia in absolutione sacerdotali consistit sacramentum: ut supra dictum est. distin. xiiij. q. ij. Et ideo dicitur in allegato cap. ꝙ non est illa uera pœnitentia: quia deficit id, in quo consistit

V Fictè accedens confessionem tenetur iterare.

Impœnitentes sunt recipiẽdi ad confessionẽ

essentia sacramenti: scilicet absolutio: ut etiam arguit Rich. distin. xvij. arti. ij. quest. viii. Et si quis diceret pro opi. Tho. licet sacramentum pœnitentiæ non imprimat characterem: imprimit tñ quendam ornatũ spiritualem, qui habet uim characteris in hac parte. Respondetur. ꝙ ponere huiusmodi ornatũ in sacramentis iterabilibus, est omnino uoluntariũ: nulla auctoritate scripturæ neq; ratione probabile. & supra distin. j. q. j. impugnatum. Tum etiam tertiò. Si conficetur fictionem, & impeditur absolutio: nõ tenebitur cessante fictione de ipsa fictio ne confiteri plus, quàm de aliis peccatis prius confessis: quia eadem ratio est de illo peccato fictionis, & aliis: quod ipse negat. Intelligendũ est tamen casus iste secundus: quando mutat confessorem.

Quoniam dicit sanctus Bonauen. si ad eundem confessorem redeat, qui adhuc habeat memoriam peccatorum sibi prius confessorum: nõ oportet iterare particulariter omnia prius sibi confessa: sed sufficit tangere in genere, & confessorem cõmonefacere prioris cõfessionis: ut etiam sentit Pe. uni, supra loco immediatè allegato. Si uero confessor nõ habuerit memoriam prius confessorũ: iteráda est cõfessio, sicut fieri debet corã confessore mutato.

X Oblitus iniũctæ pœnitẽtiæ non tenetur iterare confessionem.

¶ Ponuntur etiam a quibusdam aliis casus. Vnus: qñ obliuiscitur pœnitentię iniũctę. Et hunc sanct. Thom. dicit esse de necessitate. Sed ille casus non est simpliciter de necessitate salutis, sicut nec ipsa satisfactio: quoniam si quis post confessionem, per quam consecutus est remissionem peccatorum: statim priusquã satisfecerit, moritur: nihilominus saluatur: licet quasi per ignem. Item si quis contritus confitetẽ cũ proposito cauendi peccat, nolẽs tamen acceptare satisfactionem imponendam a sacerdote: sed eam uelit differre ad purgatorium, absoluendus est: ut supra dictum est. distin. xvj. quæst. ij. Non est ergo necessariũ oblito satisfactionis impositæ, iterum cõfiteri, ut nouam satisfactionem a sacerdote imponendam suscipiat. Sed ei, qui uult cõleq perfectam remissionem peccati a culpa, & pœna per condignam satisfactionem a confessore imponendã, si oblitus fuerit impositæ: necesse habet iterum confiteri omnia sua peccata: ut suscipiat de nouo satisfactionem condignam. Et huic consentit Pet. de palu. dist. præsenti. q. v. arti. iii. Et secundũ hoc dicta eiusdem statim allegata de remisso ad suum sacerdotem a superiore &c. sunt moderãda. Et multò minus tenetur negligens pœnitentiam, quam nouit, iterare priorem confessionem: sed sufficit confiteri negligentiam suam, per quam omisit pœnitentiam iniunctam, tenetur quoq; neglectam implere: nisi fuerit mutata p cõfessorẽ. Alius casus ponitẽ. s. si iniuncta satisfactio facta sit a recidiuãte in peccatum mortale. Sed de hoc satis dictum est supra dist. xvj. q. ii. Vbi dictum est: ꝙ satisfactio talis: licet non recõciliet peccatorẽ deo: tamen a pena peccato prius dimisso debita liberat. Ideo sufficit peccatum, in quod recidiuauit confiteri: & non oportet peccata prius confessa iterum confiteri: nisi forte peccata prius confessa in tantum aggrauarent illud peccatũ recidiuè per modum circumstantiæ: ꝙ ipsum traherent in aliud peccati genus. Aut ꝙ non posset sufficienter exprimi: nisi etiam peccata prius confessa recitarẽtur: ut dicit Ric. ¶ Alium casum ponunt quidam: ut recitat sanctus Thom. quando quis alicuius mortalis peccati oblitus prius: & ideo nõ confessus, recordatur, tunc tenetur ille id peccatum oblitum cum omnibus prius confessis iterum confiteri: nisi forte eidem confiteretur, cui prius confessus est, qui adhuc haberet memoriam peccatorum prius sibi confessorum. Sed ab hac opinione sanctus Thom. recedit, & alii doct. communiter. Vnde quantum ad hunc casum notanda est distinct. Richar. dist. præsenti, arti. ii. q. vi. quia. aut confitens adhibuit debitam diligentiã, quam tenetur ad reducendum peccata ad memoriam: de qua supra dictum est conclusione. iii. aut non. Sed habuit tẽpore cõfessionis ignorantiam crassam: aut affectatam peccati tunc obliti. Si secundũ: tũc tenetur de nouo facere

integram confessionem prius confesso rum cum isto post oblito omni sacerdoti eum absoluere potenti: eadem necessitate, qua tenetur non diuidere confessionem. Nam ignorantia talis non excusat eum quantum ad peccatum oblitum: unde idem est, ac si scienter peccatum id omisisset. Nec absolutio prioris confessionis fuit efficax, sicut nec diuisa confessione: nisi posset habere eundē confessorem, cui prius confessus fuerat, qui adhuc memor esset peccatorum prius confessorum, tunc sufficeret eum generali rememoratione prioris confessionis confiteri peccatum prius oblitū, & negligentiam suam in rememorādo, ac recolligendo se. Si primum, sufficit confiteri peccatum prius oblitum eidē confessori, cui prius confessus est, uel alteri auctoritatem super eum habenti. Et licet prius absolutus sit a peccato oblito quoad deum per contritionem, & quoad ecclesiam per sacramentalem absolutionem, quia (ut dicit Richar. sacerdos absoluit de confessis, & prædicto modo oblitis) tamen ista absolutio intelligenda est sub hac conditione, ut scilicet quādo reducta fuerint ad memoriam, confiteantur sacerdoti absoluere potenti.

De peccatis oblitis bona distinctio.

Nota. Vel melius dici potest: quia absolutio non debet esse conditionalis: nec dependet a futuro: quia simpliciter est absolutus ab oblitis hoc modo sicut a cōfessis. Sed si reducta fuerit ad memoriā: illa tenetur confiteri ea obligatiōe, qua tenetur omnia sua peccata mortalia cōfiteri. quod si nō facit tempore debito, peccat nouo peccato mortali. Sicut perfectè contritus: licet uigore contritionis absoluitur ab omnibus peccatis adeo simpliciter, & sine conditione. tenetur tamen omnia illa confiteri ex præcepto diuino, & ecclesiæ: quod si negligat in tempore suo, peccat nouo peccato mortali: ut supra dictum est. ¶ Et est hic aduertendum: ꝙ secundum Pe. de palu. si primus confessor habeat auctoritatē absoluendi ab omni excommunicatione, & casibus: & sic intēdebat absoluere eū, cum confessus fuerat: licet peccatū oblitum tali modo esset casus reseruatus,

Nota.

aut excommunicatio: poterit nihilominus secundus confessor eum absoluere: quia cum iam a primo confessore est absolutus a confessis: & hoc modo ab oblitis similiter ab excommunicatione etiam in foro pœnitentiali ecclesiæ: non mansit excommunicatio: nec casus reseruatus: sed simplex peccatum solum: licet secundus confessor non haberet auctoritatem absoluendi in casibus reseruatis: sed tantum in non reseruatis. Quod bene notandum est, & ualet pro illis, qui confitentur eis, quos eligūt uigore confessionalium: quibus conceditur facultas absoluēdi ab omnibus cēsuris, & casibus reseruatis: dummodo tales intendant confitentes absoluere ab omnibus censuris; & peccatis confessis, & oblitis iuxta facultatē sibi concessā: quod etiam intendere debent, dum absoluunt. Similiter uidetur dicendum: dū quis omittit confitendum peccatū mortale, ex eo quod ignorat ipsum fore mortale, quod distinguendum est de ignorātia: si non fuerit affectata crassa, uel supina: non tenetur nisi illud peccatum confiteri, quod ignorauit esse mortale: postquam instructus fuerit, & cognouerit ipsum esse mortale: secus si fuerit affectata, uel crassa: licet hic Ange. simpliciter respondeat: ꝙ in casu non tenetur peccata prius confessa iterare. ¶ Dubitatur tertiò de effectu confessionis. Ad quod respondetur: ꝙ multi sunt effectus, ac utilitates confessionis ritè factæ. Vnus est remissio pœnæ totius, uel partis. Nā remissa culpa per contritionem præuiā, uel concomitantem, manet anima debitrix pœnæ temporalis, quæ in toto, uel in parte dimittitur secundum dispositionem confitentis. Et tam ex uirtute clauium, qua confessor habet facultatem aliquid remittendi, quàm etiam ex merito confitentis. Nam cum pœna uoluntariè assumpta confitens meretur tāquam per satisfactionem condignam remissionem pœnæ: ut supra dictum est. confessio facta homini uice dei, est ualde pœnalis propter annexam uerecundiam: sequitur: ꝙ sit pars satisfactionis. Secundum opinionem autem Sco. etiā confert

De eo qui peccatum non cōfitetur, qđ non putat mortale.

Dub. 3. Y

De effectu confessiōis.

confert remissionē culpæ eius, qui attritus accedit nō ponēs obicē: ut sup. dictū est dist. xiiii. q. ii. Alius fructus est meritū premij beatifici propter obediētiā, quā exhibet obediendo legi diuinę, & ecclesiæ. Quod tantò maius est: quantò difficilius, & magis cōtrariū est humanæ uerecundię naturali. Tertius est instructio cōfitentis particularis, quæ multò fructuosior est, quā generalis, quæ in prædicationibus fieri solet. Item quartus: taxatio satisfactionis facta a confessore, quę propter potestatē clauium reddit satisfactionem efficaciorē ad pęnę remissionē; quā si solo confitentis arbitrio assumpta foret. Item quintus, est meritum obedientię in seruando, & explendo satisfactionem iniunctam: quia iniunctæ: & plures alij fructus numerari possent. Et propter hos fructus cōsequendos uberius, utile est eadem peccata sępius, & pluribus confiteri: dummodo tamen confitens hoc non agit ex quadam diffidētia remissionis aut inefficaciæ sacramenti prioris: .s. semel factæ confessionis. Nā scrupulosis, & nimium timidis non expedit: quia secundum regulam Gersonis, talibus expedit cōtra scrupulos ad consilium dictamē boni uiri. Augetur enim nonnunquam ex repetita confessione diffidentia. Augentur scrupuli, & uix remediabilis inquietudo cordis.

Dub. 4. AA Vtrū papa possit dispēsare, ut nō cōfiteamur.

¶ Quartò dubitatur: utrū papa possit cum aliquo dispensare; ut non teneatur cōfiteri. Respondetur post Rich. & pal. q. ij. art. vi. quia confiteri est de iure diuino: ut dictum est: papa, qui subditus est iuri diuino, non potest dispensare cum aliquo, ut non teneatur confiteri in mortis periculo: & in cæteris casibus spectantibus ad ius diuinum. Tempus uero determinatum scilicet pascale: & modus est de iure positiuo, supra quod est papa: nec eo ligatur quoad se: neq; quoad alios. Et quantum ad illud, posset dispensare. Ex quo sequitur: q etiam papa tenetur cōfiteri: licet forte non secundum formam cap. omnis utriusq; sexus.

Dub. 5. BB Vtrū cō fitēs, nō pęnitēs, nec cō tritus satisfaciat pcepto ecclesiæ.

¶ Dubitatur quintò: utrum confitens non pęnitens, nec contritus, satisfaciat præcepto ecclesiæ. Petrus de palud. hoc dubium latè prosequitur dist. præsenti. q. vii. ponens quinq; modos respondendi: pertractans simul: utrum ecclesia possit præcipere actum interiorem. Sed breuiter potest dici: q confitens omnia peccata sua semel in anno: licet fictus: satisfacit præcepto quantum ad literam: licet non quantum ad ecclesiæ intentionem. Ecclesia precipiens confessionem præcipit actum exteriorem, quem ille facit: & per hoc liberat se a pęna adiecta. Intentio uero ecclesię est: ut sic fiat, quatenus proficiat ad salutem confitenti: & hoc modo non implet: nec talis confessio est sibi fructuosa: ut patet ex supradictis. Et tantum de hac quæstione.

QVAESTIO II.

A QVAERITVR secundò. Vtrū quilibet obnoxius peccato mortali teneatur confiteri proprio sacerdoti. ¶ In tribus articulis quæstio absoluetur. Terminorū declarationibus, cōclusionibus, & solutionibus dubiorū.

Arti. 1. Not. 1. De multiplici intellectu tituli quæstionis.

¶ Quantū ad primum notandum: q quęstio pōt dupliciter intelligi. Vno modo, ut quęrat generaliter quantū ad omne tēpus: ut sit sensus. Vtrum obnoxius pctō mortali pro quolibet tēpore: siue quoties confiteri uoluerit: teneatur confiteri proprio sacerdoti. Secundo modo specialiter pro certo tēpore: puta semel in anno: prout specificat. c. omnis. de pœn. & remis. Et sic dupliciter. Vno mō, quātū ad omnia pctā illo anno cōmissa: etiā si prius alteri sint cōfessa. Vel secūdo, quātū ad illa sola, quę post nouissimā cōfessionē, & obtētā absolutionē a quocūq; siue proprio siue alieno sacerdote, sunt cōmissa.

Not. 2. B Triplex ptās ligandi, atq; soluendi.

¶ Secundò notādū post Ockā in quodā tractatu, cuius principiū est. Datus in sociū: ubi tractat istā materiam: q potestas ligādi, & absoluendi in foro penitentiæ duplex est. Quędā cōfertur ex ui ordinationis in sacerdotem: cum episcopus imponens manus super capita ordinandorum, dicit. Accipite spiritum sanctū: quorum remiseritis &c. Hæc potestas

in omnibus sacerdotibus est æqualis: ut patet dist. xxj. in nouo. & clarius. xxiiii. q. j. loquitur. dominus. & xvi. q. j. §. ecce in hoc capitulo. & c. sunt tamē nōnulli. Et potestas illa uocatur potestas officij, uel ordinis sacerdotalis, quæ est inamissibilis: sicut & character sacerdotalis or dinis, in quo hæc potestas fundatur. Alia est potestas executionis: & hæc est duplex. Quædam est executionis simpliciter, sine qua habēs potestatem primā, neminem soluit, uel ligat: & hæc aliquā do cum ordine non accipitur: sicut quā do quis ordinatur ab episcopo, qui renū tiauit epatui: uel quando quis ordinatur ab episcopo nō suo, sine licentia sui epi: aut quādo ordinatur ab excōmunicato, degradato, uel suspenso: quorū omnium una est ratio: quia episcopi ordinantes in his casibus, non habent executionis huiusmodi potestatem: & ideo ad alios il lam non transmittunt: quia quod nō habet quis, alijs dare non potest. j. q. j. qui perfectionem. & c. se. Et idem contingeret, si forent eadem impedimenta ex parte ordinati. Potestas igitur prędicta accipitur cum ordine: quando nō occurrunt prędicta impedimenta: & hæ duæ potestates dicuntur potestates soluēdi, & ligandi remotæ: quia possunt impediri. Alia est potestas iurisdictionis, quæ requirit prælationem super aliquā plebem, uel personā tanquā materiā, super quā exerceri debet tam prima potestas, quā secunda: ut faber, uel artifex nō potest operari, nisi detur materia, in quam operetur. Materia uero est peccatum per se: & per accidēs peccator eo modo, quo pœnitentię sacramentum cōceditur habere materiam: de quo sup. dist. xiiii. q. ij. Et hę duę potestates secunda, & tertia executionis, & iurisdictionis, nihil dicunt superadditum primæ potestati ordinis ex parte sacerdotis, siue in ipso sacerdote: sed secunda ultra primam dicit remotionē prohibitionis: ne utatur potestate concessa in sua ordinatione, qua remota, uti posset materia in quam. Tertia .s. iurisdictionis, dicit subiectionem materiæ. Materia enim illa, in quam potestas illa exerceri potest: est peccator subditus. Vnde in hoc dicitur sacerdos habere potestatem iurisdictionis: quia subijcitur ei materia, in quā exercet potestatem ordinis. Est ergo potestas ordinis potestas ad utrāq; : executionem .s. & iurisdictionem: sed remota. Fit autem propinqua remotis impedimētis, & subiecta materia. Et de hoc latius dist. sequē ti. ¶ Tertiò notandum: quod potestas iurisdictionis est duplex. Quędam ordinaria: quæ .s. conuenit alicui ratione beneficij, aut dignitatis, in quo, uel qua constitutus est ipso iure. Et talis est potestas prælatorum, & curatorum: & hi possunt uices suas alijs committere: ut habetur de. offi. iudi. ordi. his quibus. Alia est potestas iurisdictionis delegata, uel commissa, siue extraordinaria. Et hæc est duplex: quia quædam est limitata solum ad arbitrium committentis, & per se nullo iure suffulta: ut est potestas adiutorum, quos curati assumunt in subleuamen laboris audiendi confessiones, siue commisso eis fiat generaliter ad omnes parochianos: siue ad aliquos specialiter: siue ad unum singulariter. Alia est potestas quasi media inter ordinariam, & commissam, quæ seruata forma in iure statuta, ampliari potest committent s arbitrio, & non restringi: hæc est potestas fratrum mendicantium seruata forma expressa in cap. dudum. de sepult. in cle. ¶ Quartò notandum: quod in ecclesiastica hierarchia semper debet esse unus summus princeps, uel hierarcha: in quo plenè residet tota potestas iurisdictionis: a quo ad inferiores prælidentes quoscunq; mediatè, uel immediatè omnis ecclesiastica iurisdictio, iuxta summi principis arbitrium sine suæ potestatis detrimento deriuatur: ut habetur in cap. loquitur dominus supra alleg. xxiiii. quęst. j. & clarè xix. dist. ita dominus. Et per hoc quicūq; habet iurisdictionem in alium ligandi, & soluendi: habet illam a papa, qui est summus hierarcha, & princeps ecclesiæ. & hoc mediatè, uel immediatè. Immediatè, ut archiepiscopi: mediatè ut inferiores prælati, qui suam institutionem recipiunt ab archiepiscopis, epi

Not. 3. C Potestas iurisdictionis est duplex.

Not. 4. D In ecclesiastica hierarchia debet esse unus summus princeps.

scopis, archidiaconis, aut alijs inferioribus ordinarijs. Ex illis summarie tria eliciuntur. Primũ: q; in ecclesia est duplex, uel triplex potestas. Potestas ligãdi, uel soluendi propinqua. Ordinaria. Delegata, seu cõmissa: & quasi media. Secundũ: q; quilibet habẽs potestatem ordinariã, potest illam alij committere, qui uice sua potest eam exercere secundum arbitrium committẽtis. Tertium: quemcũq; cõmissarius, seu delegatus potest soluere, & ligare: eundẽ põt etiam ordinarius soluere, & ligare: quoniã commissio talis fit sine diminutione potestatis committentis.

Not. 5. ¶ Quintũ notandũ, q; difficultas huius quæstionis surgit ex uario quid nominis proprij sacerdotis. Cum enim in statuto ecclesiæ in concilio Lateranensi sub Inno. iii. edito: fit mentio proprij sacerdotis; & nõ omnes eodẽ modo accipiunt terminum proprio sacerdoti: ideo diuersimodẽ respondent ad quæstionem.

E Tripliciter accipitur pprius sacerdos.

Notandũ ergo: q; secundũ Scot. si ponderatur uirtus uocabuli proprio, ut dicatur pprius, qui solus, & nullus alius: uel quia istius, & non alterius: neutro modo potest accipi in statuto: quia plures ex æquo possunt pfici uni parochię, & unus ex ęquo absoluit omnes suos: & sic multi non haberent proprios sacerdotes. Ideo sanctus Bonauent. artic. v. quæst. ii. ponit tres acceptiones proprij sacerdotis. Cui satis concordant Sco. & Rich. ea. dist. artic. iii. q. j. Accipitur enim communissimẽ, communiter, & propriẽ. Communissimẽ proprius sacerdos est, quicũq; potest confitentem absoluere, siue propria potestate, siue commissa: & hoc siue ab ordinarijs, siue a iure: ut sunt habentes potestatem mediã: de quo supra. Et hoc modo eiusdem confitentis sunt multi proprij sacerdotes tam ordinarij, quam commissarij uices eorum habentes: s. papa, episcopus, sacerdos, parochianus, & eorum commissarij. Communiter dicitur proprius sacerdos ordinarius. i. qui propria auctoritate, uel officio tanquam prælatus ordinarius potest absoluere: ut papa omnium fidelium: episcopus omnium diœcesanorum: sacerdos parochianus omnium suorum parochianorum. Propriẽ dicitur sacerdos, cui commissa est specialis cura in certa parochia, qui & amministrat sacramenta exercitui suo, quem habet in ecclesia. Quomodo autem accipiat in c. omnis; nõ æqualiter sentiũt. Nam sanctus Bonauẽt. tenet: q; accipiatur communiter pro ordinario sacerdote, aut eius uicario generali: & hoc in prima parte decretalis. Omnis utriusq;. In secũda accipitur propriẽ. Clarius tenet Pe. de pal præsenti dist. q. iii. art. ij. Vnde ait: q; aliter accipitur sacerdos proprius in prima parte decretalis: aliter in secunda. ¶ Proquo notandũ: q; decretalis ista, ut declarat Ockã, ubi supra quãtum ad propositũ sufficit: habet tres partes.

Expositio decretalis omnis.

Prima est hæc. Omnis utriusq; sexus fidelis: postquam ad annos discretionis peruenerit: omnia sua solius peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio sacerdoti: & iniunctam sibi pęnitentiam proprijs uiribus studeat adimplere: suscipiens reuerenter ad minus in pasca eucharistiæ sacramentũ. Hæc pars tenet uim pręcepti: quia materia est tam necessaria, & salubris, q; sine statuto quilibet tenetur confiteri ex lege diuina: ut supra dictum est: quę obtinet uim præcepti. Et per statutum ecclesię solum limitatur tempus, infra quod quilibet debet confiteri. Secunda pars est. Si quis autem alieno sacerdoti uoluerit iusta de causa sua confiteri peccata: licentiam prius postulet, & obtineat a proprio sacerdote. & hæc est dispensatiua primę partis: quia casum ponit, in quo non ligat prima pars: in quo scilicet dispensatur super prima parte: & per hoc implens secundam partem non tenetur implere primam. Ex quo sequitur: q; pręceptum siue statutum de confessione semel in anno facienda proprio sacerdoti est disiunctiuũ: .s. q; fiat proprio sacerdoti: uel de licẽtia proprij sacerdotis alteri. Tertia pars, quæ est clausula adiecta secundæ parti: scilicet. cum aliter ipse scilicet alienus sacerdos, illum non possit absoluere, uel ligare. Hæc pars est diffinitiua distinguens: q; licentia proprij sacerdotis

sit necessaria ad hoc, ꝙ alienus possit absoluere, & etiam sufficiens. Quid autem hæc licentia tribuat alieno sacerdoti: dicetur infra i quarta cõclusiõe. ¶ Quibus præsuppositis dicit Pe. de pal. ꝙ proprio sacerdoti æquiuocatur in ista decretali. Nam in prima parte accipitur cõmunissimé. s. pro quolibet sacerdote habente potestatem absoluendi: siue ordinariã: siue delegatã: siue sit cõmunis, siue singularis. In secunda uero parte proprij sacerdotis (de cuius licentia põt quis cõfiteri alteri) accipitur strictius pro habẽte potestatem absoluendi ordinariã: nõ tantum delegatã: quia iste delegatus nõ potest dare licentiã. Sed quoniã lex debet esse manifesta: ne aliquid per obscuritatẽ incautã captionem contineat: ut dicit Isido. v. etymo. & habetur dist. iiij. erit. Et æquiuocatio est mater errotis. Etiam quia accipiendo in prima parte cõmunissimé, secunda pars superflueret eo, ꝙ licentiatus etiã esset proprius sacerdos. Ideo melius dicitur: ꝙ proprius sacerdos accipitur uniuocé in qualibet parte istius decretalis. s. secundo modo pro habente ordinariã potestatẽ absoluendi, qui & habet delegare, uel cõmittere potestatem suã alteri: & per hoc dare licentiã cõfitendi alteri. Sic accipiẽdo, utrobiq; habetur uerus, & sufficiẽs intellectus, & intentio decretalis. Nã intentio huius statuti, est obligare omnes fideles, annos discretionis habentes ad cõfitendum semel in anno ad minus, omnia sua peccata ei, qui habet potestatem absoluendi. Quicũq; autem habet potestatem absoluendi: aut habet hanc ordinarié ex officio, uel dignitate: aut delegatam ab ordinario mediaté, uel immediaté. Et ordinarij sunt proprij sacerdotes, delegati sunt alieni licentia a proprijs sacerdotibus. Nam dans licentiã confitendi alieno: dat alieno licentiam absoluendi. Et hi duo sufficienter includuntur in statuto, quod est alternatiuum, siue disiunctiuum. Et si dicis. Cũ dicitur de licẽtia proprij sacerdotis: ibi proprij sacerdotis, non potest accipi tãtum pro ordinario: quia hanc licentiam frequenter dant uicarij, aut officiales

Replica

propriorum sacerdotum: puta papæ, uel episcoporũ. Respõdetur: ꝙ proprio sacerdoti etiã ibi accipitur pro ordinario: quia omnis licentia cõfitendi alieno datur ab ordinario mediaté, uel immediaté. Nam siue ordinarius det licentiã per se immediaté: siue per suum uicariũ, uel officialẽ mediaté: semper ipse censetur dare. Hoc enim etiam nos facere dicimus, quod per alios facimus. de sen. excõ. mulieres. Et ideo cum uicarius episcopi dat licentiã, e͞ps dedisse censetur: non quidem immediaté: sed mediaté. Quòd autẽ proprius sacerdos accipiatur secundo modo in c. omnis probatur: quia non accipitur primo modo cõmunissimé: nec tertio modo proprié, uel strictissimé: ergo secũdo modo cõmuniter. Tenet cõsequentia a sufficienti diuisione. Nam omnes modi accipiendi propriũ sacerdotẽ includuntur in his tribus. Antecedens patet pro prima parte: quia si acciperetur primo modo, tũc nullus sacerdos potens absoluere siue ordinarié, siue per commissionem esset alienus: & tunc frustra adderetur in statuto. Si quis alieno sacerdoti uoluerit cõfiteri &c. quia accepta licentia (qui prius fuit alienus, dũ non potuit absoluere) fit proprius: & ita non confitetur de licentia alieno: sed proprio. Similiter patet: ꝙ nõ põt accipi tertio modo: quia excluderetur papa, & episcopus: quod non cõceditur: quia tunc nullus obediendo illi statuto posset cõfiteri papæ, aut suo episcopo: nisi de licentia parochiani sacerdotis: quod est absurdum. Quoniam omnem potestatem parochianus recipit a superiore episcopo, uel papa sine diminutione potestatis superioris. ¶ Item quæro: parochianus dans licẽtiam confitendi papæ, uel episcopo, quid confert eis. Aut auctoritatem, quã non habent: & patet fallum: cum parochianus omnem suã potestatẽ habet ab eis: ergo magis ipsi concedentes papa, & episcopus habent eam: alias quõ darent. Aut subijcit eis materiam: & hoc similiter falsum est: cum omnes fideles sunt subiecti papæ: oẽs diœcesani episcopo. Hæc de articulo primo. ¶ Quantũ ad secundũ articulum est prima conclusio. Omnis

Arti. 2. Cõcl. 1. G

694

Omnis pctor mortalis ter tene tur cōfiteri. Omnis obnoxius mortalis peccati tenetur cōfiteri sacramentaliter habēti potestatem absoluendi. Probatur illa conclusio: quia omnis talis tenetur ad cōfessionē sacramentalē: ut probatū est quęstione precedenti: sed nulla est sacramentalis, nisi fiat ei, qui absoluere pōt: quia sacramēti penitentiæ, cuius confessio est pars, cōsistit essentialiter in sacramentali absolutione: ut sup. dictū est dist. xiiii. q. ii. Hęc aūt nulla est, nisi fiat a sacerdote habente potestatē absoluendi: & per cōsequēs cōclusio uera. ¶ Secūda cōclusio. Cōcl. 2. Quicūq; fidelis cōfitetur sacerdoti eum absoluere potenti, siue proprio, siue alieno, semel in quolibet anno: satisfacit generalis cōcilij precepto. Probatur cōclusio: quoniā si cōfitetur sacerdoti proprio: manifestū est, q satisfacit primę parti statuti. Si alieno habenti potestatē eū absoluendi tunc satisfacit secundę parti, .s. q confitetur alieno de licentia proprij sacerdotis: quia nisi alienus habeat licentiā a proprio sacerdote, non posset absoluere. Alienus. n. non habet iurisdictionem, seu potestatem ordinariā: quia alienus: ergo necesse est eum habere delegatam: sed hæc non potest delegari, seu cōmitti, nisi ab ordinario: ut dictum est. committendo autem dat licentiam: ergo habet licentiā ab ordinario: & omnis ordinarius est sacerdos proprius: ergo &c. Præterea qui cōfitetur substituto per sacerdotē parochianū, cōfitetur de licentia proprij sacerdotis: ergo etiam qui cōfitetur substituto per papā, uel episcopū. Tenēt cōsequentia: quia uterq; illorū est proprius sacerdos secūdo modo: & per cōsequēs satisfacit secūdę parti statuti. ¶ Corollariū: q licentia proprij sacerdotis necessaria est uolenti confiteri alieno: non solum semel in anno: sed toties quoties uoluerit cōfiteri: quia alienus sine licentia nō pōt soluere, nec ligare. Concordat Panor. in cap. omnis.

Coroll. II

Cōcl. 3. Confessus, & absolutus a sacerdote alieno. ¶ Tertia conclusio. Confessus, & absolutus a sacerdote alieno, nō tenetur eadem peccata, a quibus absolutus est: confiteri sacerdoti proprio. Probatur conclusio: quia nulla lege ad hoc obligatur: neq; diuina: neq; ecclesię positiua: ergo non tenetur. Tenet consequentia: quia quilibet tenetur ad aliquid, ex aliqua lege ad hoc obligatur. Antecedens probatur pro prima parte. s. q nō lege diuina: quia etsi cōfessio est de lege diuina: ut supra ostensum est: nō tamen determinat tempus: puta semel in anno: neq; inter sacerdotes distinguit: cum cuilibet in sua ordinatione dicit: cui remiseritis &c. Sed quicunq; sacerdos pōt uti hac potestate oblata materia, quæ oblatio fit per ecclesiam, quę distinxit parochias, & distreuit subiectos confitentes. Probatur etiam antecedens pro secunda parte. s. q nō obligatur lege positiua ecclesiæ: quia maxime illo statuto: omnis utriusq; sexus fidelis &c. quoniam aliud non dabitur: sed hoc non: quia ut dicit conclusio secunda: omnis talis confitens satisfacit statuto illi: ergo ad aliam, siue iteratā cōfessionem non obligatur. Confitetur. n. talis alieno, accedente licentia proprij sacerdotis: & sic satisfacit illi statuto.

nō tenetur eadē pctā proprio cōfiteri.

¶ Quarta cōclusio. Data licentia, seu potestate sacerdoti alieno sacramentaliter absoluendi sibi confesso: non requiritur alia licentia cōfitentibus adeundi tales alienos. Posset aliquis moueri, & dicere. Licet papa, uel episcopi possint cōcedere aliquibus licentiā audiendi cōfessiones alicuius, uel aliquorū: tamen confessuri eis indigent licentia proprii sacerdotis illos adeundi iuxta statutum. r. omnis. & eius secundam partem. Contra hoc ponitur hęc conclusio quarta: quę uult, q data licentia sacerdoti audiendi confessionem alicuius: uel aliquorum: non requiritur alia licentia, qua confessuri licentientur confiteri illis sicut econuerso. Data licentia alicui a proprio sacerdote, ut confiteatur alieno: non requiritur alia licentia, qua alienus audire possit confessionem taliter licentiati. Sed siue detur licentia sacerdoti alienum audiendi, siue subdito alieno confitendi: altera illarum data utriq; sufficit: illi ad liberē audiendum alterius subditum: isti ad alieno confitendum. Sic intellecta conclusio probatur: quia data licentia, uel sacerdoti, uel confitenti, si confitetur, & a sacer

Cōcl. 4. I Sufficit unica licētia ad cōfitendū alieno.

dote tali absolutio cum debita intentio ne profertur: cõfitens uerè absoluitur: nisi ponat obicem: & per cõsequens omnibus alijs circũscriptis uerũ est sacramẽtũ: & ita nihil aliud, nec alia licentia requiritur. Consequentia nota: & antecedens: .s. q̃ istis stantibus uerum sit sacramẽtũ probatur: quia nihil deficit de ueritate sacramenti: nã ibi est sacerdos habens executionẽ ordinis cũ intentione absoluẽdi (ut suppono) ut minister idoneus: uerba absolutionis, ut forma: & peccator cõfitens subditus, ut materia. Et illa requiritur, & sufficiunt ad ueritatem sacramenti pœnitentiæ: ut ex præmissis patet dist. xiiii. q. ii. ergo. Antecedens patet. Nã per licentiã, quæ datur a proprio sacerdote, siue cõfessori, siue confitenti: nullã potestatem dat sacerdoti alieno: iam enim ex ordine habet potestatem requisitam ad absoluendum peccatorem: sed tamẽ subijcit sibi materiam, quę sine hac licentia sibi nõ esset subiecta. Sicut ille, qui concedit fabro ferrũ, ut operetur: non dat fabro potestatẽ operandi: sed potestati iã habitę dat materiam, in quã operetur, sine qua faber non potest suam potestatem ducere in actum. Sic dum parochiano sacerdoti collata est ecclesia: aut dũ parochianus sacerdos acceptat adiutorem: nulla noua potestas confertur: sed tantũ alia materia, in quam potestatem ordinis prius susceptã exerceat, assignatur, qua prius caruit. Et si dicis. Per institutionem sacerdotis in ecclesia datur sibi potestas iurisdictionis, quam prius non habuit. Replica

Respondetur: q̃ illa potestas iurisdictionis non est alia potestas a superiore ordinis, ut dictum est: sed est subiectio materiæ prius non subiectæ. Et ideo licet nũc possit ligare, & absoluere eos, quos prius ante institutionem nõ potuit: hoc non contingit propter hoc, q̃ aliqua noua potestas collata sit, qua prius caruit. Non enim per huius institutionẽ, aut assumptionem in adiutorẽ in parte sollicitudinis suscipit nouum charactẽrẽ: in quo fundaretur potestas absoluendi sacramentaliter: sed offertur noua materia. Et ideo nunc põt exercere potestatẽ præhabitam: quod prius non potuit. Et tãtum de articulo secũdo. ¶ Quantũ ad tertium articulũ dubitatur primò circa conclusionem tertiã, & quartã. Quo sacerdos parochianus agnoscet statũ parochianorũ suorum, si non tenentur sibi, aut de licentia sua cõfiteri alieno: ab illo .s. superiore licentiã habenti: cum tamen scriptum sit Prouer. xxxii. Diligẽter agnosce uultũ pecoris tui. Similiter quomodo nõ sibi cõfesso ministrabit sacramentum eucharistię, de quo ignorat, an sit dispositus ad eius susceptionẽ: immo forte quem nouit pluribus grauibus peccatis occultè irretitũ. ¶ Ad hoc respondetur multipliciter. Vno modo: q̃ illa auctoritas nõ est intelligẽda de peccatis occultis subditorum: sed publicis. Nam ad reuocandũ eos ab illis diligenter debet laborare etiã animam suã ponendo pro ouibus suis ueniente lupo ad rapiendum, & dispergendũ: ne si fugiat silendo, uel dissimulando: nõ pastor: sed mercenarius iudicetur: ut uult beatus Greg. in homi. Vel secundũ alios intelligitur de notitia iudicialis inq̃sitionis, quæ in prudente iudice pręcedere debet sententiã. ¶ Et si utiq; id intelligẽdũ putatur de notitia, quæ habetur uirtute sacramentalis cõfessionis: habere hãc notitiam non est in potestate curati, sed subditi: quantũ ille uoluerit suo curato reuelare, cui credere oportet pro se, & contra se. Sicut ergo in confessione dicenti se omnia peccata cõfessum, & de cõfessis dolere, ac uelle cauere pro futuro, credere oportet curatum: ita etiã credere debet, cũ dicit se esse cõfessum, & absolutũ: nec de mortali sibi conscium; licet forte fictus sit in utroq;: neq; maiorem certitudinem habere potest: nec ad maiorem notitiã obligatur curatus. Cum ergo dicit se absolutũ, & cõfessum: securè potest sibi ministrare eucharistiã: non minus, quã si sibi, aut suo adiutori fuisset confessus. Et si curatus nosceret subditum grauibus criminibus occultis irretitum: non propter hoc debet petenti in publico sacramentum eucharistiæ denegare, exemplo christi iudæ nõ negantis; ut supra dictum est distin. ix.

Arti. 3. Dub. 1. K Quo sacerdos parochianus agnoscet uultũ pecoris sui.

Credẽ cõfitẽti pro se, & cõtra se.

Et nihil refert ad habendum notitiam subditi a curato: an subditus sibi confiteatur: uel alieno de licentia curati, uel superioris. Si tamen subditus esset persona leuis, de quo curatus probabiliter dubitaret: utrum uerum diceret: dicendo se alibi confessum, posset de hoc: & sua absolutione requirere testimonium. ¶ Dubitatur secundò: qui sint proprij sacerdotes immediatè singulorum. Respondetur post Pe. de palud. post Hostien. in sum. de pœnit. & remiss. quòd papa quia nulli subiectus est in terris: non habet proprium sacerdotem habentem ordinariã iurisdictionem in eum: sed potest eligere, quẽ uoluerit, qui uice christi eũ absoluat a peccatis. Et illi se subijcit, ut peccator: nõ ut papa. Papa uero omnium fidelium est proprius sacerdos secundũ præmissa: & specialiter omniũ exemptorũ: & sibi immediatè subiectorum: sicut familiæ suæ, & cardinaliũ, & patriarchaũ: hi non habent aliũ propriũ sacerdotem. Ideo quãtũ ad hoc subsunt summo pœnitentiario papæ: & cui ille uices commiserit. Et dicit idẽ Pet. de palu. quòd patriarchæ sunt proprij sacerdotes primatum: primates archiepiscopotum: archiepiscopi suorum suffraganeorum. Omnes tamen prelati, & superiores, episcopi possunt sibi eligere confessores, qui possunt eos absoluere in omnibus casibus papę non reseruatis: similiter mutare uota: absoluere ab excommunicatione a iure, non ab homine lata: nisi fuerint sedi apostolicæ reseruata; ut de pęni. & remiss. c. ult. Et hoc idem conceditur superioribus plãtis, & inferioribus exẽptis. ¶ Et nota secundũ eundem, quòd quicũq; potest sibi eligere confessorem, potest eum mutare, & alium eligere: siue prior electus uiuat: siue sit defunctus. Et quicũq; electus fuerit, habet potestatem absoluendi eligentem, nõ ab eligente, uel ipsa electione, sed a dante priuilegium eligendi: siue prælato: siue ipso iure. Prælati autem inferiores nõ exempti: ut abbates prępositi, decani, archipresbyteri rurales, habent pro sacerdote proprio episcopum suum. Curati uero simplices decanum, uel archipresbyterum: dũ eis est cura annexa: monachi suos abbates, aut priores: clerici collegiorum decanos, uel præpositos, quibus est cura annexa. Clerici simplices curatũ, in cuius parochia commorantur. ¶ De laicis uero dicit Hosti. quòd imperator de antiqua consuetudine confitetur capellanis suis. Reges habent proprium sacerdotẽ archiepiscopum, in cuius diœcesi est metropolis regni, in qua solent inungi: licet ibi non morentur. Cæteri minores principes, comites &c. habent proprium sacerdotem, episcopum, uel principalem curatum ciuitatis, in qua habent domicilium: & si æquè in pluribus curati, & episcopi illorum sunt proprij sacerdotes, & quilibet in solidum. Cæteri inferiores curatos suos, in quorum parochijs habent domicilium, habent ut proprios sacerdotes pro tempore, quo ibi morantur. Si habent plura domicilia ex æquo. Si uero unum est principalius, illius curatus si unus est, est proprius sacerdos. Si plures ex æquo: indifferenter quemlibet eorum citra episcopum, qui excludi non debet. Si laicus nullum habet domicilium: sed uagatur de loco ad locum: curatus loci, in quo pro tempore fuit, est suus proprius sacerdos. Filijfamilias, serui, scholares in studijs: dum per aliquod tempus notabile moram faciunt in una parochia: ibi habent suum proprium sacerdotem. Notabilis mora, ut dicit Ange. est maior pars anni: & præsertim illa, in qua est festum pascale. Peregrini (si cum licentia sui curati peregrinantur) habent licentiam confitendi: & sacramentum eucharistiæ sumendi: quocunq; loco se inueniunt. Si non habent licentiam: extra articulum necessitatis non possunt absolui ab alieno. De mercatoribus dicitur similiter, sicut de scholaribus; scilicet, quòd si alicubi morantur per annum: uel maiorem partem anni: pręsertim ultra pasca, in qua tenentur confiteri, & quando communiter in pascate non declinant ad sui loci domum: quia tunc non uidentur habere domicilium: ubi est eorum domus quoad sacramen-

Dub. 2. Qui sint proprij sacerdotes immediatè singulorum.

ta percipienda: ideo tunc licitè cõfiten
tur curato illi, ubi pro tunc existũt: & ab
eo absoluuntur: & eucharistia prouiden
tur. Si uerò morã alicubi non cõtrahũt:
non possunt absolui nisi a curato paro-
chię, in qua habent domicil.ũ: nisi de li-
centia eius, uel superioris. Ideo cautum
est talibus accipere licẽtiam generalem
a papa, episcopo uel suo curato confitẽ
di, & sacramenta percipiendi a quocũq;.

Nota. Ratihabitio sequẽs absolutionẽ nihil operat.

¶ Et nota: ꝙ ratihabitio proprij sacerdo
tis sequens confessionem factam alieno
sacerdoti: ex licentia pręsumpta non suf
ficit. Cuius ratio secundũ Pe. de palud.
dist. pręsenti. q. iij. in fi. quia nulla ratiha
bitio confirmat sacramentũ, quod nullũ
fuit. Cum ergo absolutio ab alieno (nõ
habita licentia) facta, nulla sit: ut dictum
est: non põt sequens ratihabitio facere
in sacramentis, ꝙ sit sacramẽtum, quod
prius non fuit sacramentum. Et non est
simile; si eps ordinat alienum parochia-
nũ, ponens spẽ in ratihabitione proprij
episcopi: quoniã eps ordinans alienum,
uerè ordinat: & characterẽ imprimit: &
est ibi uerũ sacramentũ: licet etiã episco
pus proprius contradiceret: unde sic or-
dinatus postea non uenit iterũ ordinan
dus: & ibi sequens ratihabitio nõ cõfert
ordinem: sed bene executionẽ ordinis,
quã prius non recepit: sed hęc non de es
sentia sacramenti. Ratihabitio .n. re-
trotrahitur: & tunc mãdato cõparatur,
quando solo mãdato res a principio agi
põt. Sic etiam si nõ episcopus ordinaret
aliquem: aut non sacerdos consecraret:
ratihabitio papæ nihil efficeret.

Dub. 3. M In qbus casibus cõmissarij habent absoluere.

¶ Dubi
tatur tertiò: in quibus casibus cõmissarij
habent absoluere ad se confugientes.
Respondetur breuiter: ꝙ secũdũ formã
commissionis extenditur, uel restringi-
tur eorũ potestas: nunquã tamen potest
extendi ultra potestatẽ ordinarij com-
mittẽtis: quia nullus potest committere,
seu dare, quod ipse non habet. Verum:
ꝙ præsentati ex ordinibus mendicantiũ
iuxta. c. dudum. de sepul. in cle. non pos-
sunt uigore illius commissionis absolue-
re, nisi in casibus, in quibus simplices cu
rati possunt: & nõ in casibus a iure reser
uatis: ut habetur in eo c. Et dicit a iure
reseruatis, quoniã si eps reseruaret sibi
aliquos casus: ꝙ põt (qui in iure nõ sunt
expressi) nihilominus pręsentati huius-
modi possent in illis absoluere: quia pri-
uilegiũ a superiore datũ nõ põt inferior
restringere. Priuilegiũ aũt datũ est fra-
tribus in concilio uienensi. Vnde sicut
eps nõ potest prohibere, ne audiãt con-
fessiones suorũ parochianorum: ita nec
põt prohibere: ꝙ nõ absoluant secundũ
auctoritatem eis in priuilegio cõcessam:
licet in glos. cle. Io. mona. teneat con-
trariũ, cuius rationes soluit Ang. in sum.
post panor.

Dub. 4. N In qbus casibus, põt relinqui sacerdos proprius.

¶ Dubitatur quartò: in qui-
bus casibus potest relinqui sacerdos pro
prius immediatus, siue curatus parochia
nus sine eius licentia petita. Responde
tur secundum Pe. de palu. q. iii. dist. pręe-
sentis arti. post Hosti. ꝙ põt in pluribus.
Primus: si fuerit indiscretus, nesciẽs sol
uere, & ligare: tunc eo ipso subditus ha-
bet licentiam a iure aliũ adeundi. de pę.
dist. vi. placuit. ubi ille casus expressè ex-
cipitur. Et dicit ubi glos. ꝙ aliũ discre-
tũ audire põt sine licentia. Sic si curatus
ex culpa sua est minus idoneus: ut si fue-
rit reuelator: cõfessionis: aut solicitator
ad malũ: uel probabiliter putatur sacer-
doti ex cõfessione periculum immine-
re, uel est excõmunicatus, aut suspensus,
& in similibus. Sed ut dicit Ange. in
sum. tunc licentia petenda est ab eo, uel
superiore. Verũtamen licet cęteris parti-
bus cõsultius sit cõfiteri proprio sacer-
doti: ut uolũt docto. cõmuniter: pręser-
tim .s. Bonau. & Ange. in sum. confes.
iij. §. xxxiii. propter uarias causas, & pe
ricula uitãda: põt tamẽ, ut dictũ est: nulla
existente rationabili causa cuilibet cõfi-
teri alteri, habita ad hoc sufficienti licẽ
tia. Ideo dubium illud est modici pon-
deris.

Dub. 5. O Vtrũ habens licentiam eligẽdi cõfessorẽ possit eligere non curatũ.

¶ Dubitatur quintò: utrũ habens
licentiã generaliter eligendi cõfessorẽ
(sicut pene nũc oẽs habent per literato
ria cõfessionalia, per quę quodãmodo
omnis ordinariorũ, curatorũ, & episco-
porum potestas euacuatur: in nõ modi-
cam iacturam ecclesiasticę disciplinæ
glos. c. si eps. de pęnit. & remis. lib. vj.):
possit eligere non curatos: siue non
habentes actuale exercitium curæ.

Et uidetur, quod non: quia in glo. in c. religiosi. de priuil. & excessi. li. vj. super uerbo speciali dicitur: quod pœnitentia etiam de licentia proprij sacerdotis recipi nō potest a præsbytero non habente curā. Et hoc idem tenet glo. in c. omnis. sæpe allegato. Ex quo infertur, ut recitat Panor. in dic. c. religiosi, quód si datur parochiano facultas eligendi sibi confessorem, non poterit eligere religiosum, uel secularem non habentem animarum curam actu. Ratio assignatur: quia cum sit electus a parochiano: & non sit delegatus proprij sacerdotis: non oportet, quod per uiam prorogationis iurisdictionis absoluat. Sed cum ille non habeat per se curam: non potest dicti prorogatio: quia consensus priuatorum non potest eum facere iudicem, qui nulli præest iurisdictiōi: ut dicit. c. significasti. de fo. compe. ¶ Item prorogatio est extēsio: & ideo quod non est, nō potest extēdi. Et ideo ubi non est actualis cura in electo huiusmodi: non potest illa extendi ad parochianum eligentem. ¶ Item confessio iudicis incerti non ualet: ut In. c. ad hæc. de rescrip. Ideo licentia illa, qua conceditur parochiano, quód eligere potest confessorem, quemcunq; uoluerit: non ualet. Respondetur ad dubium: quod habens licentiam generalem eligendi confessorem a suo curato, aut eius superioré, papa uel episcopo, potest eligere pro confessore quemcunq; sacerdotem secularem, uel regularem, executionem sui ordinis habentem: hoc est non prohibitum, excommunicatū, uel suspensum: siue habeat curā sibi actu cómissam, siue non. Hæc responsio satis patet ex conclusione quarta, & eius probatione. Nam subditus eligendo confessorem talem iam subijcit se ut materiam potestati sacerdotis subiectiōe propria, & superioris per licentiam: & ita sunt omnia ad ueritatem sacramenti pœnitentiæ requisita &c. Et hæc est opinio Hostien. in sum. de pœni. & remis. §. cui confitendum sit. & Panor. in c. religiosi. sequitur Hostien. licet prius fuerit alterius opinionis: ut ibi dicit. Ait enim Hostien. quod etiam supra dictum est. Cum quilibet sacerdos in ordinatione recipiat potestatem ligandi, & soluendi: dummodo materiam habet: potest absoluere, & ligare. Materiam autem habet, ex quo de licentia proprij iudicis aliquem audit. ¶ Et per hæc respondetur ad contraria. Ad glo. dicitur, quod glossator fuerit alterius opinionis, quam tamen non probat. Ad rationem dicitur, quod ille electus a parochiano non absoluit uia prorogationis: sed auctoritate propria, quam accepit in sua ordinatione, quam exercere potest habita materia: ut satis dictum ē. Et ideo cum per talem licentiam offertur materia: non datur noua auctoritas: sed absoluit auctoritate propria. Et ita ratio fundatur in falsa imaginatiōe qua si non sit auctoritas in sacerdote nō curato, quæ tamen ibi est: licet in habitu, ut dicit Host. uel remota: ut loquitur Sco. est tamen ibi in ueritate. ¶ Ad illud de concessione iudicis incerti dicitur, quod intelligendum est in foro contentioso: non in foro animæ: ut exponit Ang. Et nisi sic: omnia confessionalia, siue a papa, siue ab episcopo data essent ab esse ētu uacua: quia in omnibus illis conceditur iudex incertus. ¶ Sed contrarium illi opinioni a multis tenetur: ut patebit infra dist. xix. in cōclusiōne quinta: ubi ex dictis Petri de pal. uidetur posse sumi: quód non sufficit sola peccatoris subiectio uoluntaria: sed etiam requiritur petri christi uicarij, aut eius successorum licentia, cui in hac parte peccator est subditus. Nec se potest peccator subiicere, cui uult sine eius licentia &c. Vide ibi. ¶ Sexto dubitatur: utrum sacerdotes simplices possint se mutuó absoluere, non obtenta super hóc speciali licentia. Et uidetur: quód non. Nam in. c. si episcopus. de pœni. & remis. lib. vi. dicitur. Nulla quoq; consuetudine introduci potest, quód aliquis præter sui superioris licentiam, confessorem sibi eligere ualeat, qui eum possit soluere, uel ligare. ¶ In oppositum currit communis consuetudo. Respondet hic Ange. in sum. confessi. iii. §. xxx. quód est licentia expressa, & tacita quando scilicet episcopi uident, & tolerans, cum possint pro- Dub. 6. [1] Verum sacerdotes simplices se mutuó possint absoluere.

hibere:& utraq; licentia sufficit. Et per hoc patet responsio ad dubium. De illo uide latius lec. iij. in expositione cano.

Dub. 7. ¶ Vltimò dubitatur: utrum confessio in casu necessitatis debeat fieri laico. Casus necessitatis intelligitur, dum imminet periculum mortis: nec est sacerdos in prompto, cui fieri possit confessio. ¶ Dimissis multis respondetur secundũ intentionem Scot. cui concordant Richar. Pe. de pal. & communiter theolo. q confessio sacramentalis non potest fieri laico: quia laicus absoluere non potest: & sine absolutione non est sacramẽtum pœnitentiæ. Et ideo in nullo casu tenetur quis laico cõfiteri: neq; uenialia: neq; mortalia. Potest tamen confessio largè, idest reuelatio suorum peccatorũ fieri laico secreto propter uerecundiã, quæ est una pœna debita peccato: & magna pars satisfactionis. Similiter propter consilium obtinendum. Item propter humilitatem, & in signum: q facit, quod in se est paratus confiteri sacerdoti, si eius copiã haberet. Et propter hos fines consulitur a beato Augustino, & magistro: ut patet in textu. Et per hoc omnes auctorit. ad hoc sonantes intelligi debent tanquam consilium non prœceptum. ¶ Et dicit Scotus, quòd forte utilius esset non accusare se laico: si posset æqualem habere uerecundiam apud se recogitando eadem peccata: & si sibi ipsi posset æquè, uel salubrius consulere, quãmille laicus. Et forte quis non debet se accusando laico diffamare sine prædictis ex aliis rationabilibus causis. Et in sic se accusando peccaret: nisi simplicitas excusaret. ¶ Multa ad propositum prosequuntur summistæ: sed hęc sufficiant. Et tantum de illa quęstione, & distinctione.

Vtrum, confessio possit fieri laico.

DISTINCTIO. XVIII.

IC quẽn solet &c. Supra magister egit de pœnitentia in se quantum ad eius quidditatem, & integritatẽ. Hic agit de ea quantum ad eius ministrum, & ministri potestatem. Et circa hoc duo facit. Primò agit de hac potestate quantum ad obiectum, circa quod uersatur. Secundò de ea quãtum ad subiectum, cui ipsa communicatur dist. xx. ¶ Et quoniam potestas hæc est potestas ligandi, & soluendi, qua regnum cęlorum indignis clauditur, dignis aperitur: ideo de ea agit sub metaphora clauis. Sicut & christus dũ hanc apostolis suis promisit, cum petro ait. Et tibi dabo claues regni cęlorum. Et quodcunque ligaueris super terram &c. Math. xvj. Colligitur autem sententia textus in subiectis tribus conclusionibus. ¶ Prima. Claues ecclesiæ non corporales: sed spirituales sunt sententia discernendi: & potestas iudicandi peccatores. ¶ Secunda. Solus christus animam illuminando a morte resuscitat: ac debitum mortis æternæ relaxat. ¶ Tertia. per claues ecclesiæ sacerdotes peccata remittunt: dum peccatores absolutos ostendunt: satisfactionem imponunt: ac de ea aliquid remittunt: & contumaces excommunicando a cæteris separant, & excludunt. Harum prosecutionem uide in textu: ubi etiam reatus, & macula diffinitur.

QVAESTIO I.

CIRCA hanc distinctionem quæritur primò. Vtrum potestas clauium data ecclesiæ extendat se ad remissionem reatus, & culpæ. ¶ More cõsueto tribus articulis dissoluetur quæstionis nodus: scilicet terminorum declarationibus: subiunctis conclusionibus: & dubiorum solutionibus. ¶ Quantum ad primum articulum notandum, quòd ut uult magister, & doctores communiter: claues illæ, de quibus quæstio, non sunt corporales, sed spirituales: sic dictæ metaphoricè: unde secũdum Tho. & Sco. & alios; quia omnes transferentes secundũ ali-

A De potestate clauiũ ã extẽdat ad remissionem reatus, & culpę

Arti. 1. Nota. 1

quam similitudinem transferunt. Et clauis materialis est proximum instrumentum aperiendi, & claudendi ostium: & per hoc non est apertio: nec aperiens: nec causa, propter quã aperitur. Sic clauis spiritualis est aliquid requisitum ad aperiendum regnum cęlorum, quod nõ est aperiens: nec apertio: nec causa, propter quam aperitur: uelut est dignitas personæ ad intrandum: aut indignitas ad repellendum propter meritum, uel demeritum. Nam apertionem intelligimus ipsam sententiam dictantem esse aperiendum, uel claudendum, & aperientem iudicem sententiantem. Sic ergo clauis spiritualis est potestas sententiandi; hęc enim est immediatum instrumentum dictandi sententiam, siue sententiandi: unde hic describitur clauis spiritualis. Est potestas iudicandi: id est soluendi, & ligandi: qua dignos recipere: & indignos excludere debet a regno dei ecclesiasticus iudex. ❡ Potestas ponitur pro genere. Ecclesiasticus iudex pro subiecto potestatis. Cætera, quæ important usum, seu actum, & obiectum, scilicet regnum dei, ponuntur loco differentiarum, quibus clauium potestas ab aliis potestatibus ecclesiæ distinguit.

Diffinitio clauis.

Not. 2. B

Triplex potestas ligandi, & soluendi.

❡ Secundò notandum secundum eosdem; hæc potestas, siue auctoritas est triplex: scilicet principalis: præcellentiæ, non tamen principalis: & clauis ministerii, siue ministerialis. Principalis est, qua iudex per propriam, & immutabilem, & impedibilem uirtutem aperit sententiando: & impedimenta remouendo. Et hęc solius est dei secundum diuinam naturam, quæ per propriam essentiam (quæ semper iusta est: immo ipsa iustitia, qua præsidet omnibus) aperit, & claudit: ac impedimenta, scilicet peccata & reatum pęnæ dimittendo remouet. Et sicut diuina essentia non potest alii communicari: ita nec illa potestas: quia realiter est ipsa diuina essentia. ❡ Secunda non principalis: sed tamen excellens est potestas a superiore accepta cum uniuersalitate causarum iudicandarum: & firmitate iudicii, hoc est sententiæ proferendę. Vniuersalitas conuenit ei, qui nouit omnia merita, & demerita: quæ sũt causæ, propter quas aperiendi, & claudẽdi cęlum. Firmitas conuenit ei, qui habet uoluntatem inseparabiliter conformem diuinæ iustitiæ: hæc clauis propriẽ est solius christi secundum naturam humanam. Ioan. v. Pater dedit ei iudiciũ facere: quia filius hominis est. Nam etiã secundum humanam naturam nouit omnia: & habet uoluntatem inobliquabilem: & ideo sententia sua est irreuocabilis, & immobiliter iusta. ❡ Tertia scilicet ministerii, est potestas particularis quantum ad causas cognoscendas: & infirma quantum ad sententiam proferendam. Puta quia potest aliquando deuiare a iustitia, reuocari. Et hæc est ministrorum ecclesiæ, quibus datum est, ut cognoscant in causis: & secundum legem dei iudicent regnum cœlorum esse aperiendum. Cui cum se conformant, a deo approbatur, & firma manet. Si uero dissentiunt ab ea, infirma est, & a deo reuocatur. Item quia obstaculum prohibens introitum regni est peccatũ, & debitum mortis æternæ: & causa, propter quam aperiendum regnum, est merita, & opera iustitię. Christus autem morte sua soluit debitum mortis æternæ: & merito suæ passionis, ac uoluntate immobiliter iusta nobis meruit apertione. Nostra uero opera satisfactoria, ac merita, nisi fuerint coniuncta satisfactioni, & meritis christi: uana sunt, & effectu carentia. Ideo potestas aperiendi regnum eminenter, & excellenter est in christo secundum naturam assumptam, in qua pro nobis satisfecit, & meruit. Ministerialis uero collata est ministris sacramentorum, per quæ uirtus passionis christi in nos fluit, & operatur salutem. & hęc est sententia sancti Bonauentu. ❡ Tertiò notandum: quod licet potestas sententiandi, seu iudicandi intromittendos, & excludendos a regno dei est clauis principalis: quia tamen hæc potestas: ut rectum habeat usum: exigit auctoritatem cognoscendi in causa peccatoris; quoniam sine cognitione

Not. 3. C

Licet potestas ligandi, & soluẽdi ẽ cla

uis prin cipalis habet ta men cla uē scien tię annexam. causæ sententia non potest esse iusta, & recta: ideo etiam auctoritas cognoscendi dicitur clauis, quia est instrumentum quoddam aperiendi: licet non proximū, & tale sine quo prior clauis non potest habere iustum usum. Et secundum hoc ponuntur duæ claues, scilicet clauis sciētiæ ad discernendum dignum ab indigno: & clauis potestatis sententiandi, ad quam prior ordinatur, ut iuste exeat in actum. ¶ Quartò notandum; quòd clauis

Not. 4. D illa scientiæ nō est scientia aliqua actualis, uel habitualis: uel discretio quęcūq; , sicut uidetur magister sentire hic, & apertius dist. sequenti. Quoniam ut dicit Sco. licet auctoritas discernendi requirat scientiam, seu discretionem concomitantem ad rectū usum eius: quemadmodum clauis potestatis requirit aliquā iustitiam ad rectum eius usum. tamen sicut potestas rectè iudicandi potest esse sine iustitia: & ideo non est iustitia: ita & auctoritas cognoscendi potest esse in aliquo sine discretione, & sciētia. Et ita oportet intelligere magistrum: quòd clauis scientiæ sit scientia discernēdi, idest quòd scientia requiritur ad rectum usū clauis illius: non simpliciter ut clauis in sit. Quòd si aliter magister intellexit: fuit alterius opiniōis, & minus probabilis: ut dicetur dist. seq. Cur autē hęc clauis magis dicitur clauis scientiæ, quàm altera clauis iustitiæ. Sco. assignat hanc rationem: quia licet utraq; clauis sit potestatis. illa discernendi: ista soluendi, & ligandi: tamen prima dicitur scientiæ ad differentiam secundæ: quia prima nunquam exit in actum: siue bene, siue malè sine cognitione: & omnis cognitio dicitur scientia communi uocabulo: licet non scientia habitualis. Non enim potest aliquis discernere sine cognitione: & ideo semper est actus scientiæ. Secūda autem potest exire in actum sine iustitia: licet indebitè: ideo non potest dici clauis iustitiæ. Retinet ergo nomen generale potestatis: sicut in multis consuetum est, ꝙ dum speciei non est nomen impositū: retinet nomē gñris: sicut fortitudo dr̄ uirtus licet uirtus sit genus Sap. viii. Sobrietatem, & prudentiam do

Clauis scientiæ non est scientia sed potestas discernendi.

cet iustitiam, & uirtutem idest fortitudinem. ¶ Quintò rememorandum, quod supra dist. xiiii. q. ii. tractatum est: scilicet an per sacramentum pœnitentiæ remittatur culpa. Vbi recitatæ sunt duæ opi. ūna magistrialia Scoti, secundum quas uariatur responsio ad quæstionem. Nā secundum opi. Sco. qui tenet, quòd per sacramentum pœnitentię in termino ab solutiōis (remoto obice) remittitur peccatum uigore absolutionis sacramentalis: facile respondetur ad q. per duas conclusiones eiusdem. ¶ Prima: quòd sacerdos, per clauem potestatis ministrando sacramentum pœnitentiæ delet peccati maculam, & mortis æternæ pęnam: siue hæc duo sint: siue unum, de quo supra dist. xiiii. q. i. Delet autem non principaliter, quod solius dei est: sed instrumentaliter. Non quidem attingendum illū effectum: neq; uirtute propria neq; alterius, sed attingendo aliquid præuium, ꝙ est dispositio necessitans ad illum effectum, scilicet remissionem maculę, & pęnæ æternæ. Necessitans inquam, ex pactione diuina. Tale enim agens causans dispositionem necessariā ad terminū, dicitur agens instrumentale secundum eum sicut est de alterante, & generāte. Ad auctoritates per magistrum adductas, quòd sacerdos ostendit absolutum &c. dicit, quod uerum est, quod hoc facit sacerdos: sed non hoc solum: sed hic ostendit, quòd illa ostensio est dispositio præuia necessitans ad id, quod ostenditur. ¶ Secunda conclusio eiusdem. Sacerdos absoluendo: & pœnam temporalem taxando remittit aliquid pęnæ clane non errante. Errat autem clauis: quādo aliquid determinat extra totam latitudinem iustitiæ punitiuæ: unde dicit. Sicut in aliis commutationibus iustitia commutatiua habet aliquā latitudinē, ita quòd non respicit necessariò indiuisibilem gradum: sed medium rectę rationis. Ita iustitia punitiua, quæ est quædam commutatio pęnæ pro culpa: non respicit necessariò indiuisibilem gradum pœnæ correspondentem huic culpæ, sed ē ibi aliqua latitudo, infra quam pęna minor non sufficit, & ultra quam pœnā maior

Not. 5. An per sacramētum pœn. remittatur culpa.

Cōcl. 1.

Cōcl. 2.

maior non est imponenda: manēs ergo infra illam latitudinem non errat: licet non attingat pūctuale medium. Et ideo eius iudicium a deo approbatur, & maior pœna a deo non exigitur. Et per hunc modum si taxat citra pūctuale medium: manens tamen in illa latitudine, aliquid ui clauium remittit de pœna tēporali: quia illud, in quo deficit a medio punctuali. Et in hoc non discordat à magistro.

Not. 6. F ¶ Vltimò notandum; quantum ad illum articulum: φ usus clauium non ē, nisi in sacrāli absolutione. Nam clauis, ut dictū est: est potestas ligandi, & soluēdi. Hæc autē dumtaxat exercetur in sacramento pęnitentiæ: scilicet in absolutione confitentis. Ideo idem est quærere, an potestas clauium se extendat ad remissionem reatus, & pęnæ. Et quærere utrum per sacramentum pęnitentiæ remittatur pęna, & culpa. Et quantum ad secundum, responsum est supra dist. xiiij. q. ii. quę satisfacit etiam pręsenti q̄stioni. Ideo breuius hic respondetur supponendo hic ibi determinata. Hæc de articulo primo.

Vsus clauium ē, in absolutione peccatoris.

Arti. 2. Cōcl. 1. G ¶ Quantum ad articulū secundum est prima conclusio. Potestas clauium extendit se ad peccatum, & pęnæ remissionem inquantum eius usus in uoto requiritur ad contritionis perfectionem. In hac conclusione pęnæ omnes concordant. Et probatur: illud extēdit se ad remissionem peccati, & pœnæ, sine qua non remittitur peccatum, nec pęna peccato debita: sed uotum suscipiendi sacramentum pęnitentiæ est huiusmodi: ergo. Consequentia nota cum maiore. Minor probatur: quia peccatū non remittitur nisi per contritionem, aut sacramentum pœnitentiæ in actu: in contritione autem clauditur uotum suscipiendi sacramentum. Non enim est contritio perfecta, nisi adsit uotū, idest uoluntas, & propositum confitendi, & suscipiendi sacramentalem absolutionē: ut frequenter dictum est. Similiter in sacramento in actu includitur uotū confitendi &c. quia nemo confitetur nolens.

Potestas clauium extēdit se ad peccatum, & ad pęnæ remissionem.

Cōcl. 2. H ¶ Secunda conclusio. Potestas clauium non extendit se ad remissionem peccati, aut reatus pęnæ æternæ, ut causa principalis: neq; ut causa sine qua non, siue instrumentalis. Hæc conclusio probatur: quia nihil est causa effectus, quem præsupponit: cum causa sit naturaliter prior causato: sed potestas clauium, quæ exercetur absolutione sacramentali cōfitentis, præsupponit remissionem peccati, ut ritè fiat: & ut habeat effectum sacramentalem: ergo non est cā remissionis peccati. Consequentia nota cū maiore. Minor probata est supra distin. xiiij. q. ij. Nam absolutio, ut ritè impendatur: præsupponit contritionem in absoluendo: alioquin nihil operatur: nec sufficit attritio: ut satis probatum est contra tertiam opi. ibidem recitatam: sed per contritionem peccatum iam remissum est: ergo. Præterea: nihil est causa effectus cuiusdam, quò non existente nihilominus sequitur effectus propter alterius causæ præsentiam, qua non præsente, effectus non sequitur quocunq; alio præsente, sed sic est de absolutione sacramentali, in qua est usus clauium respectu remissionis peccati: ergo nullo modo est eius causa. Consequentia nota. Maior patet ex diffinitione causæ posita dist. j. huius quarti. q. j. Et minor probatur: quia confitens contritus consequitur remissionem peccatorum: etiam si non absoluitur sacramentaliter. Et si desit contritio: peccatum non remittitur, quantumcunq; sacramentaliter absoluatur: ubi supra distin. xiiii. deductum est: igitur. ¶ Et si dicis cōfitens pōt cōteri in instanti, quo absolutio sacramentalis habet effectum: & tunc peccatum remittitur simul uigore contritionis, & sacramentalis absolutionis: & ita absolutio erit causa remissionis peccati: saltē partialis instrumentalis, & sine qua non, & ita conclusio non erit uniuersaliter uera. Respondetur φ admisso casu in illo instanti absolutio non est causa partialis remissionis peccati: quia remissio non sequitur ad esse absolutionis. Quoniam si non esset: nec fuisset: nihilominus sequitur remissio peccati in instanti contritionis. Sed in casu bene est causa partialis cum contritione sine qua nō primæ gratiæ. Intelligendo per primam

Prīscla[uiū] non extēdit se ad remissionē pcti, aut reatus pœnæ æternæ.

bet aliquid pęnę tantum: quantū precedens, donec tota pena tollatur. Ad rōnem in oppositum; quidam refugiunt ad partes eiusdem proportionis: ut si prima absolutio abstulit medietatē pęnæ temporalis, quā inuenit: secūda similiter medietatē pęnę, quā ipsa inuenit: & ita de sequentibus absolutionibus. Et quia sic procedendo semper manet medietas: nunquā tollitur tota pęna: quia infinitæ sunt partes eiusdem proportionis: eo φ omne continuum est diuisibile in semper diuisibilia. Sed illa solutio non uidetur sufficere: quia cum secūda absolutio est eiusdem rationis cum prima: non est ratio; quare non aufert pęnā tātę quantitatis, quantę prima: nec uidetur inconueniens: φ per multiplicatas absolutiones tota pęna auferatur: sicut quandoq; per solam cōtritionem tota pęna remittitur sine alia satisfactione. Et secūdum hūc modum nihil melius, quā semper eadem peccata confiteri: donec post centesimam, uel millesimā absolutionem tota pęna remitteretur. ¶ Alia est opinio, Q quā Sco. probabiliorē reputat: φ secūda Opinio Scoti. absolutio uirtute clauiū nullā partē pęnæ remittat: quia illud iudiciū semel latū sine errore, deus ratificat in cęlis, qd̄ est irreuocabile: ergo rationabile est: φ sit irreiterabile: non φ nō possit iterari sine peccato: sed quòd non est iterabile cum tali fructu. Et adducit simile de sententijs in foro litigioso, quibus absoluũtur accusati: nam post sententiam non fit accusatio noua: nec datur noua sentētia absolutoria in una, eadéq; causa: sic semel data sententia iusta per sacerdotē in eadē causa: meritis causæ nō mutatis: sententia nō est mutāda: sed prior data manet: alioquin fuisset iniusta ¶ Si dicis per nouā cōfessionem meritū causæ mutatur: quia accedit noua confessio, quæ habet annexam nouā uerecundiā. Etiā quia confessio est opus bonū, cōfitendo iteratò idem peccatū acquirit nouū meritum: similiter confitendo, & rememorando peccata prius confessa: elicit nouā cōtritionē: & ideo causa nō manet eadem: nec idē meritū causę iudicādę. Respōdetur. φ per nouā cōfessionē uerecūdiā, cōtritionē, non mutatur meritū causæ pro qua datur sententia: quoniā sentētia cōfessoris non datur nisi de peccatis cōmissis, nō de meritis. Sententia. n. cōfessoris, quæ est absolutio a peccatis: nō est præmeritoria boni operis. Vnde non negat hæc opi. quin per illa noua merita tāquā per opera satisfactoria aliquid pęnæ temporalis, uel etiā tota tollatur, ac remittatur. Sed hęc remissio non fit ui clauiū: sed uirtute operationū satisfactoriarū: sicut etiā fieret per alia opera satisfactoria. Et huic opin. magis cōsentio sup. dist. xvii. q. j. Et per hoc ad rationes ante oppositū. Ad auctoritatē beati Augusti. dicitur: φ Aug. nō attribuit remissionem pęnæ sæpius confitentis uirtuti clauium: sed uerecundiæ: quę (ut ait) est opus multum satisfactorium: quod hæc opin. nō negat: ut dictū est. Non aūt dicit Aug. φ hanc pęnæ remissionem operetur uirtus clauiū sine secūda sentētia sacerdotis. Dubiū. n. non est; quin per opera meritoria, & passiones pro peccatis assumptas, aut patienter toleratas pęna remanens post sacerdotis absolutionē, remittatur sine noua sententia, & absolutione sacerdotis. Nec minuitur remissio: nec augetur propter secundam sententiam: & ideo in illa remissione nō operatur uis clauiū, sed satisfacientis meritum. ¶ Ad rationem dicitur: φ licet secunda sententia sit eiusdem rationis cū prima: quia tamen effectū plenū habuit in prima: non habet aliū effectū secundò prolata. Sicut etiam si post totius pęnæ remissionem, adhuc confiteretur pctōr eadem peccata, quæ prius, & iterum absolueretur. Ista iterata absolutio non haberet effectum: nō propter minorem uim clauium: sed quia iā plenum habuit effectum in prima. ¶ Cui placet prima opin. posset dicere ad rationem post oppositum: φ illatum non est inconueniens. Sicut enim per multiplicata satisfactoria opera, potest tolli tota pęna debita: ita per multiplicatas absolutiones. Et si dicitur: tunc quilibet sacerdos posset subditum absoluere a pęna, & culpa: quod solius papæ est: dicitur: φ hoc non est inconueniens particulariter in

casibus sibi concessis: sed nō reseruatis. Papa autem solus pōt hoc uniuersaliter.

QVAESTIO II.

A QVAERITVR secundò circa ultimam partem tertiæ conclusionis textualis de excō municatione. Vtrū uirtute clauium ecclesiæ, homo possit hominē excōmunicare. ¶ Tribus articulis quæstio resoluetur: terminorū declarationibus: responsiuis conclusionibus: & dubiorū solutionibus. ¶ Quātū ad primum notandū: φ excōmunicatio dicitur quasi extra cōmunionem positio: exclusio, uel separatio. Est autem secūdū Alex. de hales parte iiii. q. lxxxi. memb. ii. & sanctū Bona. triplex cōmunio. Quedā est merē spiritualiter, & interior quantū ad charitatem, & dilectionē, quæ esse debet omnium uiatorū ad inuicem, secūdū quā præceptum est unicuiq; diligere proximū suum, sicut seipsum. In cuius executione est totius legis diuinæ impletio: ut dicit apostolus. Qui proxi. dili. legem adimple. ad Rom. xiii. Et ab illa communione nullus uiator excludēdus est, siue fidelis sit, siue infidel. sicut nullus uiator est non proximus. Et ideo excōmunicatio, de qua hoc loquimur: nullū ab hac communione separat. ¶ Secunda est cōmunio merē corporalis, in actibus. s. legitimis, qui ponuntur quinq; scilicet hic uersus. Os, orare, uale, communio, mēsa negatur. Os, id est osculū. Oratio maximē in publico. Vale. i. salutatio. Communio sacramentorum, & mensa corporalis refectionis, ut exponit sanctus Tho. ¶ Tertia est quasi media inter utrasq;, & est communio in sacramentorum participatione. i. susceptione & maximē eucharistiæ. Primam communionem nō excludit excōmunicatio: ut dictum est. Tertiam excludit excommunicatio minor, quæ comitatur quodlibet mortale peccatum. Secundam tollit excommunicatio maior: quia ista includit minorem: nullus enim excluditur a communione exteriorum actuum: quin simul excludatur a communione sacramentorū. Excludit autem excōmunicatio a communione non corporaliter per detentionē, uel incarcerationē: sed per prohibitionem: ne cōmunicet cū aliis: nec alii cū eo: ut dicit Scot. Quā prohibitionē; qui transgreditur, nouo peccato inobedientiæ inuoluitur. Et secundum hæc excommunicatio quandoq; diffinitur, ut accipitur pro excōmunicatione maiori tantū, quę propriē dicitur excōmunicatio. Et uerbū excōmunico, in cōmuni locutione solū accipitur pro maiore. Quādoq; generalius: ut extendit se ad utrāq; maiorē, & minorē. ¶ Primo modo sic describitur excōmunicatio: est cēsura a canone, uel iudice ecclesiastico prolata priuans a cōmuoione hominū, & sacramentorū. ¶ Dicitur censura. i. pœna quę ponitur pro genere: lata. i. inflicta a canone: ut dū cōstitutio ecclesiæ hanc pœnā infligit transgressori ipso facto: ut quādo ecclesia per aliquā cōstitutionē prohibet cōmunionē incidēti certū crimē ita ut dū cōstiterit ipsum tali crimine obnoxiū: statim sine alio mādato iudicis, cēseī a cōione fideliū exclusus. ¶ Dicit uel a iudice: ut dū nō a iure susceptio: sed p sentēriā iudicis cōione priuaī. ¶ Dicit ecclesiastico: quia separatio, quæ fit per iudicem secularem, nō meretur dici excōmunicatio: ut hic accipitur. ¶ Dicitur priuans. s. prohibendo eū a cōmunione hominum: ubi innuitur excommunicatio maior. Additur & sacramentorum: quia ab utroq; excludit. ¶ Si diffinire placet excommunicationem minorem, dimittatur hominū: & dicatur a communione sacramentorum tantum. Aliter diffiniūt alii, & redit in idē. Excommunicatio est separatio a communione ecclesiæ quoad fructū, & suffragia generalia. Per fructum intelligitur consortium temporale, & communio fidelium: per generalia suffragia perceptio sacramentorum secundum Pet. de pal. Vel etiam sic diffinitur. Excommunicatio est a qualibet licita cōmunione. s. diuinorum, & actu legitimo. s. politico separatio. Has ponit sanctus Thom. post Host. parte. v. de sententia excommunicationis: & utraq; datur de excōicatione maiori. Excōmunicatio in genere

Arti. 1. Nota. 1 Interp̄tatio nominis excōmunicatio, & qd̄ triplex est communio.

B Duplex excōicatio maior, & minor.

at includit maiorē, & minorē: est separatio hominis a cōmunione legitima sacramētorū. Legitima cōmunio sacramētorū est, qua quis participat sacramētis sine nouo pctō mortali. Illā cōionē priuat quęlibet excōicatio: tā maior, quā minor: ut dictū est. Minor aūt tantū ab illa & non a cōibus ecclesię suffragijs: neq; a legitimis actibus humanis: siue in ecclesia, siue extra: siue in publicis, siue priuatis: dūtaxat a legitima, siue digna perceptione sacramentorū: ut in c. Si celebrat. de cle. excōm. ¶ Ex quo sequitur: ꝙ omnis peccans mortaliter incidit ex cōmunicationem minorē. Patet: quia nullus talis potest manens in pctō mortali digne suscipere sacramētum: quinimmo sic suscipiens peccat nouo pctō mortali faciendo irreuerentiā sacramētorū: ut sup. dictū est dist. j. q. j. ¶ Secundō notandū: ꝙ secundū Scot. dist presenti in ecclesia est duplex forus. Vnus secretissimus: in quo idē ē accusator, & reus: qui dicitur forus animæ uel forus pœnitētiæ. Et ad istum forū pertinēt claues, de quibus dictum est. q. precedēti. Alius est forus publicus: qa ecclesia habet auctoritatem corrigendi delicta publica. Et ad hunc requiritur etiā duplex auctoritas: s. cognoscēdi, & iudicādi: sicut in priori foro. In omni. n. foro ad iudiciū rectum requiritur cognitio in causa illa: & sentētiatio. Et hæc potestas siue auctoritas, secūdū Alex. parte iiii. q. lxxxi mēb. iiii. ar. j. & secundū sanctū Bona. dicit gladius spūalis. xvi. q. ii. uisis. in fi. ubi excōicatio nominaē mucro epalis: pōt tamen etiam dici clauis ecclesiæ: qa ēt illa clauditur, & aperitur ecclesia. Tñ istę claues non sunt eiusdē rōnis cū prioribus: & possunt separari ab eis: ut patet in habentibus iurisdictionē sine sacerdotio: ut in archidiaconis, & quibusdā alijs habentibus iurisdictionē secūdū ordinationem ecclesiæ sine ordine sacerdotali. hi. n. habent claues illas potestatē. s. excōicādi: & excōicatos absoluendi, & nō absoluēdi, & ligādi in foro pęnitentiæ: & econuerso. sicut in cōmunibus sacerdotibus, quibus nō est data ista ptās excōmunicādi, & ab excōmunicatione absoluendi: licet oēs eū ordine sacerdotali receperint primas claues. ¶ Tertiō notādū: ꝙ excōicatio secūdū se nō est nociua excōmunicato: licet sit grauissima pęna, q̄ ecclesia pōt inferre: ut dicitur. xxiiii. q. iii. corripiātur. & est bti Aug. Corripiant a ppositis suis subditi correctionibus de charitate uenientibus pro culparū diuersitate, diuersis, uel minoribus, uel amplioribus. Et sequitur ad ppositū. Quia ipsa, quæ dānatio nominatur, q̄ facit episcopale iudiciū, qua pęna in ecclesia nulla maior est: pōt, si deus uoluerit, in correctionē saluberrimā cedere, atq; pficere. Est. n. medicinalis: ut in c. medicinalis. de sen. excō. lib. vi ubi dicit. Cū medicinalis sit excōicatio nō mortalis, disciplinās, non eradicās: dū tñ is, in quē lata fuerit, non cōtēnat: cautē prouideat iudex ecclesiasticus: ut in ea ferenda, ostendat se prosequi, quod corrigētis fuerit, & medētis. Hæc Inno. iii. Est quoq; p charitate, nō contra charitatē: quoniā correctio est pctōris: omnis aūt correctio ex charitate procedere debet: sicut operatio medētis, quę fit ad sanitatem infirmitatis: ut in de. xxiiii. q. iii. notādum dicitur. Qui excōmunicatē: ut apostolus ait: ad hoc excōmunicatur, ut spūs saluus fiat in die dñi: disciplina est excōmunicatio, & nō eradicatio: nisi forte ex cōtēptu, & supbia excommunicati proueniat. Vnde sanctus Bonauent. post Alex. parte. iiij. q. lxxxi. membro ii. in medicinalibus duplex est modus curandi, scilicet per medicamenta lenientia: & per medicamenta exasperantia. Curatur enim aliquis per emplastri appositionem: aliquis per sectionē. Sic in moralibus est duplex modus corrigendi. Vnus per dulces monitiones. Alius per asperas increpationes. Et hoc secundum duo genera hominum: quia quidā sunt tractabiles, & placabiles: qdā duri, & rebelles. Sic in diuinis, & ecclesiasticis iudicijs, in quibus est instructio, correptio, & curatio: duplex reperitur modus instruendi, corrigendi, & curandi. Quemadmodum ergo qui non curantur per emplastrum: apponitur uulnus, & cauterium: sic iniutis, & incorrigibilibus sic

Coroll. (margin)

Nota 2. C In ecclesia ē duplex forus. (margin)

Nota 3. D Excōicatio ex se non est nociua. (margin)

Duplex medicina. (margin)

Duplex correctio. (margin)

correctio per flagellũ: sic esse oportuit in ecclesiæ rectoribus. Et ideo dñs institutor, & fundator ecclesię eidem nõ dedit tantũ medicamenta sacramẽtorũ ad curãdũ accedentes: sed etiã gladiũ spũs, q̃ est uerbũ dei, & potestatem amputãdi, & resecandi cõtemptores, & rebelles. Et secũdũ eundem.q.ij.parte.ii.huius diff. sicut duplex est medicina: quædã pręseruatiua: quędam curatiua: sic duplex est excõmunicatio: quędã est a iure: quædã a iudice: ut sup.tactũ est. Prima est pręseruatiua: secũda curatiua. Prima fertur principaliter a iure ad cauendũ culpam. est.n.quędam cõminatio, ne culpa committatur. Secunda principaliter fertur ad frangendum cõtumaciam: ut qui nõ potest trahi pijs admonitionibus, metu pęnæ cõpellatur: secundũ illud christi. Compelle intrare. ¶ Ex his sequuntur aliqua corollaria. Primum: q̃ pro leuibus peccatis: puta uenialibus, & etiã pro leuioribus mortalibus non est ferenda excommunicatio. Patet: quia ad medendum illa sufficiunt leuiora medicamenta: puta ipsa sacramenta: sed ferenda est contra peccata grauiora: ubi propter indispositionem, & duriciam cordis illa non sufficiunt: nam ubi morbus cauerr potest leuioribus medicinis: non est utẽdum cauterio. ¶ Secundo sequitur; q̃ excommunicatio tãtummodo pro mortali: nec tamen pro quolibet mortali: sed pro eo tantum, quod aliter corrigi non potest: puta cui annexa est cõtumacia: infligenda est. Hinc xi.q.iii.nemo episcoporum dicitur. Anathema æternæ est mortis damnatio, & non nisi pro mortali imponi debet crimine: & illis qui aliter non potuerint corrigi. Huius autem incorrigibilitatis signum est contumacia. Solus enim contumax ce fugit correctionem. Hic enim est, qui ecclesiam contemnit audire. Ponuntur autem tres modi contumaciæ in c. certum est.ea.quæst. Primum; cum quis uocatus uenire contemnit. Secundus, si ueniens respuit obedire. Tertius, si ante causæ diffinitionem recedit. Et intelligendum, nisi in aliquo prædictorum habeat legitimam excusationem.

Corol. 1. E p morta lib. gra uioribus est fulminanda excommunicatio.

Corol. 2.

Ideo dicitur contemnit, & respuit: quod temeritatem importat: & excusationẽ, ac exceptionem legitimam excludit. Et probatur ratione: quoniam nullus præscindendus est ab ecclesia a communione, & corpore ecclesiæ, quę est corpus christi, nisi quem deus præscindit: quoniam iudicium ecclesiæ quatenus ratum sit, & efficax: concordare debet iudicio diuino: deus autem nullum pręscindit, nisi propter mortale pctm̃. Peccata n. uenialia gratiã nõ tollũt: neq; charitatem, per quã christo incorporamur. Vnde quãdo ex alia causa quis excõmunicaret: puta sine pctõ mortali, & cõtumacia, uera, uel pręsumpta: excõicatio esset iniusta. ¶ Ex quo Petrus de pal.dis. pręsenti.q.j.art.ij.conclusione ij. notabile dictũ elicit dicens. Cũ sententia iuris nõ est iniusta, põt ita formare homo cõscientiam suam; q̃ ubi non peccat mortaliter: nunquam incurrit sententiam iuris: quia iniuria dicitur esse omne, quod non iure fit. Non debet autem, unde iura nascuntur, inde nasci iniuriæ occasio: unde cum sit iniuriosa excommunicatio, quę fertur non pro mortali: non est sententia iuris: ubi non est mortale. Et addit ibidem in conclusione tertia: q̃ cũ hoc requiritur cõtumacia, quę est signum incorrigibilitatis, quęcũq; sit. ¶ Tertio sequitur: q̃ per excõicationem non auferuntur bona spiritualia: sed ea fore ablata declarãtur: nec ecclesia dãnificat: sed ostendit damnificatum. Vnde sanctus Bonauent. Ecclesia non dãnificat: sed ille, qui peccat, & est contumax seipsum damnificat. Sed ecclesia ostendit eum damnificatum: ut sic saltem malum suum erubescat, & deserat. Et si quodammodo magis damnificaret: hęc aggrauatio damni ad utilitatem ipsius finaliter, secundum intentionem ecclesiæ ordinatur. Nocet .n. sacramentorum communio, ac participatio his, qui sunt in mortali, de quo nolũt resipiscere per pœnitentiam, uolentes autem redire statim recipit ecclesia. Vnde Chrysost. super epistolam ad Heb. (& habetur xi. quęst. iii.nemo) Nemo (ait) cõtẽnat ecclesiastica uincula. Non enim

Corol. 3. F Per excõmunicationẽ nõ auferuntur bona spũalia.

n. homo est, qui ligat: sed christus, q hác potestatē dedit. Nec obstat: ꝙ excōmunicatio ē ęternę mortis dānatio: ut sup. dictū est. Neq; ꝙ excōmunicatus traditur sathanę (ut dicit Aug. in de uerbis apostoli. Omnis christianus dilectissimi, qui a sacerdotibus excōmunicatur, sathanę traditur: quia. s. extra ecclesiā sathanas est: sicut in ecclesia christus: ac ꝑ hoc quasi diabolo traditur, qui ab ecclesiastica cōmunione remouetur. ea. q. omnis christianus.) Quoniā nō est hoc intelligendū effectiue: sed ostēsiue. i. uel en dicitur damnatus, & sathanæ traditus. Sic nec excluditur effectiue per excōmunicationē a sacramētorū perceptione: qm iā per mortale pctūm exclusus est: ita ꝙ eis utiliter, & licite uti non pōt. Sed per excōmunicationem prohibetur: ne hoc agat, quod agere non debet, nec utiliter pōt. Vel dicitur: ꝙ excōmunicatio est ęternę mortis dānatio: quādo cōtemnit: alias non. Sic etiā per excōmunicationē sathanę traditur: nō ad lęsionem animę: sed ad affligendū corpus. Nā diabolus, ut dicit sanctus Bonau. sathan tortor est non tantū animarū, sed & corporū. Tradere autem tortori dupliciter cōtingit: aut exponendo torquendū per cessationem a protectione: aut iubēdo tortorē, ut affligat. Excōmunicare itaq; secūdū præsentis ecclesiæ statutū: est sathanæ tradere ad torquendū corpus nō animā: non iubendo: sed exponendo, & protectionē excōmunicato subtrahendo. Subtrahit. n. suffragia, & sacramenta, quibus munitur homo contra hostis insidias. In tempore autem ecclesię primitiuę: quia dæmones apostolis subijciebātur: & manifestanda erat fides per miracula: excōmunicati nō tantū exponebātur: immo corporaliter ad mandatū apostolicū uexabantur. Et quidem decuit in principio ecclesię fieri ad terrorem: & propter excellentiam apostolorum. Sed nec tunc, nec nunc per excommunicationem traduntur sathanæ ad lęsionem animæ: sed magis ut per uexationem corporis conuertantur, & redeant: ut salui fiant. Hinc apostolus. j. Corinth. v. Iudicaui eum, qui sic operatus est (uxorem. s. patris sui, polluendo) tradere sathanæ in interitū carnis: ut spiritus saluus sit in die dñi. i. iudicij, uel mortis. Et. j. Timot. j. Conscientiā bonā quidā repellentes circa fidem naufragauerunt, ex quibus est Hymeneus, & Alexāder, quos tradidi sathanę: ut discant nō blasphemare. Ecce ad quid apostolus excōmunicādo tradidit sathanæ: ut uexati corpore, redeant ad pęnitentiā cessando a blasphemia, & peccatis secūdū spiritū salui fiāt. ¶ Quartō sequitur: ꝙ nullus pro dāno, aut iniuria tēporali excōmunicatur: sed ꝑ mortali peccato, quod iniurando commisit: in quo pertinaciter, & cōtumaciter perseuerat: immo uero pro sola cōtumacia: quia uocatus, & monitus ecclesiæ parere cōtēnit. Patet: quoniā nullus excōmunicādus est a iudice, nisi prius peremptoriē citatus, & monitus: alioquin excōmunicatio esset nulla: ut inf. dicet. Et si pareat iudici, etiā quātūcūq; fuerit pctūm & offensa: nō excōmunicař. Et si incidit excōmunicationē propter contumaciā, per quā nō audiuit ecclesiā excōmunicātē: uel per cōstitutionem iuris: uel sententiā iudicis rediens a cōtumacia ad obedientiā statim absoluit: nulli. n. pia mater ecclesia (sicut nec sponsus suus) claudit misericordię gremium. ¶ Quintō sequitur: ꝙ nullus excōmunicādus est maiori excōmunicatione, nisi seipsum prius ex cōmunicauerit excōmunicatione minori. Patet: nullus excōmunicādus est, nisi ꝓpter pctūm mortale: ut dictū est: sed ōis pctōr mortaliter est excōmunicatus minori excōicatione: q a licita cōmunione sacramētorū priuatus: ergo corollariū uerū. ¶ Et si dicis: excōmunicatio est quędā maledictio: sed nullus est maledicendus. Rom. xij. Benedicite persequētibus uos: & nolite maledicere. Nam & Michael altercans cū diabolo de corpore Moysi: non est ausus iudiciū blasphemię inferre diabolo, siue maledictionis: sed dixit: imperet tibi deus: ut habet Iudæ. c. unico. Cū ergo excōmunicatio sit grauius maledictio: & in executorialibus literis multæ maledictiones inseruntur contra excommunicatos: sequitur: ꝙ illicitum sit aliquē excōmunicare. Respōdetur post

Coroll. 4. Nullus ꝑ dāno, aut iniuria tpali excommunicatur.

Coroll. 5. Nullus excommunicādus excōmunicatione maiori quomō.

Replica

Tho. q maledictio, q̃ est imprecatio malorũ dupliciter põt fieri. Vno modo intentione ibi sistendi; ut dum quis ex ira, uel odio imprecatur mala psonę: nõ in bonũ personæ: sed in malũ eius appetitu uindictę, uel inuidię. Et hoc modo omnibus modis prohibita est. & de hac loquit apostolus. Alio mõ fit imprecatio malorũ in bonũ eius, cui imprecat. l. ut p hoc mala corrigat, & correctus a peioribus pseruetur, uel liberetur; sicut medicus secat, & abscindit mẽbrũ: ut uitã cõseruet. Et hoc mõ maledictio qñq; est licita, & salutifera: puta quãdo is, qui maledicit, aliter seruari nõ põt: & talis est excõmunicatio. Et quia diabolus incorrigibilis est: & maledictio in bonũ eius dirigi nõ põt: nec debet tanquã iã iudicati a deo irreuocabili sententia: nõ est maledicendus. Et per hoc patet solutio replicæ.

Arti. 2. Cõcl. 1. G In ecclesia est ptãs ex cõmunicandi.

¶ Quantũ ad articulũ secundũ est prima cõclusio. Ecclesia militãs habet potestatẽ per hominẽ excõicãdi hominẽ. Hæc cõclusio probatur auctoritate, & ratione. Auctoritate christi Matth. xviii. Si peccauerit in te frater tuus &c. sequitur. Si ecclesiã nõ audierit: sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Sed ethnici, & publicani extra cõmunionẽ fideliũ reputãtur. Irẽ paulus. j. Cor. v. publicũ fornicatorẽ sathanę tradidit ut sup. allegatum est: sed hæc traditio sathanę est excõmunicatio: ergo paulus, qui hõ fuit, hominẽ excõmunicauit. Et hoc se fecisse scripsit ad imitationẽ sui. Et sequitur. Cum huiusmodi nec cibũ sumere. Itẽ. j. Timo. j. excõmunicauit Hymenęũ, & Alexandrum: ut sup. tactum est. Item ad Galath. j. Si quis uobis euangelizauerit præter illud, quod accepistis, anathema sit. Anathema, quod separatio sonat: est excõmunicatio maior. Item. j. Corinth. ultimo. Si quis non amat dominũ nostrũ iesum christũ, sit anathema. Et Ioã. in ii. canon. loquens de hæreticis dicit. Si quis uenit ad uos: & hanc doctrinam non affert: nolite recipere eum in domum: nec aue ei dixeritis: qui enim dixerit ei aue: communicat eius operibus malignis. Quibus uerbis aperte prohibet communionem malignorum. Hæc prohibitio est excommunicatio. Ratione idem probatur. Christus ordinans regimen ecclesię (quod beato Petro cõmisit. Ioann. ultimo. Pasce oues meas) dedit omnem potestatem ad bonum, & utile regimen ecclesiæ necessariam: sed potestas excõmunicandi hominem necessaria est, & utilis tam ei, qui excommunicatur, quã ipsi ecclesiæ: ergo. Minor probatur: quia utile est ei, quem beneficia: & monitiones piæ non corrigunt: timor pœnę, & confusionis suæ coerceat: ut a malo resipiscat, & non pereat. Vtile est etiam ecclesiæ. i. congregationi fidelium: ut ouis morbida insanabilis: & membrum putridum separentur ab ouili, & corpore: ne sua pestifera contagione (quæ sana fuit) inficiant: sicut in naturalibus, & medicinalibus fieri solet. Hæc autem separatio, & abscissio fit per excommunicationem: ergo. Hinc beatus Hieron. & habetur xxiiii. q. iii. resecandæ. Resecandæ sunt putridæ carnes: & scabiosa ouis a caulis repellenda: ne tota domus, massa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intereant. Arrius in Alexandria una scintilla fuit: sed quoniam non statim oppressus est, per totum orbem eius flamma populata est. ¶ Secunda cõclusio: quãuis potestas excommunicandi, & potestas ab excommunicatione absoluendi, dici possunt claues ecclesiæ: nõ tamen sunt eiusdẽ rationis cũ clauibus soluendi, & ligandi in foro pœnitentiæ. Ista conclusio satis probata est in secundo notabili: nec eget alia probatione.

Cõcl. 2. H

¶ Tertia cõclusio: Omnis ecclesiasticus non excommunicatus, nec suspensus, habens iurisdictionem coerciuam põt in subditos suos contumaces ferre excommunicationis sententiam. Hanc conclusionẽ declarat, & probat sanctus Bonau. dist. pręsenti sic. Quicũq; in ecclesia habet potestatẽ soluendi, & ligandi: habet eam a christo mediate, uel immediate: qui potestatem cõtulit apostolis: & præcipue petro, cui utrãq; contulit potestatẽ ligandi, & soluendi in utroq; foro pœnitentiali, & exteriori iudiciali. Prima potestas in foro pœnitentiali respicit ot

Cõcl. 3. Ois ecclesiastĩ cus habẽs iurisdictionẽ coerciuã põt excõmunicare.

dinem: secunda prelationē. Prima aditū cœli aperit: & ideo recte dicitur clauis: secunda per cēsuram subditos coercet: ideo dicitur gladius. Prima potestas est arbitrandi inter deum, & hominem. Secunda uero inter hominem, & hominē. Prima: quoniā collata est petro, ut sacerdoti, descendit in omnes sacerdotes: quāuis nō omnes habeant executionē. Secunda: quia collata est petro, ut prelato: descendit in oēs personas ecclesiasticas, quę habēt prelationē siue iurisdictionē coerciuā. i. iudicij exterioris cōtentiosi. Vnde qui habet iurisdictionē ordinariā in iudicādo aliquos, habet potestatē coercēdi eos per cēsurā ecclesiasticā: ut iudiciū eorū inuiolabiliter obseruet. Et qm̄ iurisdictionē talem nō solū hn̄t habētes claues ordinis, sed ēt nō habētes ordinem: & hoc uel ex iure, uel ex cōsuetudine: ut Archidiaconi, & quędā capitula: iudices delegati: episcopi electi nōdum consecrati: & quidam alij, de quibus particularius pertinet ad canonistas. Ideo possunt excōmunicare, & soluere ab excōmunicatione. Qui uero nō habēt iurisdictionem coerciuā: licet habeāt claues ordinis, sicut sacerdotes simplices: tamē non possunt excōmunicare: nisi per commissionem: uel nisi in casibus certis: ut ex consuetudine sacerdotes parochiales in furto, & rapinis: cōsuetudo enim dat iurisdictionē. ❡ Ex his potest probari conclusio: Iurisdictio fori exterioris (quæ exercetur etiam in inuitos) non est frustra, & sine effectu: ergo necessariō habet potestatem coercendi subiectos. Tenet consequentia: quia alias nulla esset executio sententię apud inuitos: & ita esset sine effectu: sed nulla coertio ecclesiastica est efficacior ea, quæ est per excōmunicationē: cū sit grauissima pęnarum huiusmodi: ergo potestas excōmunicandi annexa est iurisdictioni coerciuę. ❡ Dicitur notanter in conclusione, omnis ecclesiasticus ad excludendū iudices seculares, quibus hęc potestas non est tradita. ❡ Dicitur, non excommunicatus: quia ad excōmunicādū requirit̄ potestas libera, & nō ligata. Nunc aūt licet excōmunicatus habeat potestatē iurisdictionis: habet tñ ligatā: quia nō habet executionē eius, unde nō pōt alios excōicare. ❡ Dicitur, nec suspēsus: qđ intelligendū est de suspensione a iurisdictione. Est.n. quędā suspensio ab officio, & nō ab executiōe iurisdictiōis: & est quędā suspensio ab executione iurisdictionis & non ab officio, & est suspēsio ab utroq;. Primo modo suspensus nō posset celebrare: posset tamen excōmunicare. Secundo modo nō posset excōmunicare: posset tamē celebrare. Tertio mō suspensus neutrū posset. ❡ Dicit̄ habens iurisdictionē coerciuā propter simplices sacerdotes: ut dictum est. Et nō est cura siue illā habeant de iure, sicut ordinarij: siue ex speciali commissione: siue ex sola inducta cōsuetudine: dummodo tamen terminos suæ iurisdictionis non excedant. ❡ Dicitur, in subditos, quia in non subiectos non potest sententiam excōmunicationis fulminare: eo ꝙ sententia a non suo iudice lata est nulla: & nullus potest esse iudex nisi subiectorum suæ iurisdictioni. ❡ Dicitur, contumaces: quia ut supra ostensum est: nisi crimini adiuncta sit contumacia, quę signum est incorrigibilitatis: non est criminosus excommunicandus. ❡ Quarta conclusio: Excommunicationis censura non solum incurritur per sententaim iudicis: sed quandoq; ipso facto ex dispositione scripti iuris. Probatio secundæ partis conclusionis ostendit primam. Probatur igitur pars secundæ conclusionis: quoniam in iure scripto lata est sententia contra multos certa crimina committentes: ita ꝙ eo ipso, ꝙ talia committunt, excommunicati sunt: nec requiritur sententia iudicis eos excommunicā tis: sed ut uitentur ab omnibus, sufficit denuntiatio iudicis eos crimen cōmisisse declarantis. Reducuntur autem casus illi, in quibus de facto incurritur sententia secundum Pet. de palud. ad quinq; genera casuum. Primi respiciunt fidem catholicam, & scripturam sacram: ad hoc genus pertinet excommunicatio hæreticorum, & eorum fautorum, ac defensorum &c. Secundi respiciunt ecclesiam romanam. Tertij genera-

Triplex suspēsio

Cōcl. 4.

Excommunicatio incurritur. qñq; a iure.

liter libertatem ecclesiasticam. Quarti correctionem criminum. Quinti respiciunt casus simonis legati quantum ad regnum Franciæ. Istos casus late prosequuntur summistę: & Pe. de pal. q. iij. dist. præsenti. in multis articulis: ideo relinquuntur. ¶ Quinta conclusio. Nullus potest excommunicari ab homine iurisdictionem in eum non habente. Hęc cōclusio sequitur ex tertia a contrario sensu. Et patet: quia potestas excōmunicandi requirit iurisdictionē: ut sup. dictum est, ergo illa deficiente, deficit excōmunicatio. ¶ Sed est hic notandum: quod multipliciter quis consequitur iurisdictionem in aliū: quandoq; ex communi iuris dispositione, sicut ordinarij in sibi subiectos, quandoq; ex speciali cōmissione, sicut legati, & commissarij: quādoq; ex inducta consuetudine, sicut sacerdotes parochiani in certis casibus: quandoq; ex delicto, ue ordinarius in alienum peccantem in diœcesi sua: & forte alijs modis, de quo ad canonistas. Et qualitercūq; habet quis iurisdictionem in aliquem: est superior eius in eo, in quo habet iurisdictionem. ¶ Ex hac conclusione sequuntur aliqua corollaria. Primū: Nullus a seipso a pari, neq; ab inferiori inquantum huiusmodi potest excōmunicari. Patet: quia non subditus excōmunicari non potest ab eo, cuius non est subditus propter defectū iurisdictionis: siue sit non subditus iure communi, siue iure speciali: ut ex priuilegio, uel excēptione. Et hoc simpliciter, uel in casu. Et si in casu: intelligendū est in illo casu, in quo non est subditus: & non extra illum. De priuilegio tamen exemptionis sunt multæ, & distinctiones apud canonistas.

Cōcl. 5. Nullus pōt excōicari ab hōie nōhabēte potestatem.

Coroll. 1.

K

Nunc autem nullus est sibi ipsi subditus: sicut nec seipso superior. Sic nec par pari: quia par in parem non habet potestatem: multominus superior excōmunicari potest a suo inferiori: ut in cap. inferior. xxj. dist. ¶ Secundum: quod communitas ut tales excommunicari nō potest, licet singuli de cōmunitate excōmunicari possunt. Vnde si dicat iudex: excōmunico uniuersitatē. N. uel totū collegiū, aut conuentum: excōmunicatio est nulla. Idē est, si dicat. Excōmunico omnes, & singulos de tali uniuersitate: quoniā nihil aliud dicit, quā si diceret: excōico totā uniuersitatē: cū uniuersitas nihil aliud sit, quā omnes, & singuli de uniuersitate. Si uero dicat: excōmunico omnes de uniuersitate. N. qui fuerunt auctores huius criminis, uel consentientes: tenet excōmunicatio. Cuius ratio est: quia sic non cōtingit innocentē excōicari. Hoc corollarium probatur per. c. romana: de sen. excō. lib. vi. §. ult. ubi sic dicitur. In uniuersitatē, uel collegiū proferri excōmunicationis sententiam penitus prohibemus: uolentes animarū periculū uitare: quod exinde sequi posset: cū nonnūquam contingeret innoxios huiusmodi sententia irretiri: sed in illos duntaxat de collegio, uel uniuersitate, quos culpabiles esse constiterit. Sed hic quidam faciunt dubium, & querūt: quāuis excōmunicatio nō debeat ferri in uniuersitatē: attamen si fertur, an teneat. Et glos. uidetur sentire: quod sic: oppositum autem tenent communiter theologi. Et est ratio, quę etiam probat corollaria: nam secundū Pe. de pal. q. j. art. ii. dist. præsenti. sententia, quę cōtinet intolerabilem errorē, est ipso iure nulla: huiusmodi autē est sententia excōmunicationis lata in uniuersitatem: nam per eam contingit innoxiū excommunicari: quod est error intolerabilis. Praeterea: quia per istā cōstitutionē tollitur iurisdictio quantū ad excōmunicationē uniuersitatis: ergo si attentatur cōtra huiusmodi prohibitionē: nihil fit sicut in suspensione iudicis. ¶ Itē excōmunicatio uniuersitatis includit oppositū in adiecto: nā excōicatio ē separatio a communione omnium hominum, non autem sui: si ergo excōmunicatur uniuersitas, separatur a communione hominum, & non separatur a cōmunione sui i. uniuersitatis, & sic poterunt de uniuersitate sibi cōmunicare, & non poterunt: quia per excōmunicationē sunt separati ab hominū cōmunione quę sunt opposita. Alias rōnes alij adducunt, quæ parum concludunt: sed nec illę iam positę demonstrant. Tertium: quod excommunicatus una excōmunicatio-

Coroll. 2.

Coro. 3 L Excommunicatus una excommunicatiōe potest aliis pluribus irretiri.

ne potest pluribus alijs excommunicationibus irretiri: & hoc ab eodem iudice propter diuersas causas: uel a diuersis iudicibus, aut iuribus pro eadem causa, aut diuersis. Patet: quia excommunicatio est prohibitio communionis: sed aliquis potest prohiberi a communione propter eandem causam diuersis prohibitionibus: una iuris, alia iudicis: uel una iudicis superioris, alia inferioris. unde potest ordinarius fulminare sententiā contra crimen, uel personam: & simul iuris constitutio: etiam papa. Et quamuis sit una separatio quantum ad obiectum. s. a communione sacramentorum, & hominum: est tamē alia, & alia prohibitio, quæ etiam possunt separatim tolli per diuersas absolutiones: nunquam tamen talis restituitur communioni nisi sublatis omnibus prohibitionibus. ¶ Quartū corollarium.

Coro. 4 Mortuus pōt excommunicari.

Mortuus potest excommunicari: non quidem quantum ad sacramenta: quoniam ab illis per transitum ab ecclesia militante (cuius sunt sacramenta) iā separatus est: sed quantum ad id, in quo communicat cū ecclesia, hoc est quantum ad suffragia generalia ecclesiæ, & quantum ad ecclesiasticam sepulturam. Patet corollariū de hæretico, cuius hæresis primū post mortē suam est deprehensa, puta in scriptis suis hic derelictis: ut in c. sané. ij. xxiiij q. ii. nec obstat, quod in ca. damnationis. ea. q. dicitur. Viuentes (non mortuos) soluere possumus, uel ligare: quoniā statim subiungitur exceptio criminis hæresis.

Coro. 5

¶ Quintum corollarium: q nullus pōt pro crimine alterius excommunicari: puta uxor non pro crimine mariti: nec filius pro crimine patris: nec subditi pro crimie dñi sui, neq; ecōuerso. Probatur: quia iurisdictio, & potestas excommunicandi tantum extendit se ad mortale peccatum, tanquam ad obiectum, pro quo fertur: sed nullus propter crimen alterius incidit mortale: cum omne peccatum propria uoluntate, non aliena committitur secundum August. ergo. Potest tamen aliquis excommunicari propter participationem cum excommunicato in crimine, uel in actibus prohibitis, sed si participando peccat: & ita pro suo peccato excommunicatur. ¶ Sexta conclusio.

Cōcl. 6.

Sicut habens iurisdictionem non potest excommunicare non subditum: ita nec subditum in loco non subdito, puta exempto, uel extra territoriū. Patet: qa sicut iurisdictio cuiuslibet minoris papa habet limites suos quoad personas: ita etiā quoad loca: nā ad hoc distictę sunt diœceses, & archidiaconatus localiter: ut quilibet terminis suis contentus, non trāsgrediatur terminos, quos patres posuerunt: secundum illud Prouerb. xxii. Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. ¶ Septima cōclusio.

Cōcl. 7. M Ad iustam excommunicatiōnē multa requiruntur.

Vt excommunicatio iuste feratur in certam personam ab homine, debent monitio præuia, causa iusta, forma debita in scriptis pronunciata concurrere. Ista conclusio quantum ad singulas partes, probetur per diuersa iura partim infra alle. ¶ Dicitur notanter ab homine in certam personam: quoniam si fertur a iure, uel ab homine per modum statuti: ut si dicat superior: quicunq; fecerit hoc crimen, sit excommunicatus ipso facto: aut præcipit, ne hoc fiat sub pena excommunicationis latæ sententiæ: qa illa excommunicatio non fertur in certam personam: non requiritur certa monitio, quin contrafaciens statim est excommunicatus ipso facto: quia contumacia est annexa huic transgresioni. Dum uero in certam personam fertur: requiritur triplex monitio: uel una pro tribus coram personis idoneis facta cum interuallo dierum: nisi necessitas aliud suadeat: de hoc in. c. sacro. eo. ti. in tex. & glo. cum concor. ibi allega. ¶ Dicitur etiam iusta causa, quia si fuerit causa iniusta, ut puta continens intolerabilem errorem non ligat: ut infra dicetur: de hoc etiam in c. iam allega. ¶ Dicitur forma debita. Vbi nota, q non est aliqua forma præcisa uerborum determinata: sed sufficit: q forma exprimat consensū iudicis de præsenti excommunicādi: nō autem de præterito: uel futuro. Vnde si dicat: denuntiamus illum excommunicatum, quem tamen prius non excommunicauit: non erit excommunicatus. Si-

militer si dicat: uolo sit excõicatus unus de istis duobus: neuter est excommunicatus: aut excommunicabo illum. Nec sufficit sola intentio iudicis: sed requiritur expressio uerborum. Hoc idem tenent Hostien. & Innocen. ¶ Dicitur in scriptis pronunciata: ut in cap. cum medicinalis. eo. ti. lib. vj. ubi dicitur. Quisquis igitur excommunicat: excommunicationem in scriptis proferat, & causã excommunicationis expresse cõscribat, propter quam excommunicatio profe-ratur. Exemplum uero huiusmodi scripturę teneatur excommunicato tradere infra mensem, si fuerit requisitus ¶ Verum in pęnam suspensionis (contrafacientibus ipso facto inflictam) non incidunt prælati religiosi, quorum est cõtinuó monere, & corrigere subditos: & hoc quando periculũ est in mora: aut statuta ordinis aliam tradunt formam: aut si ex ignorantia iuris, quæ contrafacientes excusaret: quia religiosi frequenter ignorant iura; ut tangit Angel. in sum. excommunicatio. ii. ¶ Octaua cõclusio.

Cõc. 8. N Sentẽtia excõmunicationis, qãmuis iniusta, est timẽda.

Sentẽtia excõmunicatiõis lata ab hoie quamuis iniusta, dum non fuerit nulla; timenda est, & nullatenus contemnenda. ¶ Pro intellectu conclusionis notandum: quod differentia est inter sententiam excõicationis iniustam, & nullã. ¶ Iniusta est, quando aliquid deficit, quod iuxta canonicas sanctiones ad iustam excommunicationem requiritur. Requirũtur aũt multa, ut quis ritè excõmunicetur. Quędam ex parte excõicatoris. s. quod habeat iurisdictionẽ in excõicandum non ligatã, uel impeditam: & animum corrigendi amore iustitiæ non ligãdi ex odio, auaritia, precio, uel fauore aduersariorum, uel similibus. Quędam ex parte excõicati. s. temeritas, aut contumacia in malo culpę. Quędam ex parte causæ: ut peccatum mortale. Quædam ex parte ordinis, seu modi; ut legitimus processus pręmittens monitionem trinam: ut dictum est. Et quod feratur in scriptis: & non post appellationem legitime interpositam. Et quando aliquod horum deficit: sententia est iniusta: ut si fertur ab eo, quod in hoc casu nõ habet ptãtem excõicãdi: quia non est suus iudex: aut quia est excommunicatus, aut suspensus: uel eius iurisdictio quoad illum est impedita per appellationem legitimè interpositam: aut aliquod ęquiualens appellationi. Et dicitur legitimè interposita quando est ralis causa appellandi, quæ probata reputaretur sufficiens: nam in causa fidei non est locus appellandi, neq; contra obediẽtiam, & ecclesiasticam disciplinam: ut si monacus appellaret, ut non corrigetur secundum regulam, ut de appel. cap. ad nostram. & c. repręhensibilis. Aut dum fertur animo distorto ex inuidia &c. ut xj q. iii. qui rectè & c. seq. quoad primũ. ¶ Vel si excõmunicatus fuerit innocẽs: ita quod omnino nullum delictũ sit in eo, saltem quod sit dignum excommunicatione quoad secundum. ¶ Aut quoad tertium. scilicet ex parte causæ: ut quando causa nõ est expressa: sed tacita: uel quãdo habet errorem intolerabilem expressum. ¶ Est autem error intolerabilis, quãdo aliquid sub ui præcepti continetur in sententia, a qua appellatur: quod cõiter in suo genere est pctm: puta quod est contra ius diuinum, uel humanum canonicum: ut si excommunicatur: quia dat eleemosynam pauperi: aut quia faciebat aliquid quod in se bonum est; aut quia non operat illud, quod in suo genere illicitũ est: aut dum pręcipit, quod impossibile est: de hoc in. c. per tuas. de sen. excom. in glo. super uerb. intolerabilem errorẽ. & eo. ti. li. vi. ca. solet. & clarius in c. uenerabilibus. §. põt quoq; ubi exprimitur; qs error est intolerabilis. ¶ Similiter quoad quartum, quando processus legitimus non est obseruatus ¶ Sed snia dicit nulla: qñ aliqua iuris cõstitutione ẽ irretita. Vnde patet: quod omnis snia excõicatiõis nulla, est iniusta: sed nõ e conuerso. Vnde si prolata est pro iusta causa, sed in animo distorto, sentẽtia talis iniusta eẽt: & tñ nõ esset nulla. ¶ Iniusta excõicatio ex causa, uel ex parte excõmunicati: & tñ non nulla nõ ligat apud deum, ligat tñ apud ecclesiã. unde Aug. sup. psal. cij. Qui iustus est, & iniustè maledicitur; pręmium illi redditur. Quæ tractans. Gratia. xj. q. iij. qui iustus. addit. Hic etsi (ut

O Quę sẽtentia excommunicationis sit nulla

dictum est) non teneatur ligatus apud deum:sententię tñ parere debet:ne ex superbia ligetur, qui prius ex puritate conscientiæ absolutus tenebatur. Ligat ergo talis excõicatio quãtũ ad ecclesiã. idest quantum ad ea,ꝙ prohibita sunt ex cõicato: s.ad uitandũ ecclesiã tpe diuinorum,& cõionem sacrorum, & actus legitimos hominũ. Quod si nõ fecerit, tanquã contẽptor ecclesiasticę disciplinę iudicabitur:& p inobedientiã mortaliter peccat,scdm btm. Tho. Si uerò humiliter pęnam hanc suffert;donec legitimo ordie absoluatur; magnũ sibi apud deum comparat meritum. Et de illa snia iniusta loquitur btũs Greg. Homi xxvi. prope finem,cum ait. Sed utrũ iustè,uel iniustè obliget pastor,pastoris tamen sẽtentia gregi timẽda est: ne is,qui subest: & cum forsitan iniustè ligatur,ipsam obligationis suę sententiã ex alia culpa mereatur. Pastor ergo uel absoluere indiscretè timeat, uel ligare:is autem, qui sub manu pastoris est:ligari timeat uel iniustè: nec pastoris sui iudicium temerè reprehendat:ne etsi iniustè ligatus ẽ: ex ipsa tumidæ reprehensionis superbia culpa,quę non erat,fiat. Hæc ille. ¶ Si uerò sententia excommunicationis fuerit nulla ob defectum iurisdictionis super excommunicatum simpliciter: uel in illo casu,quo fertur excommunicatio:uel quia fertur post appellationem legitimè interpositam:uel quia habet intolerabilem errorẽ expressum: aut quia nulla præcessit monitio: uel ob alium defectum,propter quem ipso iure est irrita:tunc non oportet eam timere: nec se pro excõicato gerere uitãdo cõionẽ sacrorum,& hominũ:qũ ꝙ non est: nõ oportet timere: sed dum snia est nulla, iam nõ est excõicatio,neq; quoad deũ: neq; quoad ecclesiam. Et ergo non est timenda quoad deum:quia nulla culpa. Nec quoad ecclesiam: quia secundũ ueritatẽ nullam sniam iuris incurrit,qui sententiam(quę nulla est)non custodit. ¶ Host. in sum.eo.ti.§.quis sit eius effectus.uer.hęc uera.dicit. Si sententia nulla sit ipso iure:nec timẽda est; nec tenẽda. Timenda tñ est non sententia; sed scandalum populi uulgaris nescientis sentẽtiã esse nullam. Et ad illud sedãdũ seruanda est in publico quousq; scandalum rationabiliter sedatum fuerit. Unde si aliquis publicè excommunicatur, & denuntiatur nulliter:ex aduerso publicet sufficiẽter ipse causam, propter quã snia est irrita:quo facto non pareat sententiæ. Et si aliquis tunc scandalizatur: non est scandalum pusillorũ:sed pharisęorum,secũdum regulam christi. Matt. xv. contemnendum: attamẽ nõ tenetur eã seruare in occulto ante scandali sedationem:sed neq; in occulto,neq; in publico coram sapientibus,quibus nota ẽ nullitas snię:tenetur eã obseruare. Hæc est sententia Pe. de pal. q. j. ar. iij. dist. huius. ¶ Quibus præmissis probatur conclusio:quia censuræ ecclesiæ iustè illatę ligant,& sunt timendæ,& cauẽdę:sed cẽsuræ sequentes contemnentes excõicationem etiam iniustam(nõ tñ nullã) iustè infligũtur contemnenti:ergo sunt timendę. Consequentia nota cum maiore. Minor patet per c. per tuas. de sen. excom. ubi dr̃, ꝙ in aliis ubi. s. snia non ẽ nulla,debet excõicatus euitari:& nisi gram absolutionis imploret: non debet audiri:ne sniam ecclesiasticã cõtẽnere uideatur:& per hoc amplius suo contemptu liget. Etiã illa minor satis patet ex pręmissis. Similiter patet conclusio quãtũ ad illud,ꝙ dicit,dũ non fuerit nulla, ex statim dictis. ¶ Additur ẽt in conclusione,lata ab hoie:quia snia lata a iure nunquã est iniusta: ut etiam supra dictũ est:& ideo semper est timẽda,& cauẽda: quoniã ligat transgredientẽ quoad deũ: & quoad ecclesiã. Quãtum ad articulũ tertiũ est primũ dubiũ. Qui sunt effectus excommunicationis. Et nota quoties supra,uel infra fit mentio de excommunicatione:semper accipiendum est de excõicatione maiori,nisi adderetur minor. Ad hoc.c.ulti.de sen. excõ. & sic habet cõis usus,scdm quẽ uerba sunt intelligẽda. ¶ Quo præmisso rñdetur ad dubium; ꝙ excommunicationis in genere sunt duo effectus Primus,& maximus est separatio a diuinis, siue separatio a spiritualibus. Secundus est sepatio a cõione,

Arti. 3. Dub. 1. Qui sint effectus excommunicationis.

siue consortio fidelium in humanis, siue actibus legitimis. Ad quemlibet horum reducuntur multi effectus. Nã primò excludit a sacramentis: ut supra dictum est. ¶ Item a participatione diuinorum officiorum, siue ab ingressu ecclesiæ maximè sub diuinis officijs, excepta sola prędicatione, cui interesse potest: eaq; finita debet statim exire. Itẽ excludit a gñralibus ecclesiæ suffragijs: ita q̃ ex intẽtione ecclesiæ generalia suffragia, quæ fiunt generaliter pro omnibus fidelibus, & christianis ad eos se non extendunt. ¶ Et dicitur notanter, generalibus, quia specialiter, & in priuato orare potest q̃s pro excommunicatis, ut conuertantur, & redeant ad ecclesiam per humilem pœnitentiam, a qua præcisi sunt per excommunicationem. Sic orare potest quis specialiter, & in priuato pro patre, uel matre, fratre, aut amico excommunicato. Sic etiam in parasceue ecclesia orat specialiter pro hæreticis, & schismaticis. ¶ Item suspẽdit ab officio, & bñficio: ita q̃ officium suum non potest agere: nec fructus bñficij recipere: nec officiũ suũ alii committere. ¶ Item non potest eligere, uel eligi: uel beneficium conferre, aut recipere collatum: quod si de facto recipit, non facit fructus suos: nec sufficit dispensatio post obtentam absolutionem: sed necessaria ẽ noua collatio: nisi dispensaret ille, qui conferre beneficiũ potest: quia talis dispensando uidetur de nouo conferre. ¶ Item non potest ordinare, nec ordinari: & si id fieret, de facto rata est ordinatio: quia character imprimitur: sed ordinis executio non cõfertur. Et si ea, quæ sunt ordinis, publicè, & solemniter facit: aut quoscunque actus eo modo, quo tantũ p ordinatos fieri solent: incidit in irregularitatem, ut si celebrat: si euangelium, uel epistolam cum orario, & dalmatica legit: faciendo autem ea, quæ etiam non ordinati facere solent: ut legere psalmos cum aliis: legere lectiões uel similelicet peccet: non tamen irregularitatem incur-
Q rit. ¶ Ad secundum reducuntur etiã plures effectus. Nam primò tenetur uitare alios, & se abstrahere a communione aliorum: nisi in casibus exceptis, Item si quos habet sibi ad debitũ fidelitatis obligatos: hi sunt ab soluti a tali debito stãte excommunicatione, ut uasalli: ut in c. nos sanctorum. & ca. iuratos. xv. q. vj. sed huius limitationem uide infra. q. seq. ¶ Item non potest excommunicatus agere in iudicio per se, uel per procuratorem: potest tamen impeditus se defendere. Item non ualent contractus per eum celebrati ratione publici officij: si quod habet. Item non potest testamentum cõcedere. Item priuatur ecclesiastica sepultura. Vnde quoties alicui prædictorum se ingerit, secundum multos mortaliter peccat, & est probabile: quia in hoc contemnit mandatum ecclesiæ, quod inducit mortale: quod puto uerum in casibus non concessis: & nisi necessitas, uel ignorantia non affectata, nec crassa excusaret. Oia hæc possunt probari multis allegationibus iuris, quas transeo. Et sufficiat hæc commemorasse, particulariorem prosecutionem, & dictorum correctionem dominis canonistis committens, & humiliter subiiciens. ¶ Ex quo sequitur: q̃ cum magna maturitate, & nõ leuiter fulminanda est excommunicationis sententia propter grauissima animarum pericula tam excommunicandorum, quàm cæterorũ, inter quos uiuũt, & conuersantur eis participantium. De quo bene loquitur Scot. ostendens: q̃ Apostoli excommunicatiõe rarò: & nisi pro grauissimis peccatis publicis usi sunt.

Non leuiter est ferenda sententia excommunicationis.

QVAESTIO III.

QVAERITVR tertiò: utrum omnis participans excommunicato maiori excommunicatione in diuinis, & humanis, sit excommunicatus, & peccet mortaliter in casibus non exceptis. ¶ More solito per tres articulos expedietur hæc quæstio: per terminorum declarationes: subnexas conclusiones: & dubiorum solutiones. ¶ Quantum ad primum articulum, supponitur hic differentia inter excommunicationem

A De participante cum excommunicato.

Arti. 1.

nem minorem,quæ tantum separat a cõmunione sacramentorum,& non a cęteris diuinis,nec a communione hominũ, & maiorẽ,quæ separat ab utroq;.¶ Notãdum igitur:ꝙ multiplex est participatio cum excommunicatis. Quædam in diuinis,sacramentis.s.& officiis. Quædã in actibus legitimis humanis,de quibus.q.præcedenti dictum est. Item quædam in crimine: quædam in actibus cæteris. Item quædam fit ex contemptu clauium:ut quando participans nõ credit potestatem excõmunicandi concessam hominibus:aut si credit,non tamẽ curat,uel aduertit:sed ęque cũ excõmunicatis participat sicut cum non excommunicatis.Quędam fit ex timore aut ex amore ac fauore excommunicati uel aliorum:tamen cum remorsu conscientiæ. Quædam fit ex animi leuitate, aut inconsideratione:quędam ex ignorãtia: quædam ex certa scientia.Quædam propter lucrum spirituale ad reducendum excommunicatum:quædam propter lucrum temporale speratum: & aliis modis:secundum quorũ uarietatem necesse est uariare responsionem ad quæstionẽ.¶ Secundò nota:ꝙ licet omnis pctõr pctõ mortali, fit excommunicatus excommunicatione minori(quoniam omne mortale separat a digna participatione sacramentorum:ut supra dictum est) non tamen econuerso omnis excommunicatus excommunicatione minori est peccator mortali peccato: quod manifestè patet in interdicto loci:nam posito interdicto in certo loco, omnibus habitatoribus illius loci, etiam innocentibus ꝓhibetur ingressus ecclesiæ: & subtrahuntur sacramenta : & per hoc sunt excommunicati maiori excommunicatione:quia a communione sacramentorum,& diuinorum separati: quia hęc pęna non semper infligitur propter demerita illorum, quibus infligitur : sed propter aliorum correctionem, & confusionem:ut dum excommunicati excommunicatione maiore uident se contemni:& sibi negari communionem:citius reuertantur ad ecclesiam.¶ Tertiò notandum,q; sunt certæ personę, & certi casus excepti,in quibus sine peccato potest communicari cum excommunicatis maiori excõmunicatione.Causę cõpræhẽduntur in his metris. Vtile,lex:humile,res ignorata,necesse. Hęc anathema quidem faciunt, ne possit obesse. ¶ Vtilitas duplex:spiritualis, & temporalis.Spiritualis utriusq;,sua,& excommunicati.¶ Sua:nam ut dicit Pe.de palu.q.vj.art.ij.dist.præsenti.concor. Ange.in sum.excommunicatio.viij. §.vj.potest quis ab excommunicato maiori excommunicatione consilium salutis suæ quęrere tã spiritualis,quã corporalis: si fuerit peritus,& uir consilij, autem medicus:dum alterum æque peritum cõmodè habere non possit.Dicit tamen Ray. ꝙ in hoc non sunt multum laxandæ habenę:sed discretè, & solum intentione utilitatis prædictæ consequendæ.¶ Etiã pro utilitate excõmunicati , scilicet eũ informando,corrigendo, & inducendo ad pęnitentiam:& ut redeat ad unionẽ ecclesiæ:licet etiam interponat alia uerba ad captãdam eius beneuolentiam, ut eum efficacius reducere possit:ut.xj q.iij.cum excommunicato. & clarius eo.ti.cum uolũtate.& propter hoc,qui causa prædicationis,uel confessionis habitant inter eos:eleemosynas licitè ab eis recipere possunt:presertim si alias non ualeant in illo loco sustentationem habere.¶ Similiter propter utilitatem tẽporalem,potest quis communicare cum excommunicato:ut petendo ab eo debitũ,& recipiendo immo pro illo põt eũ conuenire coram iudice.Nam contractus,qui sine communione explicari nõ potest,non dissoluitur, nec impeditur ꝑ excommunicationem superuenientem, uel etiam præcedentem. dum præcedẽs excommunicatio ignorata fuit:ut in.c.si uerè.in tex.& glos.eo.ti.¶ Lex matrimonii etiam excusat:nedum in reddendo debitum,& exigendo : sed etiam in aliis domus obsequiis:nisi forte excommunicatio esset inflicta propter tale matrimonium.Si tamen uxor fuerit excõmunicata,tenetur maritus tanquam caput inducere,& cogere mulierem ad petẽdum absolutionem:quod si negligeret,

Nota.1 Multiplex participatio cum excommunicatis.

Not.2. B Omnis mortaliter peccans est excommunicatus.

Not.3. C

D Vtilitas duplex spiritualis,& temporalis.

E

peccaret, nisi eam nō posset corrigere: aut efficeretur ex sua coactione peior.

F ¶ Humile: hoc est, subditi ipsius excommunicati excusantur. unde in c. quoniā multos. xj. q. iii. subtrahuntur a prohibitione cōionis uxores, filij, serui, ancillæ, mancipia, rustici, seruientes: nec non omnes alii, qui non adeo curiales sunt ut eorum consilio scelera perpetrentur. ¶ Et qui ignoranter excommunicatis communicāt: similiter, & oratores, & peregrini, ac uiatores, q in terram excommunicatorum deuenerunt: similiter qui humanitatis cā aliquid dare uoluerunt in sustētationem excōicato, Hæc omnia in dicto. c. ¶ Quæ tamen sic moderanda sunt. Primum filii, qui non sunt emancipati, non tenentur uitare parentē excōicatum: secus si fuerint emancipati: nisi et ipsi commensales essent patris, & ab eo necessaria uitę reciperent. Et idē ē de patre respectu filii emancipati: nisi pater ab eo alimenta perciperet, quæ aliunde facile habere non posset, secundum Innocen. ¶ Excusantur etiam serui, & ancillæ seruientes; & subditi, qui non adeo curiales sunt ut eorum consilio scelera, pro quibus excommunicati sunt, perpetrantur. ¶ Similiter excusantur coloni, & emphiteotæ, qui ante sententiam excōicationis excōicato fuerunt ad familiare obsequium astricti: eidem post excōicationem cōicando. Et generaliter, qui ante excōicationem fuerunt excōicato astricti: per excōicationem a debito non absoluuntur. Vnde (ut dicitur in c. inter alia. eo. ti.) personę, quę ante prolationem snię excommunicationis tenebantur familiariter adhærere: & pręstare obsequiū ei, qui post excōicatur: quia a debito nō absoluuntur, tenentur soluere debitum obsequiū, & p cōsequens tenentur cōicare excommunicato in his, sine quibus obsequium exhibere non possunt. Tales personę sunt uxor, filii, familiares, & mercenarii. Sed qui non sunt obligati: ut uiatores, & pegrini licet possint &c. ut infra dicetur: non tamen sunt obligati. ¶ Sed circa hoc quæritur: quid de eo, qui debet soluere pecuniam, uel re aliam in certo termino: & adueniente termino, is cui debet, incidit excōmunicationē: an teneatur in termino ei soluere, & sibi soluendo debitum cōicare. ¶ Panor. in cap. inter alia. narrat opiniones contrarias. Inno. tenet: q tenetur soluere: alii contrarium tenent: q debet ponere in ædem sacram: ut glo. l. xv. quęst. vi. nos sanctorum. & huic magis consentit Panor. Sed Pet. de palu. q. vj. arti. ii. distin. præsenti dicit; q debitor bona fide soluere tenetur quadam necessitate morali. Et ideo cum eo participans excusatur: licet in iudicio posset contra agentem excipere: quia illius excōicatio non liberat eum a debito: cum ille non perdit ius suum. ¶ De uasallis etiam dicit Pe. de palu. ibidem. Videtur: q dominum sequendo (sicut prius lege subiectionis) excusantur: immo, & tenentur quousq; ab ecclesia ab eius fidelitate absoluuntur. Non enim eo ipso; q excommunicatus est, solutum est iuramentum fidelitatis: alias post absolutionē faciendū esset de nouo iuramētū. Quamuis ad hoc dici possit: q iuramē tum est sopitum, non solutum: nihilominus sicut debitor debet soluere pecuniam debitam, uel ponere, ubi alius possit accipere: nec excōmunicatio creditoris debitori dat dilationem: sic uasallus debitor seruituti, si domin⁹ iusto bello indiget, debet eum sequi. Hæc ille. ¶ Similiter mercenarium (qui post conductionem excōicatur) nō tenet dñs, q eum conducit uitare: non tñ debet excōicatum conducere scienter: nisi opus suum aliter non posset explere. Si uero ignoranter conduxerit: potest ius suum ab eo petere. ¶ Res ignorata. Ignorantia etiam excusat: ut dum quis ignorat

G alium excommunicatum (ignorantia facti aut iuris si ius scire non tenetur: ut pueri) dum ignorantia non fuerit affectata nec crassa: uitare non debet. ¶ Dicitur autem scire secundum Pet. de pal. ubi supra si ille uidet eū facere factum, de quo tenetur scire, q faciens tale est excommunicatus: puta uerberare clericum, uel audiuit eum noīatim a iudice excommunicari, aut denūtiari, aut

Quantuplices personę ancommunicātes excommunicato excusantur a peccato

Ignorātia facti aliquando iuris excusat

ab eo, cuius est denuntiare, aut excommunicare: uel si de hoc publica fama. Si autem hoc audiuit ab eius æmulo: aut persona leui, aut paucis: non oportet fidem adhibere: quia multi multa loquũtur. Si uero nouit in occulto, in foro conscientiæ aut alias ex secreta eius cõfessione: non debet uitare in publico, sed in occulto debet. ¶ Si etiam in una diœcesi denuntiatus uenerit in aliam, in qua ignoratur eius excommunicatio: non est ibi uitandus in publico: etiam ab eo, qui nouit eum denuntiatum: sed tantum ab illo in occulto. Verum quantumcũq; quis fuerit excommunicatus: si non fuerit denuntiatus: non est uitandus, secundum decretum concilii Constan. excepto eo, qui manus uiolentas iniecit in clericum clericali priuilegio non nudatum. ¶ Huius autem decretalis hic est tenor. Ad euitandum scandala, & multa pericula, quæ conscientiis timoratis contingere possunt, omnibus christi fidelibus tenore præsentium misericorditer indulgemus: quòd nemo deinceps a communione alicuius in sacramentorum administratiõe, uel receptione, aut aliis quibuscunq;, diuinis intus, & extra prætextu cuiuscunq; censuræ, aut sententiæ ecclesiasticæ a iure, uel ab hoie generaliter promulgatæ, teneatur abstinere, uel aliquem uitare: aut interdictum ecclesiasticum obseruare: nisi cẽsura, uel sententia hmõi fuerit, uel contra personam, uel collegium, uniuersitatẽ, ecclesiam, cõitatẽ uel locũ certũ, uel certam a iudice publicata, uel denuntiata specialiter, & expressè constitutionibus apostolicis, & aliis in contrariũ facientibus nõ obstantibus quibuscunq;. Saluo, si quem pro sacrilega manuum iniectione in clericum, sententia lata a canone adeo notoriè constiterit incidisse, ꝙ factum non posset aliqua tergiuersatione celari: nec aliquo suffragio excusari: nam a communione illius (licet denunciatus non fuerit) uolumus abstinere iuxta canonicas sanctiones. ¶ Et circa hanc ultimam clausulam dicit Gerson in de uita spirituali, lect. iiii. In omni non denuntiato potest hõfete rationabiliter præsumere proximum suum non esse excõicatũ, & oppositum faciens exponit se frequenter discrimini peccati mortalis, alienum seruum temere iudicando. Exempli gratia. Video fortem interficere sacerdotem, aut uulnerare: si iudico fortem excõicatum: possum errare: quoniam a iudice potuit habere mandatum, ut hoc faceret: uel ebrietas, aut furor eum excusat: aut aliquid aliud interuenit propter quod in iudicio contentioso dum ad illud uenerit, absolueretur. ¶ Præterea. Quicquid sit in præsentia facti: nescio tamen an ista biduũ a suo iudice fuerit absolutus, quã absolutionẽ nec mihi, nec alteri tenet nuntiare: secus dũ iudicialiter est cõdẽnatus: quia tũc iudicio publico põt absolui: si non uoluerit eui tari. Hæc Gerson saltẽ recitatiuè non assertiuè, refert. Ex quo patet: ꝙ uix in aliquo casu põt esse tãta facti euidentia ꝙ sufficiat ad uitandũ nõ denuntiatum. ¶ Necesse. Necessitas enim absoluta, scilicet sine qua homo uiuere non potest, simpliciter excusat, tam excõicati, quã eius, qui communicat. Vnde excõmunicato fame laboranti, aut alia necessitate extrema subueniendum est: nam hoc ius diuinum, & naturale præcipit: qđ non tollitur humana constitutione. Sic ẽt si quis inter excõicatos habitat, uel peregrinatur: põt eum eis cõicare in recipiendo ab eis cibum, potum, uestes, & alia necessaria: pro quanto illa sunt necessaria, & aliter haberi nõ põt. Et dicit hic Pet. de pa. ubi. sup. ꝙ excõicato põt cõicari dãdo ei eleemosynam: non solũ qñ eleemosyna est in pcepto: immo etiã qñ est in cõsilio: si p hoc non nutritur in errore: & plus ei datur intuitu indigentiæ quã mundanæ amicitiæ. Sic etiam necessitas conditionata, quæ est ratione precepti diuini, uel naturalis aut consequentis subiectionis: pp qđ obligati sunt ad cõionem: ut uxor marito in reddendo debitum: & filii patri ad honorandum, subueniendo, & seruiendo: de quo etiam supra dictum est. A qua communione etiam arceri non debent per aggrauationẽ, & spãlẽ

H Quæ necessitas excuset

monitionem. Et si moniti post excõmunicarentur: dicit Pet. de palu. ubi supra sententia illa esset nulla. eo q continere intolerabilem errorem expressum. s. prohibendo contra legem diuinam, aut naturalem. Communio uerò in aliis, in quibus non cadit obligatio legis diuinę aut naturalis: potest prohiberi etiam in his quinq; casibus exceptis. Vnde (ut dicit Pe. de palu.) quæ dicta sunt de exceptione quintuplicium personarum, quæ communicare possunt excommunicatis: intelligenda sunt nisi ex cã sententiã aggrauando eis specialiter cõio prohibetur. sicut habet cõsuetudo: q aliquãdo patre, marito aut domino indurato aggrauatur excommunicatio: & mouẽtur filii, uxor, subditi, ut se subtrahant a communione eorum: quia tales personę arceri possunt a communione uulgari: sed non ab illa, quæ debita est eis in quãtum tales personæ: ut non ab illa, qua uxor reddere tenetur debitum uiro: sed ab illa communione, qua non tenetur lege diuina, aut naturali, scilicet ut non concedat secum, aut loquatur ei, & huiusmodi. Sic filius non potest prohiberi: ut non honoret parentes, eis seruiendo secundum legem diuinam: sed ut non comedat secum: aut loquatur eis: ad quæ non tenetur lege diuina, uel naturali. Et sic intelligendi sunt modi communes tales: nam dicere, q uxor in nullo plus uitet maritum excommunicatũ, quàm non excommunicatum, esset eam inducere ad contemptum clauium ecclesiæ: & ita super hoc potest cadere monitio, q non aliter communicet uiro, quàm ratione legis matrimonij tenetur. Sic de filio respectu patris, & econuerso: ut nõ sibi communicent; nisi quãtum tales personæ secundum legem diuinam, aut naturalem sibi communicare obligantur. Si uerò maritus compelleret uxorem uerberibus ad communicandum sibi in aliis actibus humanis: credo cum a uiro discedere non debet: in hoc necessitas eam excusaret. Necessitas in quam, conseruandi uitam, & sanitatem corporis, & integritatẽ, ad quam qlibet tenetur lege naturali. ¶ Quartò notandum: q multiplex est participatio cum excommunicatis: ut etiam supra dictum est. q. ij. huius dist. circa principium: potest tamen (quantum hic sufficit) reduci ad quatuor genera. Primum est participatio in crimine, pro quo lata est excõmunicatio: quomodo participant excõmunicato, qui consentiendo crimini tali, cooperantur excommunicato ad criminis huius perpetrationẽ consilio, auxilio, iussione, uel fauore; maximẽ dum sine illis crimen non perpetraretur: alioquin non cooperarentur. Secundum est participatio cum excõmunicato in crimine mortali, non tamen illo, propter quod excommunicatio lata est. Tertiũ est participatio in diuinis: ut in sacramẽtis suscipiendis, uel dispensandis: uel in instructione publica, uel occulta in fide, & moribus: aut etiam in diuinis officiis, & huiusmodi. Quartum est participatio in actibus legitimis humanæ conuersationis, de quibus supra dictum est. q. ij. & etiam præsenti. ¶ Quintò notandum, q quæstio duo quærit. Primum: utrum omnis participans cum excommunicato excommunicatione maiori, sit excommunicatus. Et quantum ad hoc doc. satis concordant. Secundum: utrum omnis talis peccet mortaliter in casibus nõ exceptis. Et quantum ad participationẽ trium primorum generum statim positorum, similiter satis concordant. ¶ Sed quantum ad quartum genus, non sunt p omnia concordes. nam tenẽt Ray. & Gof. in sum. ut recitat Panor. de his, q uime. ue. cau. c. sacris. quòd omnis participans excommunicato maiori excommunicatione in humanis in casibus non exceptis; peccat mortaliter. Et dicit Gof. q aliter tenentes blandiuntur peccatoribus. Et potest hæc opi. probari primò: quia hæc participatio est contra legem diuinam a christo, & apostolis promulgatam: ergo est peccatum mortale. Consequentia nota. Antecedens probatur: nam christus dicit Matth. xviii. Si ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Cum ethnicis autẽ, & publicanis communicãdum non est. Vnde & pharisęi reprahenderunt christum

Not. 4.

I Multiplex est participatio cum excommunicatis.

Not. 5. K

Opin. Quòd omnis excommunicatur cõicans in humanis peccet mortaliter.

stum cum publicanis manducantē licet malè:quia cōmunicauit cū eis propter eorū salutē. In quo casu cōmunio nō est prohibita. Item apostolus .j. Corin.v. Si is, qui frater nominatur inter uos, est fornicator: aut auarus: aut idolis seruiēs: aut maledictus: aut ebriosus: aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. ¶ Et notāter dicit, nominatur: ubi Aug. homil. de pœnitentia ij.q.j. multi. dicit: ꝙ apostolus eam denominationē uoluit intelligi, quę fit in quēquā cū sententia ordine iudiciario: atq; cum integritate profertur: nā si nominatio sufficit: multi dānandi sunt innocētes: quia sępe falsò in quoquā crimina nominātur. Item beatus Ioānes apostolus, & euangelista in ii. cano. scribit, Si quis uenit ad uos: & hāc doctrinā non affert. supple: sed contrariā: nolite recipere eū in domū: nec aue ei dixeritis, qui. n. dicit illi aue: communicat operibus eius malignis. In quibus utriſq; apostoli uerbis apertè prohibetur cōmunicatio cū excommunicatis peccatoribus in humanis. s. hospitio, cibo, & salutationis uerbo. Hinc Chrys. super epistolam ad Heb. Nemo contemnat ecclesiastica uincula: non. n. hō est, qui ligat: sed christus, qui hanc potestatem dedit: ut supra allegatum fuit. Pręterea. Communicans excommunicato facit contra præceptū ecclesiæ: sed omnis talis peccat mortaliter: ergo. Consequentia nota. Minor sufficienter probata est sup. dist. xvi. q. iii. arti. j. notabili vi. Maior probatur per multos canones: nā xi. q. iii. sicut apostoli. dicitur. Cum excommunicatis non est communicandū. Et si quis excōmunicato auertendo regulas scienter saltē in domo simul locutus fuerit, uel orauerit: ille cōmunione priuetur. Et. c. sequen. dicitur. Nec cū excommunicatis in orationę; aut cibo, aut potu: aut osculo communicet: nec aue eis dicat: quia quicunq; in his, uel alijs prohibitis scienter excommunicatis communicauerint: iuxta apostolorum institutio nem, & ipsi similiter excommunicationi subiacebunt. Et c. sequen. Cum excōmunicato neq; orare: neq; loqui, nisi quæ ad eandem excōmunicationem pertinent: nec uesci licet. Si quis. n. cū eo, aut palam, aut absconditè locutus fuerit, statim cum eo communem excommunicationis contrahet pęnam. Item in c. si quis frater. eadē. q. dicitur. Si quis frater aut palam: aut absconsè cum excommunicato fuerit locutus: aut iunctus communione: statim cum eo excommunicationis cōtrahit pęnam. ¶ Et si di. Istis c. probatur: ꝙ communicans excommunicato incidit excommunicationem minorem: sed non habetur; ꝙ sic communicando peccet mortaliter. Sed contra hoc est beatus August. in de uerbis apostoli, ser. lxviii. & habetur ea. q. omnis. dicens. Omnis christianus (dilectissimi) qui a sacerdotibus excommunicatur, sathanę traditur: quia extra ecclesiam diabolus est, sicut in ecclesia christus. ac per hoc quasi diabolo traditur: quia ab ecclesiastica cōmunione separatur. Vnde illos, quos apostolus tunc sathanæ esse traditos prædicat: excommunicatos a se esse demonstrat. Et idem super Ioann. & habetur ea q. c. seq. Nihil sic formidare debet christianus, quam separari a corpore christi: si. n. separatur a corpore christi: non est membrum eius: si non est membrum eius: non uegetatur spiritu eius. Quisquis aūt (inquit apostolus) spiritum dei non habet, hic non est eius. Et Hiero. ibidem ad sacerdotes loquens ait. Quibus ecclesiam interdixeritis: nisi reconciliati per satisfactionem fuerint: ipsis & ianua regni cęlestis clausa erit: sed nullus separatur a christo, & traditur sathanæ, nec priuatur spiritu dei, neq; repellitur per clausuram cęli, nisi propter peccatum mortale. Et si dicis, ꝙ ista c. August. & Hieron. loquuntur de excommunicatione maiori: sicut & uerum est. Respondetur: ꝙ etiam cap. supra allegata, cum excommunicato. & si quis frater. etiam loquuntur de excommunicatione maiori: & tamen dicunt: ꝙ participans cum eo communem excommunicationis cō trahet pęnā: si ergo cum eo contrahit cōmunem pęnā excōicationis: ergo similem excōmunicationis pęnam inci-

dit participans cum eo, cui participat: sed is, cui participat, non incidit excommunicationem sine mortali: ergo nec ille, qui participat. Item in cap. sacris. de his quę ui me. ue. cau. fi. dicitur de eo, q excommunicato communicat per metum. Licet metus attenuet culpam: quia tamen non prorsus eam excludit: cum pro nullo metu debeat quis peccare mortaliter: excōmunicationis labe credimus inquinari. sed hæc ratio nulla esset, nisi participare excōmunicato esset pctm̄ mortale. Item nullus excommunicandus est maiore excōmunicatione nisi pro mortali pctō: ut supra habitū est. q. ij. sed pro cōmunione cum excōmunicato potest cōmunicans excōmunicari maiori excōmunicatione: ut habetur xi. q. iij. c. sanctis. & eodem titu. q in dubijs. ergo communicans talis peccat mortaliter.

¶ Præterea. Si communicans excōmunicato tantum uenialiter peccaret: nemo abstineret a participatione cū excōmunicatis in humanis: quoniam nulli, uel paucissimi attendunt, seu curant cauere uenialia: maximé dum per hoc expectant damna temporalia. Et per hoc tolleretur utilissimus effectus excōmunicationis, qui est erubescentia: ut in c. audi deniq; xi. q. iii. Ad hoc enim fulminatur excommunicationis sententia: ut uitatus ab alijs erubescat, & reuertatur: & spiritus eius saluus fiat: dum autem non uitatur, nulla erit erubescentia. ¶ Alia est opinio communis theologorum, & canonistarum: q communicans secundum quartum genus communionis excommunicatis maiori, excommunicatione in casibus non exceptis, non peccat mortaliter: sed tantum uenialiter. Excipiūtur tamen aliqui casus, in quibus sic communicantes peccāt mortaliter. Huius opin. sunt Alexand. de ales. parte iiij. q. lxxxi. mēb. vi. arti. ij. sanctus Tho. in iiii. dist. xviii. sanctus Bona. ea. dist. Rich. de me. uil. Pet. de palud. ea. dist. Ockam lib. vij. dialogi sui. c. lv. & plerią; alij eorum imitatores: similiter Hosti. Ioann. in sum. confess. Pisanus, Attax. Anto. Auctor directorij iuris Ange. & Bap. in sum. suis. Archi. Ioann.

Opinio K

Septem casus, in qbus cō municā tes ex-cōicatis in huma nis pec-cāt mor taliter.

And. Panor. licet iste satis uacillet: & ad primam opin. declinare uideatur: dicit tamen finaliter opinionem secundā esse communem, & tenendam in c. sacris. de his, quę ui me. ue. cau. fi. licet rationes primæ opinione non soluat. ¶ Casus autem, in quibus communicantes huiusmodi peccāt mortaliter: colliguntur sex. Primus, quando cōmunicāt cum excommunicato ex cōicatione maiori in peccato mortali. Secundus, quā do excōmunicatus est excōicatus cum participantibus. Tertius, dū cōmunicat in diuinis. Quartus, dum cōmunicat cōtra præceptum superioris. Quintus, dū cōmunicat pertinaciter in cōtemptum clauiū, uel iudicis. Sextus, dum fit nimis frequenter. Et addit sanctus Bonauent. septimum: dum uerisimiliter credit: q p suam communionem sententia iudicis uenit in contemptum. Sed de his casibus uidendum erit in conclusionibus. ¶ Et potest etiam hęc opinio muniri quibusdam rationibus. Prima: quia multi sancti uiri, & fideles catholici communicarunt excommunicatis, etiam hęreticis in actibus humanis: non in crimine, aut sacramentis: & pro illo non sunt reprobati, sed excusati, & cōmendati: quod factum non esset, si sic participando peccassent mortaliter: ergo sic communicare non est mortale. Consequentia nota cum minore. Maior probatur: nam ut dicit beatus Amb. & habetur xi. q. iii. iulianus. Iulianus imperator: quamuis esset apostata, habuit tamen sub se christianos milites, quibus cum dicebat: producite aciem cum defensione reipublicæ, obediebant ei. Cum autem diceret eis: producite arma in christianos: tunc cognoscebant imperatorem celi. Idem dicit August. super psalmos. ¶ Item beatus martyr Bonifacius, primus Moguntinensis sedis archiepiscopus missus a Gregorio papa ad prædicandum uerbū dei gentibus germanicis, sacramento constrictus est a communione falsorum sacerdotum. i. hęreticorum abstinere: & tamen in humanis eis communicauit: non in consensu: neq; sacramentis: sicut ipse fatetur, & scribit Zacharię pa

præsuccessori dicit Gregorii: ut habetur xi.quęst.iij. anteceſſor.& ſeq. Quod papa Zacharias commendauit dicens: q̃ ſi omnino per principalem, & humanū fauorem gentis francorum, dum ad eos acceſsiſſes, cogente eccleſiarum dei neceſsitate corporaliter abſtinere non potuiſti: & tamen in eorum conſilio, & cōmunionis conſenſu anima tua non eſt inquinata. Itaq; ꝓpter hoc, q̃ cū eis cōuerſatus es nō cōſentiēs iniquitati eorū: nullum eſt tibi detrimentū coram deo. ¶ Preterea. Eccleſia propter correctionem unius, non ſupponit multitudinem fidelium periculo mortalis peccati: ſed ſi omnis participans uerbo, oſculo aut in cibo, hoſpitio & ſimilibus excommunicato, peccaret mortaliter: cum hoc difficile ſit ſeruare in ſocietate humana in caſibus nō exceptis: tota multitudo ſupponeretur periculo mortalis peccati propter excommunicationem unius hominis in illa commorantis. Vnde melius foret nullum excommunicare, quā cum tanto periculo cęterorum unum metu excommunicationis a ſua contumacia reducere. Semper enim commune præferendum eſt bono priuato. ¶ Item pro quolibet peccato mortali quis poteſt excommunicari, preſertim quando aliter corrigi non poteſt: ſed pro communione in humanis (extra caſus conceſſos) nullus poteſt excommunicari: ergo talis communicatio non eſt mortalis. Cōſequentia eſt ſyllogiſtica in ſecunda figura. Maior patet: quia non eſt maior ratio de uno, quā de alio: & ſatis patet ſup.q.ii.huius diſt. Minor patet: quia pro participatione in humanis nullus poteſt excōmunicari, niſi prius fuerit ter monitus. ut in c. ſtatuimus.&.c. cōſtitutionē. eo.ti.lib.vi. ergo ante monitionem quādocumq; participauerit in caſibus non conceſsis: non peccat mortaliter. Si uero poſt trinam monitionem (qua ſpecialiter, & nominatim prohibetur huiuſmodi participatio) participat: tunc peccat mortaliter propter inobedientiam, & pertinaciam mandati ſibi ſpecialiter inſinuati: & tunc poterit excommunicari. Item xi.q.iii. quoniam multos. dicit papa. Si quis excōmunicatis in ſuſtētationem non ſuperbię: ſed humanitatis cauſa aliquid dare uoluerit, non prohibemus: ergo etiam ſi quis humanitatis cauſa, non in ſuſtentationem ſuperbiæ communicat in uerbo, aut cibo &c. nō prohibetur. Tenet conſequentia: quia efficacior, & maior eſt cōmunicatio in collatione beneficij, quā uerbi, uel hoſpitij. ¶ Præterea cōmunicāti excommunicato in humanis imponitur pęnitentia peccato ueniali debita: ergo peccat uenialiter. Tenet cōſequentia: quia pro mēſura peccati debet eſſe pęnitētiæ modus. Antecedens patet: quia.c.ult. xi. q.iii. dicitur: q̃ quicumq; ſeu ignorantia, ſeu timore: ſeu neceſsitate cuiuſq; negotij maximi, & maxime neceſſarij excōicatorū ſe cōiūctū, & ſalutatione, oratione, oſculatione contaminauerit: cū minoris pęnitētiæ medicina ſocietatis noſtræ participationem ſortiatur. Timor aūt licet attenuet culpā: non tñ mutat eius genus. Medicina aūt minoris pęnitentię eſt medicina peccati uenialis. ¶ Preterea nullibi habetur in canone: q̃ incidens in excommunicationē minorem peccet mortaliter: ſicut hoc habetur de excōicatione maiore: aut q̃ traditur ſathanę: ſiue q̃ ſeparetur a corpore chriſti, quę ſunt effectus peccati mortalis: ergo non eſt aſſerendū: quod nulla auctoritate probatur: maxime in his, quę aggrauant: quoniā pęnę non ſunt extēdendę: ſed reſtringendę. ſed maxima pęna eſt mortale peccatū, qđ inducit mortem æternam. ¶ Item ſi ſic, modica uel nulla eſſet differentia inter excōmunicationem maiorem, & minorem quantum ad damnum animę: nam utraq; haberet eūdē effectū, quātū ad dānum illatū aiæ: quia utraq; induceret extremum malū. ſ. ſeparationē a corpore chriſti myſtico: priuationē gratiæ, & gloriæ, & dānationem mortis ſempiternæ: nō eſt aūt hoc ꝓſumendum, q̃ eccleſia pia mater tantū malum filijs ſuis inferret pro leui actu cōionis cū excōmunicato ſine pertinacia, & cōtemptu &c. Et ſecūdū hāc opinionē cōmunē pōt reſpōderi ad rōnes altertius opinionis &c. ¶ Ad primum ne- L

getur, quod participatio illa quarti generis fit contra legem diuinam. Consequenter dicitur: quod in eo, quod dixit christus. Sit tibi sicut ethnicus, & publicanus: nō prohibuit participationem in humanis: sed tantum in diuinis: nam cum ethnicis, & gentilibus idolatris communionem habere poterāt fideles in humanis. Vnde apostolus j. Cor. x. ait. Si quis infideliū uocat uos ad cœnā, & uultis ire: omne quod uobis apponitur, manducate nihil interrogantes propter conscientiā &c. ubi apostolus nō prohibet cōicare cum gentilibus in cibo: sed dat ordinem, quō communicantes se habeāt, ut caueant scandalum pusillorū. Itē Chrys. super epistolam ad Heb. & habetur xi. q. iii. ad mensam. Ad mensam paganorū si uolueris ire: sine ulla prohibitione permittimus. Et allegat apostolum: ut statim dictum est. ¶ Ad illud apostoli. Si is, qui frater nominatur. Similiter ad illud de cano. Ioan. dicit Anto. quod sunt intelligendę de his, qui in contemptū eis communicant. Vel pōt dici: quod est exhortatio propter infirmos: nō pręceptū. Vel intelligitur de his, qui ad imitationē suæ infidelitatis, aut uitiorum trahere conātur. Vnde & Ioan. addit. Qui ei aue dixerit: communicat eius operibus malignis. i. periculo communionis in operibus malignis se exponit: ut exponit Lyra. Nā & illæ auctoritates locum habēt de non excōmunicatis. s. ebriosis, maledicis, quos uitare admonet Paulus propter periculum imitationis: qui tamen non sunt ipso facto excommunicati. ¶ Ad tertium. quod communicans excōicato facit cōtra præceptū ecclesiæ. Respōdet sanctus Tho. quod illud pręceptum de non cōmunicando excōicatis directe respicit spiritualia: & ex consequenti legitimos actus. Et ideo qui cōmunicat in diuinis, facit contra pręceptū, & peccat mortaliter. Qui autem participat eis in aliis: facit præter præceptum, & peccat uenialiter. Vel dicitur, quod non omnia pręcepta ecclesiæ obligant ad mortale: & maxime pęnalia, in quibus certa pęna exprimitur: sed ad pęnā immediate expressam. Et conceditur: quod communicās excommunicato incidit pęnā. s. excommunicationem minorē. Simile loquitur beatus Bern. de regulis religiosorū in de dispen. & præcepto. ¶ Prętereà pręcepta ecclesiæ obligant secundū intentionem ecclesiæ, quæ colligitur ex catholicis expositoribus: & etiam ex aliis declarationibus canonis. Nunc autem in c. quod in dubijs. extra de sen. excōmun. dicitur; quod illi, qui scienter excōmunicatis pręsumptuose participant: præter personas exceptas: nisi ab eorum cōmunione admoniti destiterint: excōicationis uinculo sunt innodandi: ergo ante monitionem nō peccauerūt mortaliter: alioquin possent excōicari pro cōione habita ante monitionem: quod iura prohibent: ut allegatum est in rationibus pro opposita opinione. Vel dicitur: quod canones illi nō insinuant præceptum: sed pęnā: quod satis patet ex forma uerborum. Et ad canones adductos respondetur: ut ibi respōsum est. Et quod cōsequenter arguitur: quod participantes incidunt similem excōicationem cum eo, cui participant. Dicendum uerum est simile in genere: sed non in specie: quia is, cui participatur, excōmunicatus est excōicatione maiori: participantes uerò minori. Et ideo ultima illatio nō ualet, qua infertur; quod ille, cui participatur, nō incidit excōmunicationem sine mortali: ergo & ille, qui participat: quia primus incidit maiorē: secūdus uero minorē tantū. ¶ Ad c. sacris respondent doct. quod intelligendū est de participante in crimine, uel in diuinis: siue de illa participatione, quæ fit cū mortali peccato: licet ita locum habeat de ueniali sicut de mortali. Quoniam ut dicit sanctus Thom. sicut peccatum mortale non potest bene fieri: ita nec ueniale. Quicūq; enim actus, qui potest bene fieri in eo, quod bene fit: non est peccatum. Implicat enim peccatum bene fieri, ut pctūm. Et ideo sicut homo prius debet sustinere mortē, quam peccare mortaliter: ita etiā quā peccet uenialiter illo modo debiti, seu illa intentione, qua tenetur, aut debet uitare ueniale. Siquidem nullum peccatum est eligibile scdm rectā rōnē: nā si in casu esset eligibile: in illo nō

Sustinēda potiꝰ mors q̄ mortaliter peccādum.

esset

esset pctũm. ¶ Ad aliud: φ nullus excõmunicandus est maiori excommunicatione nisi propter mortale: satis solutum est in probatione huius opinionis. ¶ Ad aliud negetur illarum: quoniam etsi pauci curarẽt uitare uenialia: multi tamẽ: immo omnes boni, & timorati magnopere curarent pœnam minoris excõmunicationis. s. exclusionem a sacramentis, quæ tanta est, quantum bonum est participatio ad usus sacramentorũ: quę longe grauior est, quã erubescentia etiam excõmunicato excõicatione maiori. Et esto: φ utile sit excõmunicato, quo terreatur, ut citius reuertatur ad ecclesiã: nõ tamen sequitur: φ ideo nõ uitãtes peccent mortaliter. Alias enim communicantes in casibus exceptis peccarent mortaliter. Et iudex quoties non puniret peccatores: peccaret mortaliter: quoniã statim corrigere peccatores: & non sine re ex sententia agere: utile est peccatoribus: & magni beneficij indicium. ij. Machab. vi. ¶ Quantum ad secundũ articulum est

Arti. 2. Cõcl. 1. M conclusio prima. Omnis uoluntarie cõmunicãs excõmunicato excõmunicatione maiori: & denuntiato in casibus non exceptis: excõmunicatus est ipso iure: siue in diuinis ei communicet: siue in humanis. Illa conclusio probatur per canon. supra in illa opinione allegatos: sicut apostoli &. c. cum excommunicato. &. c. si quis frater. xi. q. iii. ¶ Dicitur in cõclusione excommunicatus est simpliciter: & non specificatur qua excommunicatione: an maiori, uel minori: quia quandoq; sic communicans incidit maiorem, aliquãdo minorẽ: ut subiectę conclusiones declarabũt. ¶ Dicitur excõmunicatione maiori: quia cõmunicãs excõicato minori excõmunicatione, nõ incidit: ut dicetur. ¶ Dicitur uolũtarie: qm si coactus simpliciter cõicaret, nõ incideret: ut in cano. sacris. de his, quę ui metus ue cau. fiũt. ¶ Dicitur in casibus nõ exceptis: ubi multa includitur: de qbus sup. art. j. ¶ Dicitur in diuinis, uel humanis: quia utraq; cõmunio inducit excommunicationẽ &c. ¶ Conclusio secunda.

Cõicãs excõmunicato maiori in casibus nõ excepts est ipso iure excõmunic.

Cõcl. 2. N Cõicãs Participans excõmunicato excõicatione maiori cũ suis participibus post canonicã monitionem, incidit iudicis decreto maiorem excõmunicationẽ. Ista cõclusio patet per c. sacris de sen. excõ. ubi dicitur. Is qui uoluntarie excomunicatis illis cõicauerit, qui cũ omnibus fautoribus, & participibus suis excõmunicationis sententia sunt adstricti: nõ prius, quã absolutionis gratiã perceperit, habẽdus est absolutus. Et. c. φ in dubijs. eo. ti. ubi dicitur. Si scienter cõmunicãt ei, qui cũ participibus suis est uinculo excõmunicationis sententialiter innodatus: tũc n. & ipsi sentẽtiã excõicationis incurrunt. Sed hic dicit Panor. φ hodie hæc sententia non põt ferri ab excõmunicatore. Vnde nullus citra papam põt hodie ferre hanc excõmunicationẽ. Excõmunico te cũ omnibus participãtibus tibi: ut in. c. statuimus. eo. ti. lib. vi. Sed opus est, ut participantes prius canonice admoneantur, quã excõmunicẽtur. Vnde ait Inno. quartus. Statuimus, ut nullus iudicũ participantes cũ excõmunicatis in locutione, & alijs, quibus ligatur participans excõmunicatione minori: ante monitionem canonicã, excõmunicatione maiori excõmunicare præsumat: saluis constitutionibus contra illos legitime promulgatis, qui in crimine præsumunt participare damnato. Quod si ex locutione, & alijs, quibus participãs labitur in minorem excommunicationẽ: excommunicatus fortius indurescat: poterit iudex post canonicam monitionẽ huiusmodi participantes consimili damnare censura. Aliter autem in participantes excommunicatio prolata non teneat: & proferentes pœnam legitimã poterunt formidare. Et quæ sit monitio canonica: declaratur infra c. constitutionum. eo. ti. & lib. Illa scilicet, quę alijs rite seruatis, eos, qui monentur, exprimit nominatim: & sit trina: uel una pro tribus aliquorum dierum inter uallis competentibus seruatis: nisi necessitas facti aliter ea suaserit moderanda. Hæc ibi. Et ideo additum est in conclusione post canonicam monitionem iudicis decreto: quod tamen non respicit papam, quem hæc lex non ligat: ut c. significauit. ubi papa clericos inuo-

denũcia to post canonicam admonitionẽ, incidit &c. n maiorem.

luit maiori excommunicatione, qui ex communicatis a papa participant in diuinis &c. ¶ Conclusio tertia. Cômunicans cum excommunicato maiori excômunicatione sciêter in crimine, pro quo talis excômunicatur: eadem maiori excômunicatione mulctatur. Probat hæc cõclusio per c. nuper. de sen. excõ ubi dicitur, quod cômunicâs sciêter nominatim excõicato in crimine ei consilium impendendo, auxiliũ uel fauorē: ratione dânati criminis delinquere uidetur in eũ, qui damnauit: ab eo uel superiori merito de licti erit absoluendus: cum faciente, & consentientem par pęna cõstringat. Et clarius in c. si concubinæ. eo. ti. ubi dicitur. Nõ est dubium sententia maioris excõmunicationis inuolui, qui post latam sententiã cõmunicant in eodē crimine criminosis. Et intelligenda sunt hæc de auxilio, cõsilio, & fauore: quibus cõsentiunt, & cooperantur crimini: puta sine quibus crimen nõ cõmitteretur, aut nõ cõtinuaretur. ¶ Et dicitur notanter in crimine, pro quo lata est excõmunicationis sententia: quoniã si cõmunicaret secũ in alio crimine, pro quo sententia excõicationis nõ fuisset lata: licet peccaret: nõ tamen incideret sententiã excõmunicationis maioris. Similiter si cõicaret in crimine ante sententiã excõicationis latã: ut dicit Panor. in c. si concubinæ &c. ¶ Conclusio quarta. Cõmunicãs excõmunicato minori excõmunicatione extra casus pdictos, siue in diuinis, siue in humanis casibus nõ cõcessis: incidit sententiã excõmunicationis minoris. Ista conclusio satis patet ex iuribus sup. allega. in j. artic. in prima opi. ¶ Cõclusio quinta, quæ cũ sequentibus respõdet ad secũdũ quęsitũ. Cõmunicãs excõmunicato excõicatione maiori in crimine mortali, aut in diuinis, siue etiã in humanis, post trinã monitionē, uel in cõtemptum clauium, aut præcepti iudicis, peccat mortaliter in casibus non exceptis. Illa conclusio plures clausulas habet. Et est de mente omnium doct. Et probatur quantum ad singulas. Quo ad primam: quia quicũq; consentit mortali pctõ, siue suo, siue alieno: peccat mortaliter secundũ illud ad Rom. j. Quoniam qui talia agũt, digni sunt morte: nõ solũ qui ea faciunt: sed etiã qui consentiunt facientibus: sed qui cõmunicat excõmunicato in peccato mortali, cõsentit pec cato mortali: hoc. n. est cõmunicare in mortali: consentire mortali, consilio, auxilio, uel fauore: ut in c. nuper sup. allegata. Et non ponitur hic differentia, siue communicet in illo mortali, pro quo lata est sententia, siue alio: quoniam eadem est ratio de omni mortali: eo quod omnis consensus in mortale, est mortalis: licet non omnis inducat excõmunicationem maiorem: ut dictũ est. ¶ Quo ad secundam clausulam. s. quod omnis communicans in diuinis peccat mortaliter: probatur secundũ Tho. quia omnis talis facit contra constitutionē pręceptiuã directē. Quoniã directè intendit ecclesia prohibēs cõmunionem cum excommunicato prohibere communionem in diuinis: ut dictum est. Item excommunicatus maiori excommunicatione suspē sus est a diuinis: & immiscendo se illis peccãt mortaliter: & sic communicans ei in diuinis, communicat secũ in mortali. Et intelligitur conclusio, quantum ad illam clausulam de communione per consensum: quoniam si communicaret ei in diuinis ui, uel metu, aut alia causa, dolens eum se miscere diuinis: non auderem asserere talem peccare mortaliter &c. ¶ Quo ad tertiam clausulam: scilicet in humanis post trinam monitionem: probatur: quia talis potest excommunicari maiori excommunicatione: ut patet in c. statuimus. in probatione secundę conclusionis allegato: sed nullus põt excommunicari nisi pro peccato mortali: ergo &c. ¶ Quo ad quartam. s. uel in contemptum clauium: quia qui ecclesiam contemnit, christum contemnit, eo teste Luc. x. Qui uos spernit, me spernit. ¶ Quo ad quintã: uel cõtra præceptum iudicis. Nam secundum Hostien. qui contra prohibitionem iudicis siue generaliter, uel specialiter factam communicat: mortaliter peccat: quia pro illa communione põt excommunicari maiori excommunicatione: ut

Cõcl. 3. Cõicãs cũ excõicato maiori excõ. scienter in crimine pro quo is excõm. eādē incurrit.

Cõcl. 4.

Cõcl. 5. Cõicãs qñ incidit peccatum mortale

in c. si celebrat. de cleri. excõ. m. quod uerum est præmissa canonica monitione. Et sic uidetur: quid intelligendũ est post huiusmodi monitionẽ cõmunicãs. Secus tamen est si communicat contra prohibitionem canonis: tunc enim nisi ex contẽptu ageret: non peccaret mortaliter. Et hic est casus, in quo mitius agitur cum lege, quã cũ iudice. ¶ Dicitur ultimò in casibus non exceptis: quod intelligitur de casibus in c. quoniam multi xi. q. iii. notatis. In talibus enim communicantes: nec peccant: nec excõmunicationem minorem incurrunt: ut patet sup. ¶ Conclusio sexta. Sola frequentia communicandi in humanis cũ excõicato maiori excommunicatione, non inducit communicanti pctũm mortale. Probatur: quia uenialiũ frequentia: licet sit uia quędã & preparatio ad mortale: tamen secundum se non est circumstantia mutans genus peccati uenialis: ut dictum est sup. dist. xvi. q. v. Dicitur notã ter sola frequentia: quoniam si accederet contẽptus, uel pertinacia: tũc bene mutatur genus peccati. Et quoniã frequentia est signũ: licet nõ infallibile, cõtẽptus: quia qui frequenter agit contra monitionẽ legis: uel cõsilij, uidetur cõtẽnere legẽ, uel cõsiliũ: & ipsam, uel ipsum penitus nõ curare: quod nõ est sine cõtẽptu. Ideo quidã ponũt inter casus, quibus cõmunicans peccat mortaliter, etiã frequẽtiã: quod intelligere oportet cum inclusione contemptus &c. ¶ Conclusio septima. Credens firmiter per suã communionem sequi in alijs contẽptũ clauiũ: & nihilominus communicans ex communicato, non excusatur a mortali peccato. Hec est sententia sancti Bonauent. Et probatur: quia talis scandalizat populum, & proximum actiue: quia seciũ dum suã conscientiam dat occasionem peccati mortalis: puta contemptus clauiũ: & per cõsequens peccat mortaliter: etiã si secundũ ueritatem nõ scãdalizaret: quoniã qui agit contra conscientiã: ędificat ad gehennam. ¶ Conclusio octaua probabilis secundum opinionẽ doctorum utriusq; iuris diuini pariter, & humani. Communicans excommunicato maiori excõicatione in casibus non exceptis: neq; in superioribus cõclusionibus expressis: non peccat mortaliter: sed tantum uenialiter ratione huiuscemodi communionis. Ista conclusio satis deducta est in secunda opi. in j. artic. recitatas. ¶ Conclusio ultima. Cõmunicans cum excommunicato minori excommunicatione: neq; peccat, neq; excommunicationem incurrit regulariter ex hac participatione. Hęc conclusio patet quo ad primam partem: q non peccat: quia sic communicando non facit contra prohibitionem præceptum, uel consilium. Pro secunda parte patet: quia excõmunicatio nõ trãsit in tertiã personam. Excommunicatio enim minor excludit a perceptione sacramentorũ: non a cõione hominũ: ut sup. dictum est. & in c. quoniam multos. xi. q. iii. in quo dicit Greg. vii. Apostolica auctoritate subtrahimus ab anathematis uinculo illos, qui cõmunicant cũ illis, q excõicatis cõmunicant. Et accipitur anathematis impropriè secundum glos. pro simplici excõicatione minori. ¶ Quantũ ad tertium articulum dubitatur primo: quis sit effectus excõmunicationis minoris. Respondetur: q principalis eius effectus est separatio a perceptione sacramẽtorum: ita q si percipit sacramenta, peccat mortaliter: non tamen incidit irregularitatem, neq; separat a collatione sacramentorum. Ita q licet conferendo sacramenta peccet: non tamen carent sacramenta ab eo collata suo fructu. Secundus effectus: q non potest eligi ad aliquam dignitatem ecclesiasticam: nisi ignoretur eius excommunicatio ignorantia probabili, non crassa aut supina, potest tamen eligere, & omnia, quæ sunt suæ iurisdictionis (si quam habet) exercere. omnia hæc in c. si celebrat. de cle. excom. mini. Item nõ excludit a diuinis: nisi dumtaxat a perceptione sacramentorum. Vnde non prohibetur intrare ecclesiam: neq; orare cum alijs: neq; audire missam: sed celebrare, aut eucharistiam sumere prohibetur secundum communiorem opin. doctor. Item non prohibetur a com-

Margin notes:

Cõcl. 6.

Sola frequentia pcti uenialis nõ reddit ipsũ mortale

Cõcl. 7.

Cõcl. 8.

Cõcl. 9.

Arti. 3. Dub. 1.

Qui sũt effectus excõicationis minoris

munione hominum in actibus legitimis Item nõ prohibetur a communione hominum in actibus legitimis neq; actiuè, neq; passiuè ut in c. audi. & c. ad mẽsam. §. euidenter. xj. q. iii. &c. ❡ Dubitatur secundò: quomodo excõmunicatus maiori excõmunicatione uitari debet, ut caueatur excõmunicatio minor. Solutio huius dubij patet ex præmissis. Nam in primis uitandus est participans in crimine. Secundò in diuinis: unde si intrat ecclesiã tempore diuinorum debet ei jci: si noluerit exire: debent clerici cessare, donec exierit. Et similiter celebrans si nõ incepit canonem, quo incepto procedere debet usq; ad sumptionem inclusiuè: & postea cessare: ac communionem, & complenda in armario, aut loco secreto complere. Tertiò in actibus legitimis humani, secundum distin. sup. positas. Multa particularia hic tractant canonistæ, quæ hic omittuntur causa breuitatis &c. ❡ Dubitatur tertio: cum præcepta superiorum nõ ligant nisi subditos suos: unde est: ꝙ omnes christiani excommunicationem ab episcopo tenentur uitare: & nisi uitauerint, incidunt in excommunicationem minorem. Respondetur breuiter: ꝙ non uitantes excommunicationem ab inferiori iudice puta episcopo particulari incurrunt excommunicationem minorem: non auctoritate propria iudicis inferioris, saltem non sui subditi: sed auctoritate iuris, siue legislatoris uniuersalis. Nam ipso iure communicans excommunicato maiori excommunicatione a quocumq; fuerit excommunicatus: minorem excommunicationem incurrit: ut patet ex supra allegatis. Licet enim iudex particularis possit subditum suum excommunicare, excommunicatione minori: rarò tamẽ hoc practicatur: sed frequenter hæc excommunicatio inciditur ipso iure. ❡ Dubitatur quartò: utrum metus mortis, aut alterius magni mali excuset participantem in diuinis cum excommunicato maiori excommunicatione a mortali. De hoc uidentur esse opiniones, quas recitat Panormit. in c. sacris. de his, quæ ui metus ue causa fiunt. Nam Hostien. uidetur dicere; ꝙ non: per c. sacris. ubi dicitur: ꝙ metus non excludit prorsus culpam: sed attenuat. Cuius ratio assignatur: quia pro nullo metu debet quis peccatum mortale incurrere: præsupponit igitur decretalis illa; ꝙ communicans excommunicato tali peccet mortaliter: & communiter exponitur de communicante in diuinis: ut supra dictum est in primo articulo. ❡ Alia est opinio Hugo. & Guil. quã multi sequuntur. Ioann. in sum. confes. Ange. & Baptista distinguentes de metu. Aut est metus cadens in constantem uirum: aut non. Si primum: excusat a peccato. Si secundum: non excusat simpliciter a toto: ut non peccet mortaliter: sed a tanto: ꝙ non sit tantum, quantum esset: si nullo metu inductus fuisset. Et consequenter dicunt: ꝙ c. sacris intelligendum est de metu non cadente in constantem uirum: uel de participante in crimine: ibi metus nullus excusat. Sed uidetur: ꝙ illa distinctio non sufficiat: quoniam aut in casu participare in diuinis &c. est peccatum: uel non. Si secundum: non oportet recurrere ad metum: siue enim timeat: siue non: in casu illo non est peccatum. Si primum: tunc metus, propter quem participat, non est metus cadens in constantem uirum: quia uir constans propter nullum metum peccat: cum peccatum sit maximum malum excedens omne malum temporale: uir autem constans non est, qui eligit maius malum propter euitare minus malum. id est non eligit peccare propter euitare mortem temporalem.

❡ Oportet igitur uidere: utrum participare in diuinis sic excõmunicato: in hoc casu sit peccatum mortale, uel non. Et ad huius inuestigationem inquirendum est, qua lege prohibitum: an scilicet diuina, uel humana. Si humana: tunc in casu nostro non ligat. Tum: quia a lege humana prohibente communionem non ligat in necessitate per capit. quoniam xi. quæst. iij. nulla autem maior necessitas, quam necessitas fugiendi mortem imminentem. Et si propter necessitatem famis; tollendæ: licet

Dub. 2. S Quo excõic. uitari debet.

Dub. 3. T Quo sẽtẽtia iudicis ligat non sibi subditos.

Dub. 4. V Vtrum metus mortis excuset participantẽ in

in diuinis cũ excõmunic.

cõicare excommunicatis: quantòmagis propter necessitatem euadendi mortẽ imminentem. Tum quia ecclesia non potest aliquem obligare sub pœna excõmunicationis, aut peccati mortalis: ut nec metu mortis: nec perditionis rerũ communicet excommunicato. Cuius rationem assignat Ockam in suo dialogo par. j. lib. vij. ca. lvij. quia ad illa quæ sunt supererogationis: uel quæ excessiue grauia dinoscuntur: & ad quę quis nec iure diuino: nec naturali: neq; spõtanea uoluntate obligatur: non potest ecclesia (etiam de plenitudine potestatis) fideles arctare regulariter. Hęc. n. est causa; quare ecclesia non potest christianos ad uotum castitatis arctare: quia ut lex sacra dicit: castitas suaderi põt: imperari non potest. Similiter ecclesia non potest christianos cogere religionẽ intrare: quia hoc supererogationis est. Sic etiam ad excessiuę grauia non potest arctare: ne de prelatis hęc pręcipiẽtibus dicatur illud Matth. xxiij. Alligãt onera grauia, & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea mouere. ¶ Et dictum est regulariter: quia ex causa, & pro culpa ad talia posset aliquos obligare. Quẽadmodum aliquibus pro culpa pręcedente matrimoniũ interdicitur: & aliquos etiam in monasteriis statuit esse retrudendos. Cum ergo mortem suscipere: & res suas amittere: & grauia tormenta subire, & consimilia sint inter excessiuę grauia computanda: ecclesia per nullam constitutionem potest regulariter christianos in aliquo casu, in quo ad huiusmodi nec per legem diuinam: nec per legem naturę, neque per uoluntatẽ spontaneam obligantur constringere. Sed si ad non communicandum in diuinis cum excommunicato minori excõmunicatione christiani nullo prædictorum modorum sunt astricti: ecclesia regulariter quemlibet ad non communicandum taliter excommunicato sub pœna excommunicationis, & peccati mortalis: in casu præmisso nullatenus poterit obligari. Si uero communicare excommunicato in diuinis est contra legem diuinam: tamen nullo modo (& nõ pro morte uitanda) est trãsgrediẽdũ. Sicut pro uita conseruanda non est fornicandum: nec innocens occidẽdus. Et quód sic diuina lege uel naturali prohibitum est: ibi potest ecclesia grauissimã pœnam transgredientibus infligere: & ad obseruandum præceptum legis diuinæ, uel naturæ catholicos obligare. Vbi autem (ut dictum est) non est nisi præceptum humanum ex causa rationabili non uoluntaria: non potest ad obseruãdum tale præceptum catholicos sub grauipęna arctare; quin saltem pro morte uitanda potest quis tale præceptum prætergredi. In tali enim casu epikeia interpretatur legem humanam non esse seruandam in tali casu, seu sensu sicut uerba sonare prima facie uidentur: sicut supra allegatum est. Beatus Bonifacius archiepiscopus Moguntinus iuramẽtum suum, quod pręstitit de non cõicando hereticis, interpretatus fuit: quam interpretationem papa Zacharias approbauit. ¶ Nodus itaque huius quæstionis, X anpro uitanda morte liceat cõicare ex cõicato in diuinis: in hoc cõsistit. Vtrũ huiusmodi cõmunio sit prohibita lege diuina, uel tãtum humana. Et circa hoc sunt opi. Ockam tenet: ꝙ hęc cõmunio sit prohibita lege diuina: ꝙ sic scd̃m eũ probari potest. Nã excõicatus, eo ꝙ ecclesiam audire contemnit: ab ecclesia separatus est: & tanquã ethnicus a fidelibus habendus. Matth. xviij. ergo in ecclesiasticis actibus (quales sunt sacramentorum ministrationes) excepto in necessitate baptismo, uitãri debet. Tenet consequẽtia: quia in diuinis fidelium, ethnicorum infidelium idololatrarum, nulla põt esse cõmunio. Quæ enim conuentio christi ad Belial. Aut quæ pars fidelis cum infideli. Quis autem consensus templi dei cum idolis. ii. ad Corint. vi. Non debet ergo actus illos, qui tantum in ecclesia ritè fieri possunt, & proprii sunt ecclesiæ: in qua tantũ effectum suum habẽt: explere, q ẽ extra ecclesiam; qualia sunt sacramenta, & cætera diuina ministeria, ad quę etiã i primitiua ecclesia catecumini nõ

admittebantur. Item cum excõicati in
digne tractant diuina: quia contra dñm
secundum illud Matt. xij. Qui non est
mecum contra me est: qui eis cõicant
in his cõicant in eo, q agit cõtra legẽ
diuinã: & per consequens ipsi peccãt in
legẽ diuinã: q̃a faciẽs, & cõsentiens pa
res iudicantur. ad Rom. j. Et ideo com-
mendat excellenter beatus Greg. san-
ctũm Hermigaldum regem, qui elegit
sustinere martyrium magis, quã ab Ar-
riano suscipere eucharistiã: ut habetur.
xxiiij. q. j. c. ulti. q utiq; commendabi-
le non fuisset: si susceptio sacramenti ab
hæretico contra diuinam legem non
fuisset &c. ¶ Alia est opinio Baptistæ in
summa sua: excommunicatio. vi. ubi di-
cit, q cõicans excõmunicato etiam in
diuinis metu mortis, non peccat: nec
minorem excõmunicationem incidit.
Et fundat hoc dictum in eo, q partici-
patio in diuinis prohibita est lege hu-
mana, quę non ligat in tali necessitate.
Primæ opinioni applaudere uidentur
cõiter doc. qui concorditer dicunt, cõ-
municantem cum excommunicato in
diuinis peccare mortaliter: nullã causã
excipientes; q uerum non esset, nisi sic
communicans ageret contra legem di-
Dub. 5. Y
uinã &c. ¶ Dubitatur quintò. Vtrũ ex-
cõicatus excõicatione maiori, peccet
cõicando aliis. Respondetur, q sic siue
cõicet non excõicatis, siue cõmunicet
aliis excõicatis: nã in c. illud. de clerico
excommunicato ministrante, dicit In-
noc. excõmunicatum non uitare mul
tò magis, quàm non uitari periculosum
existit. nõ uitare liquidè (cum in eo sit
excommunicatus) sine delicto non po
test: sed cum ex aliis pendeat sine suo de
licto, poterit non uitari. ubi Panor. Ex-
communicato prohibetur communio
actiua, & passiua. Vnde grauiter peccat
excommunicatus communicando aliis
quia uidetur contemnere excommuni-
cationem: & usurpare communionem
sibi interdictam. Et hoc puto uerũ: nisi
in casibus, in quibus alii licitè ei possunt
communicare: ut pater excommunica-
tus nõ peccat nutriendo filiũ, uxorẽ, &
familiam: quoniã cõicare est relatio ę-

Vtrum excommunicat⁹ exco. maiori peccet communicãdo aliis.

quiparantię, & ideo non posset licitè cõ
municare quis excõicato i casu: nisi ẽt
excõicatus posset in eodẽ casu sibi cõi-
care: sicut ergo quis potest debitum suũ
petere ab excommunicato sine pctõ: sic
potest excommunicatus reddere sine
pctõ. Item potest audire uerbum salutis
in publico, & priuato sine pctõ: & tamẽ
hoc faciendo communicat ei, qui secũ
participat &c. ¶ Dubitatur sextò de ab- Dub. 6. A A
solutione: quis habet absoluere excom
municatũ. Respondetur: q in foro pęni
tẽtię nullus põt absoluere nisi sacerdos
quia potestãs clauiũ, a qua pcedit hmõi
absolutio: non datur nisi sacerdotibus.
In illo n. foro nullus absoluitur ab excõ
municatiõe: nisi absoluatur a peccatis.
Manente enim peccato, manet etiam
excommunicatio quoad deum. Solus au
tem sacerdos absoluit a peccato. Sed lo
quendo de foro exteriori, & iudiciali
quoad ecclesiam: dicitur primò, q ab
excommunicatione minori potest ab-
soluere quilibet sacerdos, qui potest ex
communicatum minori excommuni-
catione absoluere a peccatis: siue sit sa
cerdos proprius ordinarius, siue com-
missarius. Et hoc si fuerit excõmunica-
tus a iure: si uerò ab homine, sic absolui
debet a suo excommunicatore, ut dicit
Rich. Secundò dicitur: q excommuni-
catus maiori excõicatione a iure, non
a iudice: ubi conditor canonis, absolu-
lutionẽ sibi, uel alteri nõ reseruauit: po
test similiter absoluere sacerdos pro-
prius, eps, uel curatus, qui potest absol-
uere peccato, pro qua lata est senten-
tia excommunicationis a iure secundũ
communem, opi. theol. licet quidam ca
nonistæ contrarium sentiant. Et est sa-
tis clarius tex. in c. nuper. de sententia
excom. Excommunicatus autem a iu-
dice, uel homine ab eo, uel suo superio-
re, a quo excommunicatus est: absolui
debet: nisi ad eũ eẽt difficilis accessus:
tunc accepta iuratoria cautione de pa-
rendo iudici, posset absolui ab episco-
po, uel proprio sacerdote: ad hoc dictũ.
cap. nuper. & non impedit excommu-
nicator non sit sacerdos: quia qui in ali
quo foro potest ligari: in eodem po-

Quis habet absoluere excommunicatum.

rest, & absolui. Talis autem sic absolutus in foro ecclesiæ exteriori, nihilominus est absoluendus a peccatis a suo sacerdote. Est etiam aduertendum, q excommunicatus pluribus excõicationibus, potest ab una absolui: alia nihilominus eum ligante, hoc est separante a cõione sacramentorum, & hominũ. Do nec enim ab omnibus excõicationibus absoluatur: separatus est ab utraq; cõione. Et loquor de excommunicatione maiori: & de hoc supra habitum est. q. ii. huius dist. In articulo tamen mortis, sicut a quolibet pctõ: ita etiã a qualibet excommunicatiõe potest pctõr excõicatus absolui: saltẽ a nõ excõicato maiori excõicatione, nec suspenso. Et dicitur maiori excõicatione: quia excõicatio minor non impedit: possunt enim duo ambo excommunicati minori excommunicatione se mutuo absoluere: ut habetur in. c. duobus. de senten. excommu. &c. ¶ Dubitatur ultimo: utrum quis potest absolui inuitus. Respondetur post Richar. q excommunicatus a iure non potest absolui inuitus: quia cũ uoluntariẽ fecit illud, cui excommunicatio annexa est ipso iure, aliquo modo excommunicatus est sua uoluntate: nam uolens antecedens, uult uirtualiter, & consequens. Et ideo sine sua uoluntate, & requisitione non potest absolui. Et si non uult absolui: ideo ut plurimum. non uult: quia manere uult in crimine, cui annexa excommunicatio: sed manens in crimine, manet in annexa excommunicatione: & de hac excommunicatione intelligendũ est cap. damnationis sententiam. xxiiii. quæst. ii. ubi dicitur. Damnationis sententiam quicunq; meretur accipere: si in suo sensu uoluerit permanere: nullus relaxare poterit. Excommunicatus uero a iudice, si de facto absoluitur inuitus, tenet absolutio: quia sicut inuitus potest excommunicari: ita & absolui. Et sicut absens potest excommunicari per litteras: ita potest absens absolui: sic si iudex iniustẽ excommunicat, debet ẽt nolentem absoluere, sine sententiã relaxare. Si uero iustẽ excõ. catus est: non debet inuitus absolui nisi forte in casu, in quo iudex uideret, q illa absolutio esset magis medicinalis animæ contumacis, quàm eius excõicatio: & q non esset præiudicialis saluti cõitatis. Excõicatio enim licet infligatur, ut medicina ad corrigendum contumacem: infligitur tamen etiam in errorem aliorũ: & ideo si alii per absolutionẽ inuiti redderentur ad contemnendum excommunicationem proni: absoluendus non esset: quia bonum commune præferendum est singulari. Multi casus speciales in hac materia tractandi forent, qui magis ad canonistas pertinent. Ad theologum pertinet nosce principia, ex quibus conclusiones demonstrantur canonistarum. Et tãtum de hac distinctione.

Dub. 7. B B Excommunicatus a iudice potest absolui inuitus.

DISTINCTIO. XIX.

POSTQVAM ostensum est &c. Egit magister distinct. præcedenti de potestate clauium quãtum ad obiectum, circa quod uersatur: in hanc distinct. xix. agit de eadem quantum ad ministrum, cui datur. Et summatur sententia textu per tres subiectas conclusiones. Prima: quamuis solis: non tamen omnibus presbyteris traditur in sua ordinatione clauis scientiæ, seu discretionis. Secunda pars non tenetur a doct. nisi limitetur ad dignam receptionem, ac traditionem clauis scientiæ: que non est scientia actualis, neque habitualis: sed auctoritas discernendi, quæ potest stare sine actuali cognitione: ut dictum est quæst. pri. distinct. xviii. Et hc intelligendus est magister in hac conclusione &c. Secunda conclusio. Claues ligandi, & soluendi cuncti sacerdotes recipiunt in sua ordinatione: sed soli apostolicæ uitæ, & doctrinæ imitatores has rectẽ tenent, atque dignẽ. ¶ Tertia conclusio. Hi sacerdotes male

dictionem incurrunt, qui uiuificāt mortua: & ea mortificant, quę coram domino uiuunt. Has conclusiones magister latius prosequitur in textus continuatione &c.

Quæstio unica.

A Vtrū soli euangelico sacerdoti conferant claues in ordine.

TRVM cuilibet, & soli euangelico sacerdoti conferātur claues in susceptione sacerdotii. ¶ Quęstio hæc consueto more tribus absoluetur articulis. Primus terminos declarabit. Secundus per conclusiones ad quæstionis titulum respondebit. Tertius mouenda dubia appropriatis solutionibus terminabit. ¶ Quantum igitur ad primum articulum: quia multa de clauibus dicta sunt dist. præcedenti, quæ hic pręsupponuntur: ideo breuius procedendum est.

Arti. 1. Nota. j. Duplex clauis. Vnde rememorandum: q licet secundū Pe. de pal. dist. præsenti. q. j. ar. i. conclusione. ij. duplex sit clauis iurisdictionis, scilicet & ordinis. Iurisdictionis requirit materiam subiectam, sicut dominus seruum. Clauis uero ordinis, qua peccata soluuntur, uel retinentur: non semper habet materiam in actu: ut supra tactum est: hic dicenda tantum intelligenda sunt de claue ordinis.

Not. 2. B Duplex sacerdos. ¶ Secundò notandum: q duplex est sacerdos: legalis, scilicet & euangelicus. Legalis est sacerdos uete. testa. qui licet & ipse mediator fuit inter deum, & populum orationibus suis, & sacrificijs, quæ ipsi deo obtulerunt ex donarijs populi, quorum ritus, & officium describitur Leuit. per totum: principale tamen eorum officium: ut Rich. ait: fuit præcipuè respectu clausionis, & apertionis legalis templi, et oblationis sacrificiorum, & sacramentorum legalium iudicando homines esse mundos, uel immundos, immunditijs legalibus: & respectu mundationis irregularitatum legalium. Euangelicus uerò est, qui ex traditione episcopi accepit in sua ordinatione potestatem super corpus christi uerum in altaris sacrificio cōficiendum, offerendum, & populo dispēsandū. Et sup corpus chri mysticū ad mēbra huius corporis incorporādū purgandum, a peccatis absoluendum, & ad satisfactionem ligandum: ac per hoc regnū cœlorum dignis aperiēdum, & indignis claudendum: & ad sacramenta specialia dispensandum. ¶ Tertiò notandum: q

Not. 3. aliud est habere claues: & aliud habere usum clauium. Claues habent, quicunque habent auctoritatem absoluendi, & ligandi: ac inter dignum, & indignū discernendi: licet non habeant sibi subiectos, in quos auctoritatem, & potestatem hanc exerceant. Vsum uero clauiū habent, qui dictam potestatem habent & etiam habent subiectos sibi, in quos huiusmodi potestatē exerceant. ¶ Quibus breuiter præmissis, sequuntur conclusiones pro art. ij. §. Cōclusio prima.

Arti. 2. Cōcl. 1. C Claues ordinis, & cælestis regni nō fuerūt collatæ sacerdoti legali. Claues ordinis, & cælestis regni nō fuerunt collatę sacerdoti legali. Hęc conclusio est Pe. ubi supra. q. ij. arti. i. & probatur: nam ut dictum est dist. xviij. q. i. Clauis est, qua ecclesiasticus iudex excludere debet ligando indignos a regno cęlorum: aut soluendo dignos recipere ad regnum cœlorū: sed ante aduentum christi non poterat aliquis recipi ad regnum cœlorum, cum usq; ad solutionem precii per passionem christi, aditus regni omnibus fuit clausus. ideo añ christi aduentū nō fuit clauis aperiē di regnū. Præterea per claues datur potestas sacerdotibus per ministerium sacramenti pœnitentię remittere pctā; & tenere modo supra dicto, ut habetur Ioan. xx. Sed apud sacerdotes uete. testamen. non fuerat talis potestas, nam per sacramenta, quę ipsi ministerialiter ministrabant, non conferebatur gratia: neque remittebatur culpa ui sacramentorum: ergo apud eos non fuerē claues, de quibus nunc sermo. ¶ Verū fuit quorundam opinio: ut recitat sanctus Tho. & sanctus Bonauen. q claues fuerunt apud sacerdotes uete. testa. sed imperfectè, & semiplenè, & inchoatiuè: quia & ipsi poterant imponere pœnam pro peccatis ignorantię legis ueteris. In lege autem euangelica sunt perfectę quia sacerdotes nouæ legis non solum imponunt pęnam confitentibus: sed & aliquid

aliquid pœnæ remittunt uirtute clauiū. Sed opposita opinio, secundum quam posita est cōclusio, est probabilior, quā communiter sequuntur doctores: propter rationes ad conclusionem adductas: neq; sunt inchoatiue in uete. test. sed bene figuratę: sicut & alia sacramē ta nouæ legis ❡ Conclusio secūda. Cuilibet sacerdoti in susceptione ordinis sacerdotij cōferuntur inseparabiliter claues regni cęlestis. Ista conclusio habet tres partes. Prima: ꝙ cuilibet sacerdoti tam bono, quàm malo confertur potestas clauium. Secunda pars; ꝙ claues hæ conferūtur in collatione ordinis sacerdotij. Tertia pars: ꝙ conferuntur inseparabiliter ab ordine. ita ꝙ manēte sacerdotio, manet & potestas clauium: & quia sacerdotiū amitti non potest, sicut nec character delebilis: ideo potestas clauium confertur inamissibiliter. ❡ Primum probatur: quia cui datur, quod maius est ei regulariter non negatur, quod minus ē: sed maxima potestas possibilis uiatori est potestas conficiendi corpus christi uerum. Et hæc indifferenter confertur omni sacerdoti in susceptione sui ordinis, tam bono, quàm malo. Hæc enim a christo fuit collata tam Petro, quàm Iudæ: cum dominus ad omnes (quos in cęna cōmunicauerat) dixit. Quotiescūq; feceritis in meam cōmemorationē &c. Ad idem est magister in textu, adducēs autto. beati Hiero super Matth. xvj. & Augu. in lib. quæstionum noui, & uete. testa. quas uide in text. ❡ Secunda pars probatur: quia sicut omnibus suscipientibus ordinē sacerdotalem in sua consecratione dicitur. Accipe potestatem offerendi eucharistiā pro uiuis, & mortuis: & simul traditur signum sensibile ab episcopo: calix cum uino, & pane: ita ordinatur episcopus ponēs manus super caput singulorum dicit. Accipite spiritū sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis &c. Per primum datur potestas conficiendi corpus christi uerum: per secundum potestas remittendi & retinēdi peccata, quę est potestas clauium &c. ❡ Præterea: si aliquibus sacerdotibus non daretur potestas clauiū: maximè malis ab ecclesia pręcisis; puta excommunicatis, & hæreticis: sed hoc non: ergo. Cōsequentia nota cum maiori: quia alia ratio, seu impedimentum suscipiendi potestatem clauium assignari non potest: nisi malitia sacerdotis: aut eius præcisio ab ecclesia. Minor probatur post sanctum Bonauent. nam dominus potestatem in subditos (maximè spiritualem) noluit auferri a malis prælatis. Vnde Matthæ. xxiij. ait. Super cathedram moysi sederunt &c. Tales autem fuerunt mali propter, ꝙ dominus eis uæ æternum imprecatur: ibidem uoluit ergo dominus obedientiam, & reuerentiam exhiberi malis: sed non est obediendum necessariò nisi habenti potestatem. ❡ Pręterea potestas clauium est gratia gratis data collata a deo: non ad perfectionem personę, cui datur: licet ad utilitatem ecclesiæ, propter quam datur: & hæc compatitur secum iniquitatem in eodem subiecto: secus de gratia gratum faciente. & ideo iniquitas sacerdotis non impedit collationem clauium. Item claues danť sacerdoti ad utilitatem ecclesię: sed si darentur solis bonis sacerdotibus: cum nemo sciat de se (& minus de alijs) utrū sit bonus, & iustus: nemo scire posset, probabiliter, an esset ligatus, aut absolutus. Ex quo sequeretur dubitatio, & perplexitas maxima in ecclesia dei, quæ est cōtra bonam institutionem ecclesiæ: quę fundari debuit in fundamentis ueritatis ęternæ. Nec impedit: ꝙ non est euidens certitudo: an soluens, & ligans sit sacerdos: cum hoc nullus euidenter scire potest de se, neq; de alio: nullus enim euidenter scit intentionem ordinatoris in ordinando. Item utrum ordinator fuerit episcopus: & utrum ordinatus fuerit baptizatus &c. quæ tamē omnia requiruntur ad hoc: ut conferat potestatem clauium. quoniam licet hęc euidenter sciri non possunt euidentia naturali, quę est in scientia propriè dicta: possunt tamen sciri euidentia morali et probabili; & illa sufficit in proposito: sed de sanctitate ministri, quæ consistit in interioribus animæ: (& facillimè pę-

Cōcl. 2. D Cuilibet sacerdoti in ordinis susceptione conferūtur claues inseparabiliter.

nẽ per singula momẽta mutari potest) quia septies in die cadit iustus. Ideo de illa modica, uel nulla probab litas habe ri põt: & ita fluctuarent omnia in eccle sia, si iniustis hæc potestas subtraheretur. ¶ Tertia pars conclusionis probatur: quia potestas clauium fundatur in charactere sacerdotali; ut dicetur infra. xxiij. & xxv. dist. Character autem est indelebilis: ut supra dictum est dist. vj. q. ij. Ideo & potestas clauium indelebiliter, & separabiliter adhæret ordini sacerdotali. Item quibus dixit dominus in cęna. Hoc facite in meam commemorationẽ: per hoc ordinando eos sacerdotes: his dixit in die resurrectionis Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis pctã &c. dando p hoc ptãtem clauiũ: sed potestas conficiendi a sacerdote, quandiu fuerit in humanis, auferri non põt (sicut nec character deleri) qui si intendat consecrare in materia debita utens ecclesię forma: uerẽ consecrat, siue fuerit hæretic⁹, degradatus, uel excommunicatus: aut alias qualiter cunq; prohibitus: ergo eadem rõne nõ põt auferri potestas soluendi, & ligãdi. ¶ Prętereà: nisi sic: tunc si hęreticus, aut excõicatus reconciliaretur ecclesię: nõ posset in materia sibi subiecta habere usum clauium: nisi de nouo daretur sibi potestas clauium: sed cũ illa non datur, nisi in collatione ordinis sacerdotalis: ut dictum est, sequitur: ꝙ uel post recõciliationẽ non posset habere clauiũ potestatem in subiectam materiam. Vel ꝙ esset ordinandus, quia potestas clauium nunquã reddi posset, nisi de nouo ordinaretur. Secundum est impossibile: quia ordo est sacramẽtum initerabile. Primũ est cõtra ritũ ecclesiæ. Sequitur ergo, ꝙ excõicatus pręcisus &c. nõ perdit, seu priuat potestate sua clauiũ: sed ea ut prius, post recõciliationem utitur sine noua collatione: licet perdat eorũ usũ, siue

Cõcl. 3. E executionẽ, de quo post &c. ¶ Cõclusio tertia. Solis sacerdotibus: & non alijs traduntur claues scientię, & potestatis.

Solis sacerdotibus, & nõ aliis traduntur claues sciẽtiæ, & potestatis.

Pro intellectu huius conclusionis rememorandũ est ex dictis pręceden. dist. q. j. ꝙ clauis scientię nõ est habitus sciẽtię, neq; scientię actualis: ut uidetur magister sentire: sed auctoritas discernendi inter dignũ, & indignũ in foro pęnitentiæ, quæ esse potest in idiota: & ea carere potest eruditissimus. Quo pręmisso probatur conclusio: quia clauis principalis, scilicet potestatis, non datur nisi sacerdoti in sua ordinatione, ut ostensum est cõclusiõe pcedenti &c. ergo & clauis minus principalis, scilicet sciẽtię, quę ordinatur ad clauem ptãtis. Tener consequentia: quia frustra daretur minus principale ordinatũ ad pricipale: ubi nõ daretur principale. Frustra. n. est instrumentũ cã principali nõ existente. Añs ostensum est in cõclusione secũda, & eius parte. iij. Cuius ratio principalis est institutio diuina. Congruitatem ue rõ ostendit Alex. parte. iiij. quęst. lxxxix. membro. viij. artic. j. & post eũ sanctus Boñ. quoniam habens claues has debet esse mediator, & reconciliator. Mediator inter deũ, & hoiem. Recõciliator re ducẽdo ad eccles. Ad primũ cõgruit offerre dona, & sacrificia, p pctis, qbus de⁹ placetur. Ad scdm cõgruit: ut possit cõficere corp⁹ chri uerũ: ut rectẽ, & ordinatẽ ualeat reduceř recõciliãdo ad cor pus christi mysticũ, ꝙ est ecclesia. ualeat quãtũ põt &c. ¶ Cõcl. quarta. Licet claues sciẽtię, & ptãtis abinuicẽ sunt distinctæ: tñ simul conferuntur in sacerdota li cõsecratiõe. Primũ patet: & probatur post Sco. qa dixit christus pluraliter Petro. Tibi dabo claues regni cęlorũ: non dixit clauẽ. Et probatur rõe: quia põt p potentiam dei absolutam separari abinuicem: ergo sunt distinctę. Cõsequẽtia nota. Añs probaẽ: quia sicut aliquis hõ præsidens potest alicui committere auctoritatem cognoscẽdi in cã: nõ cõmittendo sibi auctoritatem sententiandi in ea (sicut frequẽter examen in causa alicui committitur, cui non committitur auctoritas sententiandi) sic posset alicui cõmitti auctoritas sententiãdi sine cognitione causę: licet hæc cõmissio nõ esset ordinata: qñ uolũtas eius, cui committitur: esset obliquabilis, sic & deus de potentia absoluta, posset cõmittere auctoritatem discernendi sine

Cõcl. 4. F

Licet claues sint distinctæ abinuicem scientiæ scilicet, & potestatis, tamen cõferũtur simul i cõsecratione.

auctoritate sententiandi. Et etiam auctoritate sententiandi habenti uoluntatē inobliquabilem sine auctoritate discernēdi. De facto tamen utrumq; cōmittitur cuilibet sacerdoti ecclesiastico complete ordinato &c. ꝙ ideo additur: quia apostolis in cęna data est potestas conficiendi eucharistiam. Et post in die pascę cum exsufflans christus dixit. Accipite spiritumsanctū; quorū remiseritis peccata &c. dedit potestatem clauiū, & tunc plena, atq; perfecta fuit eorum sacerdotalis ordinatio. ❡ Secundum probatur: quia utraq; clauis (scientię, & potestatis) data est a christo apost. in hoc uerbo. Accipite spiritumsanctum: quorum remiseritis pctā. &c. una scilicet potestatis, quasi principalis explicitē: alia quasi implicitē: pura scientiæ, quæ est minus principalis, cuius usus est antecedens ad usum rectum alterius, scilicet potestatis. Sic etiam episco. ordinando in eodem signo sensibili: scilicet flatu: aut impositione manus super caput ordinādi, & uerbo. Accipite spiritumsanctum; quorum remiseritis &c. confert ordinato utrāq: clauē: nec pōt inueniri alius actus signū sensibile: aut uerbū in ordinatione, quo tradatur clauis scientiæ: sed in eo, quo datur clauis ptātis: ex cōsequenti, & implicitē datur illud, sine quo non datur usus eius, iuxta regulā. Cui datur prīcipale, datur & accessoriū

Et hęc probabiliter dicuntur: de quo latius infra cū de sacro ordinis tractabitur. ❡ Conclusio quinta. Cuilibet sacerdoti traditur clauis ptātis respectu cuiuslibet pctōris, & pctī gñraliter: non tñ datur cuilibet ex ordine usus, & executio respectu utriusq; indifferenter.

Cōcl. 5. G cuilibet sacerdoti traditur potestas clauis respectu cuiuslibet personæ peccati.

❡ Pro intellectu huius cōclusionis notādum: ꝙ usum, & executionem alicuius ptātis negari alicui: dupliciter potest intelligi. Vno modo sic, ꝙ habens potestatem non possit licitē uti ea, idest sine pctō: tñ si utitur ea, factum tenet, licet utendo peccet. Sic sacerdoti excōicato, uel suspenso negatur usus, siue executio celebrandi, & conficiendi eucharistiam: non quin si attentet in materia debita: cum intentione, & forma instituta consecrare: uerē consecrat, & conficit: licet sic conficiendo mortaliter peccet, agens contra prohibitionem ecclesiæ. Sic epō excōmunicato: aut titulum nō habeti negatur executio ordīs; non quin ordinare possit, sed quia non potest licitē: ideo etiam negatur executio ordinis ei, qui ab eo ordinatur, saltē scienter: non quin suscipiat uerē ordinis characterē: & sit uerē ordinatus: sed quia non pōt licitē, & absque pctō ministrare in ordine suscepto propter ecclesiæ prohibitionem, cui recōciliatus recipit executionem sublata prohibitione: siue noua consecratione, siue ordinatione. Alio modo negatur usus, & executio simpliciter, ita quòd si attentat, nihil facit: & irritum est sacramentum. Et secundum hos modos posset esse duplex opinio de usu clauim. Vna cui uidetur consentire Duran. ꝙ nō omnes habentes ptātem clauium habent earū usum, ꝙ exercitium secundum primum modum: ita ꝙ tales si potestatem clauiū ligādo, uel absoluēdo de facto exercēt, uerē ligant, & soluūt: licet hoc faciendo peccent. Et posset pro hac opinione argui: nam ad effectum sacramentalem, siue ad ueritatem sacramenti, sufficit materia debita, & forma. Intentio debita ministri habentis potestatem sacramentum tale conficiendi, & dispensandi: sed oīa hæc possunt concurrere in sacerdote executionem non habente. Ergo si a tali peccator confessus absoluitur: cuicunque fuerit, & a quocūq; peccato confessor: est ibi sacramentum uerē, & uera absolutio: nisi confitens esset fictus, in quo casu absolutio esset nulla: licet uerum sacramentum esset. Consequentia est manifesta: & maior satis patet ex diffinitione sacramenti, & eius declaratione tam generali, quā speciali sacramenti penitentiæ supra positis distinct. j. q. j. & distin. xiiii. q. ii. Nā si præter illa aliquid ultra requireretur ad ueritatem sacramenti: illud exprimendum esset in eius diffinitione: alio quin foret diminuta. Minor probatur: nam in sacerdote executionem non habente (exempli causa: ordinato ab

Opin. H Duplex opinio de usu clauium

hæretico secundum formã ecclesiæ, siue excommunicato) est potestas clauis: & potest adesse materia, scilicet peccator confitens sine fictione: & intentio absoluendi in tali sacerdote proferente formam absolutionis secundum ritum ecclesiæ. Si dicis, non est minister idoneus. contra: est sacerdos habens characterem sacerdotalem, per quem sibi cõpetit potestas absoluendi: nec prohibitio ecclesię tollere potest ab eo: licet possit prohiberi, ne utatur potestate clauis: nihilominus si utatur contra prohibitionem ecclesiæ: uerè facit, quod intendit: sicut celebrans contra prohibitionem ecclesię, uerè celebrat, ordinat, baptizat, confirmat, inungit, matrimonium contrahit. Ergo etiam contra prohibitionẽ absoluens uerè absoluit: licet peccet hoc faciendo. Nam prohibitio ecclesiæ nihil potest mutare circa ueritatem sacramenti: sicut & ecclesia ea neq; instituere potest, nec destituere: ut dictum est supra distin. j. q. j. Sed in traditione huius potestatis, qua institutũ est sacramentum pœnitentiæ. cum dominus ait. Quorum remiseritis peccata &c. nullum sacerdotem: aliquod peccatum excepit: ergo potestatem hanc ecclesia arctare non potuit: cum sit sacramentalis: sicut potestas conficiendi eucharistiam. ¶ Præterea in canone. xvi. q. j. adijcimus dicitur. Monachi autem: etsi in dedicatione sui presbyteratus: sicut & cæteri sacerdotes baptizandi, prædicandi, & pęnitentiam dandi, peccata remittẽdi, beneficijs ecclesiasticis perfruendi, ritè potestatem accipiunt: ut amplius, & perfectius agant ea, quæ sacerdotalis officij esse sanctorum patrum constitutionibus approbantur: tamen executionem suæ potestatis nõ habent, nisi a populo fuerint electi: & ab episcopo cum consensu abbatis ordinati. Non aliter prohibetur monachus. Et eadem ratione quilibet sacerdos nõ habens clauis executionem potest dare pœnitentiam; & remittere peccata: nõ minus quàm baptizare, aut prædicare. Et talis si attentat: uerè baptizat, & prędicat: ergo & non habens executionẽ, si soluere attentat, uerè soluit: licet soluẽdo peccet. ¶ Præterea in canonibus, in quibus irritatur factum ab alieno episcopo: simul irritatur eorum ordinatio sacramentalis: ut patet in. c. nullus alterius. & c. nullum. & c. episcopum non debere. ix. q. ii. Sed certum est: quòd si tales attentant conferre ordines: uerè conferunt ordines: ac eorum executionem simpliciter: ita quòd si ordinati, per eos exequantur actus suorum ordinum: puta celebrando, uerè celebrant: licet non licitè: sed cum peccato: ergo necesse est intelligere illas clausulas irritantes executionem. De executione primo modo dicta: idest de executiõe licita: & nõ executione illicita: & nõ de executiõe simpliciter secundo modo dicta. Et ita de potestate clauis, quæ est potestas absoluendi confitentem: sicut de alia potestate ordinis, scilicet consecrandi, inungendi, confirmandi, ordinandi &c. De quo expressè loquuntur cap. allegata.

¶ Sed non obstantibus illis, est alia opinio communis penè apud omnes doctores: quòd non omnes sacerdotes habẽt executionem clauis secundo modo: ita quòd si tentarent soluere, uel ligare in foro animæ: non solum peccarent, sed omnino nihil facerent. Et ad hoc expressè est. c. omnis. de pœni. & remis. §. his qs. ubi dicitur. Si quis autem alieno sacerdoti uoluerit iusta de causa sua confiteri peccata; licentiam prius postulet, & obtineat a proprio sacerdote: cum aliter ipse illum non possit absoluere, uel ligare. Argumentum ad idem in, c. quod autem. in eo. ti. Vnde in sacramento pęnitentiæ, in quo cõfessor exequitur potestatem clauis, requiritur: quòd peccator pœnitens sit ei subditus: non solum de necessitate ministri: scilicet ut licitè exequatur absoluendo, sed simpliciter de necessitate sacramenti: ut exequatur, idest absoluat. Cuius ratio est: quia sacramentum pęnitentiæ, est sacramentum iurisdictionis, in quo confessor constituitur iudex confitentis: & per hoc, quia sententia a non suo iudice lata nulla est: oportet confitentem esse subditum confessori: & confessorẽ habere

Opin. I Nõ omnes sacerdotes habent executionem clauis secũdo mõ.

habere iurisdictionem in eū, per quā cōfitent sibi subjciatur: nec sufficit subiectio voluntaria. Sed hæc requiritur: & ultra hāc requiritur subiectio superioris confitentem cōfessori subijcientis. Cuius rationem assignat Pet. de pal. quia si eet quilibet in eo, quod sui iuris est: in quo .s. nulli alteri obligatur, potest se subdere, cui uoluerit: & cum dissidente eligere arbitros, quos uoluerit, uel inter se componere. In his tamen, in quibus obligator alteri, obedire tenetur: & uelit nolit: coram determinato iudice respōdere. Sicut de feudo, uel delicto: ibi nō potest in extraneum iudicem cōsentire: neq; eligere nisi de licentia iudicis, cui tenetur in hoc obedire. Cum autem ex ordinatione christi: omnis christianus subditus sit petro, cuius curę subiecit omnem christianū dicens ei specialiter. Pasce oues meas, qui etiam a christo uocatus est cephas .i. caput: quia uoluit christus ecclesiā habere unum uicariū unius ueri capitis, quod ipse est: a quo cęteri tenerent, quicquid haberent. Ideo de eis, in quibus christianus subditus est petro .s. in delictis sine licentia eius alteri se subdere non potest: sed tenetur ad arbitrium petri satisfacere, cui dictum est. Si peccauerit in te frater tuus &c. Vnde de peccato mortali sine licentia, & ordine petri non licuit alteri confiteri. Hęc sententia Pet. de pal. dist. præsenti. q. ij. art. iij. Et secundum hoc potest moderari responsio data in dist. xvii. q. i. ad dubium quintum, ubi quęsitum fuit: utrum habens confessionale de eligendo confessorem idoneum possit eligere sacerdotem non curatum, & non habentem curæ exercitium &c. Hoc ut dicit Gerson in ecclesiastica potestate conside. v. rité statuit primus legislator christus: hoc ecclesia sic elucidauit, & tradidit: ne confunderetur ecclesiasticum regimen. Et ne hierarchicus ordo, quem tradidit dionysius talem esse, ut inferiora reducantur ad suprema, per media turbaretur. Et sicut peccator non pōtest se subijcere quantum ad peccata remittenda, nisi secundum ordinationes petri: ita in peccatis reseruatis sedi apostolicę, aut episcopo, non est subditus suo curato, siue sacerdoti propriō. ¶ Per hæc respondetur ad rationes alterius opinionis. Ad primam concessa maiore: negatur minor. Vnde dicitur: ꝙ in proposito deficit materia debita: hæc enim non est peccator penitens, sed peccator penitens subditus duplici subiectione: scilicet uoluntaria, & superioris. Similiter sacerdos iurisdictionem non habens non est minister idoneus: quia nō est iudex alicuius: ideo sententia sua, qua ligare, uel soluere nititur, nulla. Et utrumq; scilicet idoneitas ministri: & congruitas materiæ prædictæ: non sunt ex institutione ecclesiæ: sed christi sacramenta instituentis: & hanc potestatem clauium tribuentis: & ideo hic non operatur tantum prohibitio ecclesiæ: sed principalius institutio christi. Et ꝙ ibi aliud adducitur de alijs sacramentis: Dicendum: ꝙ non est par ratio: hoc enim est singulare in sacramento pœnitentiæ: quod solum est inter cætera sacramenta iurisdictionale: in quo minister iudex constituitur pœnitentis. Cuius differentiæ rationem Scot. assignat: quia cum christus sacramenta instituit ad salutem, & utilitatem ecclesię: eo modo instituit, quo magis profuerunt ecclesiæ. Nunc autem non nocuit: sed profuit ecclesiæ: ꝙ quicumq; sacerdos quemcūq; panem consecraret. Nocuisset autem, si per collationem clauium in ordine quilibet sacerdos fuisset iudex cuiuscūq; pœnitentis: & potuisset (quantumcunq; prohibitus) exequi actum clauis: quia in hoc iste potuit alteri facere præiudicium, cuius est subditus. Tolleretur etiam uerecundia cōfitentis eligentis eum, coram quo non erubesceret. Subijcerentur etiam peccatores periculo: cum æquè sibi eligerent ignorantes ligare, & soluere sicut peritos. Præsumitur autem: ꝙ iurisdictio non committitur nisi idoneis, & peritis. Ad secundam dicendum: ꝙ canones in contrarium allegat in quibus copulatur potestas absoluendi potestati ordinandi: ac cætera sacramenta ministrandi: loquuntur de execu-

Rñsio. K

Ad usū & executionē clauis requiritur duplex subiectio.

tione licitā. Et similiter dicitur: ad canones irritantes ordinationes factas ab episcopis alienis: irritant non quantum ad characteris impressionem, & sacramenti ueritatem: sed tantum quoad licitam executionem: & quantum ad hoc locum habent in sacramento pęnitentiæ: immo magis in illo, quā in cæteris: quoniam alienus sacerdos attentans absoluere nō suum: nō solū non licitè absoluit: sed omnino non absoluit.

Coroll. Ptās clauis non est ptās ppinqua ad soluēdum: sed remota.

¶ Corollariè sequitur ex hac cōclusione: ꝙ potestas clauis non est potestas propinqua ad absoluendum: sed remota. Patet: nā potestas propinqua actiua est, cui statim correspondet passiua in natura: & non impedibilis ad agendum. Nunc autem potestas clauis non habet materiam, siue subiectum, in quod agat statim in natura: sicut potestas conficiendi habet panem pro materia: quæ eo ipso, ꝙ panis est susceptiua consecrationis, nec indiget aliquo subijciente: quia siue fuerit consecrantis, siue fuerit alterius: potest consecrari. Similiter potestas conficiendi data sacerdoti non est impedibilis per prohibitionem cuiuscunq;: & ideo est potentia actiua propinqua. Nō sic de potestate clauis, cui non correspōdet peccator pœnitens in natura: nisi sit subiectus: nedum propria, & uoluntaria subiectione: sed etiam subiectione alterius potentiæ actiuæ puta superioris iurisdictionem tribuentis. Similiter etiam existente materia. s. peccatore subiecto: potest tamen impediri per suspensionē, excōmunicationem, siue casuū reseruationem, per quæ tollitur eius iurisdictio quantū ad illa, respectu quorū suspenditur: ita ꝙ in illos agere: aut exercere potestatem non potest. Est ergo potentia remota indigens alia potentia actiua: ut exeat in actum. Non ergo simile est de potentia naturali, & de potentia uoluntariè concessa. Illa enim habet passiuum in natura: & potest in quodlibet passum eiusdem rationis. Ista autem nō habet passum nisi per subiectionem alterius agentis superioris. Nec potest in omnia peccata subiecti: sed tantum secū dum limitationem superioris agentis.

Et tantum de articulo secundo. ¶ Quantum ad tertium articulum: dubitatur primò contra primam partem secundę conclusionis, qua dicitur, ꝙ cuilibet sacerdoti in sua ordinatione conferuntur claues. Nam malis sacerdotibus non conferuntur: nā in promissione clauiū Petro Matth. xvi. Primò cōmendatus est a domino dicente. Beatus es Simon bariona &c. Et in Petro omnibus promissæ sunt ratione fidelis, & bonę suæ confessionis, qua respondens nomine omniū aiebat. Tu es christus filius Dei uiui. Et eiusdem xviii. ubi omnibus discipulis ꝓmisit claues, dicens. Amen dico uobis: quæcūq; alligaueritis super terram, erūt ligata & in cælis &c. præmisit commissionem fraternæ correctionis, quæ correctio fieri non debet nisi per eum, qui immunis est a peccato, in quo corrigere tenetur fratre. iuxta illud Mat. vii. Eijce primum trabem de oculo tuo: & tunc uidebis eijcere festucam de oculo fratris tui: ergo discipuli, quibus daturus erat claues boni erant, & immunes a peccatis, a quibus soluere debebant: debebant autem soluere ab omnibus generaliter. ad idem est uerbum August. super locum allegatum Matth. xvi. Sicut dictum est iudæ: Pauperes semper habebitis &c. gerenti typum malorum; sic dictum est Petro: Tibi dabo claues regni cælorum, gerenti typum bonorum. Similiter Ioann. xx. ubi datæ sunt claues in uerbo. Quorum remiseritis peccata &c. præmisit insufflans. Accipite spiritumsanctum. quasi sine spiritusancto peccata remittere non possent. Ad idem plures auctoritates adducuntur a magistro in textu, & soluuntur.

Arti. 3. Dub. 1. L

¶ Ad illa contra conclusionem adducta potest breuiter dici: ꝙ intelligendę sunt de dignè suscipientibus, & dignè utentibus. Soli enim apostoli: & eorum imitatores in fide, & charitate dignè accipiunt: & dignè utuntur quoad se. Mali uero etsi indubitanter suscipiunt, & utuntur ad utilitatem ecclesiæ: sed non sibi: sicut non datur eis propter se, sed ad ædificationem ecclesiæ. ¶ Notandum tamen: ꝙ propter adducta. Ioan.

xx. cap. Accipite spiritumsanctum &c. quod ut docet magister in primo dist. xiiii. & sanctus Bonauent. dist. præsenti: spiritussanctus dupliciter datur. Vno modo in dono tantum. Alio modo in seipso, simul & dono: non quin possit dari in seipso sine omni dono creató: sed quia nunquam datur in seipso, quin simul detur donum aliquod creatum. In dono tantum datur, dum gratiam gratis datam, siue gratiam gratum facientem largitur: puta donum fidei, scientiæ, prophetiæ &c. de quibus Paulus. j. Corinth. xii. Diuisiones gratiarum sunt &c. Quæ dona non dantur principaliter ad sanctificádum personam: neq; ad eius utilitatem: sed ad utilitatem ecclesiæ. Et illo modo spiritussanctus datur etiam malis: eo q gratiæ gratis datæ (quæ sunt dona spiritussancti) dantur etiam malis: ut patet de caypha, & iuda. Illi data est gratia prophetiæ Ioannis xj. Isti sacerdotium, cui simul cum alijs dictum est. Hoc facite in meam commemoratione. Lucę xxi. & sequitur. Verũtamen manus tradentis me, mecum est in mensa, haud dubium, quin iudæ. Non enim repugnat peccatum gratiæ gratis datæ: quia peruersitas non repugnat utilitati talis doni, quod ordinatur ad utilitatem communem: quãuis nõ semper ualeat accipienti. Secundo modo. s. in seipso, & dono, datur in dono gratiæ gratũ facientis: quod est charitas: secundũ illud Rom. v. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũsanctum, qui datus est nobis. Sicut .n. nunquã datur in seipso sine hoc dono: sic hoc charitatis donum nunquam datur sine spiritusancto. Sic enim datur principaliter ad sanctificandum personam recipientis. Primo modo spiritussanctus datur omnibus sacerdotibus bonis, & malis in sua ordinatione, in qua & accipiunt clauium potestatem. Nam omnibus dicitur. Accipite spiritumsanctum: quorum remiseritis peccata &c. non autem secundo modo, quo dicitur proprie dari: quia in seipso. Primo modo satis impropriè dari dicitur: quia non in se: sed tantum in dono. & sic patet duplex

Spũssanctus dupliciter datur.

solutio &c. ¶ Dubitatur secundò contra conclusionem tertiam, quæ dicit: q solis sacerdotibus traduntur claues. Nã ostiarijs dantur claues in suo ordine: ut indignos excludant: & dignis aperiat. Respondetur breuiter: q non traduntur eis claues regni cælorum, de quibus hic loquimur: sed claues templi, uel ecclesiæ materialis: ut illa aperiant dignis: indignos uero ab eius liminibus expellant. ¶ Solet etiam quæri utrum christus habuerit claues: sed breuis est responsio, quæ stat in quid nominis termini. Si clauis accipitur generaliter: ut extendit se ad omnem potestatem soluendi, & ligandi: tam principalem, quã excellentię, quã ministerialem: sic & deus trinitas: & hõ christus: & minister sacerdos habet claues: aliter tamen, & aliter: ut dictum est dist. xviii. quæst. j. Si accipitur: ut solum extendit se ad potestatẽ ministerialem, quomodo hic loquimur: sic christus non habet clauem: sed potestatem altiorem .s. principalem, ut deus: excellentiæ, ut homo: & secundum hoc potest diffinitio clauis extendi, uel limitari, quæ posita est distinct. xviii. q. j. ¶ Dubitatur ultimò: utrum habens clauem possit ea uti respectu superioris. Respondetur: cum materia sacramenti pœnitentiæ est peccator subditus duplici subiectione: ut dictum est: non potest habens clauem uti ea: nisi respectu subditi in foro pœnitentiæ. Potest autem superior in uno foro, esse subditus in alio foro. Vnde habentes licentiam habendi, eligendi confessorem, ei, quem eligunt, se subijciunt, utraq; subiectione in foro pœnitentiæ: ut ep̃iscopus suo capellano: quamuis sit eius superior in foro exteriori. Sic papa, qui in terris superiorem non habet: nihilominus circũdatus est infirmitate: propter quod indiget absolutione uirtute clauium sibi impendi, quã ipse sibi impendere non potest: quia non potest se sibi ipsi subijcere. Quippe quia nemo potest sibi ipsi subiectus esse. Identitas enim repugnat subiectioni sicut & prælationi: ideo per potestas plenitudinem, potest quemlibet cuili-

Dub. 2. M

Ostiarij non habent claues regni: sed templi.

Quęstiõ.

Dub. 3. N

Vtrum habens clauem possit ea uti respectu superioris.

bet claues habenti ſubijcere in hoc fo-
ro: ſic etiam poteſt ſeipſum ut peccato-
rem, cui uoluerit ſacerdoti ſubijcere in
hoc pœnitentiæ foro. Cuius tamen ſi-
cut cæterorum omnium manet ſuperior
in poteſtate papali. Et tantum de illa
quæſtione, & diſtinctione. ¶ Solent hic
doct. tractare de fraterna correctione,
de qua laté tractauimus in expoſitione
canonis miſſæ lect. lxxiiii. & ſeq. ideo
hic reſcinditur &c.

DISTINCTIO XX.

SCIENDVM eſt etiã: q tempus pœnitentiæ &c. Poſtquã magiſter egit de pœnitẽtia quantum ad ſuam quidditatem: & quantum ad miniſtrũ ſacerdotẽ in ſex præcedentibus di. Nũc in ſequentibus tribus agit de ipſa, quantum ad peccatorem pœnitentiam agentem, ſiue ſuſcipientẽ. Et primò de pœnitentia peccatoris quãtum ad omnia peccata generaliter. Secundò quantum ad aliqua ſpecialiter diſt. xxii. ¶ Circa primum duo facit. Primò agit de pœnitentia peccatoris in præſentis uitę termino. Secũdò diſt. ſeq. xxi. de eadem poſt hanc uitam in purgatorio. Colligitur autem ſententia huius diſt. in tribus ſequentibus concluſionibus. ¶ Prima. Licet tempus pœnitentię concedatur peccatori uſq; ad extremum præſentis uitæ: nimis tamen periculoſum eſt eam uſq; ad uitæ terminum differre. ¶ Secunda. Decedẽtes hinc ante pœnitẽtiæ condignæ completionem, ſatisfacient poſt mortem, per acerbiſſimum purgatorij ignem. ¶ Tertia concluſio. Sicut nulli neganda eſt reconciliatio, ac pœnitentia in neceſſitatis articulo: ita nec ſatisfactio iniungenda eſt: ſed tantum inſinuanda pœnitenti in mortis periculo. Has concluſiones magiſter latius proſequitur in textu.

QVAESTIO VNICA.

VTRVM pœnitentia peccatori ad uitã neceſſaria pręſtatur uſq; ad terminũ uitæ in hac præſenti uita &c. A

¶ More conſueto tribus articulis ſoluetur nodus quęſtionis huius. ¶ Quãtũ ad primũ ſupponitur ex dictis ſup. diſt. xiiii. q. j. & ij. quod pœnitẽtia ſit ſufficiens, & neceſſaria ad ſalutẽ peccatoris poſt commiſſum mortale pctũm: tã interior, quę eſt uirtus (extendendo nomẽ uirtus ad uirtutis actum) quã exterior, quæ eſt ſacramentum. Quodq; pęnitentia exterior ſecundum probabiliorem opinionem non ſufficit ſine interiori. Interior tamen ſufficit ſine exteriori in actu: licet exterior in actu requiratur in uoto i. in propoſito: de quo laté habes ſupra xiiii. diſt. q. ij. ¶ Secundò notãdum: q per tempus pęnitentię in propoſito intelligitur tempus illud, in quo pęnitentia (ſi haberetur) ſufficeret ad ſalutem. Quoniam dubium nõ eſt, quin poſt prętentẽ uitam habere poſſit pœnitẽtia: licet infructuoſa: nam de damnatis dicitur Sap. v. Pęnitentiam agentes: & pręanguſtia ſpiritus gementes. ¶ Tertiò notandum: q per terminũ uitę, intelligitur inſtãs ſeparationis animę a corpore, quo deſinit moriens eſſe homo: quod eſt primum nõ eſſe hominis. Cum enim hęc ſeparatio fiat ſucceſſiuẽ: terminatur per primum non eſſe, ut declarari ſolet vi. Phyſ. Et quoniam uſus rationis, ac liberi arbitrij tarõ durat uſq; ad hoc inſtans: patet: q non eſt idem terminus uſus rationis, & uitę pręſentis. His breuiter pro articulo primo pręmiſſis, ponũtur concluſiones quoad ſecundum articulũ &c. ¶ Cõcluſio prima. Tempus ſalutaris pœnitentię durat uſq; ad terminum præſentis uitę. Hæc concluſio eſt magiſtri in textu ſatis probata auctoritatibus Auguſt. & Leonis papę, quibus addo illud Ezech. xxxiij. Nolo mortem impij: ſed ut magis conuertatur impius a uia ſua, & uiuat. & ſequitur. Impietas impij non nocebit ei, in quacumq; die conuerſus fuerit ab impietate ſua. & cap. xviii.

Arti. 1. Not. 1. Ad cõſequendã uitã ęternam neceſſaria ẽ pęnitẽtia. Not. 2. Not. 3. Arti. 2. Cõcl. 1. B Tempus ſalutaris pęnitentię durat uſq; ad terminũ pſentis uitæ.

Si im

Si impius egerit pœnitentiã ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est: & custodierit omnia precepta mea, & fecerit iudiciũ, & iustitiã: uita uiuet, & non morietur. Omniũ iniquitatũ eius, quas operatus est, non recordabor. & sequitur. Nũquid uoluntatis meę est mors impij, dicit dñs deus: & nõ ut cõuertatur a uiis suis, & uiuat. In his nullũ tẽpus pœnitentiæ determinauit dñs: sed loquitur generaliter pro omni tpe huius uitæ, qđ terminatur in morte. Et probatur ratione: quia quacũq; hora hõ est sufficiẽter dispositus ad susceptionẽ gratiæ: gratia infunditur ei a deo. Pronior. n. est deus ad miserendũ, quã ad cõdemnandũ: nec est acceptio personarũ apud deũ: ergo quãdocũq; homo facit, qđ in se est; adest dominus ad saluandũ. Sed per pœnitentiã uerã homo sufficiẽter disponitur ad gratiæ receptionẽ: & facit, quod in se est: ergo quãdocũq; homo habet uerã pœnitẽtiã, cõsequitur gratiã: siue in extremis: siue in alio tẽpore: nec est maior ratio de uno tempore, quã de alio &c. ❡ Conclusio secũda: quãuis pœnitẽtia uera qñcũq; habetur usq; ad instãs mortis ad salutem sufficit: tamẽ nõ semper in mortis articulo haberi poterit. Prima pars patet ex cõclusione pcedẽti. Secũda pars probatur: quia pœnitentia uera nõ potest haberi tẽpore impedite rõnis: quia arbitrij libertatem quęrit deus in pœnitente, quæ haberi nõ potest impedita rõne: sed frequẽter rationis usus cessat ante instãs mortis: ergo tunc cum ratio deficit: pœnitentia haberi non potest &c. ❡ Conclusio tertia. Periculosum est: & interitui uicinũ ad mortem protrahere pœnitentiæ remedium. Hæc conclusio est. b. Aug. ut recitat magister eã in littera: & eã ostendit Sco. dist. præsenti quatuor rationibus collectis ex uerbis Aug. quibus ostendit pœnitentiam usq; ad extrema dilatam, uix fore posse ueram, & sufficientem. ❡ Prima ratio tacta est in præcedẽti conclusione: quia ad ueritatem pœnitentiæ requiritur libertas arbitrij, per quam liberè eliciatur a pœnitente: sed hęc sicut, & usus rationis (quem libertas præsupponit) multum impeditur per doloris uehementiã, & mortis timorem: ut uix aliud possit infirmus cogitare, & per consequens uix possit se conuertere ad perfectè detestandũ peccatũ. ❡ Secunda ratio est: quia pœnitentia usq; ad extrema dilata, uix põt esse debitè circũstantionata maximè circũstantia finis, quę tñ necessaria est: ut pœnitentia sit sufficiẽs, & perfecta: hoc est, ut hat principaliter propter deũ super omnia dilectum, hinc Aug. Charitatẽ quęrit deus, nõ necessitatem: sed difficilè est: qđ is, qui usq; ad extremũ nõ elicuit displicentiã peccati ꝓpter deũ: tũc eliciat, cũ deficit habitus charitatis: & dolor præsens, & imaginatio futuræ pœnæ, magis incitant ad timorẽ, quã ad amorem. ❡ Tertia ratio est: quia habitus inordinati, quos habuit usq; tunc ad temporalia, uxorẽ, filios, diuitias: quæ tunc præsentia sunt in phantasia, multum inclinant ad se inordinatè concupiscendũ: secum imminet separatio ab eis: & ideo magnam faciũt difficultatem ad eliciendum displicentiã de eis &c. ❡ Quarta ratio: quantò quis minus est dominus suorum actuum a tantò requiritur intensior displicentia ad hoc, ut sit dispositio sufficiens ad deletionẽ culpæ: sed constitutus in extremis est minus dominus suorũ actuum, quam sanus. Et sic secundum strictam dei iustitiam requiritur intẽsior motus displicentię maximè, ut eliciantur ex charitate: quia difficilè nimis est in tali necessitate cõstitutum (quam effugere uellet, si posset ab eis se auertere) se posse liberè conuertere ad detestanda peccata propter deũ. Et ideo dicit sanctus August. Magnum est, cui deus tunc inspirat (si quis est) ueram pœnitentiam. ❡ Ex his elicit duo corollaria. Primum: sanè persuadendum est, ut sanus pœniteat ostẽdendo sibi periculum serotinæ pœnitentiæ. ❡ Secundum, infirmo iam ad articulum istum deducto suadendum est: ut secundum possibilitatem laboret ad pœnitentiam ordinatam eliciendam uoluntariè: & propter debitum finem. s. propter deũ: licet breuem. Extollenda est quoq; sibi diuina misericordia: & latronis pœnitẽtia, sera quidem: sed non sera indulgen

Cõcl. 2. C Pœnitẽtia uera nõ semper põt fieri in articulo mortis.

Cõcl. 3. D Periculosum ẽ pœnitẽtiã differre.

Coroll. 1.

Coroll. 2.

Coroll. 3. tia. ¶ Addo tertium: cum quis infirmari cęperit, præueniendus est articulus mortis extremus: & diligenter infirmus est instruendus & monendus: dum adhuc uiget ratio, & non est obrutus timore mortis: ut quæ salutis suæ sint, prouideat: pęnitentiam agat: sacramentis se muniat, priusquam ingrauescente infirmitate, hora mortis præoccupet. Ne magis attendatur periculum mortis: & uitæ labentis, quã animæ, & uitæ perpetuò manentis. Ad hoc argumentum in c. Cum infirmitas de pœni. & remis. ubi præcipitur medicis, q̃ non prius corporalem medicinam impendant ęgrotis: quã eis fuerit de spirituali remedio prouisum &c.

Cõcl. 4. E ¶ Cõclusio quarta. Peccat mortaliter, qui actu elicito differre pęnitentiã in finẽ uitæ ꝓponit firmiter. Patet: quia quicũq; scienter exponit se periculò salutis suæ, peccat mortaliter, secundũ illud Eccl. iii. Qui amat periculum: in illo peribit. Verumtamen de illo mortali potest pęnitere in extremis, sicut de cæteris. Et tantũ de articulo secundo.

Arti. 3. Dub. 1. F ¶ Quantum ad articulũ tertiũ dubitatur primò: utrũ impleta pęnitentia a sacerdote iniuncta, qualiscumq; fuerit: homo ab omni alia sit immunis.

Vtrũ impleta pęnitẽtia a sacerdote iniũcta hõ ab omni alia sit immunis.

¶ Pro solutione huius dubij, cuius solutio satis patere potest ex sup. dictis dist. xviii. q. j. notandum post Durand. & Pet. de pal. q. ii. artic. j. dist. præsentis: q̃ in iniungendis pœnitentijs cõfessor magnam habere debet discretionem: ut etiam supra tactum est dist. xvi. q. ii. Debet. n. se habere, ut pius medicus, qui oculum dextrum habet ad naturã, & uitã conseruandã: & sinistrum ad morbum: ut opera sua magis tendant ad uitã conseruandã, quã ad morbum penitus expellendũ. Vnde cum morbũ curare nõ põt: nisi cũ periculo uitę dissimulet morbum, ut cõseruet uitã. Sic attendere habet confessor: q̃ propter duo iniungitur pęnitentia id est satisfactio .s. propter debitum soluendum: & propter remediũ contra recidiuum præstandum. Debitũ respicit pęnã tẽporalem, in quã mutata est pœna æterna mortali p̃ctõ debita. Et istud debitum pœnæ temporalis: licet impedit uitam, non tamen eam simpliciter priuat: sicut nec priuat animam uita gratię. Recidiua uero in mortali tollit uitam gratię simpliciter in præsenti: & uitam gloriæ in futuro: & ideo adducit mortem animæ. Magis itaq; attendere habet cõfessor: ut talẽ pęnitentiam iniungat, quę recidiuã caueat, quã quæ pęnam soluat. Et licet propter primum pœnæ .s. solutionẽ pro maioribus peccatis, maior satisfactio esset iniũgẽda: secd̃m illud Deut. xxv. Pro mensura peccati, erit & plagarũ modus. Et ut sic inæqualitas iustitiæ p culpã commissæ, per pœnam reducatur ad ęqualitatem iustitiæ: attenta etiam quantitate contritionis, quę magnã pęnæ partẽ, immo q̃nq; totũ soluit. Tamen propter secundum, ut iniuncta pęnitentia, sit remediũ contra recidiuũ pęnitentis, & scandalũ proximorũ: quandoq; pro maiori culpa minor: & pro minori culpa maior pęnitentia est iniungenda: unde semper confessor iniungere debet pœnitentiam salutarẽ, quę remediũ præstet: nõ mortẽ operetur: etiã si non totam pœnã debitã soluat.

G Cõfessor magnã diligẽtiã debet habere in iniũgendis pœnitẽtiis.

Vnde attendere habet cõfessor, ne unquã pro peccato occulto iniũgat pœnitentiam publicã, uel manifestã: ne ex hoc proximus attendẽs pęnitentiã fratris scãdalizetur, temerarie ipsum iudicãdo. similiter ne unquã talẽ pęnitentiam iniungat: aut tantam, quã uerisimiliter præsumit a pęnitente proijciẽda: & ideo nõ debet eam iniungere pęnã, quã pęnitens nolit acceptare: ut supra dictum est dist. xvi. q. ii. dub. j. ne desperet, & totũ dimittat. Debet etiam cõsiderare recidiuam: quia quandoq; peccatum commissum est grauius: sed periculũ recidiuę minus, uel ex genere peccati: uel ex parte subiecti. sicut peccatũ fornicationis grauius est in sene: sed maius periculũ recidiuæ in iuuene propter robur ætatis, & uigorẽ incentiuũ libidinis: & ideo maior pœnitentia iuueni pro tali p̃ctõ iniungẽda est, quã seni, cæteris paribus. Vnde consideratis singulis circumstantijs peccati, & peccatorũ corporis, & animæ, status & cõditionis, maiorẽ uel minorem pœnitentiã debet imponere: sicut magis credit saluti illius expedire.

Siquidem melius est pœnitentẽ cũ modica pœnitentia mittere in purgatoriũ: quã cum magna projiciendã mittere ad gehẽnã. Si tñ propter aliquã iustã causã cõfessor minorẽ imponat: debet pœnitẽti innotescere, q pœnitentia iniũcta nõ est condigna. Et q id, quod hic nõ solui tur, in purgatorio cum maxima pęna sol uetur: ut sic laboret per alia bona opera non iniuncta: quod minus iniunctũ est: supplere: nisi forte ex tali notione time te eum cadere in desperationem: & totum dimittere: tũc melius foret tacere. ¶ Ex his etiam paret: cur ei, qui cõsequi turplenam peccatorũ remissionem per indulgentias plenissimas: iniungitur pœnasatisfactoria: cũ iã omne debitũ pęnæ uigore indulgẽtiarum fit remissum: hoc n. fit propter recidiuã cauẽdũ: & pęnitẽtem ad opera bona, & meritoria assuefaciẽdum, aliasq; causas, quas hic transeo. ¶ His præmissis respondetur ad dubiũ: q

H erranteclaue, deus non approbat iudiciũ confessoris secundũ distinctionem supra distinct. xviii. q. j. positam. Nam error sacerdotis: aut indispositio cõfitentis, nõ mutat iudicium dei semper testissimum: unde si confessor minus imponit condi gno: quod superest, oportet redimere: uel per alia opera pietatis non iniuncta: uel in purgatorio patiendo satisfacere. Si condignum: tunc confitens satisfactione completa, liberẽ euadit purgato rium, & euolat ad regnum. Si plus imponit: tenetur quidem confitens, si acceptauerit iniunctum soluere: tamen si ex aliqua causa rationabili excusaretur a solutione iniuncti (ut in infirmitate, aut morte præueniente) postquam tan tum impleuit: quantum condignum fuit: & sic moritur: nihil in purgatorio patie tur. Si uero totã pœnitentiã iniunctam hic soluit: quod maius fuit: cedit sibi in magnum meritũ, & gloriæ augmentum. Quod uero christus dixit Petro. Quodcũq; solueris &c. sine exceptione: in-

I telligendum est claue non errante &c.

Vtrum unus p alio possit satisfacere. ¶ Solet hic quæri: utrum unus pro alio possit satisfacere: sed de hoc supra dist. xvi. q. ii. dub. ult. dictum est: & laté habe tur in palud. quæst. iii. dist. huius. Item q plus ualet pœnitentia minor imposita a sacerdote: quàm maior, si sponte assumpta. ibidem. q. ii. art. ii. Item utrum uiuus potest satisfacere pro mortuo. q iii. ar. ii. ibidem. & supra dist. xvi. q. ii. huius coll. Similiter de remissione, quæ fit p indul gentias: sed q a de his scripsi in canonis exposi. lect. lvii. hic supersedeo remittẽs lectorem ad scripta sancti Tho. Palud. & aliorum de hoc dist. pręsenti latius tractantium. Et tantum de illa dist. &c.

DISTINCTIO. XXI.



OLET etiã quęri &c. Egit magister de pœnitentia peccatorum in præsentis uitæ ter mino: in hac dis. xxi. de pœnitentia. i. satis factione peccatorũ, post hanc uitam in purgatorio. Et com prehenditur sententia textus in tribus conclusionibus, quę sequuntur. ¶ Prima. Peccata uenialia, & pœnæ eis, & mortalibus hic dimissis debitæ, possunt post hanc uitam solui in purgatorio igne. ¶ Secunda. Confessio generalis peccata uenialia remittit, quæ quotidie admittimus: & simul mortifera, quorũ notitiam non habemus ¶ Tertia. Caueant confessores confitentium peccata prodere, si gradus sui periculum uoluerint euitare. Has prosequitur magister latius: simul ostendens nullum ex humilitate confite ri debere, quæ non fecit: quia incauta est humilitas, quæ nõ soluit: sed peccatorem constituit &c. Quia de prima conclusione textuali satis dictum est sup. dist. xvj. q. ulti. & quæ superaddenda sunt de purgatorio igni, referuantur usq; ad dist. xliiii. de generali: quoniam confessione, per quam tanquam per quodlibet opus me ritorium remittuntur uenialia: eo magis, quo specialius dirigitur ad peccato rũ remissionẽ, ibidem: & etiam in textu huius dist. satis dictum censeo &c. Ideo istis prætermissis circa tertiam conclusionem, quæ tangit confessionis sigillum: mouetur unica quæstio, quæ talis est.

QVAESTIO VNICA.

A Vtrū cōfessor teneatur celare pc̄tūm. TRVM confessor teneatur celare pc̄tūm sibi quocūq; detectū in cōfessione &c. ¶ Tribus (ut solitū est) articulis p̄sens quęstio absoluetur. ¶ Quantū ad primū articulū notandū, q̄ celare Arti. 1. Nota 1. Est de lege naturæ. secretū sibi a proximo ut tale cōmissum, est de lege naturæ. Quod eleganter probat Sco. quatuor rationibus. Prima ex ratione charitatis. Secunda ex ratione fidelitatis. Tertia ex ratione ueritatis, & ratione ueracitatis. Quarta ex ratione Prima ratio. unitatis, & mutuæ utilitatis. ¶ Prima ratio. Lex naturę de fraterna charitate exprimit, ut faciat alijs, quæcūq; secundū rectam rationem uult sibi fieri: alioquin quō diligeret proximum sicut seipsum: si aliquid secundū rectā rationē uellet debere sibi n̄ fieri, quod nollet proximo fieri. Illa lex naturę exprimitur Tob. iiij. Matt. vii. & Luc. vi. Sed quilibet debet secundū rectā rationē diligere famā propriā: ergo & celationē sui secreti: maximè dū eius reuelatio cederet in aliquam diffamiā: ergo & confessor debet diligere famā cōfitentis: & per cōsequens celare pc̄tūm cōfessum: per quod cōfitens per eius reuelationē diffamaretur: quia quod uni reuelaret: posset & cæteris pluribus reuelare: & per hoc diffamaretur. Quòd aūt quilibet teneatur diligere famā propriā: patet per illud Eccl. xli. Curā habe de bono nomine: hoc. n. magis permanebit tibi: quā mille thesauri magni, & preciosi. & Prouer. xxii. Melius est nomen bonum, quā diuitię multę. Item secundū rectā rationem, quilibet debet sibi uelle uitā ciuilē, quā idoneus est ad actus legitimos sibi competentes in illa ciuitate: sed fama amissa, priuatus est habilitate ad tales actus. ¶ Secunda ratio.
2. Quilibet de lege naturę tenetur seruare fidelitatem proximo suo: quam uellet, & uelle deberet sibi seruari: ergo & cōfessor confitenti sibi commēdanti maxima secreta. Hinc Prouer. xi. Qui ambulat fraudulenter: reuelat arcana. Qui autem fidelis est: celat amici commissum. ¶ Tertia ratio, Quilibet
3. de lege naturæ tenetur seruare promissum licitum iuxta illud Zach. viij. Loquimini ueritatem unusquisq; cum proximo suo. Sed recipiens secretum, maximè illud in confessione detectum (quod secretissimū est) promittit (saltē implicitè) se seruaturum: quia sine tali promisso, subiectus non committeret sibi secretum. ¶ Quarta ratio: Commu- 4.
nis utilitas membrorum ciuilis corporis adinuicē est de lege naturę: recursus autē inferioris ad superiorē in necessitatibus, qui potest consulere, & reconciliare: & per hoc unitatē huiusmodi corporis conseruare: est cōmunis utilitas membrorū adinuicem, & ad caput: per hoc n. & non aliter potest cōmunitas conseruari. Sed reuelatio secreti confessionis excludit talem recursum inferioris ad superiorem in consilio animę: quia nullus recurreret regulariter, ut nāciscretur consilium, uel reconciliationē, per quā maneret in corpore: nisi illud, quod detegeretur, maneret secretū: ergo eadem lege, qua quis tenetur conseruare unitatem corporis christi mystici: & ad communem utilitatem membrorum eius: tenetur celare secretum istud. Et concordat satis Rich. ¶ Secundò notandum: q̄ sub sigillo confessionis cadit quicquid cōfitēs uult, aut uelle debet tanquam secretum celari: debet autem uelle celari omnia, per quorum relationē ipse cōfitēs prodi posset: uel mala suspitio de eo generari in cordibus aliorū: ut patet ex rationibus supra primo notabili tactis. Similiter & persona tertia, siue necessariò, siue stultè, uel etiam dolosè in confessione detecta: nā quilibet tenetur uelle proximi famā conseruare sicut suā: dū illud fieri pōt sine maiori detrimēto: de quo infra magis dicetur. Itē debet uelle celare oīa, p̄ quæ pōt populo scādalū gn̄ari: uel cōfessio magis odiosa: uel minus dilecta: uel magis onerosa: aut minus preciosa reputari. Item oīa, per quę pōt prouenire cōfitēti, aut alijs detrimentum in anima, corpore, aut possessione, aut fama, siue amicis: unde non solum peccata, & personę: sed circūstantiæ quæcūq;, quæ in confessio

Not. 2. B. Sub sigillo cōfessionis cadit quicqd uult cōfitēs.

ne deteguntur, per quas, uel quæ aliqd prædictorum contingere posset: sub cõfessionis sigillo sunt claudendæ, uel claudenda &c. Peccatum autem confessum sine relatione ad personam confitentis dummodo ex eius relatione nihil p̃dictorum sequitur: non pertinet ad sigillum confessionis: ut si dicat confessor peccatum fornicationis frequentatur, uel simile: sic etiam peccatum in genere cum persona perpetrante non cadit sub sigillo cõfessionis: ut si dicatur. Ioannes confessus est peccata sua bene, & distinctè. Sic si aliquid historicè inter confitendum misceretur, nõ clauditur sub sigillo confessionis: ut si dictũ fuisset: in tali loco est abundãtia frugũ, & similia. Ratio. n. horũ est; qa cõfitens talia nõ refert, ut secreta: nec uult illa per confessionẽ celari nisi in casu, quo aliquid p̃dictorũ sequeretur: talia. n. nõ sunt pctã: nec circumstãtiç pctõrum ad cõfessionẽ pertinentiũ. Hęc in sentẽtia Richar. & post eum Petrus de palu. &c. dist. præsenti. q. iij. arti. ij. ¶ His præmissis quoad articulum primum, sequuntur conclusiones pro articulo secundo.

Arti. 2. Cõcl. 1. C ¶ Conclusio prima. Nulla in confessionis sigillo clausa, sunt aliquo modo & in aliquo casu reuelanda. Hæc conclusio probatur: quia nihil, quod lege diuina, naturali, & positiua ecclesiæ est prohibitum: est faciendũ: sed reuelare clausa sigillo confessionis est prohibitum: lege naturali, diuina: & positiua: ergo. Maior nota. Minor pro suis partibus probatur quoad legem naturalem: nam omne secretũ lege naturali est celandũ: sed clausa cõfessionis sigillo sunt maximè secreta: tum ratione cõfitentis, qui sua peccata tanquam maximè secreta detegit sacerdoti. Et licet confitens nõ semper uerbo commẽdet sacerdoti qua tenus sua deposita secretè teneat: tamẽ hoc semper uirtualiter facit. Nullus n. peccata sua confiteretur: nisi præsupponeret; q sua confessio tãquam maximè secretum acciperetur. Tum ratione fori: quoniam forus iste est causarum, quę uertuntur inter deũ & cõfitentem peccatorẽ: ubi nullus alius admittitur: dei autẽ solius est cognoscere secreta cordium, in quibus consistit principaliter peccatum: ergo sacerdos, cui tanquam uicario dei peccata reuelantur, tenetur illa tanquam secreta celare. Quòd autẽ secreta lege naturę celanda sunt: probatum est in notabili primo. Quòd etiam reuelatio confessionis sit prohibita lege diuina, probatur: quia quilibet christianus lege diuina tenetur non dare occasionem alteri, qua reuocetur a lege diuina: sed lex christi est de confessione facienda, ut deductum est dist. xvij. q. j. Sed reuelans confessionem dat occasionem, quantum in se est proximo nõ confitendi: ergo &c. Præterea dans occasionem peccandi alteri, mortaliter peccat: & facit cõtra lege diuinam. Nõ occides. occidit enim animam proximi occasionaliter: sed reuelans dat occasionem confitenti indebitè exequendi præceptum de confessione. s. mentiendi: aut peccata sua reticendi: uel se falsò laudandi: aut alios, quos odit, uituperandi: ut talia per confessionis reuelatorem in aliorum notitiam deducantur. Quod etiam positiua lege prohibitum sit: patet de pœnit. & remiss. omnis. ubi dicitur. Caueat autem omnino ne uerbo: aut signo: aut alio quouis modo aliquatenus prodat peccatorem: sed si prudentiori consilio indiguerit: illud absq; ulla expressione personæ cautè requirat: quoniam qui peccatum in pœnitentiali iudicio sibi detectum pręsumpserit reuelare; non solum a sacerdotali officio deponendum decernimus: uerũ etiam ad agendam perpetuam pęnitentiam in arctum monasterium detrudendum &c.

Clausa sigillo cõfessionis in nullo casu sunt reuelanda.

Cõcl. 2. D ¶ Conclusio secunda. Non solum confessor: sed auditor a reuelante, siue a confitente casualiter, aut dolosè tenetur confessa sicut cõfessor tanquã secretissima nulli hominum reuelare. Patet: quia transferens aliquid in alium de facto, quod non potest licitè de iure siue per errorem: non dat illi alter ius uiendi: nec trasferendi alterum in istud ergo si de facto transferat: alius non habet ibi ius ulterius transferendi: ergo sacerdos non habens ius reuelandi: si de

Non solum cõfessor, sed auditor a reuelante casu, uel dolosè tenetur celare.

facto reuelat: non potest is, cui reuelatur ulterius licitè reuelare. Sic si pœnitẽs confiteretur alicui non sacerdoti putans eum sacerdotem: qui se dolosè ingereret, ac se simularet sacerdotem: ut aliquod secretum exploraret: teneretur ille sic audiens audita non reuelare. Idem est, si quis casualiter audiret: aut dolosè aurem applicaret. Cuius ratio: quia confitens errans in persona, non transfert ius utendi translato: sicut dans eleemosynam petro diuiti, credens eum paulum pauperem, ut supra. habitum est dis. xv. ¶ Similiter interpres si quis cõfiteretur per interpretẽ. Similiter quia cõfitens loquitur in foro secretissimo: ideo quilibet audiens tenet̃ ut secretũ seruare, & p cõsequẽs non reuelare eisdem rationibus sicut confessor.

¶ Est tamen hic differentia: quia audiens a confessore malè reuelante: uel a cõfitẽte casualiter: nec peccãt mortaliter: nisi prouocarẽt confessorẽ ad reuelandũ: tunc enim consentirẽt peccato reuelãtis. Qui uero dolosè audiunt, mortaliter peccãt, omnes tñ tenentur ad nõ reuelandũ &c. ¶ Cõclusio tertia. Non solum peccata commissa: sed etiam pctã committenda in confessione detecta, sunt tanquã secreta celanda. Hæc conclusio ponit̃ cõtra opinionẽ quorũdã; quam recitat Alex. parte. iiii. q. lxxviii. membr. ii. art. ij. dicentium, quod si aliquis confitetur aliquod futurum pctm̃ nolens resilire a proposito perpetrandi: nõ tenetur sacerdos illud celare: sed põt reuelare ei, qui potest, & uult prodesse. & mouentur: quia pctm̃ futurum scdm̃ quod est de futuro (ut cũ quis dicit se pponere: seu uelle facere) non est de foro confessionis: sed præteritũ cũ pœnitẽtia, cuius confessio est pars: est mala præterita deplangere: ergo non clauduntur sub sigillo confessionis. Et huic assentit Alex. dum tamen peccatum futurũ non habet dependentiam ad preteritũ: tale enim etsi congruit celare propter honestatem: tñ non clauduntur sub sigillo confessionis: & ideo si uergeret in nimis magnum periculum: non esset illa confessio penitus tacẽda: nec tñ publicè reuelãda ppericulũ infamię: sed cautè, & secretè alicui, qui prodesse posset, & uellet innotescenda &c. ¶ Sed cõtra hanc opinionem probatur conclusio rationibus præmissis: quia ita pctm̃ committendum refertur confessori ut secretum in confessione detectũ: sicut pctm̃ preteritũ uel presens: & ideo oẽs rationes pręmissę ita militant contra futurum, sicut contra præteritum. ¶ Præterea hoc propositum, uelle in futurum peccare, est peccatum actuale, & pñs, etiam si nũquã sequeretur effectus, & p cõsequens reuelans reuelaret pctm̃ pręteritũ: quod clauditur sub sigillo confessionis &c. ¶ Cõclusio quarta. Non solũ cõfessor celare tenetur acta, & dicta confitentis: sed etiã confitens id ipsum tenetur quantum ad acta, & dicta sacerdotis: dum illa tendunt in præiudicium sui, uel confessoris. Prima pars cõclusionis patet ex præmissis. Secunda est Richar. de media uilla, quam sic probat: quia nullus debet facere præiudiciũ famæ proprię sine aliqua utilitate: sed neque confessori: quia quilibet tenetur diligere famam propriam, & proximi lege charitatis: ut sup. dictum est. Ex illo soluit quęstionẽ (qua quęritur: an cõfitẽs teneatur celare pęnitentiam a cõfessore sibi iniunctã) per hãc distinctionẽ: quia aut reuelatio pęnitentię facit præiudicium famę proprię, ut quia per eius iniunctionem oritur suspitio contra cõfitentẽ alicuius particulariter, uel magnorũ peccatorũ generaliter, aut sacerdoti, qui talem pęnitentiam iniunxit: pro qua, si sciretur: incurreret odium alicuius, uel aliquorum maleuolorum: ut quia iniunxit mulieri, ut abstineat a familiaritate alicuius uiri, quæ suæ castitati erat periculosa. Aut tertiò (manifestando pœnitentiam) nec sibi, nec alteri præiudicium generaret. In primis duobus tenetur quilibet pęnitentiam suam celare: quilibet enim tenetur suam famam scienter non lædere sine aliqua utilitate: iuxta illud Ecclesiastici. xlj. Curã habe de bono nomine. Sic sit sanum sacerdotis consilium, aut pęnitentiam (bona fide iniunctam manifestãs)

Cõcl. 3. E Non solum peccata cõmissa sed cõmittẽda sũt tanquã secreta celanda

Cõcl. 4. F Non solum cõfessor tenet̃ celare acta, & dicta confitẽtis: sed & ipse cõfitẽs.

in confessoris præiudiciũ crimen proditionis incurrit, & fractionis secreti confessionis. Concordat Gerson in tripartito. Excipit tamen (quod absit) si confessor confitentem ad peccandum inducere vellet &c.

Arti. 3. Dub. 1. G

¶ Quantum ad articulum tertium: dubitatur primò contra conclusionem primam: nam uidetur ꝙ in certo casu confessio reuelari potest: quod probatur in quinq; casibus.

In certo casu confessio põt reuelari

¶ Primus, si peccatum detectum in confessione maxime futurum uergeret in graue periculum spirituale, uel temporale reipublicæ: ut si quis confiteretur se uelle seminare hæresim: aut prodere, uel incendere ciuitatem: quod per reuelationem confessionis caueri posset, nam pponendum est bonum commune priuato. Vnde de hoc est uersus. Est hæresis crimen, quod nec confessio celat. Itẽ peccatum futurum non est de foro confessionis: cum confessio sit reuelatio peccatorum commissorum. ¶ Secundus casus est: si reuelatio confessionis tenderet in bonum confitentis: ut si per reuelationem subtraheretur occasio peccandi confitenti: ut si abbas habens monachũ in aliquo officio, cuius occasione frequentaret peccat carnis: cognito illo, posset eũ remouere ab officio post confessionem auditam: licet oriretur uehemens suspitio contra monachum: ꝙ peccatum fornicationis fuisset cõfessus: aut si reuelaret, alicui, q posset prodesse, & non obesse. Nã secundum Bernar. in de dispensatione, & præcepto c. iiij. Iniquum sine dubio foret: si statuta pro sola charitate contra charitatem tenerentur: sed cõtra charitatẽ est proximi, si q̃s reuelãdo cõfessionẽ posset cõtinentẽ a peccato preseruare: & id negligeret nõ reuelãdo. ¶ Tertius casus est. Si celatio confessionis cederet in peccatũ confessoris: ut si confessor pduceretur in testẽ cõtra cõfitẽtem accusatũ de crimine: & compulsus iurasset dicere ueritatẽ: si non diceret, mentiretur interrogatus per iuramentum nõ dicẽdo: immo piurium incideret non respondẽdo: quia iurauit dicere ueritatem in inquisitis: si diceret se ignorare, mẽtiret: ergo tenetur dicere ueritatẽ: & per cõsequens reuelare secretũ, puta confessionem: plus. n. tenetur cauere pctm̃ in seipso, quàm famam in proximo. ¶ Quartus casus: si confessor ex celatione confessionis incurreret graue periculum tẽporale rerum, uel personarum: ut si sacerdos intraret nemus cum duobus, uel pluribus: qui secretò conspirassent in mortem eius, sibi in illo nemore inferendam: & unus pœnitentia ductus ante introitum nemoris confiteretur illud sacerdoti. Et sacerdos audita confessione, posset se retrahere ab illo itinere, & non progredi, ut saluaret uitam suam, licet per hoc factum reuelaret cõfessionem sibi factam: nam plus tenetur uitę suæ conseruandæ, quã proximi famę &c. ¶ Quintus casus: si celatio alicuius confessionis cederent in periculum salutis æternæ confessoris: ut si confessor haberet aliquod pctm̃ mortale, qđ confiteri non posset, nisi reuelando cõfessionem sibi factam: non debet omittere confessionem propter reuelationẽ confessionis: quia non tenetur se ipsũ dãnare propter famã proximi saluãdã: damnaret autem seipsum, si habita opportunitate sciẽter omitteret confiteri pctm̃ mortale: cũ confessio omniũ mortaliũ sit de necessitate salutis: ut sup. dictum est dis. xvij. q. j. &c.

Rñsio. H

Ad dubiũ rñdetur secundum Richar. & Sco. ꝙ in nullo casu licet sacerdoti reuelare confessionem: siue cõfitens pœniteat, siue nõ: siue confiteatur pctã, iam opere perpetrata: siue perpetranda, siue sit peccatũ in moribus, siue in fide. Concordat. S. Tho. & Bonau. similiter Alexan. par. iiij. q. lxxviij excepto pctõ perpetrando de futuro, ut dicetur: debet tñ confessor cauere diligenter proposse, ne peccatũ perpetrandũ sibi in cõfessione detectũ opere pperpetretur, maxime si fuerit pctm̃ ad aliorum corruptionem in fide ordinatum, obseruata tñ discretione, ut nullo modo prodat illum, qui sibi confessus est, ac ne aliqua mala suspitio de illo generetur.

In nullo casu licet sacerdoti reuelare confessionem.

Ad rões Ad. 1.

¶ Et per hoc respondetur ad rationes. Ad primum dicitur, ꝙ bonum cõmune preponendũ est priua-

tor;sed reuelare confessionem in quocunque casu, non est bonum commune immo est maxime offensiuum boni communis. Impedit enim salutem communitatis pro quanto tota communitas auerteretur a confessione. quæ necessaria est ad salutem: ac induceretur ad fictè confitendum, quod contrariatur saluti. Quis enim uerè confiteretur: si in aliquo casu reuelanda foret confessio. Salus autem animæ præferenda est saluti corporis; & omnium exteriorum. ¶ Præterea, ut aliorum ratione utar: q confessor non nouit ut homo: sed tantum ut Deus: & non est homini reuelandum: sed tantum deo: sed confessor quæ ex confessione nouit, non nouit ut homo, sed ut deus: ut ipsi dicunt: ergo nihil tale reuelandum est homini &c. ¶ Præterea peccatum de futuro nunquam posset reuelari: quin reuelaretur peccatum de præterito, aut præsenti: nam propositum animo firmatum de peccando in futuro est peccatum: ideo qui confitetur se uelle peccare, confitetur se habere uoluntatem peccandi: & ita actu, & præsentialiter peccare, quod propositũ tunc non instantaneè concepit: ergo etiam præfuit: ergo. ¶ Et q ibi allegatur uersus. Est hæresis crimen. dicit Sco. q uersus quidem bonus est quantum ad mensuram pedum: sed falsus est, & erroneus quantum ad sensum uerborum.

Ad. 2. ¶ Ad illud, quod additur, q peccatum futurum non est de foro confessionis: dicitur: q de foro confessionis est quantum ad celandum quicquid sigillo confessionis clauditur: tale autem est peccatum perpetrandum: deniq; tale non separatur a peccato præsenti actu inexistenti, & præterito, ut probatum est. ¶ Ad argumenta in secundo casu dicitur: q reuelatio confessionis nunquam cedit in bonum confitentis; quoniam etsi quando reuelata confessione posset confitens prohiberi ab exteriori actu peccati: non tamen ab actu interiori, qui æque est peccatũ ¶ Præterea etsi ab illo peccato cohibetur: tamen datur sibi occasio maiorum, & plurium peccatorum: puta inuidiæ contra reuelantem, & confessionis fictæ in futurum. Et si quomodocunq; proficeret confitenti: est tamen contra salutem communitatis: ut statim deductum est: quæ præponenda est saluti singularis personæ. Et quod additur de abbate, dicendum; q si potest p occasionē aliquam, unde non oriatur suspitio, poterit monachũ amouere ab officio: aut eum inducere secretè, ut petat absolutionem, quatenus amoueat eum: quod si facere non poterit: quin oriatur contra eum rationabilis suspitio, sustineat eũ in officio, donec eum poterit sine suspitione amouere: quoniam non sunt facienda mala, ut eueniant bona. ad Roma. iii. ¶ Et quod allegatur ex Bernar. dicitur, q celatio confessionis est pro charitate, & confitentis, & totius communitatis: & non contra: ut statim supra uisum est. ¶ Ad argumentum in tertio casu dicunt communiter doc. imitantes Alex. Tho. Bonauen. Richar. Pet. de palu q in casu argumenti potest sacerdos secure iurare, aut dicere: sub iuramento se nescire q nouit per confessionem: quoniam illa non nouit, ut homo: sed ut deus. Et respondendo iudici respondet, ut homo, non ut deus: nam eadem persona uerè affirmare potest aliquid in persona alterius loquens: quod uerè negat loquẽs in propria persona. Probatio: quia angelus loquens Moysi in persona dei uerè dixit. Ego sum deus patris tui: deus Abraam &c. Exod. iii. quod uerè negasset in persona propria loquens: ergo a simili homo repræsentans personam dei in foro cõfessionis, uerè potest aliquid affirmare, quod extra illud forũ potest uerè negare; dum loquitur in persona propria: ergo dum confessor loquitur in persona propria: potest uerè dicere se nescire id, quod nouit in persona dei, nec sic dicendo: mentitur &c. ¶ Contra hæc arguit Sco. probando: q ea, quæ nouit cõfessor in confessione: non nouit ut deus: sed ut homo minister dei: unde non audit confessionem ex persona dei: sicut nec absoluit ex persona dei: ipse enim absoluit ministerialiter: secundum uero prius dicta deus principaliter

Ad. 3. K Quid confessor productus in teste an reuelet.

paliter: unde si diceret sacerdos: ego au ctoritate mea te absoluo principaliter a peccatis tuis: mentiretur: uerum tamen diceret: si loqueretur in persona dei: sicut uerum diceret dicendo. Ego sum deus tuus: ego te creaui, redemi &c. quomodo uerum dixit Angelus Moysi. Ego sum deus patris tui. Vnde multũ refert aliquid dicere in persona alterius: & loqui auctoritate alterius, siue ut minister illius: nam loqui in persona alterius est induere personam alterius: hoc est sic loqui, ut intelligantur omnia uerba locutionis referri ad personã alterius: ut nõ loquens (sed ille, ex cuius psona loquitur) intelligatur hęc agere, uel non agere, quę loquens exprimit sua locutione: ut cum Esa. ait cap. j. Dominus locutus est. Filios enutriui, & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me. ¶ Loqui autem auctoritate alterius, est loqui in persona sua propria: ex commissione tamen alterius. ¶ Et confirmatur ratio Sco. nam frequenter confessor absoluendo dicit. Ego auctoritate beatorum Petri, & Pauli apostolorum: aut sedis apostolicę, mihi commissa absoluo te &c. quæ falsa esset, si loqueretur in persona dei: quia deus non absoluit auctoritate commissa: nec Petri, & Pauli: nec sedis apostolicæ: sed propria. Prętere a sic nunquam posset dicere se scire peccata in genere, uel in specie: tacita persona confitentis: semper enim mentiretur: cum non sciret ut homo: & tamen hęc dicens loqueretur, ut homo: & tamen secundum omnes potest hæc dicere sine mendacio, & etiã quandoque licitè sine peccato: ut causa consilij quærendi: ut habetur in. cap. officij. de pœniten. & remiss. ¶ Dicendum ergo: ꝙ confessor quæ audit & dicit, puta absoluit: facit in persona sua: sed ut minister dei: sicut omnia sacramẽta ministrãtur nõ ex persona ministri: sed auctoritate dei. ¶ Ideo ad rationem aliter respondetur: quòd in casu, quo confessor producitur in testem: & iurat respõdere ueritatem de interrogatis. Si quęritur de aliquo, quod non nouit nisi ex confessione: non debet respondere: nec scio: neque nescio. nec non respondẽdo est transgressor iuramenti: quia iuramentum intelligi debet de interrogatis, ad quæ potest licitè respondere: licet sonet generaliter: alioquin si generaliter intelligeretur, esset iuramentũ temerarium, & illicitum: & per consequens non obligaret. Vnde posset confessor respondere in casu: in his, in quibus possum perhibere testimonium: nihil scio, uel simili modo. Neque iudex ultra debet, nec potest compellere: sicut in simili productus in testem non debet manifestare ea, quæ sub secreto sibi commendata recepit: sic enim manifestando ageret contra legem naturæ, ad quod nemo compelli debet. ¶ Sed diceres tacendo, & non respondendo generat suspitionem in animis audientium, ꝙ talia, de quibus agitur: commissa sunt per. N. & ꝙ ipse nouerit per cõfessionem: & ita facto reuelat confessionem. Respondendum: ꝙ tacere est signum de se indifferens ad aliquid esse confessum, uel non confessum: & ideo de se, & ex sui natura non est signum cõfessionis reuelatiuum: sed magis clausiuum. Si uerò aliqui uoluerint hoc, quod est tacere, accipere: ut signum reuelatiuum ex suis phantasijs, nihil hoc ad confessorem: & ideo non erit illicitum confessori tacere: etiã per confessoris taciturnitatem, nihil probari potest contra eum, contra quem producitur in testem. ¶ Per hoc facile respondetur ad formam argumenti. ¶ Ad argumentum in quarto casu dicendum: ꝙ nullum periculum: nec etiam conseruareuitam præsentem, potest excusare: uel licentiare confessorem ad aperiendum confessionis sigillum: sicut nullum periculum potest hominem licentiare ad mortaliter peccandum. Vnde si tyrannus minaretur mortem confessori, nisi reuelaret sibi confessa, debet plus timere deum: & se offerre martyrio, quã trãsgredi legem dei, naturę, & ecclesiæ, reuelando confessionem: hoc tamen locum non habet in casu argumenti: nam in casu illo sacerdos posset se retrahere ab itinere: & sic se a latronibus libera-

Ad. 4. M

Nullum periculũ nec uita pñs conseruanda potest excusare cõfessorẽ ad reuelatiõẽ cõfessiõis.

re. Nec tamen per hoc diceretur reuelator confessionis: licet per illam retractionem conspiratores cognoscerent illum esse confessum conspirationem illorum: quia diuersio illa ab itinere sacerdotis ex ratione sui, non est signum ducens in notitiam peccati confessi: poterat enim ex alia causa diuertisse i etiã si illi non conspirassent, non fuisset eis signum confessi peccati: non est ergo signum ex natura actus: sed magis ex conspiratione praua latronum. ❡ Vnde Scot. ponit hanc regulam generalem. Signum, quod est de se indifferens ad hoc, q est tale peccatum fuisse confessum, uel non fuisset: licet sit aliquibus signum magis determinatum ex aliquo supposito: non est ex se signum reuelatiuum confessionis: nec per consequẽs illicitum confessori &c. ❡ Ad rationem

Ad. 5. N in quinto casu respondetur secundum Rich. & Scot. q in casu debet differre confessionem quãtum ad hoc peccatũ, de quo argutũ est donec occurrat, cui posset confiteri sine reuelatione confessionis sibi factę: qui si nunquam occurreret: tenetur tale peccatum non cõfiteri. Et est in ar. non habentis cõfessorem idoneum: sufficit ergo soli deo confiteri in casu, cum proposito confitendi sacerdoti, si idoneus haberi possit: uix tamen casus est possibilis: & ideo celatio confessionis nunquam cedit in periculum salutis &c. ❡ Dubitatur secundò: utrum persona tertia: id est ea, cum qua peccatum est perpetratum, sit a cõfitente necessariò celanda. Respõdetur breuiter secundum Richar. dist. praesenti. arti. v. q. ij. secunda. sub distinctione.

Dub. 2. O Vtrum tertia persona cũ qua peccatũ est commissum, sit necessariò celanda.

Quia aut necessaria est expressio personae, cum qua peccatum est commissum ad cognoscẽdum genus pc̃ti, ut si frater concubuisset cum sorore, quę esset sibi unica, quaerendus esset confessor, cui persona tertia non esset nota. Aut si expressio personae non est necessaria ad exprimendum pc̃ti quantitatem: adhuc subdistinguitur: aut est utilis ad correctionem eius, uel praeseruationem a recidiua: tũc pęnitẽs bene facit: si extra confessionẽ dicit alteri personae, q illi pc̃tõri possit prodesse, & non obesse. Sed pro illa causa non expedit illum noiare in cõfessione: nec oportet: quia per talẽ nominationẽ confessor nõ posset pcedere ad correctionem illius. Sed si fuerit utilis ad praeseruandum pęnitentem a recidiua: sic utile est eam exprimere confessori: potest enim confessor per cognitionem personae congruentius iniungere pęnitẽtiam talem, & talia dare remedia, & documenta, & monitiones: p quę pęnitentem, & melius, & secretius poterit praeseruare a recidiua. Si autem noiatio personarum neutro praedictorum modorum est utilis: tunc pęnitens tenetur illã personã celare: quia qlibet tenetũ non aggrauare malã opinionẽ de proximo suo in corde alterius sine rationabili: & utili causa: de hoc etiam supra. q. ij. distin. xvij. &c. ❡ Dubitatur tertiò, utrũ audita in confessione, q alias scita extra confessionem cadant sub sigillo cõfessionis. Respondetur secundũ sanctum Tho. & sanctum Bonauent. licet diuersi diuersa dixerunt: tamẽ duo breuiter hic dicuntur. Primum scitũ ex confessione nunquam est reuelandum ut tale: unde nunquã licet dicere: in cõfessione audiui hunc illa commisisse. uel Petrus cõfessus est mihi, q haec fecerit: licet confessor uiderit eum talia fecisse: qa haec dicendo directẽ solueret confessionis sigillum. ❡ Secundò dicitur: q dicens simpliciter illud uidi: uel illa audiui, seu noui ita esse: quod extra confessionem uidit, audiuit, nouit: non soluit sigillum confessionis. Patet: quia non refert illud ut sibi in confessione detectum: sed eo modo, quo nouit etiam si nunquam in cõfessione percepisset. Et probatur: quia nullus potest aliũ obligare inuitũ, ad quod non erat obligatus: nisi praelatus suus obliget eum praecepto: sed sciẽs aliquod peccatum eius (qui confitetur extra confessionem) non erat obligatus ad non reuelandũ, si ille non fuisset confessus: ergo confitens: cum non sit eius praelatus: non potest eum obligare ad non reuelandum, quod prius potuit reuelare. Idem est si post confessionem sciat alio modo: ut confessum publicẽ

Dub. 3. P Vtrum audita in confessione, & alias scita extra confessionem cadant sub sigillo.

in iudicio, uel coram multis: nisi enim sic per confessionem posset fieri magnum præiudicium ueritati, & iustitiæ. Veritati, si per hoc confessor nõ posset perhiberet testimoniũ de uisis, & extra cõfessionem notis. Iustitiæ, si quis iudici confiteretur, & prius uel post conuictus esset, uel conuinceretur de peccato: non posset iudex exequi iustitiam: quia semper solueret sigillum cõfessiõis & secundum hæc intelligenda sunt supradicta de non reuelandis auditis in confessione. Verum est ut talibus: & nõ aliter notis debet tamen confessor cautus esse: & nõ faciliter talia referre: nisi propter certam utilitatem ad uitandũ scandalum maximè in pœnitente: ꝙ tũc cauetur, dũ confessor etiam ostendit causam suæ scientiæ eius, ꝙ extra cõfessionem nouit: hoc est ostendendo modum, quõ nouit &c.

Dub. 4. Q. Vtrum cõfitens possit dare licentiã confessori, ut. ¶ Dubitatur quartò utrum confitens possit dare licentiã cõfessori, ut reuelet confessionẽ sibi factam. Respondetur post Scot. breuiter Licet aliter sentiat beatus Tho. & Bonauen. ꝙ nõ potest dare licentiam. Ratio: quia celare peccatum confessum, non tantũ est ius cõfitentis tm̃: sed cõfitẽtis: quia ex reuelatione cõfessi sequeretur perturbatio in cõmunitate: ꝙ passim qlibet reputaret alium abominabilem. ¶ Præterea: confessor tenetur triplici iure ad celandum confessa: diuino, naturali, & positiuo ecclesiæ: ꝙ reuocare nõ est in potestate confitentis: etiam licet ius illud esset introductũ in fauorem confitẽtis. ¶ Si di. Quid ergo faciet confessor, si confitens petat pc̃m̃ suum ob aliquã utilitatẽ per confessorẽ reuelari. Respõdet Sco. ꝙ si confitens dicat pc̃m̃ suũ extra confessionem, non ut secretũ: sed reuelandum certæ psonæ, uel certis personis: qm̃ si diceret extra cõfessionẽ: & tñ ut secretũ (quia prodere secretũ est cõtra ius naturę) non posset cõfitens illud tollere. Et licet hic modꝰ ẽ securior: est tamen alius probabilis: de quo uide Pe. de palu. &c. q. iii. conclu.

Dub. 5. R. Vtrum ea, quæ ¶ Dubitatur quintò: utrum ea, quę extra confessionem committũtur sub sigillo confessionis, claudantur sub illo: ita ꝙ post reuelans esset reus fractionis sigilli confessionis. Respondetur breuiter: ꝙ isto modo commendatum cadit sub sigillo secreti: sed non confessionis sacramentalis: quoniã sic cõmendans non confitetur sacramentaliter. Est autẽ sigillum secreti superius ad sigillũ cõfessionis. Palu. q. iij. aut. ii. cõclu. in. distin. præsenti. Et celatio utriusq; est de iure naturali: ut supra probatum est: & uterq; soluens peccat mortaliter: licet grauius qui soluit sigillum cõfessionis: quia uiolat nedũ legem naturæ: sed expresse legem diuinam, & positiuam ecclesię &c.

extra confessionem cõmittũtur sub sigillo claudantur sub illo.

Dub. 6. S. Quis sit effectus confessionis generalis. ¶ Dubitatur ultimò de confessione generali: de qua magister in text. quis sit eius effectus. Et respondetur breuiter post magistrum: ꝙ remittit uenialia quantum ad culpam, & quantum ad pœnæ diminutionẽ, dum ipsa procedit ex charitate. Cuius ratio supra distin. xvi. q. v. tacta ẽ: & habetur latè in Pet. q. ii. dist. pręsenti quoniam ipsa est opus meritorium: ꝙ ex natura actus ordinatur ad remissionem peccati uenialis: & includit contritionem, ac displicentiam peccati uenialis, nã ad hoc cõfitẽtur generaliter: quia generaliter sibi displicent: & inter actus ordinatus ad remissionem uenialis peccati, nullus efficacior est, quàm contritio ac displicentia eius uoluntatis assumpta: ut ibidem dictum est. Remittit etiam mortalia oblita quantum ad pœnam: dum prius remissa sunt quo ad culpam. Quod notãter additur: quoniam si non fuissent remissa quo ad culpam: nihil circa ea operaretẽ confessio generalis. Remittuntur aũt quo ad culpam per confessionem sacramentalem, & sacerdotalem absolutionem, qua absoluitur ab omnibus confessis, & oblitis præmissa sufficienti sui examinatiõe: ut supra dictum est dist. xvii. q. j. ¶ Etiam remittũtur per contritionem pc̃tõrum oblitorũ põt. n. quis confiteri de oblitis in genere: ut dum post sufficientem sui examinationẽ uellet se nunquã offẽdisse deum per quęcũq; peccata, quorũ tenet memoriam: etiã eorum, quę sunt oblita finaliter, & principaliter propter deũ super oĩa dilectum. Sic ergo remissa

mortalia quātum ad culpam, confessio generalis remittit quantum ad aliquā partem: nedum oblitorum, sed etiam memoratorum: sicut quodlibet opus meritorium ualet ad remissionem pęnæ peccatis mortalibus debitæ, & tantò magis, quantò specialius, & ex intentione ordinatur ad remissionem huiusmodi: de quo supra dist. xvj. quæst. ii. prope finem. & in Palu. ubi supra. q. ii. latius habetur. Et tantum de illa distinctione.

DISTINCTIO. XXII.

VMQVE multis auctoritatibus. Postquam magister egit de pœnitentia quā tum ad pœnitentē: & hoc quo ad omnia peccata generaliter: in hac distinct. xxij. & ulti. de pœnitentia hoc idem facit quantum ad peccata recidiuę specialiter addens quędam de sacramento, & re sacramenti pœnitentiæ summariè, & breuiter.

¶ Et potest sententia textus summari in tribus conclusionibus. ¶ Prima. De reditu peccatorum dimissorum per recidiuam recitatur duplex sanctorum assertio, quarum iudicium relinquitur lectori studioso. ¶ Secunda: secundum quorundam sententiam in actione pęnitentiæ sacramentum est, quod exterius geritur. Res uero contritio est, quæ intus in pœnitentis corde elicitur. ¶ Tertia: Aliorum est doctrina, ꝙ in pœnitentia illud, quod foris agitur est sacramentum tantum: interior contritio est res, & sacramentum: res autem tantum est ipsa remissio peccatorum. Quia materia duarum ultimarum conclusionum tractata est supra dist. xiiii. ideo circa materiam primæ conclusionis mouetur unica quæstio: quæ talis est.

QVAESTIO VNICA.

VTRVM peccata dimissa in recidiuante redeant eadē numero, specie, uel genere. ¶ Tribus articulis more solito soluetur difficultas huiusmodi quæstionis. ¶ Quantum ad primum articulum, est notandum: ꝙ per recidiuantem intelligitur peccator, qui post peccata prius commissa, & per gratiam infusam a domino remissa, nouo peccādi actu deum offendit: siue per peccata similia prioribus dimissis, siue per dissimilia numero, genere aut specie differentia: ut si fornicator post pęnitentiā iteret peccatum fornicationis: aut incidat in homicidium, aut furtū: uel dei blasphemiam. ¶ Secundò supponendum est ex dictis supra dist. xiiii. q. j. ꝙ transeunte peccati actu, nihil reale manet in peccatore: unde dicitur peccatum distinctum a peccatore, per cuius sublationem peccatum dicitur remitti: quia post actum peccati transeuntem nihil manet in peccatore (unde dicitur peccator) nisi reatus: reatus autem obligatio est peccatoris ad pęnam: obligatio autem dicit ordinationem diuinā petōris ad pęnā propter peccatum commissum. Vnde patet: ꝙ multa dicit: scilicet peccatorē, & actum commissum contra deum: ac uoluntatem diuinam, & pęnā peccato debitam. Et secundum hoc, eadem peccata redire potest tripliciter intelligi: uel eadē quo ad actum eundē, qui peccatum est: uel quo ad eundem reatum: uel quo ad eādem pœnam. Et hæc identitas potest intelligi quoad numerum, speciem uel genus: prout tangitur in titulo quæstiōis. ¶ Et quidem quo ad identitatem specificam, & generis q̄stio nullum habet dubium: quoniam manifestū est: ꝙ pęnitens de homicidio potest relabi in homicidium eiusdem speciei cum priori dimisso, & a maiori eiusdem generis, & ideo intelligenda est quęstio: utrum redeant eadem numero ¶ Et sic intelligendo quæstionē de identitate numerali: adhuc satis manifestum est.

A Vtrum peccata dimissa redeant Arti. 1. Nota 1. Intelligitur de reditu peccati ad pęnā

Not.

est, quia recidiuantem non redeunt peccata dimissa eadem quantum ad actum peccati: quia non redit idem actus uoluntatis, qui transijt: sed nouus actus: hoc est actus uoluntatis de nouo elicitus a uoluntare respectu eiusdē obiecti, uel alterius. actus autē peccati est actus elicitus uoluntatis principaliter: & per consequēs non redit eadē obligatio: quoniā quando alicuius aggregati aliquid uariatur numero: non manet eadem aggregatio numero. ¶ Et si diceres: deus, cuius est uocare ea, quę non sunt, sicut ea, quæ sunt: posset eundē actū reuocare: & sic rediret idem peccatum numero: ut arguit: Richar. & Pe. de pal. dist. præsenti. q. j. artic. j. Dicendum, q; etsi deus miraculosē reuocaret eundem actū: puta idem uelle: iam illud nō esset peccatū: quoniā nō esset ab hominis libero arbitrio: cum homo non eliceret hunc actū; sed esset effectiue a solo deo. Sicut, n. solus deus pōt aliquid de nouo creare: ita solus deus pōt aliquid de nihilo reuocare; secus si eundem actum numero deus coagēte creatura rationali reproduceret; ut hēt Pet. ubi sup. Neq; putādum est: q deus, qui non est auctor mali: propter recidiuā peccatorū miracula faciat. ¶ Intelligenda est ergo quæstio de reditu peccati dimissi quātū ad pęnā; ita q propter recidiuam, ad eādem, uel tantam pęnam ordinetur peccator recidiuans occasione peccatorū remissorū: ad quā uel quātam ordinatus fuit ante eorum remissionem. Et ad hūc sensum, magister, & sancti hāc quæstionē tractāt: & ad præsens tractabitur. Et quoniā duplex est pœna s. pœna sensus, & pœna damni: de utraq; uidendū est. Similiter dupliciter pctūm remittitur quantū ad pœnā. s. uel quantū ad pęnā æternā: uel quantū ad pœnā temporalē. Remissio peccati quantū ad pœnā æternam semper concomitatur remissionem peccati quo ad culpā: quoniā quandocunq; peccatū mortale (cui sola pœna ęterna debetur) remittitur: pœna ęterna dimittitur simpliciter, uel in tēporalē cōmutatur. ¶ His præmissis pro articulo primo, sequūtur cōclusiones pro articulo secūdo. ¶ Conclusio prima.

Replica.

B

Remissio pcti quoad pęnam ęternā semper cōcomitatur p culpam.

Arti. 2.
Cōcl. 1.
C

In recidiuāte in priorē, uel aliā culpā nō redeunt peccata remissa quātū ad pęnā ęternā. Probatur cōclusio: quia ut dictū est: remissio pœnę æternæ inseparabiliter concomitatur peccati remissionē: immo nihil aliud est remitti pctūm mortale, quā ipsum nō imputari ad pęnæ ęternæ uindictā: ut dicit beatus Aug. sup ps. xxxi. Tecta sunt peccata. i. oblita sunt. Si texit peccata, noluit aduertere: si noluit aduertere, noluit animaduertere: si noluit animaduertere, noluit punire. Et sequitur. Quid erit dei uidere pctā: an punire peccata, ut nouerit: quia hoc est dei uidere pctā, quod punire: & sic non uidere, quod est remittere: est nō ordinare ad uindictā, siue nolle punire. Cū ergo pctūm nō redit quantū ad culpā, quę est actus deordinatus uolūtatis (ut dictū est) non redit quoad pęnā ęternā remissam &c. ¶ Conclusio secunda. In recidiuantē non redeunt pctā quātum ad temporalem pęnam remissam, licet maneat obligatio ad pœnā non solutam. Primū patet. s. q id, quod remissum est: nō redit quātū ad id, quod remissum est. Hinc Gelasius papa: & habetur de pœnit. dist. iiii. c. ult. Diuina clementia dimissa peccata in ultionē ulterius redire non patitur. ¶ Itē Naū. j. Non consurget duplex tribulatio: & ideo non iudicat dominus bis in idipsum. ¶ Itē Aug. in lib. de respō. prosp. Qui recedit a christo, & alienatus a gratia finit hāc uitam: quid nisi in perditionem uadit: sed non id, quod dimissum est, redit: nec pro originali peccato damnabitur: & per consequens peccata remissa non redeunt. Faciunt ad idem probationes conclusionis primę. ¶ Secunda pars satis manifesta est: quoniam per recidiuam nihil remittitur: sed magis uindicta dei prouocatur: ergo qđ ante recidiuā nō est remissum pęnę tēporalis: remanet persoluēdū nō minus, quā si nō recidiuasset: alioquin per recediuā quis cōmodum reportaret quantū ad priora pctā: quod est absurdū. ¶ Utrū autem quis post recidiuam satisfactionē pro pctō remisso perficere possit, dictū est superius distinct. xvi. q. ij. &c. ¶ Conclusio tertia. Peccata per pęnitentiā re-

Peccata remissa non redeunt quoad pœnam ęternā.

Cōcl. 2.
D
Nec quoad ad tēporalē pœnā solutam.

Cōcl. 3.
E

Pctā redeunt quoad pœnā p modum circūstātiæ aggrauātis

missa redeunt quantū ad pœnā per modum circūstantiæ aggrauātis peccata de nouo cōmissa ex persona recidiuantis. Probatur simul, & declaratur cōclusio: nā ingratitudo est circumstantia aggrauans peccatū. Est enim ingratitudo per se uitium: quantò aūt plura uitia ad actū peccati cōcurrunt: tantò peccata sunt grauiora, & arctius punienda: ut supra di ctū est dist. xvij. q. j. Peccans autē post remissionis gratiā peccatorū receptā: ingratus est gratiæ remissionis: quia ut di cit Sen. lib. iii. de beneficijs. Ingratus ē, q beneficiū se recepisse negat: ingratus, qui dissimulat: ingratus: qui nō reddit: ingratissimus omniū, qui oblitus est: reci diuans autē nō solū nō reddit bonū pro beneficio remissionis: sed etiā malū ite rū offendēdo: & per cōsequēs peccans p recidiuā, grauius peccat propter magni tudinem remissionis accepte, quā si hoc beneficiū nō accepisset: Et p hoc maiori pęna reddit dignus: & sic redeūt priora pctā remissa: nō φ propter illa si fuerint plene, remissa de nouo puniat: sed quia propter beneficiū remissionis, cui ingratus est recidiuās: peccatū recidiuē grauatur: & per hoc pœna eius crescit.

Modi ingratitudinis secundum Senecā.

¶ Item quātò aliquis ab alio recepit beneficiū sibi minus debitū, aut magis indebitū: tātò sibi magis tenetur lege gratitudinis: etiā si receptū beneficiū sit minus: ut arguit Sco. & per cōsequens magis si beneficium sit æquale: sed existēti in mortali nullius est deus debitor nisi pęnæ. Si ergo sibi gratiā cōfert: hoc erit donū maximè gratuitè, & liberaliter datum: & præcipuè si est gratia æqualis gratiæ innocentis: ergo iste ex lege gratitudinis est deo specialius obligatus propter illud liberaliter collatū: & per cōsequēs post offendens dantem grauius peccat propter ingratitudinem. ¶ Præterea quātò aliquis tenetur pluribus obligationibus ad aliquid: tātò magis peccat, si trāsgrediatur: sed pęnitens quotiescunq; dignè pęnitet, obligat se saltē uoto, uel proposito ad non peccandum in posterum: quia sine tali proposito non est digna pœnitentia: & propter hoc adstrictus est ad non peccandum eadem lege, qua trasgreditur duplicem legem obligantem ad non peccandum .s. illam generalem, qua omnes obligantur nō peccare: & illā specialem de promisso seruādo. Et habet hæc conclusio ueritatem tam de pœna ęterna, quā tēporali: non φ pœna æterna debeatur peccatis prioribus plenè remissis: sed φ pęna ęterna posterioribus peccatis debita aggrauatur: sicut & ipsa culpa: etiā pœna damni grauatur nō tantum ad id, quo priuat: quia æqualiter priuantur beatitudine omnes dānati: sed quantū ad amaritudinē, & tristitiā sequētem hāc priuationē, quę maior est in uno dānato, quā in alio: ut infra dicetur. De pœna sensus planum est: quoniam grauiori peccato maior debetur pœna iā æterna, quā temporalis &c.

¶ Quantum ad tertium articulū &c. Dubitatur primò contra ultimam conclusionem. Peccata remissa non aggrauant pctā posteriora recidiuē: ergo conclusio falsa. Consequentia nota. Antecedens probatur: quia id nō aggrauat quo non existente immo eius opposito ęquè, uel grauius peccat: sed si recidiuans non fuisset prius pęnitens: sed semper Innocens: grauius peccaret cadēdo ab innocētia, quā cadendo a pœnitentia: ergo. Maior uidetur nota. Minor probatur: quia cadens ab innocentia magis ingratus est deo conseruanti in innocentia, a qua cadit: quā cadēs a remissione peccati, p pœnitentiā post peccatum: quia cadit a maiori beneficio: quia simpliciter maius est diuinū beneficiū cōseruare innocentiā, quā concedere post peccatū remissionē peccatorū per pœnitentiā; unde maius contulit beneficiū deus suę matri, quām Magdalenæ. Singularis. n. ornatus est, & gloria in beatis nunquā cecidisse in peccatū. Hinc uirginitas pfertur castitati uiduali, & coniugali. Ad hoc dubiū respōdet: φ ratio illa nō probat, φ cadēs ab innocētia grauius peccat ratione maioris ingratitudinis: eo φ magis ingratus est ab hoc, φ maius beneficiū recepit: quā cadens a pęnitētia cęteris paribus: ut si alias est similis libido in peccādo & pctā sunt eiusdē speciei. Sed hoc nō est cōtra cōclusionē: quia cū hoc stat, φ pctā per

Arti. 3. Dub. 1. F

Pctā remissa nō aggrauāt pctā posteriora recidiuē.

pœnitentiā remissa redeūt quo ad pœnā per modū circūstantiæ aggrauātis: quia semper cōcurrit circūstantia magnitudinis beneficij remissionis. Nec huic repugnat: q̄ si non cecidisset a pœnitētia: sed ab innocentia: æque uel magis peccasset: quia cadens ab innocentia habet etiā aliā circūstantiam aggrauantem. s. ingratitudinē ex alia causa. Nec est inconueniens aliquod peccatū nunc habere unam circūstantiā aggrauātē: & post aliam: & unam magis grauare, quā aliā: & tamē utramq; grauare: sic in proposito. Et ideo maior argumenti falsa est, qua arguitur: illud nō aggrauat, quo nō existēte, immo eius opposito, æque, uel magis peccat: quia utrūq; oppositorum huiusmodi grauare pōt. s. innocentia nō cōseruata; & pœnitentia nō cōtinuata: q̄ tamen impropriē sunt opposita. Nec cōclusio hoc uult: q̄ in omni casu magis grauatur pctūm recidiuē, quàm si idem cōmitteretur sine recidiua. Sed q̄ in omni casu pctūm recidiuē grauatur per circūstantiam ingratitudinis, siue pctā huiusmodi (si cōmittētur aliqua) cōmittantur post aliorū remissionē: & ita p recidiuam: siue nō per recidiuam, utputa quia nulla præcessit remissio: & ex hoc per circūstantias alias plus æque, uel minus grauentur: q̄ sit circūstātia ingratitudinis p recidiuā: quod etiā possibile est: ut si q̄s post peccata priora nō contrita, nec dimissa Iterū incidit in similia, uel alia peccata: hic nō cōcurrit circūstantia ingratitudinis ex remissione priorū: quia nulla præcessit remissio: licet posset grauari ex alia circūstātia: utputa frequētia, uel continuatione, aut impœnitentia, quæ uel similes si nō cōcurrūt: minus peccat, qui peccat prioribus peccatis nō dimissis, quā si sic peccaret prioribus peccatis prius dimissis &c. ¶ Dubitatur secundò.

Dub. 2. G Quare nō redeunte pctā seu reuiuiscūt ad pœnam, ut meritoria.

Cū opera bona meritoria p pœnitētiam, reuiuiscūt ad uitā: quare etiā mala dimissa per recidiuā nō reuertūtur ad pœnam: ita q̄ de prioribus puniatur, quasi non fuissent remissa: cū similiter se habent ad punitionē, sicut bona ad remunerationē. Respōdet Scot. dist. præsenti, ponens duplicē rationem diuersitatis. Prima: quia bona meritoria semper uiuunt in acceptatione diuina ad præmiū eis correspōdens: quod semper est eis retribuendū: nisi fuerit impedimentum ex parte recipientis per nouam culpam, qua durante non potest adipisci præmiū: cessante autē, ac remissa culpa, sublatum est impedimentū: ideo redit aptitudo ad susceptionē præmij. Ius enim ad præmiū recipiendum non pœnitus extinguitur p consequens pctūm: sed impeditur: & si peccatum maneret perpetuò, ius illud perpetuò impediretur, sicut habens debitorem impotentē soluere: ius quidem habet petēdi debitū: sed nō actionē. Nā durante impotentia, nō pōt agere: quia inanis est actio, quā inopia debitoris excludit. Cessante aūt impedimento impotētię actio extincta reuiuiscit: sed mala per pœnitentiā remissa totaliter extinguuntur: & nō manet ulla ordinatio eorum ad pœnā: agente hoc superabundante misericordia dei. ¶ Secundò reducēdo ad iustitiam potest dici: peccatum nō remittitur, nisi debitum pœnæ æternæ cōmutetur in debitū pœnæ temporalis, qua cōmutatione facta, regulariter non remittitur illud debitū pœnæ tēporalis: nisi pœna illa soluatur in se, uel in æquiualente in diuina acceptatione. Et per consequens remisso peccato mortali in se primo, & post in pœna sua soluta, nihil iuris remanet, per quod aliquid sit exigendum pro peccato sufficienter extincto, & soluto. Sed post meritū uita æterna dignū nunquā dignitas illa ad præmium cōmutatur, ad præmiū, uel bonū tēporale secundū iustitiā diuinam: ideo nūquam expirat illud ius quousq; bonū æternū fuerit solutū: sed illud non soluiē inuiatore, dū est uiator: ergo semper manet illud insūi. Ius eñ impedit per pctūm mortale: q tūc nō cōpetit executio iuris sui. Et per hoc patet: q̄ nō est simile de remuneratione bonorum mortificatorum: & redltione remissorum peccatorum. ¶ Dubitatur tertio quantum grauat circūstantia pctōrum remissorū pctā posterius cōmissa. Respondetur breuiter secūdum eūdem Scot. q̄ nulla noua culpa est ita grauis ex circumstantia ali-

Dub. 3. H Quantū grauat circūstātia pctōrū remissorum.

qua respiciente pœnitentiã præcedentẽ, ꝙ illa grauitas æquipararetur grauitati peccati in se, siue in ꝓpria malitia: nec forte (dicit) in centesima parte. Quantitas uerò huius circũstantiæ non potest exprimi una certa mensura. Est .n. quandoq; maior: quandoq; minor: grauat enim huiusmodi circumstantia secundũ ꝙ est maior ingratitudo: & hęc crescit, secundũ ꝙ est maius bonum prius collatũ, aut frequentius, aut multiplicius cõcessum. Vnde maior est ingratitudo eius, cui maiora peccata, aut plura, uel frequentius sunt remissa: quã si minora quantitate, uel numero, aut rarius fuere remissa. Sic ex parte obligationis, quantò magis, aut pluries se obligauit ad non peccandum: tantò magis grauatur recidiua. ¶ Dubitatur ultimò: utrum recidiuans tenetur confiteri specialiter peccata prius commissa tanquã circumstantias aggrauantes. Respondetur secundum eundẽ quãquam licitum sit: & quandoq; utile sit specialiter iterum cõfiteri peccata remissa tanquam circumstantias peccata recidiuę aggrauantes: non tamen est necessarium: quia inquantum aggrauant, possunt exprimi sufficienter in communi absq; expressione illorum prius dimissorum in speciali. s. dicendo de magnis, & multis peccatis alias pœnitui, quæ credo mihi per deum remissa: & tamen ingratus beneficio remissionis: iterum relapsus sum in hæc, & illa peccata. Possent hic, & alia moueri dubia, quę mouet Pe. de palud. dist. præsenti quæst. ij. per totum. an plectendis ultima pœna sit neganda confessio sacramentalis. Item de confessione extorta per laicos de manifestando malo proprio, & complicum. Item de falsa proditione, & accusatione innocentum &c. sed uideantur ibidem in doct. præfato. Et tantum de illa quæstione, ac distinctione, ac cæteris prioribus de pœnitentiæ sacramento.

Dub. 4. I Vtrũ recidiuãs tenetur cõfiteri peccata prius cõmissa.

¶ DE SACRAMENTO extremæ unctionis.

DISTINCTIO. XXIII.

RAETER præmissa est etiam &c. Postꝙ magister determinauit de quatuor sacramentis intrantiũ ecclesiam militantem, & in ea progredientium, in præmissis. xxii. distinct. In hac dist. xxiii. prosequitur quintum sacramentum. s. extremæ unctionis de ipsa militante ecclesia exeuntium. Et cõpræhenditur huius textus sententia in tribus conclusionibus subnotatis. ¶ Prima. Triplici unctione utitur ecclesia in totuplici materia distincta: uidelicet chrismatis, quæ fit in uertice baptizatis in fronte confirmati: in capite regũ, & episcoporum. Secunda in oleo sancto, in pectore, & inter scapulas neophitorum. Tertia cum oleo infirmorum in diuersis sensuum organis ęgrotorum. ¶ Secunda conclusio. In sacramento unctionis ab apostolis duplici causa institutoest sacramentum tantum: ipsa scilicet unctio: & res sacramenti, peccati uidelicet remissio, & infirmitatis corporalis alleuiatio. ¶ Tertia cõclusio. Quamuis sacramentum unctionis sit iterabile quã tũm ad suscipientem: potest enim ab eodem sæpius suscipi: non tamen est iterabile quo ad materiæ identitatem: quia non potest idem oleum sæpius consecrari. Harum declarationem prosequitur textus. ¶ Hic suspensa fuere collectoris organa, diuinis laudibus iugiter dedita. Et quia in ipso prototypo (collectoris manu scripto) nil amplius inueniri potuit, quàm hic digestum cerni tur: nam corporis ualetudine, & annorum numerositate pressus, post tanti laboris imperfectam consumationem exeuntium sacramento munitus spiritum deo tradidit: Anno 1495. Eapropter huic operi, licet imperfecto: nihil aliud adijcere ratio suasit. ¶ Habeat itaque ecclesia dei in suo gazophyla

Cõcl. 1. Triplex unctio ecclesię.

Cõcl. 2.

Cõcl. 3.

phylatio sacrosancto: ab eximio uiro sacræ theologię licentiato magistro Gabriele Byel ex Spira, eius membro non exiguo, post donaria plurima, opulentissimasq; sacrarum literarū copias inibi prius conditas, & hoc xenium non execrādum, non floccipendendū: quin potius inter ubera magnopere amplexandum ex sanctorum, & doctorū scholasticorum aluearijs refertissimis Hugonis, Petri Lombardi, Bonauenturæ, Alexandri, Thomæ, Richardi, Scoti, Durandi, Palude, Ockā, Holkot, Gregorij, Oyta, Cameracēsis: & aliorū prout humana sinit ualitudo, & negotiorum fert sylua: in Tubingensi gymnasio possetenus elaboratum: & pro parte ibidē ordinariē lectum: solenniter denique, & publicē disputatum. ¶ Verum quatenus collector, & auctor præfatus ab arrogantiæ nota immunis euadat: eo ꝙ post tantorum uirorum dogmata admiranda: & ipse tandem uel aliquid cum paupercula post tantas ecclesiæ diuitias in grarium domini mittere præsumpsit coram deo dico, & audacter profiteor ego Vuendelinus Stainbach præfati uiri discipulus, & alumnus inter sacrę theologię professores, ac Tubingen. gymnasij ordinarios minimus: præter ac contra uoluntatem suam opus illud (ad plurimorum rogatum) ecclesiæ destinatū est, siquidem crebris uicibus: dum in humanis adhuc ageret: immo etiam cū iam agoni adpropinquaret instanter, instantius, ac instantissimē me requisiuit (prout potuit, & debuit pariter, & adiurauit) ne eo inscio, & ignorāte scriptū, seu collectorium istud (furtiuē impressorum characterizatione multiplicandum) in mundum uniuersum ire faciam: nisi eo ꝑ me lecto, uiso, & reuiso uideatur eius publicatio ecclesiæ, & eius mēbris theologicam ueritatem adamantibus nō obesse: sed prodesse. Gessi itaq; possetenus morē ꝑceptori, qui uerē semper stodēs humilitati: sua ueluti siliquas ad aliorum placentas comparare non erubuit: & collectorium istud prius a me uisum, ac pro temporis breuitate reuisum, non minus aliorum scriptis (salua pace omnium) ecclesiæ commodosum: uelut peculium singulare pro republica uolui communicare ad dei, & collectoris laudem, ac fidei orthodoxæ exaltationem.

¶ Collectorium in quatuor libros sententiarum egregij uiri Gabrielis Biel sacræ theologię licentiati finitur.

R E G I S T R V M
Q V A R T I.

✠ ✠✠ ✠✠✠ aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm nn oo pp qq rr ss tt uu xx yy zz aaa bbb ccc ddd eee fff ggg hhh iii kkk lll mmm nnn ooo ppp qqq rrr.

Omnes sunt quaternionesꝫ præter rrr qui est duernus.

In q̃rto agitur.

- De sanatione imperfecta, q̃ fit per sacramētorũ susceptionē. Iõ agitur de sacramentis.
  - In genere
    - De sacramentis
      - Vtriusq; legis noue, & ueteris. dist. j.
      - Nouæ legis, & baptismo Ioannis dist. ij.
      - Scdm se quid sit; quæ materia; q̃ forma. dist. iij.
  - In specie de
    - Baptismo
      - Quo ad effectum respectu suscipientis. dist. iiij.
      - Quo ad effectum respectu conferentis. dist. v.
      - Quo ad ministrum, & alia quędam. dist. vj.
    - Confirmatione
      - De eius materia, forma, uirtute &c. dist. vj.
    - Eucharistia
      - Quo ad institutionem, materiam, formam. dist. viij.
      - Quo ad modum manducandi. dist. ix.
      - Quo ad modum existendi sub speciebus. dist. x.
      - Quo ad modum conuersionis. dist. xj.
      - Quo ad accidentia remanentia. dist. xij.
      - Quo ad ministrum conficientem. dist. xiij.
    - Pœnitentia
      - In se
        - In genere quo ad
          - Iterationem. dist. xiiij.
          - Sui integritatem. dist. xv.
        - In specie de
          - Contritione, satisfactione dist. xvj.
          - Confessione. dist. xvij.
      - Quo ad ministrum
        - De auctoritate ministri. dist. xviij.
        - De potestate mali ministri. dist. xix.
      - Quo ad suscipientē
        - Gratum
          - In præsenti uita. dist. xx.
          - In futura uita. dist. xxj.
        - Ingratum, qui recidiuat. dist. xxij.
    - Vnctione
      - Ibi de multiplici unctione. dist. xxiij.
    - Ordine
      - Quo ad suscipientem. dist. xxiiij.
      - Quo ad dantem. dist. xxv.
    - Cõiugio quantum ad causas
      - Formalem inquantum est sacramentum. dist. xxvj.
      - Efficientem, quę est cõsensus contrahentium
        - Cõsensus est cã efficiēs m̃rimoniũ. di. xxvij.
        - Cõsensus qualis esse debet. dist. xxviij.
        - De effectu cõsensus ex coactione. dist. xxix.
        - De defectu consensus ex errore. dist. xxx.
      - Finalē, quę est bona matrimonij
        - In genere. dist. xxxj.
        - In spē de bono fidei cuiuslibet m̃rimo. di. xxxij.
        - In spē de bono fidei antiquorũ patrũ. di. xxxiij.
      - Materialem, quę est personę cõtrahẽtes: ubi ostenditur, quę personæ sunt legitimæ.
        - Ex impotentia coeundi. dist. xxxiiij.
        - Ratione fornicationis. dist. xxxv.
        - Conditionis seruilis dist. xxxvi.
        - Impedimenti ordinis sacri. dist. xxxvij.
        - Voti solemnis dist. xxxviii.
        - Disparis cultus. dist. xxxix.
        - Consanguinitatis. dist. xl.
        - Affinitatis. dist. xli.
        - Cognationis spiritualis. dist. xlij
- De sanatione perfecta, q̃ consistit in corporum, & animatum glorificatione. Et contingit per
  - Corporum resumptionem per generalem resurrectionem; unde agit de
    - Resurrectione: scdm se: quæ, & per quid. dist. xliij.
    - Resurrectione, quo ad statũ resurgentiũ. dist. xliiij.
    - Statu animarum in purgatorio. dist. xlv.
    - Statu animarum in inferno, dist. xlvi.
  - Iudicialē discussionē Agit ergo de extremi iudicij habitudine.
    - Quantum ad iudicij ordinem. dist. xlvij.
    - Iudicis qualitatem. dist. xlviij.
    - Premiationem bonorum. dist. xlix.
    - Premiationem malorum dist. l